IACOBI
PIGNATELLI
CONSVLTATIONVM CANONICARVM

Tomi Quatuor Posteriores

Nunc primùm in lucem prodeunt.




Effigies IACOBI PIGNATELLI V.C.L.
E Cryptaleis in Salentinis.

IACOBI

PIGNATELLI

E CRYPTALEIS IN SALENTINIS

Sacræ Theologiæ, ac I. V. Doctoris.

CONSVLTATIONVM CANONICARVM

Tomus Quintus.

IN QVO PRÆCIPVÆ CONTROVERSIÆ

De ijs, quæ ad Sanctorum Canonizationem, ac Sacros Ritus; ad Sac. Conc. Trid. ad Episcopos, & Regulares; ad immunitatem, libertatem, iurisdictionem Ecclesiasticam, ac huiusmodi alia, potissimum pertinent; non solùm ex vtroque Iure scripto, sed etiam ex Sacrarum Congregationum decretis, rebus iudicatis, placitis, atque consultis, ex prudentum responsis ex moribus receptis, breuiter, ac perspicuè dirimuntur.

Opus omnibus vtriusque Fori Iudicibus, Iurisconsultis, ac politici studij mystis, in primisque Summorum Pontificum, & Rerumpublicarum Consiliarijs, & Aduocatis vtile planè, ac necessarium.

Cum duplici Indice, altero Consultationum, altero rerum notabilium in fine Octaui Tomi apposito.

VENETIIS, M.DC.LXXXVIII.

Apud Paulum Balleonium,

SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIIS.



Eminentiſsimo Principi

HIERONYMO CASANATE

S.R.E. Tit. SS. Nerei, & Achillei

PRESBYTERO CARDINALI,

PRVDENTIA, DOCTRINA, PIETATE, RELIGIONE

Ornatiſsimo,

DIGNITATIS ECCLESIASTICÆ,

ET CATHOLICÆ FIDEI

Propugnatori àcerrimo,

DE REPVBLICA LITTERARIA, BONISQVE ARTIBVS

Optimè merito.

HÆC SVARVM CONSVLTATIONVM VOLVMINA,

QVÆ NVNC PRIMVM IN LVCEM PRODEVNT,

In maximi obſequij

MINIMVM ARGVMENTVM

Dat, Dicat, Conſecrat

IACOBVS PIGNATELLVS.

Allusio ad Cognomen Authoris.

Aulula facundi vilescat fictilis Accj:
Eunomiæ Hæc plena est Aulula diuitijs.

Εἰς τὸν αὐτὸν

Γῇ μὲν ἔαρ κόσμος, θνητῶν ἤθεϊ τε δικαίῳ
Οὗτος ἔαρ θεῖον Σωφροσυνὴν φέρων.

M. C.

Ad Artificem præponentem Imaginem

IACOBI PIGNATELLI

VIRI CLARISSIMI

Consultationum Canonicarum nouissimæ Editioni Parænesis.

EPIGRAMMA.

PIGNATELLI animam quicumque coloribus audes
Reddere, ab incepto tolle labore manum.

Viuat vt æternus, telis tu fortè coloras?
Hunc immortalem sed sua Scripta probant.

Dum tantum pingis Vultum, potiora relinquis:
Grandem pinge animum, nam meliora latent.

Si formare tamen decreuit dextera Vultum,
Depingas Themidem, par erit Effigies.

Grinepelli Maresi.

NVMERVS, ORDO, ET ARGVMENTA

Consultationum, quæ in hoc Quinto Tomo continentur.

CON-

CON-

CON-

CON-

Index Consultationum.

CON-

A D L E C T O R E M.



Q Vibus rationibus, quibusque partium studijs huius Operis auctor ducatur, vbicunque de Fori competentia Ecclesiastici cum sæculari, seu de Ecclesiastica immunitate, & illuc spectantibus scribit, non fuit opus te admonere, Candide Lector. Facillimè etenim id & lectura animaduertes, & ni fallor tam scribentis genium, & statum, quàm temporum necessitatem, seu mauis corruptelam agnosces; Cæterum ne imprimendi operis permissu, quæ continentur approbari, aut ad Fori praxim, aut quocumque alio modo existimares, permittendum fuit eò impressorum dumtaxat rationibus, & mercaturæ id datum fuisse, ac si id ageretur non deesse celeberrimos Doctores, solidasque doctrinas, quibus Principibus, & Magistratibus, contra nouarum opinionum sectatores, sua iura probè constent.



D. IACOBI PIGNATELLI
CONSVLTATIONVM CANONICARVM.
Tomus Quintus.

CONSVLTATIO I.

An, quando Imperator, Rex, vel Princeps donat alicui Ecclesiæ Ciuitatem, Terram, aut Pagum, eo casu censeatur à se abdicaße omnem Superioritatem, adeò, vt nullum penitus alti dominij ius illi amplius in re donata competat?



Affirmatiuam sententiam defendunt Innocentius, & Glossa *v. suscipiunt in cap. solita, de maior. & obed. asserentes*, superioritatem à Principe videri abdicatam, atque in Sedem Apostolicam translatam, quando Ecclesiæ aliquid donauit. Et clariùs *ibidem* Abb. *in 6. notab.* qui declarat Innocentium loquentem de Rege, quando debeat intelligi etiam de Imperatore, prout de Imperatore loquitur Glossa, & tradit idem Abb. *in cap. Veniens col. 1. not. 2. de accus.* maximè per textum *in c. Nouerint 10. q. 1.* & idem Abb. *in cap. 2. in fin. de delict. puer.* & Felin. *in d. cap. solita col. 3. num. 4.* Vbi post supradictos concludit, quòd etiam eo casu censeatur in dubio facta libera translatio, nisi contrarium constet per concessionem in feudum, & vt veriorem eandem opinionem approbant Anchar. *in cap. Romana col. 3. in 14 notab.* & ibi etiam clarè Perusin. & Gemin. *in §. debet de appel. in 6.* eandem Iacob. Mandel. *cons. 62. num. 14. & cons. 64. num. 82.* multis in eam relatis auctoritatibus perhibet esse communem. Io quam etiam inclinare videtur Fulu. Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 43. num. 26.* & in specie eandem amplexi sunt Specul. *de Appellat. §. Nunc tractemus num. 4.* Franch. *in d. cap. Romana §. debet de Appell. in 6.* & Præposit. *in Rubr. num. 53.*

2 Et nonnulli quidem huius sententiæ Patroni eandem extendunt, & veram esse probant, siue donatio facta sit Ecclesiæ Romanæ, siue inferiori, cùm par esse videatur in vtraque donatione ratio; quia scilicet censeatur donatio fieri Deo, vt per Bartol. *in proem. Digestorum col. 1. & 2.* & passim Doctores dum tractant de Donatione Constantini. Quinimò in effectu quidquid donatur Ecclesijs inferioribus, censetur donatum Ecclesiæ Romanæ. Illa enim habet omnes Ecclesias sibi subditas, & tanquam propria membra; *Can. cuncta per mundum 9. q. 3.* Et vnica inter Christianos in ea dicitur Ecclesia, vt latè habetur *in Extr. incip. vnam Sanctam Ecclesiam sub tit. de Maior. & obed. inter extr. com.* & quòd bona omnium singularium Ecclesiarum censeantur esse bona vniuersalis Ecclesiæ, cumulat infinita Campeg. inter consilia Bruni *cons. 2. in fin. & col. 6. vers. Prædictis tamen.*

3 Neque subsistere existimant distinctionem illam, quòd Princeps possit libero modo a se abdicare, & donare Ecclesiæ Romanæ, non autem Ecclesiæ inferiori, vt videtur voluisse Io. Andr. ad Specul. *de Iurisd. omn. Iudic. col. 5. in addit.* incip. *Vidisti duas opiniones*, & Paul. de Castr. *cons. 230. col. 1. & cons. 74. col. 4.* Eò quòd in contrarium videatur magis communis opinio, quod etiam in Ecclesiam inferiorem possit Princeps loca aliqua transferre, abdicando à se penitus superioritatem per *d. Glos. in cap. solita*, & Doctores modò citatos, Mandel. *d. cons. 62. num. 14.*

Dissentiunt autem, & contrariam opinionem tuentur. Io. Andr. *ad Specul. in tit. de Iurisd. omn. Iudic. in Glos.* Paul. de Castro *cons. 125. col. 2. lib. 1.* Ias. *cons. 123. lib. 1.* Rip. *lib. 2. respons. cap. 7. num. 9.* Et sic obseruari apud Hispanos, & Gallos retulit Couaruuias *in pract. cap. 4.* & apud Germanos Andr. Gaillus *obs. 30. lib. 1.* Peregrin. *de Iur. fisci tit. 3. num. 75. lib. 1.* vbi dicit, horum opinionem sibi apertissimè probari in Pace Constantiæ *vers. in causis*, & alijs partibus illius Constitutionis, Thom. Michael. *disp. de Iurisdict. Thes. 25.*

4 Existimant alij has contrarias opiniones distinctionis fædere facilè conciliari posse, vt scilicet prior opinio locum habeat, quando bona per Principem in Ecclesiam conferenda, sita sunt extra sui Principatus fines in ipsis Ecclesiæ Romanæ Terris. Tunc enim bona donata in dubio liberè transeunt in Ecclesiam, vel Sedem Apostolicam. Quia Ecclesiæ Romanæ indecens esset, aliquem recognoscere vt Superiorem. Propterea semper iudicandum est, quòd donatio bonorum in Terris Pontificijs liberè, & sine reseruatione superioritatis facta fuerit, vt innuit Io. Andr. *in addit. ad specul. ad d. tit. de Iurisd. omn. Iud.* & ratio per se patet; Quia cùm sit donatio bonorum in Terris Ecclesiæ positorum, cessat ratio, quæ in casu diuerso subsequenti impedire solet Principem, ne à se abdicare possit superioritatem, tradente Baldo *cons. 327. incip. Pridie in princ. & num. 8. vol. 1.* Posterior autem sententia procedit, quando bona donata in Terris Principis sita sunt; Quia tunc maior est ratio, vt Principis superioritas illibata maneat, cum omnia bona in Principatu existentia tam secularium statuum, quàm Ecclesiasticorum sint, & debeant esse sub Principatu, & generali iurisdictione, ac superioritate Principis.

5 Et hæc iurisdictio eatenus est apud Principem, vt licèt alteri ab eo concedatur, tamen semper inhæreat ossibus concedentis iure superioritatis, & in eo tanquam origine seruetur, vt inquit Anchar. *cons. 310.* & Sen. Pedem. *decis. 30. num. 6.* Bald. *in l. si quis se patris, C. Vnde liberi*, quos sequuti sunt Grammat. *decis. 30. num. 3.* & Roland. à Vall. *cons. 48. num. 21. lib. 2.* Et hoc est, quod dicit Carolus Tapia *in rub. ff. de constit. Princip. cap. 4. num. 14.* in concessione iurisdictionum semper auctoritatem concedentis præseruari illæsam, cùm citrà eius auctoritatem nequeat exer-

exerceri, vt in eo semper resideat suprema potestas inseparabilis, quæ nulla præsumptione tolli possit post Couar. *in regul. Possessor.* 2.*p.*§.3. *num.*4. Bellug. *in specul. Princip. rubr.*22.*num.*55.*& seqq.* Superioritas enim, quæ inuoluit regalia, illæsa, & concessionis nescia perhibetur, Luchin. de Curt. *alleg. pro com. Terr. S. Saluat. num.*5. Io. Vincent. de Ann. *alleg.*130. *num.*23. *cum sequen. lib.*2. Anton. Sola *ad Constit. Sabaud. super decr. subditos nostros Gloss.*1.*num.*7. Surd. *cons.*267.*num.*7. *cum seq. lib.*2. Et nunquam concedi potest tanta Potestas, quia superioritas semper sarcta tecta remaneat, & sic maiorem sibi reseruet Princeps, Roland. à Vall. *cons.*1. *num.*135. *& seq. lib.*2. Osasch. *cons.*3.*num.*7.*&* 8. Alexan. Raudens. *resp.*1.*num.*262.*&* 435.*lib.*2. Natt. *cons.*487.*num.*24. *& seq.* Peregrin. *cons.*1. per discursum Gregor. Lopez *p.*2. *tit.*15. *l.*22. Imò licèt adiectum sit, cum translatione omnis Imperij, & Potestatis, & cum omni iure, Petra *de Iur. quæs. non tolli cap.*21.*num.*36.*& cap.*22.*num.*85. Nec etiam credendum, Principem fontes suos deriuasse foras, vt nihil penès se remanserit, Cæphal. *cons.*539. *num.*50.*lib.*4.

7 Sequaces huius distinctionis duplicem superioritatem adstruunt. Vnam respectu Regis, vel Summi Principis, quæ est protectio, defensioque ratione iurisdictionis, seu gubernationis territorij vniuersalis secundum Gloss. *in proem. digest. ad verb. Sanctionem*, Mandel. *cons.*62. *num.*40.*& cons.*64. *num.*99. eaque Imperatori omnimoda in toto Romano Orbe competit adeò, vt in eo contra omnes, & cuiuscunque status personas fundatam habeat intentionem *in constit. de nou. Cod. confic. c. In opibus* 7.*q.*1. Gail. *de pac. publ. cap.*6. *num.*14. Castald. *de Imper. q.*52. *num.*4.*in fin.* Cæphal. *cons.*369.*num.*69. Osasch. *cons.*13. *num.*1. & hæc superioritas potissimùm in Supremo Imperij iure, seu in ijs, de quibus inferioribus nulla est statuendi potestas consistit, Felin. *in cap. Nobis num.*6.*extr. de præscript.* Bartol. *in l. omnes Populi ff. de Iust. & Iure q.* 3. *princ. vers. Prædicta verò*, Lancellott. *in Templ. omn. Iud. lib.*1.*cap.*1. §.4.*adu. Imperator habet dominium vniuersale num.* 8.

8 Alia superioritas est respectu aliorum Principum, Comitum, aliorumque statuum Imperij, vel Regni, quæ ipsis in suis terris competit. Quemadmodum enim Imperator in toto Orbe, vel Rex in suo Regno habet omnimodam superioritatem, Iurisdictionem, & dominium, vt venustè expressit Bald. *in cap.*1. *num.*11. *v. ex præmissis ergo col.*3.*in fin. de allod.* Vbi tradit, quod iurisdictio apud Cæsarem sit tanquam fons, à quo vti ex Oceano flumina fluere, & ad eundem refluere dicuntur, ita ab Imperatore in ius dicentes per concessiones, inuestituras, confirmationes, & commissiones fluat, & ad eundem per appellationes, nullitates, & querelas refluat iurisdictio, vt ex eodem attestatur Fulu. Pacian. *de probat. lib.*2.*cap.*43.*num.*7.*& seq.* Grammat. *decis.*46.*num.*1. *&* 4. Magon. *decis. Lucens.*30. *num.*2. Aluar. Valasc. *de Iur. Emphyt. q.*8.*num.*21. Couar. *pract. quæst. cap.*1. *num.* 2. 3. *&* 9. Vanrius *de nullit. process. ex defect. Iurisd. num.*10. Carol. Tap. *in rubr. ff. de constit. Princip. cap.*4. *num.*10. Foller. *cons. crim.*96.*num.*5. Ita etiam Principes, Comitesque, alijque inferiores sibi vindicant superioritatem, & iurisdictionem in suis Territorijs erga subditos; Decian. *resp.*5. *num.* 17. *vol.* 4. Marzar. *cons.*26. *num.* 32. Osasch. *cons.*9.*num.*2. Et ob id Domini propriè dicuntur, quòd habeant potestatem, & iurisdictionem super inhabitantes Terram suam, & pro eo accipiantur, qui superioritate, & præeminentia fulgent, *l. cum si exhibuissent* 3.§.1. Vbi Bartol. *de publican. & vestigal.* Gregor. Lopez *p.*4. *tit.*25. *lib.*1. Maximum porrò inter prædictas duas Superioritates circa bona Ecclesijs dedicata discrimen existit. Illa enim Imperialis, seu Regia atque suprema superioritas in possessionibus, ac bonis immobilibus quibuscumque tam proprijs, quàm alienis, tam allodialibus, quàm feudalibus, etiam Ecclesiæ concessis, semper, & vbique salua & excepta manet, Imperioque Principis supremi reseruatur, vt nominatim ex modernis eleganter tradit Thom. Michael. *de Iurisd. thes.*25. vbi *lit. B.* inquit verius esse, superioritatem à concedente reseruatam intelligi, quamuis Castrum Ecclesiæ dederit. Idem ex Baldo testatum facit Roland. à Vall. *cons.*1. *num.*141. *vol.*2. Bertrand. *cons.*65. *num.*1. *vol.*6. Osasch. *cons.*3. *num.*6. *&* 10. cum ibi citatis. Peregrin. *d. tr. de Iure fisci lib.*1. §.*fin. num.*75. & hanc opinionem Germaniæ, Italiæ, Hispaniæ, & Galliæ consuetudine firmatam, ait Surd. *cons.*275. *num.*11.

Ratio prædictorum est, quòd superioritas sit maie- 9
stas quædam, non tam Territorio, quàm Principi, eiusque personæ cohærens, quæ auelli ab ea non potest, vt constat ex ijs, quæ latè deduxit Tholosan. *lib.*9. *de Republ. lib.*9. *cap.*1. Vnde etiam communiter receptum est, eiusdem superioritatem non posse præscribi secundum doctrinam Panorm. *in cap. cum non liceat num.*6. per illum Textum, & ibi latè Felinus pro, & contra disputans *extr. de præscript.* Balb. *tr. de præscript.*2. *p.*5. *princ. q.*2. *num.*1. Nemo enim, vt Imperatori non subsit, præscribit, *arg. l. competit* 6. *in fin. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *ann. cap. Inter corporalia de translat. Episcop. text.* & Gloss. *in cap. cùm ex officij* 16. *v. Visitat. extr. de præscript.* Gloss. *in cap.* 1. *vers. non obstante de Cler. ægr. in* 6. Glos. *in cap. volumus v. Ecclesia* 16.*q.*7. Mascard. *de probat. concl.* 225. *num.*7. *&* 8. Carol. Tap. *in rubr. cap.*4. *num.* 14. *& seq. & l. fin. p.*2. *ff. de constit. Princip.* Valasch. *de iure emphyt.* 9. *num.*29. *& seq.* Longaual. *in l. Imperium p.*4. *cap. lex autem num.*45.*ff. de Iurisd. omn. Iudic.* eleganter Zoanett. *de Rom. Imper. num.*121. *& seq.* ac Natt. *cons.*640. *num.* 16. *&* 17.

Hæc tamen, de qua diximus suprema superioritas, 10
seu supremum ius Principis non concernit dominium aliquod directum, vel vtile, sed dumtaxat concernit iurisdictionem, & protectionem in vniuersum, vt per Gloss. *in proem. Digest. in v. sanctionem*, & ibi latius per Bartol. *col.*1. *&* 2. & exempla sunt quotidiana in omnibus Principibus subiectis, quorum subditos Supremus Princeps aliqua subire onera non compellit, sed si necesse sit pro defensione Principatus aliquid afferre, conueniuntur ipsi Principes, non autem eorum subditi, vt per Iacob. de S. Gregor. *in tract. de homag. col.*10. *vers. sed hic cadit alia dubitatio*, & Iacob. Mandel. *cons.*84. *num.*99. *in fine*.

Porrò peculiaris illa inferiorum Principum Superio- 11
ritas in conferendis ad Ecclesiam bonis ac possessionibus, statim ipso iure tam per ipsam dedicationem, quam renunciationem expirat, atque extinguitur, quod vbertim prosequitur Modest. Pistor. *cons.* 43. *num.*11. *lib.*1. idque determinans scribit Euerhard. iun. *cons.*23. *num.*32. *vol.*1. vbi dicit locum illum, vbi Ecclesia ædificatur, statim à iurisdictione prioris Domini eximi *arg. l. inter stipulantem*, §. *Sacram. ff. de verb. obligat*, *& Instit. de inutil. stipul.* facitque *l. seruitutes* §. *fin. ff. de seruit. l. cauere ff. commun. præd.* Cui declarationi perbellè conueniunt congesta per Pacian. *de probat. lib.*1. *cap.*43. *num.*26. vbi dicit, quando inferior à Principe transfert Castrum, vel Territorium, tunc translato Castro, transire in accipientem, nulla iurisdictione, vel superioritate, respectu illius Castri reseruata ipsi transferenti, hac ratione, quòd ipsius personæ nulla competat iurisdictio, nisi ratione Castri, vnde translato Castro omnis qualitas, & omne ius reale cohærens ipsi Castro transit in accipientem, Roman. *cons.*444. *num.*7.

Nec obstat prædictis *Text. in c. Monasterium* 16. *q.*7. 12
vbi dicitur, quòd Monasterium, vel Oratorium canonicè constitutum à dominio constructoris, eo inuito, non debeat auferri. Quæ verba præsupponunt, eum, qui construxit Monasterium, dominium ipsius habere. Quia respondetur, Textum illum valdè impropriè loqui, & verbum dominium ibi non accipi pro proprietate, sed per id dumtaxat ius patronatus intelligi, de quo etiam ante meminit Textus. Et ita hunc Textum ibidem declarat Archidiaconus, addens, quòd eiusmodi iuspatronatus, non sit propriè dominium, sed potius sollicitudo seruitij, quemadmodum & ipse paulò antè dixerat *in c. Frigentius ead. caus. & q.* Idque latius tractat Paul. de Cittad. *de iure patr. q.*12. *art.*4. *p.*6. dicens, quod Iuspatronatus nullum ius pro-

prie-

prietatis adferat patronis, sed solummodò salutarem sollicitudinem, & actum.

13 In hac autem opinionum diuersitate non arbitror mihi magnopere laborandum esse in vna, vel altera sententia refellenda, sed tenendum est cum prima opinione, nempè quòd bona Ecclesiæ concessa per Principes sæculares, siue supremos, siue inferiores, etiamsi sint oppida, Castra, Ciuitates ac loca iurisdictionalia, censeantur concessa in allodium, non autem in feudum, nisi expresſè dicatur, & pro eo soluatur adhoc, ideoque dicuntur effecta bona Ecclesiastica, ac Deo sacra, vt in specie Castrorum, & locorum Regni Neapolitani Ecclesijs à Regibus concessorum, docet Isernia speciatim *in constit. Regni Iustitiarij nomen in fin.* vbi etiam Afflictus, & alij, Franc. *decis.131. in princ.* & latè à Pont. *decis. 2. num. 19.* ferè *per tot.* & *in lect. feud. 1. in prælud. num. 72.* Capyc. Latr. *consul. 74. num. 106.* post plures alios, traditque, ac probat luculenter Spad. *cons. 5. & 6.* omninò videndus. Vnde ex opinione communissima habetur, cum donatione facta cuicumque Ecclesiæ debere intelligi donatam iurisdictionem, si non exprimitur esse reseruatam, vt ex Doctoribus, quos congerit Bellett. *disquis. Cler. p. 1. de fau. Cler. real. vers. 3. num. 17.*

14 Idque præsertim quando bona donata non sunt descripta in quaternionibus Regiæ Curiæ, vel Principatus, quod est essentiale requisitum feudorum, quæ proinde quaternata dicuntur, *Bilot. q. feud. 44. & 45.* ac cæteri. Item quando pro illis non soluitur adhoc, quæ successit loco seruitij feudalis, & soluitur pro omnibus feudis, vt per Doctores supra citatos. Ac item quando non agitur de aliquo castro, vel loco iurisdictionali, & cum iurisdictione per Regem concessa in laicos. Quo casu difficilis est quæstio, de qua à Ponte *d. decis.* 2. & *Spad. d. cons. 5. & 6.* an scilicet à sententijs, & grauaminibus Episcopi, vel Prælati per laicos vasallos appellandum sit ad Regem, vel ad Papam, sed agitur in nudis prædijs, de sui natura allodialibus, & de spolianda Ecclesia, seu ea turbanda in possessione, ac perceptione suorum fructuum. Atque itidem quando non agitur de gratuita donatione, vel concessione facta à Principe per viam inuestituræ, ac gratiæ, sed de contractu merè correspectiuo permutationis, tanquam inter priuatos cum beneplacito Apostolico in forma, *si in euidentem*. Et tandem quando bona fuerint donata sub expressa narratiua, & promissione, quòd essent immunia, & libera cum omnibus iuribus, nulla re excepta, vel reseruata. Quod manifestò repugnat feudo, cùm sit seruitus, & importat solum dominium vtile. Vnde propterea qualitas feudi laicalis ad effectum competentiæ fori, ne remotissimè quidem prætendi potest.

15 Loca autem, & Territoria, quæ donantur Ecclesiæ, non posse amplius grauari oneribus à Principe sæculari, qui ea donauit per se iuri consonum esse, consulendo asseruit Mandell. *cons.62. num.29.* per doctrinam Hostien. *in sum. de Immun. Eccles. §. sed ne illa Immunitas*. Iacobin. de S. Gregor. *in Inuest. feud. v. in feudum*. Quod ipsum etiam clarè ostendit Modest. Pistor. *cons.43. num.11. vol.1.* Nam dum Ecclesijs traduntur, eo ipso eximuntur à dominio, & potestate laicorum, & ex speciali iure sub dominio Christi Domini constituuntur per omnimodam proprietatem, ita, vt tale dominium Christi in his Ecclesiarum bonis sit proximum, & immediatum, illique dicatur acquisitum, tanquam principali domino, vt Innoc. *in cap. cùm super num.3. de caus. possess. & propr. & in cap. Verum num.2. de for. comp.* Afflict. *decis.361. num.22. & seqq.* Suar. *in Reg. Angl. cap.17. & 18. num.5. & 7. & cap. 21. num. 5.* Comitol. *resp. moral. lib. 1. cap.70. & 71.* ac Rota Romana in Abben. Gabellæ 28. Iunij 1630. coram Merlino *decis. 902.*

16 Cæterum allodium dicitur proprium cuiusque liberi hominis patrimonium, quod Romano More dicebant prædium censui censendo, vel prædium mancipi, vel quod iure Quiritium, aut quod mancipio, & nexu tenebatur, idque pleno patrimonij iure sic tenetur, vt eo nomine nulla neque gratia, neque merces, neque opera debeatur, ac proinde Doctores vulgo allodium definiunt proprietatem, quæ à nullo recognoscitur; feudum verò est, quod beneficio alterius sic tenetur, vt eius nomine, gratia, & opera quædam debeantur; feudum autem allodio opponi constat ex *cap.1. §. si de feudo defuncti contentio sit, & cap.1. in fin. de eo, qui sibi, & hered. suis*, & pluribus exemplis, atque historijs confirmant Cuiacius, & alij.

CONSVLTATIO II.

An, quando agitur de causa feudi laicalis, quod Ecclesia à Principe seculari recognoscit, recursus ad eiusmodi Principem, siue eius Ministros, sit licitus? Vbi de causis pertinentibus ad forum Ecclesiasticum, ac de Mixtis, plura, sed in compendium redacta.

HOc quidam negant, & in primis Barbat. *in cap.* 1
Cæterum, de iudic. quam opinionem in secreto iuris esse veram, arbitratur Iacobus de S. Georgio *in v. & dicti Vasalli pro dictis rebus num.3.*

At ego affirmo cum communi Doctorum sententia, 2
quæ docet, Ecclesiam, siue Clericos in causa feudali ad forum secularem trahi posse, ac debere, siue de proprietate, siue de possessione, hoc est siue petitorio, siue possessorio iudicio agatur ita quidem, vt in tali causa coram Domino feudi, coram quo iuramentum fidelitatis præstitit, etiamsi ipse dominus sit laicus, conueniri quoque possit, ac debeat per textum *in cap. ex transmissa, & cap. Verum de for. comp.* vbi Abb. *num.6.* ac Felin. *num.3.* ac Socinus, & firmant Dec. *in cap. Cæterum num.22. & seqq. de iudic.* Bartol. *cons.375. col. fin.* Bald. *in cap. 1. §. fin. num.3. de man. form. fidelit.* Guido Papa *decis. 139. num.1. in fin.* Clar. *in §. feudum q.90. vers. sed quid si vasalli*, Menoch. *de retin. pos. remed.3. num.396. & seq. & num.409.* Scacc. *de iudic. lib.1. cap.11. num.77.* Farinac. *tit. de inquis. q.8. num. 22.* Duard. *in Bullam Cœn. cap. 15. quæst.11. num.68. & seqq.* ibique Vgolin. *p.2. cap.15. §.3. num.7.* D.Antonin. *3.p. sum. tit.11. cap.22. §.3.* Siluest. *in sum. v. Index 1. q.2.* Ambrosin. *de immun. cap. 20. num. 56.* Scort. *in Bullas select. theor. 424. col.2.* Marth. *de iurisd. p.4. cas.16. & 89. num.5.* Azor. *instit. moral. p.3. lib.10. q.5.* Sayr. *lib.12. clau. reg. cap.8. num.9.* Reginald. *lib.9. prax. num.151.* Filiuc. *tr.10. cap.16. quæst.6. num. 262.* Bonacin. *alios citans disp.1. de censur. in part. quæst. 16. sect.1. pun.6. num.6.* Leandr. *de censur. disp.15. quæst. 11.* Risental. *de feud. cap.12. concl.1. num.25.* Schrader. *eod. tit. par.10. sect.1. à num.202.* Pulchrè Isernia *in cap. 1. §. fin. v. 21. de cap. Conrad.* Boer. *decis.69. num.8.* Carol. *de Graff. de effect. Cleric. eff.1. num.718.* Franc.Marc. *decis.46. num.10.* Carauit. *ad rit.235. num.19.* Suarez. in Reg. Angl. *lib.4. de immun. cap.14. num.12.* Intrigl. *de feud. cent.2. ar.94. num.12.* Rouit. *ad pragm.2. de Cler. Saluat.* quem refert Tap. *ad cap. Regn. item statuimus, quòd Clerici num.11.* latè Lælius Caput. *in prælud. ad consuet. Neap. §. 3. num.10. & seq.* ac alij innumeri. Atque hanc veram esse Doctorum opinionem testantur Curt. iun. *de feud. p.1. q.2. n.2.* & Sensb. in suo *com. p.1. n.26. & 27.* atque adeò hæc posterior sententia communiter recepta est, attestantibus Felino *in d. cap. cæterum num.3.* Maranta *in specul. p.3. num.93.* Mozz. *de his, qui feud. dar. pos. n.30. & in thes. com. opin.* Villal. *lit. C. num.73. & lit. F. num.28.* Soar. *num.92.* & de magis communi refert Curt. iun. *cons. 177. num.10. vol.2.* Gribald. *in thes. com. opin. lit. F. v. consuetudinis*, & ita seruari, ac de veriori, & communiori sententia attestatur Scapp. *lib.1. de iur. non scripto cap.6.1.* atque rectissimè Doctores communiter decidisse, scripsit nuper Rudiger. *de feud.78. n.7.* & nouissimè Schrader. *de feud. p.1. q.2. n.1. & seq.* vbi refutat opinionem Curtij iunio-

risp.1.q.2.distingentis in hac quæstione constitutiones Imperatorum à consuetudinibus, quasi his teneantur Clerici, non item illis. Vide Marth. lib.4.de iurisd. 16.& Mascard. concl. 1. num. 245. Atque hinc ius feudale, etiam in Ecclesiastico foro seruandum esse, quatenus Canones non contradicant, respondit post alios Decian. cons. 90. num.1.vol.3. & ante ipsum Archidiac. in cap.1. de Cler. coniug. in 6. Felin. in cap. In præsentia num. 44. extra de probat. & Natt. cons. 600. num. 27. quibus accedit Rosenth. de feud. cap. 1. concl.9. Vnde putauerim, distinctionem hic esse adhibendam, vt antiquis quidem temporibus, cùm personæ Ecclesiasticæ nondum essent feudorum capaces, non iure de feudis vsitato tenerentur, & hactenus sententia Barbatiæ sit vera. At post quàm consuetudine ad personas etiam Ecclesiasticas feuda sunt delata, consentaneum sit, easdem tam demum eidem iuri feudali, sicut & laici, subiectas fuisse. Quibus adstipulatur Bellett. disqu. Cler. par. 1. de fauor. Cler. real. §.3. num. 4. ita, vt opinio contraria sit communiter reiecta. Atque ita etiam declarauit S. Congregatio Episcopor. in Taucinensi 19. Martij 1602. in S. Angeli 15. Augusti 1620. ac alibi sæpè.

3 Ratio autem est, quoniam sub hac conditione, à iure approbata, feuda conceduntur, & in his, quæ Clericus, vel Ecclesia tenet in feudum à Principe, fungitur iure priuati, & subijcitur ipsi, diciturque eius vasallus. Et quia ex dominio directo feudi oritur necessariò ius cognoscendi causas ipsius, & feudatarius accipiendo feudum, constituit se in ijs, quæ sont feudi, subditum domini, nec Dominus procedit contra illum, tanquam contra personam Ecclesiasticam, sed tanquam contra Ducem, Marchionem, Baronem &c. Quinnimò, licèt Imperatoe vitet Ecclesiæ Romanæ fidelitatem, si tamen ipsa teneret ab eo feudum, esset eius vasalla. Ita notat Bald. in l. sed & si, §. liberto, in fin. de in ius voc. Curt. iuri de feud. p.1.q.2. princ. num.5. Carol. de Grass. d. eff. 1. num.719. Et tenetur ad ea, ad quæ alij, secundùm eundem Bald. in l. fin. C. siue censu, vel reliq. Et ita expressè tenet, ac decisum refert in materia iurisdictionis criminalis Capyc. decis.27.num.28. Afflict. in cap.1.§. Item si Clericus, num.1. de cap. Conrad.

4 Indeque fit, quòd à decretis Prælati feudatarij appelletur ad Principem. Iudex autem appellationis dicitur superior, quia appellatio supponit superioritatem, & maius imperium, vt benè aduertit Luc. de Pen. in l. contra publicum col.24. C. de re mil. lib.12. Surd. cons.275. num.6. & 7. Et ideo Prælatus, qui iurisdirionem temporalem habet à Principe, appellationi ad eum interpositæ stare debet per textum in cap. Romana, §. debet, ibi: Nisi fortè de consuetudine, priuilegio, siue alio iure, & c. de appell. in 6. traditque Felin. in cap. solitæ, de maior. & obed. Bart. in l. si quando, C. de appel. Io. Andr. in addit. ad Specul. tit. de iurisd. omn. Iud. v. Pastoralis, Guidopap. decis. 518. & 581. Capyc. in inuest. feud. v. feudales appellationes, & post multos Carol. de Grass. d. eff. 1. num.510.

5 Ex quo etiam oritur, feudatarium Ecclesiasticum ad forum directi domini teneri, sicuti tenetur laicus. Atque idcircò laicus dominus feudi excusati possit ab excommunicatione, trahens feudatarium ecclesiasticum ad suum forum in his omnibus, in quibus traheret laicum. Siquidem aut iure potest trahere, aut saltem sufficientem probabilitatem trahendi se habere autumare potest ex generale ratione directi dominij in feudum, quod non debet tolli, aut diminui ex eo, quòd persona feudataria sit Ecclesiastica. Militat enim hic, quod dum causa principaliter agitur, ipsa trahit secum personam ex regula l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. Quam rationem posuit Bald. in cap. 1. num. 4. de contr. feud. & Guerin. Pison. in præud. feud. §. An consuetudines, col.2. Et facit, quòd qui consentit in contractum feudi, consentit ex conuentione & pacto in ea, quæ feudum fert. Vnde Ecclesiasticus, etiamsi lege non teneretur, ex pacto tamen, & promissione remanet obligatus iuxta ea, quæ babet Ias. in l. Placet. num.22. C. de sacros. Eccles. & facit cap. Verum, vbi Abb. & alij, de cond. appos.

6 Limito tamen hanc sententiam, vt non procedat, si ageretur de reparatione & satisfactione domino feudi facienda. In hoc enim casu Ecclesia, siue Clericus feudatarius non coram Iudice seculari, nec coram domino feudi, sed coram proprio Iudice Ecclesiastico conueniri debet. Quod notarunt Farinac. loc. alleg. & Villalob. in com. opin. v. Clericus num. 70.

7 Item limito, vt si Clericus feudatarius deliquerit contra fidelitatem, non possit à domino feudi seculari corporaliter puniri, sed si delictum meretur priuationem, poterit feudo priuari, nisi feudum sit Ecclesiæ, arg. d. cap. Verum, de for. comp. d. cap. Cæterum, de iudic. Clem. Pastoralis, de sent. & re iud. & communiter docent Doctores, quos sequitur Bonacin. de legib. disp.10. quæst. 2. p. 1. §.4. num.4. & ad Bull. Cœn. cap.15. quæst.16. sect.1. pun.6. num.6. Quippe in feudo Ecclesiæ est quid speciale, quia delictum personæ non debet nocere Ecclesiæ, vel in eius detrimentum redundare, cap. delictum 76. de reg. iur. in 6. cap. si Episcopum 3. 16. quæst.6. Et quia non tantùm Clerico, sed etiam Ecclesiæ feudum concessum est. Vide Fachin. lib.7. cap.22. §. ad tertium. Deinde Ecclesia non peccauit. Licèt igitur feudum plenè ad dominum redire deberet, tamen fauore Ecclesiæ post mortem Prælati delinquentis, Ecclesiæ restituitur. Alia ratio differentiæ inter vasallos clericos, & laicos assignatur, hæc nimirum, quando vasallus laicus delinquit, dominus offensus exacerbatur, & indignatur, dum videt iuxta se proximas personas offensoris sui, & sæpè solet esse similitudo nocendi eadem in talibus coniunctis. Quod non est in Clericis. Quia indignitatibus Ecclesiasticis plerunque extraneæ personæ succedunt, quæ antecessori nullo sanguinis iure sunt coniunctæ, & ideò in illis talis suspicio cessat. Idem esset docent, si Communitati, vel Ciuitati feudum sit datum, & earum administrator parcet in dominum. Tunc enim Ciuitas amittit quidem feudum, idque ad dominum reuertitur quousque viuit administrator, post mortem tamen eius redit ad Ciuitatem. Ideò autem Communitatem & Ecclesiam puniri dicunt, quod vsu sit tali administratore, qui dominum offendit; sicuti illi quoque puniuntur, qui opera malorum hominum vtuntur, tot. tit. Nautæ, caupones, & c. §. item exercitor, instit. de oblig. quæ ex quasi delict.

8 Non solùm igitur personalis districtio prohibetur, & in hoc casu præponderare debet conditio Ecclesiasticæ personæ, cuius iura anteriora sunt, aut potiora iure feudi, Abb. in cap. Nimis, de iureiur. Innoc. & Butr. in d. cap. Verum, de for. comp. Martha & alij apud ipsum cas.83. num. 12. sed vlterius, si contra clericum vasallum agatur ad amissionem feudi criminaliter, vel ciuiliter propter crimen, non potest de hoc cognoscere dominus feudi, sed remittenda est cognitio ad Prælatum ipsius clerici, etiamsi feudum sit paternum. Quia de crimine clericorum laicus nec directè, nec obliquè potest cognoscere, vt latè pluribus citatis probat D. Fagnanus in cap. cæterum num.29. & 30. de iudic. Hoc enim casu Prælatus Ecclesiæ considerandus est tantùm vt Procurator, ex cap. 2. de donat. atque ita trahendus duntaxat, quatenus patitur procuratio. Vnde ob Prælati delictum Ecclesia non potest amittere feudum, quæ nec potest peierare, aut infidelitatem committere, ac proinde in delictis non est Prælatus conueniendus, tanquam feudatarius.

9 Declaratur id primò, vt locum habeat, siue feudum proueniat à laico, siue ab Ecclesia, vt per Ost. in d. cap. cæterum num.10. Io. Andr. num.2. Bald. eod. num. Abb. Felin. & Alex. de Næuo in sum. tex. de iudic. Et quod dixi coram domino feudi intelligendum est, vel coram ipso domino in capite, vel coram Paribus Curiæ, vel coram arbitris; nam hi tres sunt Iudices feudales in causa principali; quilibet tamen in suo casu. vt per Bald. in d. cap. cæterum num.1. Sed in causa appellationis non reuertitur iurisdictio ad istos, sed appellatur ad eum, ad quem appellaretur à sententia Iudicis ordinarij secundùm Bald. d. num.1. post Innoc. eod. num. vbi quod si Pares Curiæ Ecclesiam grauarent, posset Ecclesia appellare ad proximum superiorem, vel ad Papam, vt can. si quis nostrum 2. q. 6. & cap. Romana §. debet de appl. in 6.

10 Declaratur secundò, dùmodo quæstio feudalis sit inter duos vasallos; quia scilicet vterque se asserit vasallum,

nec

nec reuocatur in dubium, quò minus sit feudalis, sed solum controuertitur, quis eorum sit potior in feudo. Tunc enim quæstio agitari, & terminari debet coram domino feudi, vt *cap. Imperialem §. præterea de probib. feud. alsenas. per Frider.* & notat Glofs. *in d. cap. cæterum*, Innoc. *num.2. Ost. num.6.* & Bald. *num.14.* Etiamsi dominus sit talis, vt aliàs iurisdictionem non habeat, vt notat Vincent. *in cap. nouit. de Iudic.* Io. Andr. *in d. cap. cæterum num.3.* Bald. *num.2.* Bellarm. *num.4.* & intelligitur *d. cap. cæterum* iuxta Bernard. Bald. & Abb. Butr. & Aretinum.

11 Verùm, si quæstio feudalis sit inter dominum, & vasallum; tunc distinguitur secundùm Bellarm. *in d. cap. cæterum num.4.* Nam, aut est quæstio de iure, seu dominio directo ad dominum spectante, vt quia actor asserit se dominum feudi, & reus negat, dicens rem esse allodialem, & tunc coram loci ordinario est agendum, non autem coram illo, qui dicit, se dominum. Quia aliàs esset Iudex in causa propria, quod esse non debet, *l. vn. C. ne quis in sua caus.* Nec quæstio agitari debet hoc casu coram Paribus Curiæ. Quia qui negat dominum, negat & Pares. Facit textus *in l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. Iud.* Et quia negato dominio, causa desinit esse feudalis, nec debet esse in potestate domini alterius, subditum suæ iurisdictioni subigere. Et eo ipso, quòd reus conuictus negat, rem esse feudalem, hæc quæstio, tanquam præiudicialis, prius terminanda est coram loci ordinario, *arg. cap. tuam de ord. cognit. & §. præiudiciales instit. de act.* Qui si cognouerit rem esse feudalem, causam remittet ad dominum feudi. Et ita in hoc primo membro determinat Innoc. *in d. cap. cæterum num.2.* Ost. *in princ. & n.6.* Io. Andr. *num.2. & 4.* Bellarm. *num.4.* vbi ait, certum esse, quòd si de feudo regali esset quæstio cum Episcopo & tertio, Rex esset Iudex competens. Sed si esset quæstio inter Regem & Episcopum, & Episcopus negaret, rem esse feudalem, Rex actor conueniret Episcopum coram Metropolitano, Butr. *in d. cap. cæterum num.9.* ibique Abb. *num.20.* alijsque communiter, Goffred. *in sum. tit. de for. comp.* Ost. *in sum. tit. de feud. §. fin.* Angel. *in l.1. in fin. C. si à non compet. Iudic.* ac Bero. *cons. 82. num. 1. & 2. lib. 1.*

12 In quo tamen aduertendum est, quòd negans feudum, si conuocatur, eo ipso cadit à iure feudi, *argum. can. quo iure 8. d. l. fin. ff. de rei vind.* Secundum Innoc. *in d. cap. Cæterum in fine*, & est expressum *in cap. si vasallus feudum in tit. si feudum controuersum fuerit*, & *in cap. si fuerit in tit. de leg. Corrad. in vsib. feud.* secundùm Ost. *in d. cap. Cæterum num.1.* Ioan. Andr. *num.2.* Abb. *num. 21.* & Bald. *num.6.* qui limitat, nisi negauerit per ignorantiam, vel per errorem iuris, vel facti; quia tunc ei parcitur. Et ita debet intelligi, quòd solemniter notatur in *auth. de trient. & semis. §. penul. in l. fin. ff. de rei vindic.* & *in §. item mixta est actio contra eos, instit. de act.* Et hoc egregiè dicit textus *in cap. vasallus feudum si de feud. fuerit controu.* Vbicunque enim in feudis fit mentio de amissione feudi, intelligitur culpa, & conuicto iudiciario ordine, vt *in cap. quicunque aduocatur de pat. tenen.* Et tum hac limitatione concordat Abb. *d. num.21.*

13 Aut inter dominum & vasallum non quæstio super iure, seu dominio directo feudi, spectante ad dominum, quia vasallus non negat, rem esse feudalem, sed solùm est quæstio super dominio vtili, vel alio iure, spectante ad vasallum, vt quia inter dominum & vasallum controuertitur, vtrum feudum sit deuolututum, & vasallus debeat illud perdere, seu retinere, seu habere, vel vtrum debeat tributum, vel aliud simile. Et tunc, si dominus habet Pares Curiæ, huiusmodi quæstio coram illis agi, ac determinari debet, vt *d. cap. Imperialem §. præterea in 2. respons. de probib. feud. alien.* Et ita intelligitur Glos. *in d. cap. Cæterum v. Et nota super hoc*, dum dicit in hoc casu, in quo vertitur in dubium, an vasallus debeat feudum habere, vel non, causam esse terminandam per alios vasallos, scilicet per Pares Curiæ: Nam vasalli eiusdem domini Pares Curiæ dicuntur, *vt d. §. si inter duos*, & dicuntur Pares à paritate feudorum, quia debent habere consimilia feuda secundùm Innoc. *in d. cap. Cæterum num.3.* Ost. *num. 10.* & Abb. *num.14.* Concordant Io. Andr. *num.3.* & Bellarm. *num.4.* vbi etiam prosequitur, quomodo Pares Curiæ sint eligendi. Si verò dominus feudi Pares Curiæ non habeat, eligentur arbitri ad similitudinem Iudicis suspecti, *cap. Cum speciali de appel. cap. Si Clericus v. quæst. 1.* Iuxta Innoc. *in d. cap. Cæterum num. 3.* Quod verum putant Ost. *num. 9.* & Ioan. Andr. *num.13.* Quando dominus est auctor, secus si vasallus. Quia tunc aget coram Ordinario domini, *arg. d. can. si clericus 11. q. 1.* Sed Glossa præallegata, & Iacob. de Beluis. *in d. §. Præterea* dicunt agendum coram Ordinario rei indistinctè. Et hanc opinionem dicit esse veriorem Abb. *in d. cap. Cæterùm num. 14.* Quia ex quo modus à lege inductus seruari non potest, debet res, & iurisdictio redire ad naturam suam. Et quia hæc iurisdictio, tanquam superinducta, & præiudicans iurisdictioni ordinariæ, videtur esse restringenda, vt *in Clem. fin. de offic. Ord. in Glos. penul.* Idem firmat Aretin. *in d. cap. Cæterùm num. 28.* dicens ita tenere communiter Doctores, & hanc quæstionem determinari per textum, quem ipse solus ponderat *in cap. 1. ad med. si de inuest. fuer. controu. inter dom. & vasal.* Facitque textus *in cap. 1. circa med. de contr. feud. apud Pares termini*, vbi textus dicit, quod inter dominum, & vasallos cognoscunt Pares, si Pares habeat. Ergo, si Pares non habeat, quæstio remittitur ad dispositionem iuris communis, vt per eum.

14 Tertiò declaratur, nisi inter dominum, & vasallum, vel inter vasallos agatur personali actione, quæ non sit de iure feudali, licèt contra rem feudalem agatur, puta pignoratitia, vel depositi, vel alia consimili. Quia tunc non coram domino feudi, Sed coram Ordinario Rei semper est agendum iuxta Innoc. *in d. cap. Cæterum de iudic. num. 2. & 4.* Ost. *num.10.*

15 Quartò declaratur, nisi quæstio sit inter vasallum, & alium non vasallum actorem. Quia tunc Dominus non cognoscit, ne sit Iudex in sua causa, sed Ordinarius vasalli, vt *in d. cap. Cæterum, & in d. cap. Imperialem §. penul. cap. ex transmissa, & cap. verum de for. comp.* Innoc. *num.2.* Ost. *num.3. & 6.* Io. Andr. *num. 3.* Bellarm. *num.16.* & probatur *in cap. Vnico tit. de contr. inter vasal. & alium col.10. in vsib. feud.*

16 Declaratur quintò, vt locum habeat, si agatur iudicio petitorio, secus si possessorio. Quia tunc, siue sit quæstio inter dominum, & vasallum, siue inter duos vasallos, siue inter vasallum & non vasallum, indistinctè cognoscit Ordinarius Rei, non autem dominus feudi *in cap. ex parte B. de for. comp.* Nam exceptio illa, quòd Regina esset feudataria, & ideo agendum esset coram domino feudi, locum habet in petitorio tantum, vt ibi dicitur circa finem, & ibi notat *Glos. vlt.* & *in d. cap. Cæterum*, Ost. *in fin.* Bald. *num.1. & 2.* Ratio autem est, quia quæstio possessoria non est feudalis. Facit ad hoc *Clem. fin. de iudic.* nam quæstio nudæ possessionis est quæstio facti, & non iuris. Vnde non tangit substantiam feudi, sed quandam superficialem, & materialem possessionem, quæ non tangit ius domini, vt inquit Bald. *d. num.2.* Item causa feudi est in rem, causa possessionis est in personam. Facit etiam textus *in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acq. possess.* Curt. Iun. *in tr. de feud. par.8. num. 23. quæst.6.* vbi asserit, hanc esse communem opinionem, & alij apud Carol. de Grass. *effect. cler.1. num.732.*

17 Pro concordia sic distinguitur. Nam, aut ratione possessionis propter dominum, vel iniuriam illatam in sua possessione, vasallus agit ad iniuriam, vel ad pœnam, vel ad interesse simpliciter, vel pro possessione, qua est spoliatus, vult agere criminaliter, & tunc cognoscit Iudex Ordinarius, & non feudi; quia hic non vertitur quæstio feudi. Aut agitur possessorio, cuius victoria adminiculatur

proprietati, veluti si peto mihi possessionem ablatam restitui, vel si peto, te priuari iure, quia propria authoritate occupasti rem à me possessam, vel si ago interdicto vti possidetis, petens pronunciari, me esse possessorem (hinc enim pararur magnum commodum iudicio proprietatis, vt *in §. commodum instit. de interd.* & *l. sicuti §. sed si quaratur ff. si seruitus vendicet.*) & in his casibus cognitio pertinet ad dominum. Quia negari non potest, quin ista quæstio sit de pertinentibus ad causam proprietatis, Bald. *in §. inter Pares num. 2. de leg. Corrad. in vsib. feud.* quam sequitur, & pluribus confirmat Aretin. *in d. cap. Cæterum num. 33. de iudic.*

18 Declaratur sextò, vt respectu Clericorum habeat locum, si causa feudalis sit merè ciuilis, secus verò si contra Clericum vasallum agatur ad amissionem feudi criminaliter, vel ciuiliter propter crimen, quia tunc non potest de hoc cognoscere dominus feudi, sed remittenda est cognitio ad Prælatum ipsius Clerici, & si feudum sit paternum. Ita Innoc. *in cap. verum. num. 2. de for. comp.* Et ratio est secundùm ipsum, quia de crimine Clericum nec directè, neque incidenter potest laicus cognoscere, sicut nec de legitimitate, *arg. cap. extransmissa eod. tit.* & est simile *in cap. tuam de ord. cognit. cap. lator. qui fil. sint legit. cap. postulasti de for. comp.* Ost. *in d. cap. verum num. 2.* Ioan. Andr. *num. 4.* Bellarm. *num. 7. in 5. q.* Butr. *num. 11.* Imol. *num. 6.* Abb. *n. 17.* Alex. de Næu. *num. 15. & 16.* & cœteri, Mar. Soc. *in d. cap. extransmissa num. 32. de for. comp.* Par. de Put. *in tr. de integr. feud. cap. 198. num. 4. & 8.* Aufr. *in tr. de potest. Iud. laic. super Ecclesiast. reg. 2. num. 2.*

19 Declaratur septimò, vt non procedat in vasallo clerico spoliato, quia non cognoscit dominum feudi, sed statim spoliatur per Iudicium Ecclesiasticum est cogendus restituere Clerico, quod rapuit, nam violentus est sacrilegus, quod crimen ecclesiasticum est, *can. in canonibus 16. quæst. 1.* & patet. *in cap. conquestus de for. comp.* etiamsi sit dubium de spoliatione; quia nihilominus cognoscit Ecclesia, *arg. can. de potentibus 23. quæst. 3. & cap. relatum de iurep.* secundum Innoc. *in d. cap. cæterum num. 2.* Ost. *num. 4. & 5.* & Io. Andr. *num. 3.*

20 Vltimò declaratur, dummodo vasallus coram domino feudi possit iustitiam consequi, aliàs enim Ordinarius erit adeundus, vt patet *in d. cap. Cæterùm v. quandiu paratifuerint*, & notant Glos. *in princ.* Abb. Aretin. & sequaces *in sum. textui*, & idem Abb. *num. 12.* Quamobrem, si dominus malitiosè differat procedere, tunc coram ordinario agetur, Innoc. *in d. cap. Cæterùm in fine.* Nam, vt inquit Bald. *num. 2.* iurisdictionem à se excutit, quia eam denegat exhibere. Et idem est, si dominus feudi sit negligens, quia Ecclesia iustitiam facit *d. cap. extransmissa cap. licet, & cap. ex tenore de for. comp.* Ostien. *in d. cap. Cæterùm num. 11.* vbique Bald. *num. 2.* Imol. *num. 4.* & Abb. *d. num. 12. de iudic.*

21 Noto hic opportunè, quòd pro recursu habito ad Iudices laicos requiritur, quod relaxetur declaratoria secundùm decisionem Rotæ 255. *num. 2. par. 3. rec.* Item quòd probetur factum fuisse per recurrentes, pro quo non sufficit probatio præsumptiua ex eorum commodo. Quia cùm non agatur de audientiæ denegatione, sed ad effectum declarationis censurarum, eiusmodi præsumptio non sufficit, sed est concludentissimè probandum, Rota coram Gregorio XV. *decis. quæst. 6. num. 3.* & coram Caualer. *decis. 529. num. 2. & in recent. decis. 751. num. 3. p. 2.*

22 Idque præsertim, quando sunt plures, qui commodum habent adeo, quòd cùm recursus per alios fieri potuerit, hoc solum dubium operatur, vt probatio præsumptiua ex commodo non debeat admitti, Rota coram Gregorio XV. *d. decis. 96. num. 2.* ibique Add. *num. 7. & decis. 584. num. 8. in fin. par. 1. rec.* & coram Buratto *decis. 536. num. 10.* Eòque magis, quando dantur actus contrarij, vt si recurrentes statim atque habuerint notitiam excommunicationis, appellauerint ad Papam, expediuerint inhibitionem ab Auditore Cameræ, fuerint absoluti cum cautione præstita de stando iuri, & iudicatum soluendo. Isti enim actus vel excludunt recursum, vel saltem inducunt illius reuocationem. Vnde non poterit deueniri ad declaratoriam excommunicationis, quæ, tanquam medicina ordinatur ad frangendum contumaciam, & reducendum deuiantes ad rectam semitam, *cap. multi quæst. 1. & c. notandum 24. quæst. 3. & cap. 1. de except. in 6. & cap. 1. de sent. excom. eod.*

Ac insuper notandum, quòd, probato recursu, non est locus censuris, quando non est consumatus cum inhibitionibus laicorum contra Episcopos, eorumque Vicarios, sed est restrictus ad simplices litteras extraiudiciales Magistratus laici. Præcipuè si postea constiterit, nihil fuisse executioni demandatum in præiudicium Episcoporum, eorumque iurisdictionis. Quia recursus iste verbalis non est odibilis, nec operatur, quòd recurrentes innodentur censuris. Tum quia illæ consumatum recursum supponunt, vt per Rot. *decis. 287. num. 9. p. 11. rec.* Tum quia interdum est licitus ad defensionem propriæ possessionis contra Ecclesiasticos de facto turbantes possessores in eorum iure, dum non recurrerint ad laicos, tanquam ad Iudices ad effectum obtinendi inhibitiones & mandata contra Ecclesiasticos, sed tantùm pro habenda eorum intercessione contra turbatiuam Ecclesiasticorum iuxta *decis.* Achil. de Grass. 36. *de appel.* & Rot. in Salamantina Canonicatus 14. Maij 1595. coram Blanchetto apud Farinac. *cons. 68. num. 13. & seq. lib. 1.* & coram Pegna *decis. 482. num. 2. & 3. ac decis. 484. num. 6. & seqq.* vbi hac distinctione contrariam opinionem conciliat. 23

Causæ verò pertinentes ad forum Ecclesiasticum, in quibus si quis impediat Ordinarios Ecclesiasticos per recursum ad Iudices laicos incurrit in censuras contentas in Bulla Cœnæ Domini *cap. 14. & in cap. Quoniam, de immun. Eccles. in 6.* ac in alijs Apostolicis decretis, & constitutionibus, vt plenè per Rotam in Monopolitana pensionis 17. Decembris 1646. coram Bichio, in qua firmatur, id procedere, quacumque consuetudine non obstante, summatim istæ sunt. 24

Causæ omnes tam ciuiles, quàm criminales Clericorum, etiam coniungatorum, & omnium Ecclesiasticorum, in quibus ipsi sunt Rei, secus si sunt actores, nisi habeatur de consuetudine, quod tribunalia Ecclesiastica sint communia; quia tunc recurrere possunt ad Iudicem Ecclesiasticum, vel secularem ad libitum, vel nisi conqueri velint de suis malefactoribus, maximè in defectum Iudicis secularis. Ita S. Congregatio Immunitatis in Tropiensi 26. Iunij 1629. ex *cap. Cum sit generale 8. de for. comp.* Non tamen vbi tribunalia sunt communia, potest Episcopus prohibere Clericis, ne laicos citent in foro seculari, dum causa est profana ex S. Congregatione Episcop. in Recinatensi 10. Ianuarij 1594. & in Nullius Piscien. 2. Maij 1601. Fabrica verò Ecclesiæ, si vult, potest trahere reum ad forum ecclesiasticum. Quod etiam quisque facere potest in actibus voluntarijs, & extraiudicialibus. 25

Causæ laicorum delinquentium vnà cum clerico, S. Congregatio Episcop. die 18. Decembris 1593. in Nucerina, & Rota in Florentina domus 10. Iunij 1595. coram Seraphino. Vnde causa laicorum culpabilium in fuga monialis spectat ad Iudicem Ecclesiasticum, maximè quando præuenit in captura monialis, cum hæc causa non sit diuisibilis, nec permitti debet, vt assistat examini persona laica, eadem S. Congregatio Episcop. in Ragusina 6. Aprilis 1619. Vnde in S. Congregatione Immunitatis habita die 18. Iulij 1651. cùm proponeretur ab Episcopo Mantuano, *come essendo stati carcerati dalla corte secolare di Mantoua alcuni Sacerdoti con altri laici pretesi monetarij, e doppo tenuti nelle carceri con licenza di Monsignor Vescouo in nome suo, doue tuttauia si custodiscano per maggior sicurezza, ora egli supplica l'Eminenze Vostre per la risolutione de' seguenti dubij.* 26

Primo, se egli può formare il processo per l' interesse degl' Ecclesiastici, e conoscere la causa congiuntamente con la corte secolare? 27

Secon-

28 *Secondo, ſe può delegare per formar dette proceſſo inſino alla ſentenza eſcluſiuamente il Giudice ſecolare?*

29 *Terzo, ſe facendoſi il proceſſo nella corte Veſcouale, ſi poſsano communicare gl'indicij reſultanti da quello contro i laici?*

30 *Quarto, ſe perſiſtendo la corte ſecolare in negar di communicare alla Veſcouale il ſuo proceſſo nella parte concernente gli Eccleſiaſtici, mentre che all'incontre non ſi comunichino parimente ad eſsa gl'indicij, che riſultano da quello, che ſi formarà nel foro Veſcouale, debba il Veſcouo rilaſciare, i detti Eccleſiaſtici, percioche contro di eſſi non hà indicij, e nè meno il corpo del delitto?*

31 *Ad primum reſpondit, Epiſcopum non poſſe coniunctim procedere, ſed ad ipſum ſpectare integram cognitionem totius cauſæ.*

32 *Ad ſecundum, eundem Epiſcopum non poſſe delegare Iudicem laicum.*

33 *Ad tertium, non poſſe proceſſum communicare.*

34 *Ad quartum, non poſſe de iure procedere, ſed debet facere diligentias pro habendo proceſſu, & corpore delicti. Quod ſi non habuerit, dimittat Sacerdotes carceratos cum cautione de ſe repræſentando.*

35 Cauſæ hæreſis, & matrimoniales, ac vbi de iure diſceptatur circa vſuras, ſeu cenſuras, & alia, quæ ſecundùm Canones, non autem ſecundùm leges ciuiles decidi, ac iudicari debent. Cauſæ verò matrimoniales, etiam vxorum à ſuis viris fugientium ſpectant ad forum Eccleſiaſticum, etiam inter Hebræos, & Epiſcopus debet has vxores fugientes cogere ad earum viros redire, niſi vxores Hebrææ à viris aufugerint, vt Chriſti fidem amplecterentur, quo caſu ſunt protegendæ, & adiuuandæ, eadem Sac. Congregatio Epiſcop. in Cremonenſi 11. Octobris 1580. Quæ cauſæ ſpectant ad Epiſcopum priuatiuè, non ſolùm quoad Iudices ſæculares, ſed etiam regulariter quoad alios Iudices Eccleſiaſticos inferiores.

36 Cognitio cauſarum ſuper bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis, ratione confinium, & ſimilium ad Curiam Eccleſiaſticam ſpectat. Laici tamen non gaudent priuilegio fori ex eo ſolùm, quòd teneant in emphyteuſim bona Eccleſiaſtica, Sac. Congregatio Immunitatis in Liparienſi 26. Iunij 1629. in Aquenſi 15. Iunij 1657. *ex cap. auctoritate 4. de priuil. in 6.* Multò minus Abbas exercere poteſt iuriſdictionem ſuper perſonas eccleſiaſticas in præiudicium Ordinarij ex eo tantum, quòd teneant in emphyteuſim bona ſuæ Abbatiæ, *d. cap. auctoritate*, & S. Congregatio Epiſcop. *in Fanenſi* 18. Iunij 1597.

37 *Cauſæ* damnorum datorum per Clericos, & Eccleſiaſticos, vel per eorum animalia, famulos, miniſtros, &c. colonos Epiſcoporum, & menſæ Epiſcopalis, etiam laicos, vel eorum animalia in bonis quibuſcunque tam Eccleſiarum, & perſonarum Eccleſiaſticarum, quàm etiam laicorum, ſpectant ad Curiam Eccleſiaſticam priuatiuè ex Sac. Congregatione Immunitatis in Taracinenſi, de qua in *primo tomo*.

38 Cauſæ mixti fori, in quibus Eccleſiaſticus Iudex per citationem præuenit. In his enim cauſis Iudex, qui præuenit realiter, cognoſcere debet de cauſa. In contumacia verò vterque cognoſcere poteſt, Sac. Congregatio Immunitatis in Cæſenatenſi 16. Iulij 1626. Cauſæ verò mixti fori ſunt: Vſura quando agitur criminaliter. Ciuiliter verò ſi oritur quæſtio iuris, an contractus ſit vſurarius, & principaliter de hoc cognoſcendum, tunc cognitio ſpectet ad Iudicem Eccleſiaſticum. At ſi incidenter per modum exceptionis apponatur, contractum eſſe vſurarium, vel mandari reſtitui vſuras, iam ſolutas, poteſt etiam coram laico, Couar. *lib.3. var. reſol. cap.3.* Clar. plenè q.37. ſiue quando non agitur de iure, ſed de facto ad puniendum crimen vſuræ, Dian. *par.1. tr.2. reſol.77.* Non tamen Princeps, vel magiſtratus ſæcularis poteſt erigere nouum tribunal ad cognoſcendum crimen vſuræ. Quia hoc eſſet vſurpare iuriſdictionem Eccleſiaſticam, & cognoſcere de iure; ſed cùm agitur de facto, poteſt per præuentionem puniri tantùm in Tribonali ordinario laico, Sac. Congregatio Epiſcop. *in Dertonenſi* 31. Ianuarij 1596. vbi verò pœnæ laicorum contra vſuram, & ſimiles caſus ſunt maiores illis, quæ imponuntur in foro Eccleſiaſtico, Iudex Eccleſiaſticus, qui præuenit, finita cauſa, debet dare copiam proceſſus Iudici laico inſtanti, vt ſuppleat pœnas ſuæ pragmaticæ, quas eccleſiaſticus minus impoſuit, nec ob id dicitur iudicari bis in idipſum, ſed prima ſententia ſuppleri; niſi tamen pœnæ laicales eſſent mortis, vel mutilationis. Quia tunc non debet dari copia propter timorem irregularitatis, Sac. Congregatio Epiſcop. *in Sulmonenſi* 22. Auguſti 1586. *in Melitenſi* 16. Iunij 1592. *in Vercellenſi* 22. Decembris eiuſdem anni, ac *in Barenſi* 13. Aprilis 1657. Vnde in delictis mixti fori, quamvis reus fuerit abſolutus ab vno ex Iudicibus, puta Eccleſiaſtico, poterit nihilominus pro eodem delicto puniri à Iudice ſæculari, neque abſolutoria data ab vno foro faciet rem iudicatam in alterum, Bald. *conſ.260. vol.3.* Immò, ſi fuit punitus ab vno, poterit denuò per alium grauius puniri, Felyn. *in cap. de his, num.10. extra de accuſ.* Alciat. *in cap.1. num.128. extr. de offic. ordin.* Licèt ſecus ſit in punito à Iudice laico. Tunc enim iterùm puniri non poteſt ab Eccleſiaſtico, ſicuti etiam ab eodem met Iudice non poteſt bis puniri. Semel enim punitus, non eſt iterùm puniendus, niſi interuenerit fraus ex parte Iudicis. Quo caſu ſiue ſit minus punitus, ſiue ſit abſolutus, poteſt iterùm puniri, Bald. *conſ. 34. in fin. vol.1.* Clar. q.14. *verſ. ſed hic occurrit*, prolixè Boſſ. *in tit. de for. comp. num.79. & ſeq.* ac Guazzin. *tom.1. capit 1. num.35.*

Tranſgreſſio feſtorum, quando quis non obtinuit licen- 39
tiam ab Epiſcopo, vel eius Vicario, B. Pius V. conſt.5. *Cùm primum*, §.3.

Quando ſpurius petit alimenta, Dian. *par.1. tr.2.* 40
reſol.85.

Adulterium regulariter quoad pœnam, Abb. *in cap. in-* 41
tellex imus extr. de adult. Alc. *in d. cap.1. extr. de offic. ord.* niſi agatur ad pœnam ſanguinis. Quia tunc pertinet ad Iudicem laicum priuatiuè; vel ad ſeparationem thori, quia tunc ad Eccleſiaſticum priuatiuè, idem Dian. *reſol.86.* Dec. *conſ.212.* Guazzin. *vbi ſuprà num.7.*

Item ſtuprum, & raptus, S. Congreg. Epiſc. *in Ciuita-* 42
tis Ducalis 16. Iulij 1613.

Concubinatus, ſodomia, & alia delicta carnis, idem 43
Abb. *in cap. Cùm ſit generale extr. de for. comp.* Clar. *d. q.37.* Guazzin. *ibidem numer.9.* ac Diana. *reſol.87.* Sac. Congregat. Epiſcop. *in Minerunen.* 21. Maij. 1613. licèt quamplures dicant concubinatum pertinere ad Iudices Eccleſiaſticos priuatiuè, cùm iure ciuili non prohibeatur abſolutè. Certè de conſuetudine ſolus Iudex Eccleſiaſticus punit concubinarios; nec ſæcularis in hoc ſe intromittere ſolet, niſi quatenus ab Eccleſiaſtico requiſitus, ſuum brachium impertit.

Cauſa mulierum ſæcularium depoſitarum in monaſte- 44
rijs, ſi inde aufugiant, Sac. Congregat. Epiſcop. *in Lycienſi* 3. Octobris 1621.

Decimæ, cum quæſtio eſt de facto, non de iure, Diana 45
reſol.89. licèt prætendantur inſolitæ, & nunquam ſolutæ, Sac. Congregat. Epiſcop. *in Ciuitatis Ducalis* 16. Iulij 1613.

Executio legatorum, etiam profanorum poſt annum 46
à die mortis teſtatoris, Diana *reſol.98.* Et Epiſcopus ex decreto Sac. Concilij Trid. *ſeſſ.22. cap.8. de ref.* exequi poteſt contra non ſoluentes legata pia, licèt ſint familiares S. Officii, Sac. Congreg. Concilii 5. Iunii 1581. Abortus, ſic decernente Sixto V. in ſua Conſtitutione, circa quem Gregorius nihil innouauit, Nouar. *in ſum. Bullar. tom.2. tit. de abortu num.5.* Quòd ſi reus ſit Eccleſiaſticus, traditur brachio ſæculari, Barboſ. *de poteſt. Epiſc. par.3. alleg.111. num.20.*

Publicatio teſtamenti Clericorum, vel ad pias cauſas, 47
& confectio inuentarii Clerici hæredis, Diana *reſol.99.*

Contractus, in quibus iuramentum interuenit, Diana 48
reſol.113. ex cap. fin. de for. comp. in 6. maximè emphyteoticus, quando bona prætenduntur ad Eccleſiam deuoluta, quod præcipuè locum habet, cùm pro Eccleſia concurrit etiam conſuetudo, Sac. Congregat. Epiſcop. *in Ciuitatis Ducalis* 16. Iulii 1613.

Compulſio adimplendi ſponſalia, dummodo de illo- 49
rum valore, vel de cauſa excuſationis non agatur Diana *reſol.130.*

50 Blaſphemia ſecundùm Guazzin. *eo loco num.*5. & Clar. *in cap. blaſphemia, verſ. hoc crimen*, niſi tamen ſit hæreticalis. Quia tunc ad Inquiſitores priuatiuè pertinet, *cap.*2. *de maled.* Falſitas etiam laici coram Iudice Eccleſiaſtico falſum deponentis poteſt per vtrumque Iudicem puniri, & attenditur præuentio cauſæ, & quamuis Iudex ſæcularis falſarium puniuerit, non propterea impeditur Eccleſiaſticus, quin ipſe quoque poſſit pœna canonica eundem mulctare, vt per Afflict. *deciſ.*219. licèt ſecus ſit in Clerico. Quare, & ſi quilibet Iudex poſſit punire teſtem deponentem coram ſe falſum, *l. nullum, C. de teſtib.* Si tamen falſum Clericus deponat coram Iudice laico, non poteſt per eum de falſo puniri, ſed debet remitti ad Iudicem Eccleſiaſticum, vt notant communiter Doctores *in cap. dilectus extr. de pœn. & in cap.*2. *de crim. falſ.* Afflict. *deciſ.*230. *& d. deciſ.*219. Felin. *in cap. Verùm, de for. comp.* Clar. *quæſt.*38. *verſ. Sed quæro*, & ſequitur Vant. *de nullit. in cap. de nullit. iuriſdict. Ord. num.*50.

51 Laicus Clerico inferens iniuriam, *cap. Cùm ſit generale de for. comp. cap.*2. *de priuil.* Clar. *pract. crim. q.*36, *num.*42. Quoad cenſuras tamen procedit ſolus Eccleſiaſticus, Sac. Congregat. Epiſcop. *in Ciuitatis Caſtelli* 26. Aprilis 1619. Immò Clericus generaliter in quacunque actione, ſiue reali, ſiue perſonali poteſt conuenire laicum, etiam coram Iudice Eccleſiaſtico, vt probat Diana *par.*5. *tr.*1. *reſol.*7.

52 Sæcularis delinquens in Eccleſia, Dian. *par.*4. *tr.*1. *reſol.*67. Etiam aperiendo ſepulturas, & contrectando cadauera, Sac. Congreg. Epiſcop. *in Ciuitatis Caſtillana* 4. Martij 1586. Vel etiam extra Eccleſiam, ſed ſacco alicuius Confraternitatis indutus, Sac. Congreg. Epiſcop. *in Tranenſi* 13. Iulij 1615. Immò laici delictum in Eccleſia non eſſe mixti fori, ſed ſpectare priuatiuè ad Eccleſiaſticum, tradunt Bart. *in l. ſicut, §. Cùm ſacrilegum, ff. de accuſ.* Clar. *q.*38. *verſ. Vide etiam.*

53 Sacrilegium, & ſortilegium ſimplex, vt refert Clar. *d. quæſt.*37. *& in §. hæreſis, verſ. ſucceſſiuè*, Guazzin. *loco cit. num.*10. *& ſeq.* Diana *par.*4. *tr.*1. *reſol.*61. licèt de crimine ſacrilegij multis in locis Iudices Eccleſiaſtici non cognoſcant, vt ait Clarus *ibidem*, præterquam in percutientem Clericum, cuius cognitio, tanquam mixti fori ſpectat ad Eccleſiaſticum.

54 Cauſæ Clericorum minorum ordinum, qui non habent requiſita ad gaudendum priuilegio fori, ſi tamen clericatui tacitè, vel expreſsè non renunciauerint, ex Sac. Congregatione, Diana *ibidem*.

55 Cauſæ pupillorum, viduarum, orphanorum, & aliarum miſerabilium perſonarum, quæ iuxta *l. vn. C. Quando imper. inter pupil. & vid. c. Regum.* 23. *quæſt.*5. *cap.*81. *d.*81. & etiam in Regno Neapolitano in Conſtitutione *ſtatuimus*, alijſque locis habent electionem, & variationem fori, non ſolùm quando tales perſonæ ſunt reæ, & ab alijs trahuntur in iudicium, ſed etiam quando ipſæ volunt alios trahere, & ſic quando ſunt actrices, *cap. ſuper quibuſdam* 26. *de verb. ſignif.* dummodo tamen iurent perhorreſcere potentiam aduerſariorum, vbi lis eſt cœpta, vel debet incipi, vt *ex cap. ſtatuimus §.*1. *de reſcript. in* 6. *& d. Conſtit. ſtatuimus*. Et ſtatim facta electione, ac variatione, Iudex, coram quo lis fuit cœpta, efficitur incompetens, licèt ei non fuerit inhibitum, Gallup. *in prax. par.*2. *numer.*56. *&* 57. Orphanorum autem nomine veniunt etiam qui parentes habent, ſed inutiles; ſicut & viduarum etiam eæ, quæ viris inutilibus nuptæ reperiuntur, Bald. *ad l. Flan. de plag.* Diana *par.*2. *tr.*16. *reſol.*52. Hoc autem priuilegium dicitur mixti fori, non quòd in hac cauſa detur locus præuentioni; ſed quia huiuſmodi perſonæ poſſunt conueniri, & conuenire in quo maluerint tribunali.

56 Volunt tamen nonnulli pupillos, viduas, & perſonas alias miſerabiles ex priuilegio, quod habent, pro arbitrio ſuo poſſe adire, vel dominum feudi, vel iudicem eccleſiaſticum, cuius patrocinio commiſſi ſunt, Aretin. *in cap. cæterum de iudic.* & *ibid.* Felin. *num.*13. Iacob. à S. Georg. *in v. & dictis vaſalli pro dictis reb. num.*5. Curt. iun. *par.*7. *num.*12. *&* 23. Sonsbec. *par.*14. *num.*28. Borch. *cap.*10. *num.*26. Scrad. *de feud. par.*10. *ſect.*1. *num.*208. Mozz. *de nat. feud. num.*116. qui teſtatur de communi, quibus accedit Intrigl. *de feud. ar.*94. *numer.*53. *cent.*2. idque verum eſſe non tantùm cùm de poſſeſſione, ſed etiam cùm de proprietate feudi eſt quæſtio, Borch. *cap.*10. *numer.*27. ego in feudis id facilè non admiſerim, cum iura, ſiue conſuetudines feudales in perſonis vaſallorum litigantium, & Iudicum nuſquam ita diſtinguant, atque ipſi etiam Clerici, quorum tamen in declinando Iudice ſæculari fauor eſt maximus, Iudici feudali, tametſi ſæculari, ſeſe ſubmittere neceſſe habeant, per Schrad. *d. ſect.*1. *num.*28.

Cauſa damnorum datorum, quando ſcilicet laici, eo- 57
rumve miniſtri damnificent animalia, & bona Eccleſiarum, ac perſonarum eccleſiaſticarum, Curia Epiſcopalis procedere poſſit, tanquam in cauſis mixti fori. Quamvis cùm coloni, & miniſtri eccleſiarum, clericorum, & eccleſiaſticorum cum animalibus propriis bona laicorum damnificant, cognitio tunc tam quoad bona, quàm quoad perſonas laicorum, & eorum animalia ſpectet ad Iudicem laicum priuatiuè, ſed ſi cum animalibus Eccleſiaſticorum, vel Eccleſiarum quoad perſonas ſpectet ad laicum, quod verò ad animalia ſpectat ad Curiam Eccleſiaſticam. Eadem Sac. Congregat. in d. Tarracinenſi.

In cauſis porrò mixti fori datur locus præuentioni, Sac. 58
Congregatio Immunitatis in Sorana 18. Februarii 1631. Et in complicitate delinquentium vtriuſque fori nempè Clerici, & ſæcularis, poſſunt procedere Curia Eccleſiaſtica, & ſæcularis, eadem Sac. Congregatio Immunitatis in Foroſempronienſi 13. Februarii 1663. & in Amerina 28. Septembris eiuſdem anni. Illæ verò cauſæ mixti fori, in quibus Iudex Eccleſiaſticus per citationem præuenit, pertinent ad Eccleſiaſticum. Nam in his cauſis Iudex, qui præuenit realiter cognoſcere debet de cauſa. In contumacia verò vterque Iudex procedere poteſt. Eadem Sacra Congregatio Immmunitatis in Cæſenatenſi 1626. die 16. Iulii. Atque in eiſdem cauſis mixti fori poteſt Epiſcopus facere executiones perſonales abſque requiſitione Iudicis ſæcularis, eadem S. Congregatio in Mediolanenſi 5. Iunii 1667.

Cognitionis ius in cauſis mixtis, quod habent Ordina- 59
rii, debet defendi, S. Congregatio Immunitatis in Theatina 11. Septembris 1666.

Epiſcopus autem feudum, ſeu iuriſdictionem ſæcula- 60
rem habens, pro ea Vicarium laicum deputare poteſt, dummodo reus non ſit Eccleſiaſticus. Non expedit verò deputare in huiuſmodi feudis Iudices perpetuos, maximè laicos, & quandoque debet Epiſcopus aliquas cauſas per ſe, vel per ſuum Vicarium cognoſcere, vel aliis clericis, vel laicis delegare. Nam aliàs eccleſia exponeretur periculo amittendi iuriſdictionem illam per vſurpationem laicorum. Ita Sac. Congregatio ſuper Epiſcopis in Mantuana 16. Maii 1581. Et ſi Epiſcopus fuit ſolitus deputare Clericos pro adminiſtratione Baroniæ ſuæ Eccleſiæ, debet manuteneri in hac quaſi poſſeſſione, non obſtante contraria pragmatica ſæculari, Eadem Sac. Congregatio in S. Marci 23. Auguſti 1607.

In cauſa feudi clericus ſubiicitur domino directo ipſius 61
feudi, cui etiam iuramentum fidelitatis præſtat, & hoc ſiue agatur iudicio petitorio, ſiue poſſeſſorio eiuſdem feudi, Eadem Sac. Congregatio in Sabaudien. 19. Martii 1602. & in S. Angeli 15. Auguſti 1620.

In cauſis item camerali obligatione vallaris non prodeſt 62
hoc priuilegium ad euitandum forum Auditoris Cameræ, Rota apud Zacchiam *deciſ.*93. Item non habet locum, quando lis eſſet cœpta in vita defuncti, Rota *ibid. num.*21. de quo *alibi*. Nec quando defunctus expreſsè ſubmiſit ſe, & ſuos hæredes iuriſdictioni alicuius Iudicis, *ibid.* Nec quando iſtæ miſerabiles perſonæ conſenſerunt in iuriſdictionem alicuius Iudicis, niſi fortè per viam reſtitutionis in integrum, vbi locum habet, Gloſ. *d. l. vn. v. excedere*. Nec quando eſſent diuites. Quia tunc non poſſent dici miſerabiles, Dian. *par.*4. *tr.*1. *reſol.*90. ac aliis. Quia, cùm omnia pecuniæ ſeruiant, atque obediant, *Eccleſ. cap.*10. ſi ſunt diuites, defenſione non carebunt. Ideòque Afflictus *in Conſt. Regni, incip. lege præſenti*, quando loquitur de perſonis miſerabilibus, dicit de pauperibus, non diuitibus eſſe intelligendum, aliàs ſequeretur abſurdum, quòd pau-

pauper, miserabilis, & diues eiusdem essent conditionis, vt dixit Alex. *cons.121. num.14. vol.1. & Specul. in tit. de instr. edit. §. nunc verò aliqua.*

63 At verò in iudicando contrarium tenendum est. Quia ijsà iure priuilegium generaliter concessum est, & sic tam diuites, quàm pauperes in eo comprehensos esse, nemo est qui ambigat, ceu dixit Innoc. *in cap. significantibus*, & Abb. *in cap. ex parte, col.2. de for. comp. & in cap. Cæterum, de iud.* Bald. *nou. in tr. de dot. p.q. prin.17.* Bulg. *in l.1. ff. sol. matr.* Neuiz. *in sylua nupt. fol. mihi* 25. Abb. *in cap. licèt ex suscepto num.7. de for. comp.* Vnde si consideremus generalitatem verbi viduæ, vel pupilli, omnes, & diuites, & pauperes comprehendi concludendum est, Abb. *q.4. num.15.* Dec. *in d. cap. cæterum de iud.* Quod suadetur, quia miserabiles personæ illæ dicuntur, quæ proprias causas dicere nequeunt, *cap.1. in fin. de postul.* Rol. à Val. *cons.76. an.4. vol.1.* Atqui pupillus non habens velle, neque nulle, ac mulier vidua, & similes personæ sunt huius conditionis, atque ideò *in d. l. vn.* comprehenduntur. Quinimò, etiamsi diuites essent, tantò magis, vt eorum bona conseruentur, ne, illis occupatis, egestate oppressi mendicate cogantur, lex debet eis se fauorabilem præbere. Et sicut Regina Vidua, respectu eius status, & qualitatis, poterit etiam dici miserabilis, Dec. *in d. cap. Cæterum, num.18.* & prosequitur Matehes. *de commiss. anoc. caus. cap.1. num.27.* testans, hanc esse Signaturæ sententiam, eamque de stylo sequi, tenendo vniuersaliter eiusmodi priuilegium statui concessum, omnesque tam pauperes, quàm diuites in eo comprehendi, qui trahunt, & non trahi valent, & ita etiam post multos tenet Menoch. *de arb. lib.2. q.66. num.4.* Rol. à Val. *cons.76. num.4. vol.1.* Dec. *loc. cit. num.18.* ibique Abb. *num.16.* & *in cap. cum esses num.33. de testam.* Afflictus verò non rectè in contrarium adducitur. Nam loquitur de Aduocato pauperum, qui non tenetur gratis inseruire pupillis, & viduis diuitibus, quia non diuitibus, sed pauperibus datus est.

Aliter, sed non alia strictim, vt sequitur.

64 Regulariter iure receptum est, quòd siue Clericum, siue laicum quis conuenire velit, debet Rei Iudicem adire, *l. adire C. de ord. iudic.* Nam actor forum Rei generaliter sequi debet, *can. experientia 11. q.1. cap. Si Clericus de for. comp. & l. cum sit C. de iurisd. omn. iud. l. fin. ff. si quis in ius voc. non ier. l.1. & 2. ff. de iudic.*

65 Hæc tamen regula in multis casibus fallit, in quibus quis sortitur forum non suum, & facit suum; id est laicus forum Ecclesiasticum, vel forum alterius Iudicis.

66 *Primus*, in causis matrimonialibus, quæ licèt inter laicos agitentur, tamen per Ecclesiasticum Iudicem sunt tractandæ *can.1. d.10. cap. causam de offic. deleg.*

67 Secundus, in causis criminalibus ecclesiasticis *can.1. 2. q.6.* vtpotè in crimine sacrilegij, vel quasi, *cap. cum sit hæresis de hæret. cap. ad abolendam. de simon.*

Excommunicationis *can. multi 2. q.1.*

Violatæ pacis, & periurij, *cap. nouit de iudic. §. fin.*

Adulterij *cap.1. de offic. ordin.*

68 Vsuræ *tot. tit. de vsur.* & certis alijs similibus apud speculatorem.

69 Tertius, vbi agitur de pœnitentia ex quacunque causa, etiam in modum denunciationis *arg. can. libero. d.7. cap. nouit. de iudic.* vbi Iudex Ecclesiasticus potest per viam denunciationis euangelicæ, seu iudicialis, procedere contra quemlibet peccatorem, etiam laicum.

70 Quartus, in iure patronatus, & in omnibus spiritualibus, & spiritualibus annexis, *cap. decernimus, & cap. quanto de iudic.*

71 Quintus, ratione contractus conuenitur quis coram non suo Iudice, sed coram eo, sub quo contraxit, vel vbi promisit, *l. hæres absens §.1. ff. de iudic. & l. si quis tutelam, & l. argentum eodem, & in C. vbi conu. qui cer. loco da. prom. l. vn. & cap. fin. de for. comp.* Quod verum intellige, si in loco contractus inueniatur, & non aliter. Potest tamen decernere Iudex missionem in possessionem faciendam in bonis, quæ alibi habet, vt *cap. Romana §. contrahentis de for. comp. in 6.*

72 Sextus, ratione criminis in aliena iurisdictione commissi, quia ibi, vel vbi inuenitur conueniri potest *can.1. 3. q.6. cap. de rapt. cap. postulasti de for. comp.* & *cap. fin. eod. l.1. C. vbi de crim. agi opor. & auth. qua in prouincia.*

73 Septimus, ratione rei, seu possessionis in aliena iurisdictione constitutæ. Nam si Tarentinus velit agere de possessione, vel terra, quam habet Cryptaleis, Cryptaliensis Iudex de illa quæstione cognoscet, vel Iudicem dabit, *cap. sanè de for. comp. & d. cap. fin. eod. l. actor C. vbi in rem act. exerc. deb. l. sed & si susceperit §. fin. ff. de iudic. l. si prædium C. de præd. min.* Verùm quomodo processus in hoc casu instituatur, id est quomodo Cryptaliensis Tarentinum vocabit in ius, seu, vt dicunt, citabit, fusiùs tractat speculator. Tu breuiter sic dices: Iudex Tarantinus debet mittere litteras Iudici Cryptaliensi, vbi reus degit, vt faciat illum coram se venire, & si non sic venerit, mittet actorem in possessionem rei petitæ.

74 Octauus, ratione feudi, cuius quæstio sub domino feudi agitatur, si iure feudali agatur *cap. cæterùm de iudic. & cap. licèt de for. comp.*

75 Nonus, ratione reconuentionis, vt *can. accusatores §. cuius in agendo 3. q.8. d. cap. licèt de for. comp. cap. ex litteris de mut. petit.* Ratione consensus partium. Si enim partes consentiant coram non suo Iudice litigare, eundem sortiuntur Iudicem suum *l. est receptum ff. de iurisd. omn. iudic.*

76 Verùm Clerici hoc non possunt sine consensu sui Prælati *cap. significasti de for. comp. & d. cap. Romana eod. in 6.*

77 Consentire autem videtur, qui sciens se non esse subiectum alicuius iurisdictioni, in eum consentit. Vide Specul. *lib.2. §.1. tit. de compet. iudic. adeundo.*

78 Decimus ratione priuilegii, vt in scholare, qui tres habet ex optione Iudices, Dominum, Magistrum, Episcopum, de quo vide *Constit. Federici Imper. C. ne fil. pro patre.*

79 Vndecimus, in causa appellationis *can. peregrina iudicia 3. q.6.*

80 Duodecimus, quando Papa iubet, vel delegat *can. vndequaque ead. q. & can. iudices 2. q.1.*

81 Decimustertius, propter loci importunitatem trahitur quis ad aliam prouinciam *can. siue 33. q.2.*

82 Decimusquartus, in causa natiuitatis, quæ spectat ad Ecclesiam, *cap. lator, qui fil. sint legit. & cap. causam, cap. tuam de ord. cogn.*

83 Decimusquintus, in causa decimarum *de decim. per tot.*

84 Decimussextus, in causis pœnitentiarum, quæ ad Ecclesiam pertinent *can.1. 11. q.1. can. aliud de pœnit. d.1.*

85 Decimusseptimus, in causis adulterii, cùm agitur ad separationem *cap.1. vt lit. non contest.*

86 Decimusoctauus, in causis viduarum, pupillorum, libertorum, & miserabilium personarum, quæ saltem secundariò spectant ad Ecclesiam *can.1. & 3. d.82. cap. ex tenore de for. comp. & cap. nouimus de verb. signif.* Et præcipuè circa dotem, *cap. nuper de dot. post diuor. rest.* Et idem in causis aliarum personarum, quod dic plenè, vt notatur secundùm Innoc. *in cap. significantes de offic. iudic. deleg.*

87 Decimusnonus, vbi agitur de possessione violata *l. vn. C. vbi de possess. ag. oper. l. si prædium C. de præd. minor.*

88 Vigesimus, in causa fidei *can. quoties 24. q.1.* vbi dicitur, ad Romanam referant Ecclesiam quoties fidei ratio ventilatur.

89 Vigesimusprimus, cùm quis alibi se soluturum promisit *cap. dilecti de for. comp. l. vn. C. vbi comp. d. da. cert.* Nam ibi dicitur quis contrahere, vbi constituit se soluturum, vt *l.3. ff. de 60. auc. ind. poss.* Vide Specul. pulchrè disputantem, an aliquis, & maximè Clericus, possit renunciare foro suo.

90 Vigesimussecundus, si Iudex sæcularis sit negligens, *cap. licèt de for. comp. & cap. seq. in fine.*

91 Vigesimustertius, cùm suus Iudex recusatur, *cap. si quis contra de for. comp.*

92 Vigesimusquartus, in compromissis *de arb. per tot.*

93 Vigesimusquintus, ratione vltimæ voluntatis, vnde fideicommissum petitur, vbi relictum est *l. vn. C. vbi fideicom. pet. post l. hæres ff. de iudic. & l. si fideicommissum eod.* Et legatum petitur vbi est, nisi hæres dolo inde subduxerit, tunc enim dabitur vbi petitur *l. quod legatur ff. de iud.*

94 Vi-

94 Vigesimussextus, in causis rusticorum, & seruorum Ecclesiæ, quorum causæ ad Ecclesiam spectant, & inde in alijs laicis ad forum Ecclesiasticum spectant, *can. iudicatum d.89. can. Ecclesiarum seruus* 12. *q.*2. *cap. nullus de for. comp.*

95 Idem etiam est de colonis Ecclesiæ vt *l.*2. *C. de Episc. & Cler. & l. si quis C. vbi caus. fis.* sed illa possunt intelligi super rebus, quas ab Ecclesia tenent, secus autem si conueniantur ex delicto, vel contractu, licèt dicta lex indistinctè loquatur. Verùm hoc aliàs.

96 Vigesimusseptimus, in peregrinis, & mercatoribus, & agricultoribus, & mare nauigantibus, & alijs *cap. innouamus de treg. & pac. cap. vn. de peregr. & cap. significantibus de offic. deleg.*

97 Vigesimusoctauus, cùm agitur de feudo Ecclesiæ, *cap. verùm de for. comp.*

98 Vigesimusnonus, cùm Clericus impetrat contra laicum, quod de consuetudine fit in curia indistinctè *cap. fin. de iud. & cap. fin. de al. mut. iud. cau. fac.*

99 Trigesimus, Vacante Imperio cognoscit Papa, vel eius delegatus de feudo, *d. cap. licèt de for. comp.*

100 Trigesimusprimus, cùm quid difficile imminet, vel ambiguum inter Iudices, recurritur ad Ecclesiasticum, *cap. per venerabilem*, *§. rationibus*, *qui fil. sint legit.*

101 Trigesimussecundus, si consuetudo, vel priuilegium dat iurisdictionem domino super familiam, illud seruetur, *cap. cum contingat de for. comp. & cap. fin. de offic. Archid.*

102 Trigesimustertius, ratione pacis, quia tunc intromittit se Ecclesia de qualibet causa, *cap. nouit de iudic.*

103 Trigesimusquartus, ratione connexitatis cognoscit Ecclesia, & committit, vt patet in dote *cap.* 1. *de don. int. vir. & vx. & cap. ex parte de for. comp.* Immò Iudex Ecclesiasticus cognoscit principaliter de dote.

104 Trigesimusquintus, quando Ordinarius recusatur, quia tunc Episcopus associatur *in auth. vt diff. Iud. §. si verò contigerit col.*9. *l. si verò C. de iud.*

105 Trigesimussextus, ratione loci. Vnde Romæ, quia communis patria, conuenitur quilibet, qui non habet ius reuocandi domum, *l. Roma ff. ad municipal. can. vocatio* 5. *q.*2. *cap. fin. de for. comp. l. sius, qui Romæ, ff. de iudic.* De qua reuocatione vide Specul. *l.*1. *par.*2. *tit. de reo*, *v. Item legati*, *& seq.*

106 Trigesimusseptimus, ratione possessionis, *l. fin. C. adu. diu. Iud.* & in *auth. vt Cler. apud prop. Episcop. per tot. col.*6.

107 Trigesimusoctauus, ratione administrationis. Vnde argentarius ibi cogitur rationem reddere, vbi argentariam exercuit, *l. prætor §. Is etiam qui ff. de eden.*

108 Trigesimusnonus, ratione domicilij *l. vn. C. vbi no. agi op. & cap. fin. de for. comp. & cap. ex parte eod.* Sed si debitor vagetur per mundum, nec habeat domicilium, vbi respondebit, *l.*2. *§. penult. ff. de iudic.*

109 Quadragesimus, ratione manumissionis. Vnde libertus sequitur forum patroni *l. si quis §. nisi*, *& l. assumptio §. fin. ff. ad municip.*

110 Quadragesimusprimus, ratione militiæ *l. municipes §. fin. ff. ad municip.*

111 Quadragesimussecundus, ratione matrimonij mulier sequitur forum viri *l. fin. C. de incol. l. Cum quidam ff. de iurisd. omn. iud. l. exigere ead. & l. fin. §.*2. *& l. ea, quæ desponsata ff. ad municip.*

112 Quadragesimustertius, ratione cursus decennis, quo quis moratus est in studio *l.*2. *C. de incol.*

113 Quadragesimusquartus, ratione tutelæ. Si enim plures sint tutores diuersarum iurisdictionum, omnes coram vno Iudice potest pupillus conuenire, *l. omnes C. arb. tut.*

114 Quadragesimusquintus, ratione consuetudinis, vt recenset Speculator, Aretij esse consuetudinem, vt super qualibet causa Clericus trahat laicum coram Iudice Ecclesiastico. Et sic loquitur *cap. Cum sit de for. comp. & cap. licèt de iud. & cap. nouit eod.*

115 Quadragesimussextus, ratione actionis *l. fin. C. vbi in rem act.*

116 Quadragesimusseptimus, ratione negotiationis *l. hæres, §. si quis ff. de iudic.*

Quadragesimusoctauus, ratione constitutionis *l. non* 117
vtique ff. ad municipal.

Quadragesimusnonus, ratione temporum *l.*2. *C. de* 118
incol. sicut in casu 45.

Quinquagesimus, ratione dignitatis, *l. filij §. penult.* 119
ff. ad municip.

Quinquagesimusprimus, ratione originis propriæ, 120
vel paternæ sortitur quis forum, *l. filios C. de municip. & orig. & l.*2. *eod. & in l. assumptio §.*1. *& l. libertas §. patris eod. tit.*

Quanquam in plerisque casibus supra enarratis Cleri- 121
ci sint priuilegiati, & exempti à foro sæculari, tamen in quibusdam Iudex sæcularis cognoscit de persona, & rebus ecclesiasticis, vtpotè in his, quæ sequuntur.

Primus, cùm Clericus laicum coram illo conuenit, 122
cap. si quis clericum de for. comp. & cap. cum sit eod. can. experientia 2. *q.* 1. Et præcipuè si laicus reconueniat.

Secundus, si Iudex sæcularis ab Ecclesia inuitetur, at- 123
que imploretur *can. & d.*32. *can. Adrianus d.*63. *cap. ad abolendam de hæret. & cap. excommunicamus §. moneatur eod.*

Tertius, si iudex sæcularis ab Ecclesia, vel Prælato Ec- 124
clesiæ in correctionem imploretur, *cap. Princeps* 23. *q.* 5.

Quartus, post desponsationem Clerici potest Iudex sæ- 125
cularis cognoscere in Clerico, quia tunc factus est de ipsius foro, *cap. cùm non ab homine de iudic. & cap. nouimus de verb. signif.*

Quintus, cùm Clericus est incorrigibilis à suis supe- 126
rioribus ecclesiasticis, & in profundum malorum deuenit, *d. cap. Cùm non ab homine, & can. nec licèt d.*17.

Prætereà licèt regulariter verum sit, quòd sententia 127
à non suo Iudice lata non teneat, *cap. at si Clerici de iudic. l. fin. C. si à non comp. Iud.* Tamen fallit in quinque casibus permissis, quia per factum suum factus est de iurisdictione iudicantis. Quos certè casus, vel ob hanc saltem causam scire refert, quia quandoque magis expedit actori conuenire reum sub eo de cuius iurisdictione factus est, quàm sub ordinario.

Pœnæ Clericorum coram sæculari Iudice responden- 128
tium. Prima, si causa sit criminalis, etiam si pro eo lata sit sententia, beneficium perdit; quod si non habet, perdet ordinem, & deponetur, *can. placuit* 11. *quæst.* 1. Secunda, si verò ciuilis sit, perdet id, quod euicerit, idest rem, in qua sententialiter absolutus fuerit, *cap. si diligenti de for. comp.*

Pœnæ laicorum Clericos ad sæculares Iudices trahen- 129
tium. Prima, perdit rem, & causam petitam per sententiam, & à suo iure cadit *l. statuimus C. de Episc. & Cler.* Secunda, debet excommunicari, nisi satisfacere velit, *cap. si diligenti de for. comp.* Bulla *in Cœna Domini. can.*15.

Purgatur autem recursus instar attentatorum. Nam 130
ijs, qui propter recursus à Curia Ecclesiastica ad sæculares inciderunt in Bulla Cœnæ Domini, non conceditur excommunicationis absolutio, nisi cum clausulis, *renunciando prius recursui, & fine litis, ac litigantium præiudicio, ac dummodo exponentes nullum ius propterea acquirant.* Non dicuntur autem hi recursus sufficienter purgati, nisi omnia integrè restituantur in pristinum statum, prout erant ante recursum, Rota in Pampilonen. electionis Canonic. 11. Maij 1640. coram Dunozetto. Et quicquid in eorum executionem fuit gestum, est protsus nullum, atque inualidum, & sic recurrentibus deneganda est audientia, donec recursibus renunciauerint, & absolutionem obtinuerint, vt passim iudicauit Rota, maximè *decis.*407. *num.*9. *par.*4. *rec. tom.*2. *&* 735. *à num.*5. *ad fin. ead. par.*4. *tom.*3. & in Cæsaraugustana distributionum 7. Nouembris 1636. coram Coccino, & in Gandauen exemptionis 22. Iulij 1648. coram Emin. Cello, & in Pampilonen. decimarum 12. Iulij 1649. *in fine* coram Arguellas.

CONSVLTATIO III.

Quidam vnum ex suis inimicis occidit, à quibus lataliter vulneratus, ac semiuiuus, & sine sensibus illicò ex commissione sui consanguinei à quibusdam ad Ecclesiam ductus fuit: Hoc audiens Iudex laicus, ægrè tulit, dixitque, Ductores pœnam luituros; Vnde isti vulneratum à dicta Ecclesia eduxerunt, & ad eius domum transtulerunt, vbi à satellitibus laicis fuit captus, & ad carceres perductus, quæritur, an sit restituendus Ecclesiæ?

1 NEgatiuè respondendum videtur. Nam homicida captiuus in carcerem conductus est è sua domo, eiusque eductio ab Ecclesia facta fuit ab eisdem, qui illum ad eam adduxerant absque scientia, & cooperatione Curiæ sæcularis, ac sine concursu voluntatis ipsius homicidæ, sensu penitus destituti. Exclamatio verò illa Gubernatoris non fuit emissa per modum imperii, neque ad incutiendum metum.

2 Nihilominus restituendum puto. Quia licèt homicida vulneratus, tunc esset sensibus destitutus, negari tamen non potest, quin suus consanguineus ad Ecclesiam eum duci iusserit, atque ita cùm permanebat in loco sacro *sub fide parentum*, non potuit, neque debuit ex illo educi absque eorum commissione. Comminatio autem Gubernatoris, tanquam illius, qui exercet iurisdictionem, satis est ad metum incutiendum, cadentem in virum constantem, atque adeò si non directò, saltem indirectò violationem Immunitatis Ecclesiæ causauit. Et ita censuit Sacra Congregatio Immunitatis in vna Sabinensi die 18. Iunij 1669. nempè restituendum Ecclesiæ.

CONSVLTATIO IV.

An reuocatio, siue disdicta census Ecclesiastici fieri possit coram Iudice laico, posito, quòd non sit simplex notificatio, sed actus ab ipso Iudice subscriptus?

An ipse Iudex laicus possit absque incursu censurarum prohibere suo Actuario, ne exhibeat præfatam disdictam foro Ecclesiastico, illamque ab actis tollere? Et

An ipsi iudici, siue Potestati, vel Gubernatori suffragatur cap. Cùm Matthæus de hæret.?

1 HAnc controuersiam vna, & altera altercatione litatam deserere nolumus. Ad primum igitur putant nonnulli, huiusmodi disdictam fieri posse coram Iudice laico. Nam, inquiunt, non sumus in casu excommunicationis *can.* 15. Bullæ Cœnæ. Quoniam ibi prohibetur sub pœna excommunicationis trahere personas Ecclesiasticas ad forum sæcularem, & Iudicem laicum, quod intelligitur, quando aliàs causa de iure non spectat ad ipsum. Quod satis significant verba illa Canonis; *præter iuris canonici dispositionem*. At disdicta census facienda est contra Ecclesiasticos coram Iudice laico, vt tradunt Cencius *de cens. quæst.* 103. *num.* 24. *&* *q.* 111. *n.* 6. *&* 27. *& par.* 3. *cap.* 1. *q.* 5. *art.* 9. Felic. *tom.* 2. *de censib. lib.* 4. *cap. vn. num.* 5. *in fin.* Et consonat etiam, loquendo tam de oblatione, quàm de deposito, Io. Bapt. Lupus *in l.* 2. *com.* 2. §. 4. *numer.* 113. *C. de pact. inter empt. & vendit.* Neque enim agitur de iudicanda persona Ecclesiastica, neque de sobijciendis eiusdem bonis Iudici laico, sed de liberanda re censita ab honore census, quæ, cùm sit subiecta Iudici laico, pertinet ad ipsum disponere de liberatione, cùm res, de qua agitur, & possessor subijciatur foro laicali iuxta *cap. fin. de for. comp.* Facitque quod tradit Bald. *in l. acceptam q.* 13. *num.* 24. *C. de vsur.* Alex. *d. cons.* 163. *num.* 4. *lib.* 5.

2 His accedit, quòd cum disdicta non sit actio intentata contra personas Ecclesiasticas, sed tantum denunciatio redemptionis census, non trahit personas Ecclesiasticas ad Iudicem laicum, neque interponit contra ipsas eiusdem potestatem, sed tantùm interpellat auctoritatem ipsius pro auctorizanda denunciatione. Cùm autem auctorizatio sit actus iurisdictionis, pertinet ad superiorem illius, cuius actus est auctorizandus, vt obseruat Specul. *tit. de iurisd. omn. Iud. n. Porrò.*

3 Ac denique disdicta non solùm tendit ad denunciandum redemptionem census, sed etiam ad obligandum disdicentem ad restituendum pretium, & extinguendum censum, si intra annum exigatur extractio iuxta Constit. *de Censib. Pij. V. incip. Cùm onus*, §. 6. vbi disponitur, quòd facta denunciatione, si non redimatur census, possit à denunciante, etiam inuito, intra annum exigi restitutio pretij. Et ideò tendit disdicta ad constituendum disdicentem, veluti reum, ita, vt possit conueniri in ordine ad restituendum pretium. Ex quo fit, quòd facienda sit coram Iudice denunciantis, vt virtute eiusdem coram ipso conueniri possit. Inchoatio enim, & fundamentum iuridicum actionis pertinet ad Iudicem rei, *l. Iuris ordinem, C. de iurisd. omn. iud. & cap. Cùm sit de for. comp.* Immò neque absolutè trahuntur ad Iudicem laicum. Quia trahi ad Iudicem laicum dicit perturbationem iurisdictionis, & quòd sit exercenda laicalis iurisdictio in personas Ecclesiasticas. In hoc autem casu, vt dictum est, nulla iurisdictio exercetur in personas, vel res Ecclesiasticas, sed tantùm in personas, & res laicales subiectas Iudici laico. Ob quam rationem in causa feudali dominus feudi, licèt laicus, cognoscit, etiamsi feudum possideatur à Clerico, quia res, de qua agitur, ad ipsum pertinet, *cap. ex transmissa de foro comp. & cap. Cæterum de iudic.* Clar. *lib.* 4. §. *feudum quæst.* 90. *numer.* 6. cum alijs alibi adductis.

4 Atque adeò non videtur, habere locum excommunicatio *d. can.* 15. Bullæ Cœnæ, quia, præscindendo, an simus in casu illius canonis, cessat contumacia, si disdicta census fiat coram Iudice laico, & cùm auctoritate Doctorum ita tenentium, & præmissa consultatione virorum doctorum, & iuxta consuetudinem loci, quæ omnia inducunt bonam fidem, & excludunt contumaciam, sine qua non habet locum excommunicatio, D. Thom. *in addit.* 3. *par. q.* 21. *art.* 3. Alens. *par.* 4. *qu.* 2. *membr.* 1. *ar.* 3. D. Bonauent. *in* 4. *d.* 18. *p. vlt. q.* 2. Richard. *ar.* 3. *q.* 2. Bachon. *q.* 1. *ar.* 1. Durand. *q.* 3. *numer.* 7. Gabr. *q.* 2. *ar.* 1. *corol.* 1. Sot. *d.* 22. *q.* 1. *par.* 2. *concl.* 2. Ledesm. 2. *par.* 4. *quæst.* 23. *ar.* 3. Henriq. *lib.* 13. *sum. cap.* 17. *num.* 3. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 9. Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 9. *numer.* 4. Sayr. *lib.* 1. *de censur. cap.* 9. *numer.* 29. & alij communiter.

5 At nihilominus dicendum est, quòd, licèt Centius *loco allegato*, alijque affirmatiuè responderint, supponentes, quòd huiusmodi actus sit extraiudicialis, reprobantur tamen. Quia non potest esse actus extraiudicialis ille, qui à Iudice auctorizatur, & maximè in eo casu, in quo agitur de persona Ecclesiastica, cui fit disdicta, ac de re Ecclesiastica respectu census, qui spectat ad Ecclesiam. Quam ob rem nequit admitti ratio Cencij, & aliorum, quòd scilicet debitor laicus, tamquam reus, possit trahere creditorem Ecclesiasticum ad suum forum laicalem. Nam, quando res est Ecclesiastica, non potest pro ipsa agitari in alio foro, quàm in Ecclesiastico, siue laicus sit reus, siue actor. Eòque magis, quòd debitor in sua disdicta non debet considerari, tanquam reus, sed tanquam actor iuxta tradita per Salgad. *in laber. Credit. cap.* 2. *n.* 27. *& cap.* 7. *ex num.* 87. & meam Consult. 149. *num.* 10. 28. *&* 33. *tom.* 1. Idque præsertim si citatio fuerit subscripta Iudice laico, vel si, vltrà disdictam, debitor fecerit etiam depositum. In his enim casibus certum est, quòd est actor, non autem reus ex sententia ipsius Centij, & aduertit Salgad. *d. cap.* 2. *num.* 27. Atque ita declarauit Sacra Congregatio Immunitatis in vna Tolentina sub

die

die 16. Iulij 1669. Vnde ampliùs quærendum esse, mihi non videtur.

6 Ad secundum, respondeo negatiuè. Vnde nequit excusari ab incursu in Bullam Cœnæ Domini *d. can.* 15. cùm hic actus ex auctoritate publica sit impeditiuus iurisdictionis Ecclesiasticæ, siue Ordinarij, quem Vicarius repræsentat, vt firmat Sperell. cum pluribus *decis.* 160. *num.* 24. *& seq.* & declarauit eadem Sacra Congregatio in dicta Tolentina die 16. Iulij 1669. præcipuè autem, si statim, ac Episcopus comminatur censuras, Iudex laicus non recedat ab actis. Tunc enim habebit locum contumacia, atque adeò declaratoria excommunicationis, quæ, tanquam medicina ordinatur ad frangendum contumaciam, & ad reducendum deuiantes *can. multi* 2. *q.* 1. *& can. notandum* 24. *q.* 3. *& cap.* 1. *de except. in* 6. *& cap.* 1. *de sent. excom. eod.*

7 Ad tertium, etiam negatiuè. *Quia dictum cap. Matthæus de heret.* Potiùs ex consuetudine, quàm ex rigore litteræ est extensum ab Inquisitoribus. Ibi enim sermo est de Gubernatoribus sæcularibus ditionis Ecclesiasticæ, habentibus Breue Pontificium, & ideò non suffragatur ijs officialibus, qui babent simplicem patentem à S. Consulta, sicuti sunt Potestates ferè omnes, quamvis appellentur Gubernatores, quemadmodum Sacra Congregatio Immunitatis sæpiùs declarasse refert idem Sperellus dicta *decis.* 160. *num.* 54. & resoluit in dicta Tolentina die 16. Iulij 1669.

CONSVLTATIO V.

An confugientes ad Ecclesiam cum armis possint ijs spoliari à familia laica sine violatione Ecclesiasticæ Immunitatis? Vbi de Clericis arma gestantibus, alijsque rebus non pauca, & clarissimi viri Sperellus, ac Ciarlinus à calumnijs vindicantur.

1 ITerùm pro hac re in arenam descendimus propter noua causæ firmamenta, à laicis producta. At fragmentum naufragij arripiunt, dum, causa iam deplorata, vltimam sortem calamitatis redimunt.

2 Aiunt itaque. In hac quæstione, si Doctorum sententijs, ratione, vel rebus obseruatis pugnemus, constat non iure turbari Potestatis sæcularis facultatem, quæ iure hoc vtitur, vt pacatam reddat Rempublicam, Ecclesiam protegat, & iuuet.

3 Et primùm, iuxta Doctorum sententiam negari non potest, quin affirmatiua sit communis. Antesignanus pro illa notatur insignis Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 18. Suarez, summus theologus *lib.* 3. *de Relig. cap.* 12. *num.* 3. *tom.* 1. Graff. *tom.* 1. *lib.* 3. *concl. vn. de immun. Eccles. num.* 19. Io. de la Cruz *in direct. conscient. par.* 1. *precept.* 8. *quæst.* 3. *ar.* 1. *dub.* 1. Fagundez *de præcept. Eccles. præcept.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 55. Laurentius de Portel. *in dub. Regul. verb. Ecclesia num.* 15. Borgnin. Caualc. *in repert. suar. decis. v. Iudex Ecclesiasticus numer.* 18 Gambacurt. *de immun. Eccles. lib.* 4. *cap.* 26. *n.* 12. Cutel. *de prisc. & recent. Eccles. libert. lib.* 1. *quæst.* 8. *per tot.* Laym. *lib.* 4. *tr.* 9. *cap.* 3. *num.* 13. Sanchez *cons. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. Scarp. *de iur. Asyl. cap.* 5. *fol.* 43. Villalob. *tom.* 3. *tr.* 39. *diffic.* 5. *num.* 11. Nald. *v. Ecclesia numer.* 5. Franc. Cesped. *in dub. milit. dub.* 21. Thom. Delben. *de immun. Eccles. cap.* 16. *dub.* 30. *num.* 4. *&* 7. *ac seqq.* Foller. *in pract. crim. can. cap.* 37. *num.* 30. Baiard. *ad Clar. q.* 30. *§. fin. n.* 4. Riccius *in prax. var. resol.* 26. Matth. *de iurisd. p.* 2. *cap.* 50. *num.* 12. *&* 13. & Peguer. *decis.* 260. *num.* 6. Vbi ait, fuisse decisum secundùm hanc sententiam à Regio Cancellario tertiùm electo in causis iurisdictionalibus inter vtramque potestatem in illa Prouincia, etiam de consilio suorum Consultorum, inter quos idem Peguera. Quibus adiungi potest sententia illorum, qui sustinent, rem à fure ablatam posse educi ab Ecclesia per Curiam sæcularem, quam defendunt ferè citati omnes, & Farinac. *de carcer. & carcerat. q.* 28. *num.* 58. Guttier. *pract. qq. lib.* 1. *q.* 1. *in fin. num.* 21. ac Borgnin. Caualc. *loco alleg. num.* 13. sicut etiam calculum augent omnes illi, qui secundùm aliam communem probant, Clericum cum armis repertum posse armis spoliari à Curia sæculari, inter quos, & ipse Couar. *vbi suprà, & in pract. q.* 33. *n.* 7. Plaz. *lib.* 1. *de delict. cap.* 8. *num.* 28. Clar. *in § fin. q.* 36. Vbi sic passim obseruari testatur, Guttier. *d. lib.* 1. *q.* 12. *num.* 4. *&* 8. Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *num.* 1. *& seqq.* idem Borgnin. *num.* 18. Farinac. *q.* 18. *numer.* 24. Carol. de Graff. *de eff. Cler. effect.* 1. *num.* 882. Bellet. *disquis. Cler. par.* 1. *tit. de fauor. Cler. person. §.* 11. Bobadil. *in polit. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 66. Gratian. *discept. for. cap.* 139. *num.* 24. *& seq.* Ansald. *de iurisd. par.* 2. *tit.* 11. *cap.* 22. *num.* 98. Alter. *de censur. in* 19. *excom. Bull. Cœn. Dom. lib.* 5. *disp.* 20. *cap.* 1. & Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 2. *disp.* 3. *numer.* 158. vbi adiungit Ceuallum, Salcedum, Ioannem, Garz. Parladorum, Bobadillam aliis locis, vltrà allegatos Cenedum, Pereyram, Ambrosinum, Borellum, & Scacciam, ac testatur de generali consuetudine Hispaniæ, prout idem obseruari in Gallia dicit Aufrerius *de potest. secul. super Eccles. reg.* 1. *num.* 21. & Menoch. *de arbitr. d. cas.* 394. *num.* 34. *&* 35. Quam sententiam latè comprobat Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 14. *& seq.* vbi alios adducit, & sequuti sunt, etiam ex antiquioribus, Palacios Rub. *in repet. cap. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §.* 2. *num.* 10.

4 Aduersus certissimam hanc, & communissimam sententiam insurgunt recentiores aliqui, nouarum opinionum in hac materia Immunitatis perpetui sectatores, inuoluentes scriptis suis antiquorum sententias, qui amore veritatis scripsere. Adiunguntur etiam aliquæ decisiones S. Congregationis Immunitatis; sed cùm latæ sint, non audita potestate sæculari, neque in contradictorio iudicio, credendum est, Eminentissimos viros deceptos horum scriptorum tunc viuentium instantiis, vt potest colligi ex Ciarlino Vicario generali Episcopi Rhegiensis, ad cuius consultationem emanauit decisio Sac. Congregationis, de qua ibi fit mentio in fine.

5 Ergo ex numero Doctorum constat, sententiam, quæ Potestati sæculari fauet, esse communissimam, cùm pro ea stent vnus, & viginti Doctores, vltrà additos pro spoliatione rei furtiuæ, & armorum, cum quibus Clerici reperiuntur, qui plures sunt, & magnæ auctoritatis, & pro negatiua solùm quidam recentiores adducuntur, omnes vnius sæculi scriptores, & inter eos Sperellus, ac Ciarlinus, olim Vicarii generalis Episcoporum, quibus quantum fidendum sit, eorum scripta ostendunt. Quòd si auctoritate scriptorum certemus, quod in constituenda communi maximè obseruandum est, nemo negabit pro omnibus contrariis vnum Couaruuiam sufficere ex legistis, & ex theologis Suarez, vtrumque omnium consensu eximium doctrina, vt quidem mirum sit, quomodo audeat Sperellus *decis.* 127. *num.* 11. asserere, crebriori calculo receptam esse sententiam negatiuam, nisi id dixerit, vt magis ostenderet, quibus studiis ductus scripserit.

6 Deinde videamus quibus rationibus nititur hæc communis, & quibus fundamentis contraria. Couaruuias *dicto loco* id licere statuit laicis, quia armorum delatio prohibita est laicis, & clericis tam in Ecclesia, quàm extra *l.* 1. *C. vt armor. vs. insc. Princip. interd. sit lib.* 11. *cap. Clerici arma, de vit. & honest. Cler.* cum aliis, quæ allegat. Ideò cùm ex eorum delatione in Ecclesia delinquat arma deferens, potest sæcularis Potestas id punire, prohibere, & impedire, armis eum spoliando.

7 Respondet Sperellus *ea decis. num.* 30. Concesso, quòd possit delictum delationis armorum in Ecclesia puniri per Potestatem sæcularem, tamen id in suo Tribunali licèt, non in Ecclesia, spoliando armis. Quia non potest sæcularis potestas iurisdictionem in Ecclesia exercere, ideò continere argumentum Couaruuiæ paralogismum, in quo fit transitus de loco ad causam, cùm aliud sit, quod spectet punitio eius, qui defert arma in Ecclesia ad Potestatem sæcularem, aliud, quòd idem Iudex laicus possit

actum

actum iurisdictionis intra Ecclesiam exercere; propterea ex diuersis non fit bona illatio, vulgari *l. Paimanus, ff. de minor.* Ciarlinus verò *cap.* 15. *num.* 79. & 80. appellat rationem Couaruniæ nimis insulsam. Nam, si ex quo delinquit deferens arma in Ecclesia, potest spoliari, exercendo ibi iurisdictionem, posset etiam sic delinquens extrahi ab Ecclesia eadem ratione. Quod tamen in Constitutione Gregorij prohibitum est. Si ergo ratio, qua Couaruuia mouetur falsa est, eius quoque sententia, & sequacium est explodenda.

8 Sed coecutiunt isti Doctores, nec sententiam, & rationem egregij viri satis percipiunt. Couaruuia enim eo in loco non vult, quòd Potestas sæcularis possit exercere iurisdictionem in Ecclesia, vt supponunt; quinimmò id negat, quatenus ibi decidit, fugientes ad Ecclesiam cum armis, extrahi à Curia sæculari non posse. Quod igitur permisit Potestati sæculari est, prohibere delictum in Ecclesia, spoliando armis delinquentem. Id enim non est actus iurisdictionis, sed protectionis, quam habet Princeps in Ecclesiam. Cùm Ecclesia enim sit de territorio Principis, vt dicit Bald. *inl. si quis in hoc genus num.* 2. *C. de Episcop. & Cler.* & ibi Castr. traditque Roland. *cons.* 24. *num.* 7. *lib.* 2. & teneatur eam protegere, ac tueri, vt benè comprobat Salgad. *de reg. protect. præl.* 3. *num.* 72. vbi plures alios allegat; exercendo autem protectionis actum in Ecclesia, quam Principi sæculari conuenite concedit ipse Sperellus *num.* 20. non violat immunitatem Ecclesiæ, sed iuuat, & vtitur iure illo protectionis, quam habet, per quod ei conuenit curare, ne fiat Ecclesia spelunca latronum, in qua delinquendo assiduè, deferendo arma, cultus diuinus impediatur. Aliàs protectio hæc esset inanis, ac sine effectu, cùm tamen concesso vno, omne id, per quod ad illud peruenimus, fateri oportet conuenire, ac posse exerceri *ad text. in l.* 2. *ff. de iurisd. omn. Iud.* & egregiè ad id Salgad. *supra num.* 72. *cum seq.* vbi latè ostendit propter tutelam hanc, quam Princeps de Ecclesia habere debet, posse illum prohibere, ne Sacerdotes offendantur, & id vindicare. Ergo pariter, ne in Ecclesia delinquatur, neve delatione armorum turbetur, Sanctissima Dei domus, quam Religione munire, non armis conuenit, vt de his pluta circa venerationem Ecclesiarum obseruat Barbos. *de iur. Eccles. vniu. tom.* 2. *cap.* 1. *per tot.* Ergo dum Couarunia dixit, Potestatem sæcularem posse punire delinquentem, quia delinquit in Ecclesia, spoliando armis, quæ omnibus prohibita sunt, constat, non loqui de exercitio iurisdictionis, vt præcitati Doctores malè sentiunt. Nam ex se satis patet, quòd spoliare armis non est punire delinquentem, sed est actus protectionis Ecclesiæ, prohibendo delictum in ea, quod vtique licet. Atque ita inconcussum manet fundamentum Couaruuiæ, quòd insulsè carpit Ciarlinus, & Sperellus.

9 Quod autem spoliare armis non sit actus iurisdictionis, sed protectionis, manifestum est. Quia id licet cuique de populo. Cùm enim arma vetita ex genere prohibitorum fiot *ad text. in d. l.* 1. *C. vt armor. vs. insc. Princip. lib.* 11. & *in auth. de arm. collat.* 6. *lib.* 1. *ff. ad l. Iul. de vi publ.* latè Farinac. *quæst.* 108. *num.* 3. Quod multò magis respectu Clericorum recipiendum est, *tex. in cap. Clerici, de vit. & honest. Cler.* Farinac. *supra num.* 21. Graff. *effect.* 20. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. cas.* 394. *num.* 31. Adeovt, si contra faciant, excommunicandi sint, vt disponitur *in d. cap.* 2. *de vit. & honest. Cler.* vbi Abb. *num.* 19. Bald. *num.* 4. & communiter canonistæ, Graff. *supra num.* 8. & Barbos. *de iur. Eccles. cap.* 40. *num.* 137. Arma siquidem Clericorum orationes sunt, & lacrymæ, vt ex D. Ambrosio desumitur *in cap. Conuenior* 23. *q.* 7. & ex D. Hieronymo *in cap. fin.* 26. *dist.* Barbos. *loco alleg. n.* 138. & Menoch. *ibidem num.* 32. Consequens fit, illa à quolibet occupari posse. Hoc autem fit à Curia sæculari, ne scandala oriantur, nō quòd fieri non possit à quolibet de populo. Quando autem Curia sæcularis assistit actui, quem alius quilibet facere potest, tunc non exercet iurisdictionem, sed actum protectionis. Exemplum est in creditore, qui potest propria auctoritate pignus sui debitoris capere; si auctore Iudice, id facit, Iudex tunc non exercet iurisdictionem, sed tantùm assistentiam præstat, ne scandala oriantur. Est casus *in l.* 3. *C. de pignor.* vbi Bart. *num.* 1. & *seqq.* ac tradit Thom. del Bene *d. dub.* 30. *cap.* 16. *n.* 9. & Menoch. *de recup. possess. remed.* 8. *num.* 100. Pariter si quis potest facere actum propria auctoritate, & vim vi repellere, id etiam potest facere per Iudicem incompetentem, quia tunc verè iurisdictionem non exercetur. Ergo pari modo, si familia sæcularis, quæ tanquam vnus de populo potuit spoliare deferentem arma in Ecclesia, cùm spoliat, atque arma aufert, non exercet iurisdictionem, sed actum protectionis, expurgando Ecclesiam, & prohibendo, ne in illa delinquatur. Atque id est, quod sentit Couaruuia, & benè sub paucis Thom. del Bene *d. dub.* 30. *n.* 7. Cutel. *lib.* 1. *q.* 8. *n.* 7. & Suarez *suprà*, vbi inquit, quòd armis spoliare non est punire, & sic iurisdictionem exercere, sed subtrahere materiam culpæ, & hac ratione omnem immunitatem cessare, & Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *cap.* 35. *num.* 76. *in fine*, vbi alios adducit, ac subdit, Ministros Regios in extractione armorum non indicere pœnas legis, sed impedire eiusdem legis transgressionem, quod non est exercere iurisdictionem.

Et quidem nulla iurisdictio in hoc necessaria est, sed factum, per quod non exercetur iurisdictio. Immò semper, ac Iudex de facto procedit, tanquam priuatus procedit, quod norant Doctores, & in specie Salgadus plures cumulans *d. tract. de reg. protect. prælud.* 3. *num.* 218. inferens ex hoc, non posse conqueri Ecclesiasticum de turbata iurisdictione, sed hoc factum exerceri ad defensionem, ne scandala oriantur, quod omnibus licet. 10

His rationibus non obstant ea, quæ in contrarium proferuntur. Adducit primò, Sperellus *d. decis.* 127 *num.* 12. & *seq.* textum *in cap.* 1. & 2. *de immun. Eccles.* quibus prohibetur Potestati sæculari iurisdictionem in Ecclesia exercere. Hanc conclusionem non impugnat Potestas laica, sed negat, spoliare armis esse actum iurisdictionis contentiosæ, de quo loquuntur prædicti textus. Ad quod probandum nihil Sperellus allegat, sed id supponit pro constanti, quod tamen esset probandum, cùm id sit cardo quæstionis. Et quamvis agnoscens difficultatem, sed non audens tangere dicat seruari arma, tanquam corpus delicti coram Iudice sæculari, quasi ex hoc efficiatur spoliatio actus contentiosæ iurisdictionis, attamen, si ad hunc effectum non sequatur spoliatio, prout non sit, non audet firmare, quòd sit actus contentiosus iurisdictionis. Ergo simplex spoliatio armorum non potest prohiberi. 11

Secundò, argumentatur Sperellus *num.* 413. ex textu *in cap. Definiuit* 17. *quæst.* 4. quo in loco statuitur, non licere confugientes ad Ecclesiam, extrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sacro inferre. Igitur, ait Sperellus, neque spoliando armis, & auferendo res illi, qui ad Ecclesiam confugit. Et ex hac spoliatione peccat sæcularis Potestas contra immunitatem, & potest puniri per Ecclesiasticum. Citat Ioann. de Visch. *in tr. de Immun. Eccl. num.* 56. At hoc argumentum est vafrum, & fallax, non distinguens à bonis, quæ propria sunt, in quibus cadit spoliatio, nocibilitas, & damnum, de quibus loquitur textus, & Ioann. de Visch. quem refert, à rebus, quæ prohibentur, vt sunt arma, in quibus nec cadit spolium, de quo in textu, neque damnum, neque nocibilitas, vt colligitur ex hactenus adductis. Quinimmò auferendo arma, rettahitur defereus à delicto, cessantque seditiones, ac impetus, qui ex armorum delatione vel oriuntur, vel fouentur, *l.* 1. *C. vt armor. vs. lib.* 11. In rebus igitur, quæ legitimè possidentur, recipienda est dispositio *d. cap. Definiuit*; in armis verò, quæ extra dominium sunt, & quorum delatio in Ecclesia inducit delictum, & peccatum non potest adaptari. Ac ita interpretati sunt hunc textum scriptores, quos refert, ac sequitur Thom. del Bene *d. dub.* 30. *num.* 3. & *seq.* & *num.* 13. & 14. vbi rectè ostendit, hoc casu nullum nocumentum reo inferri, neque damnum, sed prohiberi, ne alijs noceat, neve peccet in damnum, ac perniciem animæ suæ. Quod anteà dixerat Suarez eo loco, considerans, hanc spoliationem non esse pœnam, sed seruire tantummodo ad subtrahendam materiam culpæ. 12

13 Tertiò, arguit Sperellus sumpto argumento, quòd Ecclesia sit de territorio Principis Ecclesiastici, in qua quæstione multùm se diffuodit; atque ita non licere Potestati sæculari iurisdictionem exercere in Ecclesia, vbi territorium non habet. In hoc argumento Sperellus supponit, quòd spoliare armis sit actus contentiosæ iurisdictioois. Id, quod in tota sua decisione nunquam probauit. Ergo potest Potestas laica concedere totum, & negare suppositum, sine quo nihil agit Sperellus. Nam, licèt Ecclesia non esset de territorio Principis sæcularis, vt probare nititur, ex quo deducit, non posse in ea iurisdictionem exercere; tamen si spoliatio armorum non est actus contentiosæ iurisdictionis, vt vidimus, sed protectionis, ad quem effectum esse de territorio Principis non audet negare, immò id admittit *nnmer.* 20. & probat præ ceteris, quos suprà adduximus, Caball. *resol. crim. cas.* 198. *numer.* 2. *ad fin.* consequens est, nihil referre, quòd in ea iurisdictio exerceri non possit per Iudicem sæcularem, quod potestas laica admittit, sed satis est, quòd sit de territorio.

14 Principis sæcularis, quoad protectionem, vt Sperellus ipse concedit, cùm spoliatio armorum sit actus protectionis, non contentiosæ iurisdictionis. Quin etiam in eo, quod inquit, Ecclesiam non esse de territorio Principis sæcularis, luctatur more suo cum communi traditione Doctorum, secundùm quam resoluitur, esse de territorio Principis sæcularis, licèt sit immunis, vt tradunt Clar. *in §. fin. quæst.* 38. Peguer. *decis.* 260. *num.* 3. vbi allegat Baldum, & Gulielmum de Cuneis, Mars. *cons.* 32. *n.* 13. Abb. *in cap. Cùm sit generale num.* 27. *de for. comp. & in cap. Inter alia numer.* 29. *de Immun. Eccles.* Bertrand. *cons.* 9. *sub princ.* Alex. *cons.* 11 t. *num.* t. *lib.* t. Anchar. *de for. comp. in repet. cap. Postulasti in* 5. *oppos. num.* 27. Decian. *tr. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 7. *& cap.* 29. *num.* 15. Ampliùs Ecclesiam non esse de territorio Principis Ecclesiastici, nisi respectu Clericorum, expressè dixit Abb. *in d. cap. Cùm sit generale, & in d. cap. Inter alia* Steph. Amsr. *de potest. sæcul. supra Eccles. in* 4. *reg. num.* 21. Et ex hac ratione pro delictis in Ecclesia commissis spectare ad Potestatem laicam cognitionem, & punitionem, voluit Bartol. *in l. si cui sacrilegium num.* 3. *ff. de excus.* Clar. *d. q.* 38. Couaruu. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *numer.* 18. Cabal. *cons.* 194. *per tot.* ac latè Farinac. vbi plures allegat *de Immun. Eccles. in append. num.* 362. *& de carcer. & carcerat. q.* 28. *num.* 62. *& cons.* 214. *num.* 11. vbi alios adducit. Ex quibus satis constat, hanc esse communem sententiam, à qua oon est rucedendum,

15 Et quanquam pro sua sententia Sperellus referat *in d. decis. numer.* 18. Farinacium *d. cons.* 214. *numer.* 3. cum ijs, quos ipse congerit, attamen patet, se fundare in Doctoribus, qui communiter reprobantur, Nam Farinacius sequitur doctrinam Cyni *in l. Præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* cuius sententia in illo loco communiter reijcitur, prout eam in specie reprobant Abb. *in d. cap. Cùm sit generale, & in d. cap. Inter alia,* Salicet. *in l.* 2. *C. de his, qui ad Eccles. confug. num.* 2. Couar. *d. loco,* ac ipse Farinac. *de car. & carcerat. d. q.* 28. *num.* 62. alijque plures apud eum,

16 Pariter dum impugnando Peguetam Sperellus ostendere cogatur, Baldum, qui ad id adducitur à Peguera, non concludere, quòd Ecclesia sit de territorio Principis, nisi quoad protectionem, peruertit clarè sententiam Baldi, qui id expressè dixit *in l. Iusiurandum,* §. *si de æqualitate, ff. de iureiur. & in rubr. extr. de iudic, numer.* 5. licèt concedat, esse territorium exemptum, quod Potestas laicorum impugnat, aduertitque Decian. *vbi suprà.*

17 Quartò, nititur Sperellus *in cap. sicut antiquitus* 17. *quæst.* 4. vbi pariter prohibetur, auferri bona confugienti ad Ecclesiam. Ergo, inquir ille, neque arma. Textus iste concordat cum *d. cap. Definiuit*, neque aliquid ampliùs disponit, nec nos aliquid aliud ipsi respondemus.

18 Quintò, Sperelli fundamentum constituitur in aliquibus declarationibus Sac. Congregationis Immunitatis, quas refert *num.* 26. Has Potestas laica non vidit, & assertionibus Sperelli, ac Ciarlini, qui de illis testantur, nullam fidem tribuit, quando quidem suspecti sunt, vt eorum scripta satis docent in hac materia, tentantes omnia trahere ad Immunitatem Ecclesiæ, an iure, vel iniustitia, ipsi demonstrant. Vlterius non constat, fuisse obtentas in contradictorio iudicio, audita Potestate sæculari, & forsan in illis casibus aderat consuetudo pro Ecclesiastico. Et si Eminentissimi Patres degustassent fundamenta huius sententiæ, oon est credendum quòd contra apertissima iura Potestatis sæcularis determinassent, ideòque, vel oportet fateri, motos esse aliqua speciali ratione, & consuetudine, vel deceptos continuis instantijs Episcoporum, nemine contradicente. Ac proinde ob has decisiones recedi oon potest à receptissima sentectia, sed secundùm ius definienda est controuersia. Cùm enim agatur de præiudicando prærogatiuis, quæ Principi sæculari competunt, potest ipse sua Regalia defendere, ac cognoscere de iure suo, vt latè prosequitur, Salgad. *de Reg. protect. par.* 3. *cap.* 10. *num.* 190. *& in tract. de retent. Bullar. par.* 1. *cap.* t. *num.* 132. *& seq.* Neque aliter quàm per arbitros definiri res debet, vt diffusè Menochius, allegans ad id Innocentium, Ioannem Andream, Butrium, Felinum, Beroum, Alciatũ, & alios *in cons.* 1000. *num.* 113. Neque omitto, quòd, vt Oracula quædam olim Dephica flexiloqua extiterunt, & ambigua, ideòque hominum expectationem frustrantia, sic eiusmodi aut declarationes, aut decreta perplexa, aut parùm explicata, non tam lites dirimunt, quàm litem lite resoluunt, vel veriùs litibus.

19 Resolutis igitur omnibus contrarijs, manifestum est, quàm sit periculosum recedere ab aoiiquorum sententijs, vt passim faciunt isti neotherici, & quàm infeliciter Sperellus assecutus sit, contra communissimam sententiam grauissimorum virorum, sustinere nouam opinionem aduersus Potestatem sæcularem, quam professus est in citata decisione *n.* 11. *in fine*, ita iuribus fulcire, vt in posterum refricari, ac in dubium adduci ampliùs non possit.

20 Quòd si adiungamus res obseruatas firmiora euadunt. Si quidem etiam, quod plus est, in materia Immunitatis consuetudo attendenda est, per quam potest ampliari immunitas Ecclesiarum, & restringi, prout populus magis reuerentiæ Ecclesijs debitæ conuenire credit, vt doctè probant Gambacur. *de immun.* cum Panorm. & alijs *lib.* 5. *cap.* 14. *per tot.* ac Suar. *de Relig. lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 4. pluresque alij, quod citat Farinac. *de Immun. num.* 16. licèt ipse contrarium sentiat, recedendo ab ijs, quæ veriùs scripserat *in q.* 28. *n.* 73. sequiturque Barbos. *de iur. uniu. Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 82. vbi notat, contra Immunitatem Ecclesiarum vim magnam habere consuetudinem, & affert Germonium, Corream, Trullench. & alios, Addo Cutell. *de immun. Eccles. lib.* 1. *q.* 1. *n.* 5. Nauar. *in man. c.* 25. *n.* 18. Couar. *var. resol. lib.* 2. *cap.* 20. *n.* 1. Marth. *de iurisd. p.* 2. *c.* 51. *per tot.* Oldrad. *cons.* 58. *n.* 3. Fontanel. *dec.* 200. *num.* 1. Sarp. *de iur. asyl. cap.* 6. *fol.* 61. *& seq.* ac Villalob. *in sum. tom.* 2. *tr.* 39. *diffic.* 5. *num.* 3.

21 Haud ignoro, consuetudinem huiusmodi, tanquam contra canonica instituta, improbari à Farinacio *vbi suprà*, & à Ciarlino *d. contr.* 15. *num.* 85. cum ijs, quos ipsi allegant, immò vocant corruptelã, & abusum, non consuetudinem. Tamen contraria sententia est verior, quam amplexi sunt antiqui, ac præclari scriptores; Et eorum opinio tunc sustineri possit, quando consuetudo induceret aliquid, quod directò elideret in totum immunitatem Ecclesiarum, vt si nimirum induceret, Ecclesiam non esse immunem. At si casum particularem attingit, eumque interpretatur, ab immunitate excludi, tunc eam sequi omnino debemus; neque enim contra canonica instituta est, neque immunitatem Ecclesiarum tangit, sed declarat casum specialem, vt benè explicat Gambacur. *d. cap.* 14. *n.* 11. & prosequuntur prædicti, ac in specie distinguit Couar. *in pract. c.* 31. *n.* 5. Grass. *effect. cler.* t. *n.* 388. Gratian. *discept. for. tom.* 1. *discep.* 340. *n.* 39. Giurb. *cons.* 52. *n.* 3. Guttier. *de gabel. q.* 93. *n.* 12. Sess. *de inhib. c.* 8. §. 3. *n.* 146. *& seq. ac n.* 155. *&* 156. Castill. *de tertys c.* 12. *n.* 34. Rodric. *de ann. reddit. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 58. 62. *& seq.* Castropal. *tom.* 2. *tr.* 11. *pun.* 5. *per tot.* & Arias de Mesa *var. resol. lib.* 3. *c.* 35. *n.* 17.

22 De cõsuetudine autẽ huiusmodi, & per quã conceditur Potestati sæculari armis confugiẽtes ad Ecclesiã in Domi-

nio

nio Medinlani, testatur, Clar. *in prac.q.36.* cui Doctori attestanti de consuetudine in illa Prouincia, io qua versatur, creditur, Mascard. *de probat. concl.*538. *n.*1. *& 6.* Gratian. *discept.*479. *n.*24. eamque vigore in Hispania, testantur Couar. Carleual. & Arias de Mesa, soperius adductus, & in Gallia Aofrerius *dicto loco*. Quin etiamsi cootingat, Clericos in Curiam sæcularem incidere cum armis, iis illi ab ea spoliantur, & perducuntur ad carceres Ecclesiasticos, & pro verificando corpore delicti requirit Iudex Ecclesiasticus arma, & tradontur à satellitibos, data fide illa restituendi, est igitur obseruanda, *l. minimè, ff. de leg.* Et cùm res agatur cum sapientissimis Episcopis, non dobitat Potestas laica, quin debeant adhęrere verissimis hisce conclusiooibus, & Principum iura non lædere, sed omnibus pensatis, Pastores se gerere optimos, abstinendo à nouitatibus, & tumultibus, sequendo Ægydium Bellameram *in cap. si Clericus laicum* §. *de for. comp. num.*3. *ad fin.* Vbi obseruat, noo debere Ecclesiasticos occupare iurisdictionem laicam, & illam impedire, ne laici scandalizentur in Clericos, & ob hanc rationem conditum illud *cap. si Clericus laicum*. Hactenos pro potestate sæculari.

23 At oihilominus hæc non me dimouent è sententia, quæ longè communissima, ac vera est, quæque docet non posse laicam Potestatem spoliare armis coofugientes ad Ecclesiam. Antequam id probemus, meum non est Sperellum, & Ciarlinum optimè de Immunitate Ecclesiastica meritos ab omoibus calumnijs vindicare, neque Couaruuiæ, eiusque Sequacium, quos veneror, & tantis nominibus semper assurgo, halucioationes io materia Immunitatis Ecclesiasticæ detegere. Quis enim ego sum, vt vel vnius Vlyssis errores recenseam? Sed solum ijs dico, atque etiam edico, vt nedum attendant Doctorum auctoritates, sed etiam rationes, nec non sedis Apostolicæ sacrosancta decreta, ex quibos hoius causæ actio molesta, & putida, ac explodenda visa est.

24 Reiectis igitur maledicentiæ quisquilijs, sententia nostra luculentissimè, probatur ex Constitutione Theodosij, & Valentiniani Augustorum in vulgari quidem commissa, sed quæ legitur apud Gothostedum *in C. de his, qui ad Ecclef. confug. l.*3. *incip. Pateant*, §. *Hoc verò*, vbi ista facultas alteri non permittitur quàm ipsis Clericis, Episcopo consulto, hisce verbis: *Hos verò, qui Templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, præmonemus. Dein si telis cinctè quouis Ecclesiæ loco, vel ad Templi septa, vel circa, vel extra sint, statim eos, vt arma deponant auctoritate Episcopi à solis Clericis seuerius conueniri præcipimus, data eis fiducia, quòd Religionis nomine melius, quàm armorum præsidio muniantur*. Pondera illa verba, *solis Clericis*, quæ implicant oegatiuam in laicis, cùm sint personalissima, *cap.*1. *ad fin.* cum ibi notatis, *de heret. in 6.* Adeò, vt, si nolint arma deponere, oon ideò censeantur destituti Ecclesiæ immuoitate, nisi sint arma valdè extraordinaria, & prohibita sub pœna mortis, secus si sint ordinaria, & deferri consueta, vt declarat Farinac. *q. crim.* 28. *num.*66. & post eum Gambac. *de immun. Eccles. lib.*4. *cap.*18. *n.*10. *& seq.* Et quando etiam, spreta monitione Clericorum, respectu talium armorum prohibitorum inde venirent extrahendi, oihil per laicos potest attentari, inconsolto Episcopo, vt benè aduertit Gambac. *d. cap.*18. *n.*8. ac expresse in eadem constitutione cauetur, ibi: *Sed si Ecclesiæ voce moniti, post tot tantorumque denunciationes, noluerint arma relinquere, iam clementia nostra apud Deum, & Episcopum causa purgata, armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahendos se, abstrahendosque esse cognoscant, & omnibus casibus esse subdendos, sed neque Episcopo inconsulto.*

25 Fauet Synodus Ioannis Papæ, relata *in cap.*1. *de Immun. Eccles.* in qua prohibetur, ne Iudex, vel eius mioistri, aut satellites vllum sui officij actum, non tantùm in Ecclesia, sed etiam in eius domo exercerent. Item Gregorius X. in generali Coocilio Logdunensi, vt ex *cap. Decet, de Immun. in 6.* vbi ita decernit: *In Ecclesiis, earumque cœmeterijs, &c. omnis sæcularium iudiciorum strepitus conquiescat, nulla inibi causa per laicos, criminalis maximè, agitetur; sint loca eadem à laicorum cognitionibus aliena*. Aptius autem Nicolaus summus Pontifex in Concilio Triburiensi, adductus *in cap. sicut antiquitus* 17. *q.*4. statuit, vt qui confinia Ecclesiarum coostringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde sobtraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quòd rapuerit reddat, excommunicetur. Et Ioannes Papa VIII. *in cap. Quisquis*, ibidem scribit omoibus Episcopis sacrilegium committi, si quis infregerit Ecclesiam, vel triginta Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesiæ fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo. Et clariùs post pauca inquit: *Si quis Domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius, cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit, &c. sciat, se communione priuatum*, Et mox: *Si qui monasteria, & loca Deo dicata, & Ecclesias infringunt, & deposita, vel alia qualibet exinde abstrahunt, damnum nouies componant, & immunitatem tripliciter, & velut sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur*. Optimè etiam, & ad rem præsentem opportunissimè Concilium Toletanum 12. *cap.* 10. relatum *in c. Diffinuit ead. caus. & q.* diffiniuit, vt nullus *audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sancto inferre; sed esse potiùs his ipsis, qui Ecclesias petunt per omnia licitum in triginta passus ab Ecclesiæ ianuis progredi*. Et tametsi illud spolij videatur referri ad personam ministrorum Ecclesiæ, qui confugas recipiunt, vt aduertit Archidiac. *sub num.*1. super *v. Residentibus*, tamen videtur receptior alter sensus, qui est Turrecrematæ, vt etiam ad ipsos confugas referatur, qoem probauit Farinac. *d. q.*28. sub eodem *num.*6.

26 Perspicuè verò, atque appositè Leo Augustus *in l. præsenti C. de his, qui ad Eccles. confug.* loquens de rebus mobilibus sic rescripsit *in* §. *Sanè si intra fines habentur Ecclesiæ, vel apud quemlibet ex Clericis abscondita, siue deposita fuisse firmantur studio, & prouidentia viri Reuerendissimi Oeconomi, siue defensoris Ecclesiæ diligentia inquisitæ, ea quolibet modo ad sacrosanctam Ecclesiam peruenientes proferantur*. Et iosetiùs: *Inquirendi talem volumus esse cautelam, vt si sola suspicione ad aliquem adferantur abscondita, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis Antistitis iubeatur*. Et paulò pòst: *Sanè si seruus, aut colonus, vel adscriptitius, familiaris, siue libertus, & huiusmodi aliqua persona domestica, vel conditioni subdita, conquassatis rebus certis, atque subtractis, aut se ipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit, statim à religiosis Oeconomis, siue defensoribus, vbi primùm hoc scire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet, ipsis præsentibus pro Ecclesiastica disciplina, & qualitate commissi, aut vltione competenti, aut intermissione humanissima, præcedente remissione veniæ, & sacramenti interuentione securi ad locum, statumque proprium reuertantur, rebus, quas secum habuerint, reformandis.*

27 Ex quibus infertur, minus veram esse opioionem assentium, rem furto sublatam posse per Iudicem sęcularem extrahi ab Ecclesia, vt quoque confirmant prę cęteris Sperell. *decis.*49. *n.*25. *& d. decis.*127. *n.*351. Chartarius *decis.*46. *num.*73. Barbos. *de iur. Eccles. lib.*2. *cap.*3. *num.* 123. Lezan. *in sum. v. Immunitas num.*19. Diana *var. resol. p.*6. *tit.*1. *de immun. resol.*9. & nos alibi.

28 Atque hanc oegatiuam, per ea, quæ cumulatis aliorum auctoritatibus rectè consuluetũr, docent Guazzin. *defens.* 1. *c.*38. *n.*26. Farinac. *de immun. c.*16. *n.*248. Peregr. *eod. tr. c.*13. *n.*5. Diana *p.*1. *tit.*1. *resol.*8. *&* 17. *p.*6. *tr.*1. *de imm. res.*8. Nouar. *in sum. Bull. tit. de immun. n.*6. Rodolphin. *lib.*1. *q.*36. *per tot.* Caualcan. *de brach. reg. p.*1. *n.*102. asseuerans, opinionem Couaruuiæ, & Clari post Bullam Gregorianam minimè habere locũ, quibus itidem calculum adijciunt Vulpel. *de immun. p.*1. *num.*30. Ambrosio. *eiusd. arg. cap.*5. *n.*5. Gambacurt. etiam *de immun. lib.*4. *cap.*18. *per tot.* licèt, si existeret consuetudo in contrarium, perperam, vt infra ostendetur, affirmatiuam tenuerit, Matant. iun. *in contr. iur. par.*2. *resol.*37. *num.*1. Castropal. *tom.*2. *tr.*11. *disp. vn. pun.*9. *num.* 10. Zambell. *in repert. moral. v. Ecclesia quoad eius immunitatem num.*9. Lezana *loco cit. v. arma num.*7. *& v. Immunitas num.*19. Bordon. *var. resol. lib.*1. *cap.*1. *num.*19. Idemque tradunt Ciarlin. *contr. for. p.*1. *cap.*15. *num.*74. *& cap.*191. *num.*18. Sperell. integra *decis.*127. & signatè *num.*11. Thom. del Bene *de immun. cap.*16. *dub.*20. qui, licèt *sub num.*2. cootratium referat, sub numero

tamen 4. nostram sequitur sententiam, clariùs verò *dub. 19. sect. 3. num. 18.* eiusdem *cap. 16.* Quibus adstipulatur, Ricc. *dec. 124. in fin. p. 4.* Chart. *d. decis. 46. n. 83. & dec. 717. n. 7.* Barbos. *de iur. Eccles. lib. 2. cap. 3. n. 55. & cap. 40. n. 142.* & ad Concil. Trid. *sess. 15. de refor. cap. 20. n. 8.* & Aldan. *in compend. Canon. resol. lib. 3. tit. 8. n. 16.*

29 Sed priuatorum Doctorum auctoritati Vicaria Summi Pontificis potestas tumulum ponat. Ita enim declarauit sæpissimè S. Congregatio Immunitatis, cuius declarationes *in tom. 1.* adduximus, quibus addo sequentes in Mediolanensi sub die 9. Nouembris 1660. & in Motulensi 11. Augusti 1631. & in Tranensi 16. Nouembris 1634. & in Netitonensi 17. Ianuarij 1628. vbi decretum, non licere Curiæ sæculari auferre arma Confugientibus ad loca immunia. Et in Ianuensi 9. Iunij 1637. vbi arma ablata confugientibus ad Ecclesiam, esse restituenda. Et in Castrensi 3. Ianuarij 1632. Et in Materanensi 15. Iulij 1636. vbi proceditur contra auferentes arma confugientibus. Et iterum in Ianuensi 10. Nouembris 1638. & in Materanensi 19. Ianuarij eiusdem anni, vbi sequuta restitutione, possunt absolui in forma consueta Ecclesiæ. Et in Venusina 6. Ianuarij 1635. Vbi arma, etiam prohibita, non possunt auferri confugientibus ad Ecclesiam à Curia sæculari, & in Consentina 7. Decembris 1638. vbi, ne Clericis quidem, etiam coniugatis, auferri possunt. Et in Tudertina 10. Iulii 1640. Vbi pro iustificando corpore delicti Ordinarius potest extrahere arma ab Ecclesia, quæ posteà sunt repetenda. Et in Adiacensi 18. Martii 1631. vbi, quòd Curia laicalis non potest auferre arma, etiam prohibita intra Ecclesiam, nec Clericis illa deferentibus, nec perducere ad carceres sine licentia Episcopi. Et in Policastrensi 18. Iunii 1658. vbi, quòd Episcopus cum legitima causa potest Clericis dare licentiam delationis armorum. Et in Senensi 14. Aprilis 1668. vbi, quòd Curia sæcularis, eripiens arma Clericis, incurrit in excommunicationem, & illis restitutis, absoluitur. Quod etiam declarauit S. Congregatio super Episcopis tum aliàs, tum in Salernitana 30. Septembris 1616. dicens armorum prohibitorum declarationem, quamvis in Ecclesiis sit delictum, non esse tamen de comprehensis in Constitutione Gregoriana. Et 12. Maii 1604. ibi; *Iudex laicus non potest in Ecclesia auferre reo arma prohibita sine licentia Episcopi, quia Iudex sæcularis prohibetur exercere iurisdictionem aliquam in Ecclesia ex cap. 1. de immun. Eccles.* Idem in Sypontina eo die, ac anno.

30 Quæ quidem declarationes habent vim obligandi, in vtroque foro, non solùm pro illis personis, ad quarum instantiam emanarunt, seu in illo casu speciali, cui Congregatio respondit, sed, vt leges generales in huiusmodi aliis, vt latè per Barbos. *de iur. eccles. lib. 1. cap. 4. de dignit. priuil. & offic. Cardin. num. 81.* & Carol. Maran. *in tr. pro iur. Eccles. pag. 64. n. 177.* Id, quod post Constitutionem Gregorii XIV. esse extra controuersiam ostendi aliàs ex rebus iudicatis, ac executioni demandatis, etiam in statu Mediolanensi. Nam anno 1660. mense Octobris Satellites D. Capitanei Iustitiæ Mediolani ausi fuerunt auferre D. Bonifacio Aliprando in Ecclesia S. Mariæ loci Hospiati, Plebis Bolati duos sclopos exiguos, vulgò *pistole*, aliàs, vt in Regno Neapolitano, *Terzette*, fuerunt restitui Tribunali Ecclesiastico. Pariter anno 1661. mense Iunii cùm à dictis satellitibus in Ecclesia Parochiali Castelletti, Plebis Abbiati Grassi fuerit ablatus sclopus cuidam Bechirino Corbetiæ, fuit quoque restitutus. Et anno 1662. mense Aprilis, cùm Satellites Vicomercati spoliauerint Dominicum Cattaneum, degentem in territorio Gorgonzolæ, quodã sclopo in cœmeterio Ecclesiæ Parochialis loci Carnati, Plebis Vicomercati sub die 24. Aprilis eiusdem anni, fuit itidem restitutus. Idem obseruatum in Regno Neapolitano, cuius rei exempla non pauca protulimus *tom. 1.*

31 At satis testium datum est, ita vt, si numero Doctorum disputandum sit, non solùm nostra sententia ex principiis intrinsecis, sed etiam extrinsecis receptissima, ac probabilissima sit, neque ei obstet, quòd sit recentiorum, quando meliori ratione firmetur; quin etiam, cæteris paribus, probabilior est Recentiorum opinio, quando concurrit cum opinione veterum. Quia probabilitas formaliter non habetur, nisi à ratione; hæc autem præsumitur melior esse in recentioribus; quia expendunt motiua veterũ, atque adeò illorum auctoritas præferenda est, vt fundata in meliori ratione. Præterea, vt acutè pariter, ac verè non nemo ratiocinabatur; Seniorum consilia, quàm iuniorum præ habenda. Ita, quid tamen? Cum ipse mundus consenescat in dies, hoc ipso iniquissimum erit vetera nostris anteferre, hoc est iunioris mundi sententias reuocari, nostri contemnere, quasi iam senio delirantis. Ingens vtique pro se præiudicium habent vetera, non tamen ab ipsa vetustate, sed à ratione. Cæterùm falsum est, Aduersariorum opinionem esse antiquam, nostrã recentem. Nam illa est tantùm vnius sæculi, hæc est temporis Theodosii, Valentiniani, ac Leonis Imperatorum, Ioannis, Gregorii, Nicolai, aliorumque Pontificum, ac Conciliorũ, eam docentium, ac omnium Doctorum, qui vel ipso silentio illam approbarunt. Recentiores non aliud agunt, quàm contrariam impugnare. Non tam igitur Auctores in disputãdo, quàm rationes quærendæ. Quamvis enim, vt ait Plinius iunior, nonnunquam modestiæ seruientes, cedere auctoritati debeamus, rectiùs tamen esse, ne ipse quidem negarit, in tanta re ratione, quàm auctoritate superari.

Auctoritatis reuerentiam euidentia rationum libeat 32
cõfirmare. Et primò actus iurisdictionis non potest exerceri in confugientes ad Ecclesiam, dum in ea manent per textum *in cap. 1. & 5. de immun. & c. 2. eod. tit. in 6.* vbi Barbos. *n. 5.* ac docent Lezan. *d. v. Immunitas, & v. Arma n. 7.* Ciarlin. *d. cap. 15. num. 75.* Diana *d. p. 6. tr. 1. resol. 8.* aliique passim. Spoliatio autem armorum est actus iurisdictionis, vt firmat Lezana, theologus, & canonista Hispanus, pietate, ac doctrina celebris, in locis modò citatis, ac Ciarlinus post plures *eod. cap. 15. num. 77*

Secundò, explorati iuris est, quòd quis forum sortiatur 33
non solùm ratione originis, & contractus, *text. in cap. 1. §. Contrahentes, de for. comp. & in l. origine, C. de incol. l. 10. & in l. heres absens, §. fin. ff. de iud.* sed etiam ratione maleficii, si ibi loci reperiatur, *text. in cap. fin. de for. comp. & in l. si cui, §. Idem Imperator, ff. de accus. text. in l. fin. ff. eod. tit. & in l. fin. C. vbi de crim. agi oport.* Canonistæ *in cap. licèt ratione, de for. comp.* Egregiè Panorm. *ibid. n. 29. cum seqq.* Socin. latissimè *in cap. Postulasti n. 4. & 13.* per illum textum *eod. tit.* Doctores *in d. l. heres absens, ff. de iud.* Ecclesia autem est de territorio, ac proinde iurisdictione, ac foro Iudicis Ecclesiastici, *cap. Omnes Basilicæ 16. q. 7.* Quod comprobant post alios Farinac. *cons. 214. n. 3.* Grass. *d. eff. 1. n. 617.* Ciarlin. *c. 10. n. 16.* Bertacchin. *de Episcop. p. 3. lib. 4. n. 3.* Marth. *de iurisd. par. 2. c. 29. n. 8.* latè Cokier *de iurisd. ordin. in exempt. p. 2. q. 53.* Sperell. *decis. 3. n. 7. ac 16.* qui sub *n. 9.* etiã ostendit ad fauorem Diui Caroli, & Ecclesiasticorum obtentum fuisse, Episcopum habere territoriũ, quod plena manu confirmat *dec. 4. n. 7. cum seqq.* Igitur ad Iudicem Ecclesiasticũ, non verò ad sæcularem spectat cognoscere delinquentem in Ecclesia.

Porro tanta est vis, atque potestas fori territorii, siue 34
ordinariæ iurisdictionis, vt nullus ab ea exemptus censeatur, nisi speciali priuilegio munitus sit, præsertim si illa fundetur ratione delicti, quòd est potentior forus iuxta tradita per Io. Andr. *in c. 2. de const.* & alios relatos per Vincent. de Franch. *decis. 37.* quos sequitur Regens Tapia *ad pragm. 1. n. 7. sub tit. vbi de crim. ag. oport. lib. 3. iur. Regni.* Vnde descendit id, quod mirabiliter disponit textus *in l. in officiales, C. de offic. Rect. Prou.* vt, si in terra Baronis delictum committat officialis maioris Iudicis, possit ab eo puniri, si tamen non sit de concernentibus officiũ, prout ex *dec. 425.* Capel. Tholos. & Boer. *dec. 9.* Carauita, Chassaneo, & aliis in specie de Baronibus, notat Baiard. *ad Clar. q. 38.* & latiùs *q. 35. n. 10.* Tapia *ad Const. Regn. Magister Iustitiarius n. 21. tit. de offic. mag. Iustit. lib. 2. iur. Regn.* Horat. Viscont. *in suis concl. iur. v. Officiales maioris,* ac eleganter præ cæteris Ant. Faber *in C. tit. de exec. rei iudic. diffin. 490.* vbi ampliat, procedere in Iudice, à Principe delegato, quòd possit ab Ordinario loci, in quo deliquit, puniri. Quia delictũ efficit reũ de foro Iudicis Ordinarii, confirmaturque ea traditis per Abb. *in c. Cùm inter. de maior. & obed.* quẽ allegat Iul. Clar. post alios *d. q. 35. n. 14.* posse scilicet Archiepiscopum, extra suam diœcesim delinquentem, puniri ab Ordinario loci; nisi tamen Ordinarius ille esset ei suffraganeus. Quia tunc absurdum esset, vt inferior superiorem cognosceret. Quod sequitur Capibl. *in rubr. de Baron. numer. 19.* & Azeued. post alios *ad l. 1. num. 87. tit. 16. lib. 8. nou. recopil.*

35 Quare

35 Quare, circumscripta etiam Bulla Gregoriana, ratio cur in hoc casu, ac in huiusmodi alijs sæcularis Iudex non possit confugientes ad Ecclesiam, eorumve bona inde extrahere sine Episcopi licentia, ea est, quia nemo potest exercere iurisdictionem extra suum territorium, *cap.2. in fin. de constit. in 6. l. extra territorium ff. de iurisd. omn. iud.* Vnde sicut vnius loci Iudex non potest facere exequutionem in personam in alieno territorio existentem, sine litteris requisitorijs, vt in specie immunitatis Ecclesiarum tradit Azeuedo cum allegatis *in constit. Reg. Hispan. lib.1. tit.2. l.3. n.4.* Suarez *de Relig. lib.3. cap.15. num.10. & seq. tom.1.* vbi propterea infert, quòd delinquens in Hispania, transferens se ad Regnum Galliæ, est exemptus à iurisdictione Iudicum Hispaniæ; ita nec eandem exequutionem facere poterit in bona, in alieno territorio sita, sine dictis litteris, *text. in l. à diuo Pio, §. sententiam Romæ, ff. de re iud.* Bart. Zas. & alij *ibid.* textus pulcherrimus, qui omnium maximè ad ordinationem executionis pacis publicæ pertinet, *in l.2. C. de his, qui latron. vel al. crim. reos occult. & in l. Episcopale, C. de Episcop. aud. text. in cap. Romana, §. Contrahentes, de for. comp. lib.6.* Vbi communiter Canonistæ, *& in cap. Quoniam de offic. iud. ord. text. in cap. Cùm ad verum 96. d. & in c. Principes 23. q.5.* Glos. *in cap. statuimus, v. Potestatem, de maledic.* Ecclesia autem, licèt dicatur esse in Territorio Principis sæcularis, *cap.1. vers. Etiamsi ipsa Ecclesia de immun. Eccles. in 6.* non tamen propterea dicitur de territorio Principis secundùm Angel. *de malef.* post Cynum *num.2.* Alciat. *de præsumpt. reg.3. præsumpt.33. n.5.* Aym. *cons.918. num.6. lib.5.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr.1. §.5. num.117.* Card. Tusch. *pract. concl. v. Ecclesia concl.5. num.10. & seq.* vbi reprobat Clarum, contrarium tenentem, & *n.13.* vbi alios refert. Maximam enim hi termini inter se continent differentiam, esse scilicet in territorio Principis, & esse de territorio Principis iuxta doctrinam, Anchar. *cons.437. num.3.* Beroi *cons.22. numer.1.* ac multis sequentibus *vol.3.* Posterius si quidem subiectionem infert; alterum non item, cùm paria sint, esse extra territorium, & esse in territorio, sed exemptum; idest habere proprium, ac separatum territorium in alieno territorio, Hostien. & Panorm. *in cap. Nimis n.12. de iureiur.* Mynsing. *cons.16. n.45.* Meiahsner. *Camer. decis. tom.2. lib.1. decis.6. num.9. & decis.8. num.41. & seqq. & tom.3. decis.6. num.50.* Zachar. Victor. *de caus. exempt. Imper. concl.27.* Quam ob rem situs Ecclesiarum in Principis territorio per se nihil iuris infert per textum *in l.22. Cùm scimus, C. de agric. & censit. & §.1. Planè, instit. de milit. testam.* Ant. Faber. *lib.7. C. tit.3. defin.5.* Victor. *d. tr. concl.2327.* Immò potiùs verba impropriari debent, quàm, vt tertio noceant, Decius post Bald. *cons.468. n.19.* Noto autem hìc obiter, cùm hanc, vel illam Ecclesiam exemptam esse dicimus, exemptio ista non præsupponit subiectionem aliquam fuisse præuiam, sed solùm intelligitur per præseruationem, ne scilicet impostetum alicui subijciatur.

36 Et licèt contrarium, quòd immò Ecclesia dicatur esse de territorio Principis, voluerit Bald. *in l. Iusiurandum, §. si de qualitate ff. de iureiur.* Abb. *in cap. inter alia n.29. in fin. extr. de immun. Eccles. & cap. Cùm sit generale de for. comp.* dicēs, quòd Ecclesia non habet territorium, nisi respectu Clericorum, & eorum, quæ pertinent ad forum Ecclesiasticum. Quod etiam asserunt Decian. *in tr. crim. lib.6. cap.25. n.7.* vbi reprobat Alciatum, Caball. *resol. crim. tom.1. centur.2. cas.194. n.2. ad fin.* post Marsil. Roland. & Vulpel. in locis per eum relatis. Veritas tamen est, & pro concordia opinionum tenendum, quòd Ecclesia sit de territorio Principis sæcularis, quoad protectionem, non quoad impugnationem, prout declarant idem Bald. *in auth. Si quis in hoc genus sub n.2. C. de Episcop. & Cler.* Card. Tusch. *pract. concl. v. Ecclesia concl.3. n.12.* vbi pariter dixit, quòd Ecclesia est de territorio Principis in ijs tantùm, quæ respiciunt eius fauorem, non in alijs ex Castrensi in loco ab ipso relato. Ecclesias enim exemptas hoc habere priuilegiū, quòd licèt nō subsint Principibus sæcularibus, ij tamen protegere eas teneantur post Geminianum, notant idem Cardin. Tusch. *concl.935. tom.6. lit. P. & concl.7. n.1. tom.3. lit. F.* & Vent. de Valent. *concl. polit. lib.1. c.16. num.12.* Hæc autem protectio quid importet, diximus alibi, & ad rem dicemus infrà.

37 Nec dici potest, quòd isti Doctores loquantur impropriè, & solùm quoad certos effectus, & per modum æquiparationis. Quia ad summum agnosci potest aliqua impropriatas quoad locum, qui in componendo territorio materialiter se habet, non autem quoad iurisdictionem, quæ est forma constituens locum in esse territorij. Nam hæc est plena quoad Episcopos, & nulla quoad Principes sæculares. Ratio autem desumitur ex definitione territorij, quod non est aliud, quàm certum terræ spatium certis finibus, veluti cancellis quibusdam septum, & iurisdictione munitum, *l. Pupillus, §. si territorium, ff. de verb. oblig.* & cum alijs tradunt Felin. *in cap. Rodulphus num.13. & 28. de rescript.* Boer. *decis.227. num.7.* Brisson. *de verb. signif. v. Territorium.* Borrel. *de Magistrat. cap.1. n.105.* Marth. *de iurisdict. par.1. cap.48. num.22.* Rota Romana coram Pegna *decis.386. num.3.* & coram Ludouisio *decis.487. num.5.* & coram Merlino *decis.665. n.18.* Hæc autem conueniunt Ecclesiis. Nam habent certum terræ spatium, vt per se constat, & hoc est veluti materialis pars territorii. Habent etiam iurisdictionem penes Episcopum, quia hoc terræ spatium munitur, tanquam partem formalem. Vnde cùm concurrat vtraque pars materialis, & formalis, consurget territorium propriè dictum. Præsertim, quia territorium non importat dominium terræ, quia hoc est etiam penes subditos; sed iurisdictionem, coërcitionis superioritatem, vt tradunt Bald. *in l. Si quam in fin. C. de bon. vacant. lib.11.* Dec. *cons.483. num.10.* Oldrad. *cons.176. num.12.* Socin. sen. *cons.105. numer.5. lib.1.* Menoch. *cons.437. num.6.* Hier. à Monte *de finib. cap.6. n.9.* Rota in Burgen. *iurisdict.* 4. Decembris 1595. & coram Merlino *decis.665. num.15.* Hæc autem est penes Episcopum, extensa ad terminos suarum Ecclesiarum, quoad omnes, qui pertinent ad ipsum. Et ideò cùm interueniat forma constitutiua territorii, negari non potest, quin etiam interueniat territorium.

38 Minusque obstat, quòd exempti dicuntur habere iurisdictionem tantùm, quoad personas, non autem quoad loca, *cap. Per exemptionem de priuil. in 6.* & notant ibi Gemin. *num.5.* Anchar. *n.3.* Franch. *n. item 3.* Gulielm. de Monte Laudun. *in Clem. Pastoralis n.24. de re iudic.* Rota in Aretina, seu Montis Politiani iuris visitandi 9. Martii 1596. coram Rubeo, & in Taraconen. iurisdictionis de Tutela 5. Iunii 1593. coram Millino, & in Constantien. iurisdictionis 18. Maii 1611. coram Ortembergo. Quia hoc valet, quando exemptio est tantùm quoad personas, secus autem, quando est etiam quoad locum. Ecclesiæ autem non solùm sunt exemptæ quoad personas, sed etiam quo ad loca.

39 Similiter neque obstat, quòd licèt Ecclesiæ non sint de territorio Principis, sunt tamen in territorio, ac proinde priuilegium exemptionis eximit à subiectione, non autem à situatione, ac denominatione, vt obseruant Vitalin. *in Clem. 2. n.44. de priuil.* Franch. *in c.2. §. statuto de constit. in 6.* Vnde talis exemptio non facit territorium distinctum. Nam id facilè diluitur. Quia hoc procedit, quando exemptio non eximit, etiam loca, sicuti eximit exemptio Ecclesiarum. Neque enim maior separatio fieri potest, quàm prohibere, quòd Princeps non possit in ipsis exercere aliquam iurisdictionem.

40 Item neque obstat, quòd, vt constituatur distinctum territorium, requiritur, quòd omnis iurisdictio, quæ Principi conuenit, abdicetur ab ipso, & transferatur in Episcopum. Non constat autem, quòd ablata sit à Principe iurisdictio, quæ illi conuenit, & translata in Episcopum. Nam respondeo, satis superque constare ex decretis positiuis, auferentibus iurisdictionem à Principe sæculari, vt ex Constitutionibus summorum Pontificum, ac Imperatorum probatum est; immò ex iure diuino, alibi demonstrauimus. Præterea sufficit, quòd æquipollenter sit ablata. Æquipollentia autem in eo consistit, quòd sit concessa illa iurisdictio, quæ conuenit Principi, quoad suos subditos, Episcopo, quoad proprios, & quòd Princeps sit prohibitus exercere iurisdictionem, non solùm in personas subditas Episcopo, sed neque etiam in Ecclesiis. Per hoc enim sufficienter est facta separatio iurisdictionis, & territorii. Nam iurisdictio Principis est coarctata, vt non se extendat intra terminos Ecclesiarum.

41 Denique non obstat, quòd Princeps adhuc exerceat aliquos actus iurisdictionis in Ecclesijs. Potest enim extrahere ab illis assassinos, grassatores, & alios delinquentes. Vnde non est facta omnimoda separatio, quæ sufficiat ad inducendum distinctum territorium. Quoniam id non obstat separationi territorij, ac iurisdictionis. Quia Princeps non exercet hos actus iurisdictionis iure proprio, sed, vt tanquam Ecclesiarum protector, & ex speciali concessione facta à Summis Pontificibus, præsertim à Gregorio XIV. & non aliter, nisi iuxta formam illius Constitutionis. Et proinde non sequitur, quòd iurisdictio propria Principis non sit coarctata, vt non se extendat ad Ecclesias. Vt enim excluderetur separatio iurisdictionis, opus esset, quòd iure proprio ordinario exerceret. Sic etiam Episcopus visitat quascunque Ecclesias exemptas, etiam nullius diæcesis ex Concilio Tridentino *cap.8. de ref. sess.7.* Et tamen hoc non tollit, quin habeant suum proprium territorium.

42 Tertiò, roboratur eadem decisio negatiua. Quia leue delictum in Ecclesia non priuat delinquentem immunitate, vt notant Decian. *tr. crim. lib.6. cap.28. num.9. propè fin.* Germon. *de Sacr. immun. l.3. cap.16. num.81.* Farinac. *de immun. cap.16. num.250.* Barbos. *in cap. fin. de immun. num.11.* Deferens autem arma in Ecclesia, etiam prohibita edicto Principis, non dicitur committere graue delictum, licèt pœna esset grauis, Caball. *cas.107. in fin.* & in terminis Chartar. *decis.46.n.77.* Dian. *p.6. tr.1. resol.8. propè fin.* Vtcumque autem id sit, hoc certum est, quòd delictum delationis armorum prohibitorum in Ecclesia, non est de exceptis in Constitutione Gregoriana, vt benè resoluit Ambrosin. *de immun. cap.5. n.5.* Rodulph. *d. q.36.* Lezana *d. v. Arma n.7.* Sperell. *d. decis.127. n.2.* Castropal. *p.2. disp. vn. pun.9. n.10.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.1. cap.40. num.142. & ad Concil. Trid. sess.25. de ref. cap.20. num.8.* qui ita declaratum fuisse à Sac. Congregatione, testatur *in collect. Bullar. v. Arma.* Ideòque Couarruuias, qui scripsit ante Constitutionem Gregorianam Suarez, Fagundez obiter tantùm loquens, Portellus, Cespedes, Follerius, quem tantùm refert Riccius, qui tamen contra ipsum Follerium contrarium tenet *d. decis.124. p.4.* alijque pro sæculari Potestate superiùs adducti, minimè faciunt nostram decisionem, cùm nitantur eo fundamento, quòd deferens arma in Ecclesia, delinquat in ea. Quoniam agitur de delicto leui, & non excepto; vt proinde id fundamentum insulsum vocatum sit à Barbosa *de iur. Eccles. cap.40. n.142.*

43 Atque hinc non obstat, quòd animaduertere in eos, qui committunt Sacrilegium in Ecclesia, spectet ad Iudicem sæcularem. Offendunt enim Ecclesiam, atque ideò illius priuilegio gaudere non debent. Nam immunitas non datur personę, sed loco, vt rectè obseruãt Marant. *p.2. resp.51.* Cened. *q. can.42. n.2.* latiùs post plures Sperell. *dec.104. n.79.* Ventrigl. *in prax. annot. de immun 23. §.1. n.23.* Vnde ipsam immunitatẽ latè interpretamur ex Thom. del Bene *d. c.16. dub.3.* illamque opinionem in dubio amplectimur, quę ipsi immunitati fauet ex eodem del Bene *ibid. dub.46. num.1. & cap.7. dub 7. sect.4. n.5.* Neque inde infertur, quòd Ecclesia Dei fiat spelunca. Quia, defendendo reum, non fouet delicta, sed concedit misericordiam delinquenti. Quòd si è Republica est, ne delicta remaneant impunita, & rei consignentur Curiæ sæculari, è Republica etiam est, quòd Ecclesiæ sint refugium confugientibus ad ipsas ob honorem, & reuerentiam debitam Deo. Nec propterea delinquens in Ecclesia erit impunis. Nam, licèt sit laicus, potest puniri à Iudice Ecclesiastico per textum *in cap. Cum pro causa, de sent. excom. cap. Cum sit generale, de foro comp.* & confirmãt nominatim Decian. *tr. crim. lib.4. cap.26. n.1.* Guazzin. Carol. de Graff. & Barbosa *ad d. cap. Cum sit generale*, & alij absque numero, ostendentes quàm parua fides adhibenda sit Iulio Claro *in q.28.* attestanti delictum sacrilegij à Iudice sæculari tantùm in Gallia, & Ditione Mediolanensi cognosci, vt præ cæteris eum infirmant Chartar. *dec. crim.72. & 74.* Sperel. *dec.3. & 4.* Ciarlin. *cap.4. & 15.* Dian. *p.1. tr.2. resol.81. & p.4. tr.1. res.67.* Farin. *q.8. n.132.* Marc. Ant. *var. resol. lib.3. resol.38.* Thom. del Bene *de immun. p.2. cap.10. dub.7.* & alij.

44 Probatur autem quartò hæc decisio, quia arma, & res huiusmodi sunt accessorię personis. Constitutio autẽ Gregoriana prohibet extractionem personarum, eisque vim inferre. Ergo illa procedit etiam, quoad arma, aliasve res, personis accessorias. Sic in simili textus *in cap. si quis, suadente diabolo*, imponit excommunicationis pœnã inijcienti manus violentas in Clericum, & tamen Doctores illum interpretati sunt, procedere etiam in eo, qui res eripit è manu Clerici absque eo, quòd vim inferat personæ, vt Innocent. *in cap. Nuper n.2. de sent. excom.* Io. de Lignan. *tr. de cens. §.5. n.15.* Sayr. *eod. tr. lib.3. c.26. n.15.* Carol. de Graff. *effect.9. n.95.* alijque recentiores, quos refert, ac sequitur Squillant. *de priuil. Cler. cap.6. num.47.*

45 Confirmatur. Quia Constitutio Gregoriana confirmare voluit priuilegia Immunitatis de iure cõmuni competentia indistinctè, præterquam in casibus ibi expressis, vt aduertit Cened. *q. can.42. n.12.* ac Genuen. *in prax. c.18. n.6.* Atqui de iure communi hoc est expresse prohibitum *in d. c. Diffinimus 17. q.4.* ibique Turrecremata *in princ.* generaliter, inquit, personis, aut rebus confugientium ad Ecclesiam nullam debere inferri iniuriam; ergo id quoque censetur confirmasse. Nam Constitutio confirmatoria respicit omnes ampliationes legis, siue constitutionis confirmatæ, Soccin. *cons.23. num.22. lib.1.*

46 His accedit, quòd in Constitutione, etiam pęnali, quando illa continet fauorem Ecclesiæ, fit extensio ob identitatem rationis de casu ad casum, Anchar. *cons.304. n.3. ad fin.* Gemio. *cons.106. n.2.* Franch. *in c.1. n.7. de temp. ordin. in 6.* & Genuen. *in d. prax. cap.18. n.2.* vbi loquitur in terminis huius Constitutionis. In proœmio autem dictę Constitutionis, §. *Quare* redditur ratio, vt obuietur scandalis, & ne Ecclesiastica iura conculcentur, & negligantur. Quæ ratio, sicut militat, quando persona extrahitur, vel in Ecclesia obsidetur, aut aliter molestatur; ita etiam quando in Ecclesia eidem personæ auferuntur arma, vel aliæ res. Immò quando ratio est expressa in textu, Constitutio etiam pœnalis dicitur potiùs comprehensio, quàm extensio, Franch. *in cap. Eum, qui num.1. in fin. de preb. in 6.* Alex. *cons.171. num.4. lib.7.* cum alijs per Tiraquellum *in l. si vnquam, v. Libertus num.45. cum seqq. C. de reuoc. donat.*

47 Ex quibus remouetur obiectum, quòd iste casus in verbis dictæ Constitutionis non comprehendatur. Quoniam sufficit, comprehendi ex mente ad effectum, vt incurrantur censurę in ea inflictæ, quæ non solùm imponuntur aliquid facientibus, contra verba illius, sed etiam contrauenientibus eius menti, vt ex ea liquet, ibi: *Quod si quis præmissorum, aut alio quovis prætextu quispiam præter, aut contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserit.* Dictio enim *præter* ostendit mentem comprehendi etiam, quæ non sunt expressè contraria verbis maximè quando posita est cum dictione *contra* in eodem contextu verborum. Vnde dicitur etiam committere in legem, vel in Constitutionẽ, non solùm qui cõtra illius verba, sed etiam qui contra mentem aliquid facit, *l. non dubium, C. de legib.* & in specie pro interpretatione huius Cõstitutionis deducũt Genuens. *d. c.18. sub n.7.* & Farin. *de immun. c.20. n.324.*

48 Superest iam, vt vanas contrariæ opinionis declinationes, ac quæ amat silentiùs, ac acerbiùs, quàm solidiùs opposita sunt, depellantur. Malè autem nostram doctrinam infringere aliqui nituntur primò ex communi sententia Doctorum, quæ potestati sæculari fauet. Hæc enim ratio est admodum leuis. Nam decisio nostra non solùm habet præcipuos, & magnos Antesignanos, ac tutelares ita, vt sit cõmunissima, sed quod magis est, insitam, viuam, euidentem, ac penè infallibilem rationũ assistentiam, qua communis illa conuincitur, & eneruatur, & proinde non esse ab ea recedendum in iudicando, prout alias summum Pontificem effecisse videmus *in c. Capellanus 4. de fer.* ibi: *Posterior sententia meliori, & subtiliori nititur ratione.* Et ita Doctores *in c.1. de constit.* dicunt, à communi esse recedendum, quoties aliqua probabili ratione contrarium defenditur, Afflict. *in cap.1. §. Iudices num.4. de pac. iur. firm.* Valasch. *cons.128. num.26.* Viuius *decis.91. par.1.* Deinde, demus etiam, quòd sit communis, ea minimè est attendenda, quando opinio contraria fauet Ecclesiæ, Thom. del Bene *d. p.2. cap.10. dub.4. n.15.* Tum ex regula illa: *Vbi est lex, & textus expressus, & nullo modo ambiguus, non est locus nec dubio, nec opinioni probabili, ob vllius Doctoris auctoritatem.* Quia legislatoris auctoritas prævalet cuicunque priuatæ.

In

In hoc autem casu habemus leges, & textus expressos iam allegatos. Rursus ex alia regula: Si in aliqua effectione conueniant ij, qui ius habent interpretandi aliquam legem, & prętereà omnes scriptores, qui ea de re ex professo, & accuratè tractarunt, & vnus, aut alter, aut pauci, aut multi, non perpensa ratione contrariæ sententiæ, aliter sentiant, eorum sententia, ne dum potest appellari communis opinio, sed neque probabilis. Iam sic. Spoliatio armorum confugientis ad Ecclesiam, facta à potestate laica, est propositio comprehensa per Apostolicam sedem in sæpè citata Constitutione Gregoriana. Habetur expressè in Sacris Canonibus; est confirmata consuetudine, praxi, & inconcusso vsu; est declarata à sacris Congregationibus S. Concilij Tridentini, Episcoporum, & Regularium, Immunitatis Ecclesiasticæ; iuxta eundem sensum iudicatum fuit in omnibus Tribunalibus Ecclesiasticis, & speciatim ab Auditore Cameræ Apostolicæ. Postremò opinio communis.

49 Aiunt secundò, decisiones S. Congregationis Immunitatis, & si quæ aliæ sunt, non fuisse latas, audita Potestate seculari. Eminentissimos Patres deceptos scriptorum viuentium instantijs. At immeritò. Quantum enim is vsus à Vaticani moribus dissideat, nemini non manifestum faciunt S. Congregationes Eminentissimorum Patrum, in quibus ij toto orbe Christiano à Regibus, Principibus, Rebuspublicis præpositi, Romano Pontifice approbante, sapientissimè, grauissimè iudicant, non ex propria libidine, sed ex necessario legis ministerio, oppasso velo rem maturè considerantes, causæ momenta excutientes quàm diligentissimè, vt possint tutò, ac iustè de re pronunciare, ad proferendum sententiam nunquam præcipites, nunquam temerè indiscussa iudicantes, nec prius loquentes iudicium, quàm vtranque partem audiuerint, & causam sedulò inuestigarint. Quis igitur, nisi non sanus, probrum hoc Eminentissimo Senatui affricat, quòd apud eos sit pro ratione voluntas, totum pro imperio, nihil ex præscripto legum? Quæ ab ipsis decernuntur, esse contra omnem honestatem, contra omnes leges, contra omnes Ecclesiasticos Canones? Quòd æquitatem non seruent, rumoribus inhæreant, iudicent, causa non ritè discussa, ac voluntaria præcipitatione de rebus non benè cognitis proferre sententiam videantur? Quid iniustius fingere licet, quàm viros sapientia & religione Eminentissimos ad eum belluinum & tyrannicum iudicandi modum impingere? Huc & profectò iuri potiori faciunt elogia de Senatu Romano, quæ olim res & veritas multis dictauit. In Cicerone leges: *Senatum Principem salutis, publicæque mentis*. In Ammiano, *Asylum mundi totius*. In Cassiodoro, *Gloriosum Senatum, morumque lumina*. In Petronio, *Recti, bonique preceptorem*. In Tacito, *caput Imperij, & decora omnium Prouinciarum*. Quia iam sub Principibus ex omni Regione capiebantur Senatores. Et vt ditissimi, honestissimique Prouincialium Ciuitate donabantur, Equites fiebant, ita & mox Senatores. Vtile inuentum, & apud populos sub vnum Imperium firmiter colligandos. Symmachus ea causa scripsit: *Pars melior humani generis Senatus*. Cassiodorus: *Quidquid humani generis floris est, habere Curiam*. *Grande vel vnicum fulcrum Principatus*, vt ex Othone Imperatore apud Tacitum: *Quod? Vos pulcherrimam hanc Vrbem, domibus & tectis, & congestu lapidum, stare creditis? Muta ista, & inanima intercidere, ac reparari possunt; æternitas rerum, & pax gentium, & mea cum vestra salus incolumitate Senatus firmatur*. Vbi est hoc aliud obseruare libet, maturitatem scilicet, qua decreta illa sunt concepta, & vniuersalitatem, qua sunt expressa. Cùm enim pluries varijs occasionibus hac de re sit consultum, & idem semper deliberatum, & quod in singularibus casibus erat constitutum ad vniuersa sit extensum, non relinquitur, etiam Momo, locus oblatrandi, præcipitanter & perturbatè elaborata fuisse, ac impotenti æstu magis, quàm legitima grauitate propalata.

50 Glossant prætereà textum *in c. Diffiniuit 17. q. 4.* esse intelligendo de spolio bonorum, quæ propria sunt, non de rebus, quæ sunt de prohibitis. At hæc est cauillatio. Nam textus præscribit, esse *his ipsis, qui Ecclesias petunt per omnia licitum in triginta passus ab Ecclesia ianuis progredi*. Qui autem *omnia*, dicit, nihil excludit, *l. à procuratore, C. mandat. & in l. Iulianus, ff. de leg. 3.* Glos. *in Clem. 1. v. omnimodam, de for. comp.* Et vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, *vulg. l. de pretio, ff. de Public. in rem act.* Id, quod liquidò etiam constat *ex d. l. Præsenti, C. de his, qui ad Eccles. confug.* vbi res quoque furto sublatas, non nisi cum licentia Iudicis Ecclesiastici ab Ecclesia extrahi iubet.

Deuique pro solido fundamento suæ sententiæ inquiunt, Potestatem secularem, posse huiusmodi armis confugientem spoliare, quia id est actus protectionis Ecclesiæ, non autem iurisdictionis. At ego nescio, cur tam flaccidæ & euanidæ rationi tam firmiter incumbant, & non aduertant hic armis suis se iugulare. Esto enim, esse id actum meræ protectionis, non refugimus, quinimmò optamus sęculares Principes omnium Ecclesiarum pientissimos Protectores, oblatas earum preces suscipere, earum vota obaudire. Sicuti verò non damnamus religionem & studium in Principibus, qui sancto zelo accensi, Ecclesias defendunt, ita exigimus, vt protectio opportuna sit, non importuna, sobria ac temperata, non anxia, & dura, pacem foueat, non turbet. Optamus pariter, vt zelus sit iuxta Paulum *non primorum Ciuitatis* flabeis agitatus, inter quos Pseudopolitici, & Aulici, qui sæpius sub specie pietatis excitarunt tumultus & persecutiones in Ecclesiam. Qua *de re Baron. ad ann. 518. num. 33.* 51

Etenim constat, protectionem talem in effectu nil aliud videri, quàm auxilium, quod præstari dicitur armis, manu, clamore, & obiectu corporis, *l. 1. §. tulisse, & l. Cum dominus, ff. ad Sillan.* Hoc autem auxilium Protectorum cùm ex vsu, & indigentia Ecclesiarum pendeat, idcircò eo tempore est adhibendum; quando Ecclesiæ tuitione ipsorum necessariò indigent, *l. quoties certa, ff. de oper. libert.* Estque manifesta dispositionis huius ratio, quia defensionis beneficium est species operæ, cuius editio nihil est aliud, quàm præstatio cuiusdam officij, quod aio deberi, quàm quo is nolet, cui præstandum est, tempore, absurdum fuerit credere, vt Caius ait. *in l. Cùm patronus, vers. Cùm enim ff. eod.* Quare sicut operarum electio pertinet ad patronum, vt videlicet edantur, quando ipsi placet, ita & de protectione idem sentiendum est, vt videlicet eo tempore præstetur, quo clientes illam exigunt, Coler. *de proces. execut. p. 1. cap. 19. num. 101.* Itaque quanto clientes indigent auxilio, ipsis succurrendum est regulariter, nec aliter exaudiendum est, quam si ad ferendas suppetias, & tacendos clientes patroni specialiter requirantur, & implorentur per texum *in d. l. Cùm patronus*, ibi: *cùm proposuerit & l. Quoties in fin. ff. de oper. libert.* itemque *l. Interdum, ff. de verb. oblig. l. si quis filium. §. vlt. ff. de collect. bonor.* Aduocatus si quidem, vtpote qui quasi Aduocatus, idest accersitus, seu rogatus dicitur post Cuiac. *in paratitl. C. de Aduoc. diuers. Iudic. in Aduocat. cap. 8.* non nisi requisitus tenetur defendere, Modest. Pistor. *cons. 24. num. 25. vol. 1.* Brun. *cons. 86. num. 6.* alijque, qui strenuè defendunt in omnibus necessitatis casibus occurrentibus Aduocati requisitione & interpellatione opus esse in corroborationem conclusionis suæ adducentes Bald. *in l. si absentib. C. de excusat. tut.* Immò, quod is, qui ex obligatione tenetur ad defendendum alium, ad hoc non teneatur, nisi fuerit requisitus, in specie docent Innoc. *in cap. si quando extr. de offic. deleg.* pulchrè Aretin. *in l. stipulatio ista prope fin. ff. de verb. oblig.* Bart. *in l. 17. ff. ad l. Iul. de adult.* Abb. *cons. 49. §. Sed his non obstantibus, vol. 2.* 52

Patet ab exemplo confœderatorum. Quemadmodum enim illi, qui fœdus inierunt, non tenentur se inuicem iuuare, nisi requirantur, ceù docet Bald. *in cap. 1. in princ. v. requisitus, de nou. form. fidel.* quem refert ac sequitur Iacobin. de S. Giorgio *tr. feud. v. Adherentes*, ita nec Protector tenetur defendere clientes, nisi ab ijs periculi imminentis certior fiat, & ad protegendum imploretur. Ita quoque, tametsi dominus feudi opus habeat seruitijs vasallaticis, non tamen ea vasalli tenentur spontè offerre, *cap. licet si de feud. defun. content. e. 1. §. vlt. an ille, qui interf. fratr. domin.* Vulte. *defend. lib. 1. cap. 10. num. 33.* & alij, sed ad exibitionem eorundem interpellendi sunt, *d. cap. licet, §. vlt.* textus etiam *in cap. 1. in princ. v. & si scinero*, & ibi Andr. de Isern. *num. 5.* Bald. Aluar. Præpos. *num. 2.* 53

Matth.

Matth. de Afflict. num.26. de nou. form. fidel. cap. ad hoc hic finit. lex, cap.1.§.vt autem de allod. cap. Imperialem, §. firmiter, & ibi Andr. de Isern. Aluar. & Afflict. num.10. de prohib. feud. alien. per Frider. & vbi Doctores, Intrigliol. q.97. num.119. Rosenth. cap.8. concl.26. num.1. Sic etiam Iudex, non nisi inuocatus officium suum impertiri tenetur, l. ad peremptorium 68. ibi. vt primò quis petat, ff. de iudic. l. properandum, §.1. C. eod. l.4.§. In hoc autem iudicium, & ibi Doctores, ff. de damn. infect. l.1. ibi, si tempus ad deliberandum petat, ff. de iur. deliber. Quare nec Protector ad præstandum auxilium obligatur, nisi aduocetur, vt defendat.

54 Verùm vti casus certi sunt, quibus Iudex etiam non imploratus officium suum interponere tenetur, quos refert Socin. reg.197.1.& 19. fallent. Sic frequenter videmus, Iudicem in causis miserabilium personarum, quæ piæ dicuntur, alijsque, & ijs potissimùm, quæ ad publicum ius & crimina pertinent, officium suum non petitum, aut postulatum impertiri. Ita & sunt determinati etiam casus, quibus Protectores, etiam non rogati succurrere clientibus debeant. Et primus ad rem nostram est, si Protector sciat obsideri Ecclesiam, & ex illa obsidione magnum ei imminere periculum, requisitio autem seu aduocatio Episcopi sit impossibilis, vel admodum difficilis, tunc etiam non requisitus debet succurrere, vltroque adiutorium Ecclesiæ præbere, arg. text. in d. cap. licet, vers. Si tamen, si de feud. defunct. content. d. cap. Ad hoc, Ias. in l. si ex legati 23. ff. de verb. oblig. Io. Lup. de 1. obtent. ac retent. Regn. Nauar. p.5.§.1. vbi Reges Christianos Ecclesiæ calamitates scientes, etiam non requisitos defendere teneri, ostendit, Loffred. cons.45. num.14. Hinc & vasallus si magnum domino periculum imminere sciat, vltrò suum præbere adiutorium tenetur, cap. licet 2. F. 26. Et si dominum obsideri, aliteruemortem ei imminere sciat, cumque possit, non nunciat, vel sine nuncio cum non adiuuat, feudo priuatur, cap. vn. §. ad hæc in fin. 2. F. 28. cum aduersus scientes pœnæ paratæ sint, l. fin. de decret. ab ord. fac. Zas. de feud. p.10. num.19. & plures congessit Rosenth. cap.8. concl.26. num.7. lit. K. Quamuis autem hæc iura loquantur de vasallis, tamen propter paritatem rationis in cliente rectè etiam huc quadrant.

55 Ratio autem est. Primò, quia in tali casu periculum est in mora, & grauitas discriminis imminentis concurrit, eoque nil mirum, si recedatur à regula iuris, interpellationem alioquin exigentis, l. de pupillo, §. si quis viuos, ibi Alex. num.1. ff. de nou. oper. nunc. l.1. ff. de damn. infect. l.1. ff. de exercit. act. Deinde quia propter ingens periculum, in quo clientes constituti sunt per se se Protectori tantum periculum non ignoranti constat, eos nihil velle magis, quàm, vt sibi per Protectorem propulsandi periculi causa succurratur. Quia semel certum, non opus est vlterius certiorem reddere interpellando, siue denunciando per reg. Eam, qui certus ibique Dyn. de reg. iur. in 6. l. in fin. ff. de act. empt. Marc. Ant. Baner. de mor. p.2. num.23. Bolognet. in l. Quod te num.61. circa fin. ff. si cert. pet.

56 Ex quibus fic. Ius protectionis Ecclesiarum, quod Principes babent, Ordinarium Magistratum in exercendis suis actibus impedire, eique nocere, vel præiudicium aliquod parere non debet, Regner. Sixtin. inter cons. Marpur. cons.8. num.106. v.3. sed saluam omni ex parte manere iurisdictionem ordinariam in omnibus, cap. recepimus, de priuil. cap. ex parte 2. eod. & l. desertorem, §. fin. ff. de re milit. Inter autem ordinarios Magistratus Ecclesiasticos Summus Pontifex in primis Ecclesias, & personas Ecclesiasticas protegere tenetur iuxta c. scire vos 23. q.8. Vnde & Ecclesiasticis personis defensionem armatam permittit textus in cap.6. de sent. excom. in 6. Dec. in serm. pro iust. Concil. Pisan. num.10. Quinimmò eandem Nicolaus Papa in c. authoritatem 15. q.6. expressè & in terminis Protectorum Ecclesiarum mandat, vt spirituali simul ac materiali gladio tandiu malignos illos, ac violentos oppressores, eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessiones atque res Ecclesiasticæ distractæ, seu direptæ reuocentur. Post verò Summum Pontificem huiusmodi ordinaria protectio incumbit etiam Episcopis, hoc est Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Abbatibus, & alijs in dignitate Ecclesiastica constitutis, vt ex Concil. Tolet. 4. cap.31. At quilibet ordinarius Magistratus suos subditos per se defendere, ac tueri obligatus est, & ipso iure tuitio, & protectio subditorum, sicut & custodia totius territorij ad officium domini cuiuslibet loci spectat, ita probante textu in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offic. Præsid. per quem textum Anchar. in cap.1. de offic. & potest. deleg. in 6. ante num.2. in terminis Conseruatorum similiter arguit, ex eo, quòd illicita coercere ad officium ordinarij pertineat, Conseruatorum prouisionem videri minimè necessariam. In quorum sententiam concurrunt Bart. in l. Nequid circa princ. ff. de incend. Bolognin. in auth. Habita num.173. C. ne filius pro patre, Dec. & Hieron. Cagnol. in l. culpa caret, ff. de regul. iur. Guido Pap. q. penul. num.10. Boer. decis.304. num.6. Roland. à Valle cons.18. num.28. vol.3. Surd. cons.289. num.3. Schurf. cons.23. num.3. vbi ait, omnes subditos debere esse sub protectionem dominorum suorum, & dominos eos defendere. Idem tradit Ferdinandus Vasquez illustr. quæst. lib.1. cap.41. num.20. Vbi addit, communi Doctorum opinione id receptum esse.

Generali autem hac Ordinarij Magistratus Ecclesiastici protectione subsistente, specialis Principum sæcularium protectio non videtur necessaria. Nam omnes Potestates adstrictæ sunt virtute protectionis iure ordinario sibi competentis subditos sibi commissos defendere, l. vlt. in princ. ff. quod metus caus. l.2. in princ. §. post originem 13. ff. de orig. iur. l.1.§.12. ff. de offic. Præfect. Vrb. Vbi Præfectus Vrbis ad tenendam popularium quietem, habere iubetur milites stationarios per prouincias dispositos, l.3. & l.6.§.2. de offic. Præsid. Quem in finem Magistratus quilibet maiores instructi sunt apparitoribus, & satellitibus vnà cum imperio, vt mandare possint subuenire oppressis, ac succurrere, sicuti de Episcopis, quòd possint habere familiam armatam firmat Diana, & nos alio in loco, cùm illis concessa sit iurisdictio ad continendum in officio suos subditos, & ad iudicandum, ac puniendum delinquentes, c. Quoniam 18. d. c. Statuimus 16. q.1. cap.1. de offic. ordin. cap. In Archiepiscopatu, de raptor. 57

Quare non potest, neque debet Protector extraordinarius se ingerere in his, quæ iure suo, suisque viribus agere potest Ordinarius Protector pro defensione suæ Ecclesiæ. Nam, vt olim disserebat Rex Theodoricus, apud Cassiodorum lib.5. variar. Epist.39. Non est, inquit, defensio, quæ præstatur inuitis, suspectum est, quod patiuntur nolentes. Nam hoc est reuera beneficium, si sine murmure referatur acceptum. Cui planè congruit sententia Vlpiani in l. Quæ omnia 25. ff. de procurat. ibi: Nam hoc ipso suspectus est, quod operam suam ingerit inuito, & Pulchrè Faber. ad l. Inuito beneficium 69. de diu. reg. iur. num.10. Quippe iuris apertissimi est, id, quod fauore alicuius introductum est, non nisi volente eo, locum habere, vt eleganter tradit Natt. cons.194. num.14. tom.1. Quia beneficiorum hæc est summa, si illis & non vti liceat ex Plinij Paneg. Lips. in not. ad Senec. lib.2. de benef. cap.18. Et hinc quod reluctanti ingeritur, non esse beneficium Lactant. & Paul. Iurisconsultus in l.69. de reg. iur. docent. Deinde nemini dubium est, omnem defensionem esse beneficium, & quidem iure naturæ introductum, Caius in l.4. in prin. ff. ad leg. Aquil. Clem. Pastoralis, §. Cæterum de re iud. & c. Ius naturale 7. d.1. Atqui cùm tanta sit voluntatis nostræ vis, ac potestas, vt beneficium nolentibus nobis dari non possit, tex. in d. l. Inuito, ibique Faber, l. hoc iure §. non potest ff. de donat. l. nec emere, C. de iur. delib. consequens est, neque defensionem, nobis inuitis atque nolentibus, exhiberi posse. Inuitis enim beneficium facere, sæpè pro tyrannide habetur. 58

In hanc quoque rem seruire videtur, quòd cùm leges decernunt, aliquid in alterius defensionem faciendum esse, id sub tacita ea conditione intelligendum sit, si ille in cuius gratiam id faciendum est, vltrò id fieri postulet, l.4.§. hoc autem, ff. de damn. infect. Vbi dicit textus; hoc autem iudicium certam conditionem habet, si postulatum est, cæterum qui non postulauit, experiri non potest. Et textus ad hoc sunt manifesti in cap.1. ibi: Si fuerit requisitus, de sent. excom. in 6. & in cap.1. ad fin. ibi: sepultorum corpora, si petantur, de sepult. in 6. & Glos. in cap. Cupientes, §.1. v. contingentibus, de elect. in 6. ex textus in cap. Cum persona §.1. ibi: à 59

loco-

locorum Ordinarijs requisiti, de priuil.in 6. Secus autem si non postulet. Tunc enim beneficium inuito obtendatur, Senec. *lib.5. de benef.cap.19.*

60 His accedit & illud, cum beneficium & iniuria inter se sint contraria, attestante eodem Seneca *lib.3. de benef. cap.22. & lib.5.cap.7.* Ideò quemadmodum volenti iniuria fieri non potest, *text.in cap. Scienti, de reg.iur. in 6.* & textus *in l.Cum donationis, C.de transact. & l.1.§.fin.ff.de act.empt.* Gail. *pract.obser.lib.2.obs.30.num.16.& 98.num.21.* Ita nec inuito defensionis beneficium præstari posse, statuendum est. Contrariorum enim, vt definit. Aristoteles *lib.5.eth.* eadem est disciplina, *l.& si contra, §. vlt.* ibique Glos. *ff.de vulg. & pupil.l.vlt. ff. de legat.3.* Ias. *in rubr.ff.de acq. possess.* Euerhard. *in top.in loc. à contrario num.1.*

61 Excipio casus præcisæ necessitatis. Quia tunc communis clientum salus, & libertas publica consideratur, ideoque eorum velle, aut nolle attendendum non est, *arg.auth. res qua, C.com.de leg.* Publicæ enim libertati, quæ res est inæstimabilis, *l.libertas, ff.de reg.iur.* consuli humanum est, *l.2.3.& 4.ff.de liber.caus.* Et homines vbi contra propria commoda laborare inueniuntur, conseruari, maximè interest Reipublicæ, *arg. l. Si pater, C. de sponsal.l.Cum ratio, §.penul.ff.de bon.damnat.l.vt vim.ff.de iust. & iur.* Estque communis & recepta iuris Interpretum traditio, quodlibet beneficium, etiam in inuitum conferri posse, si publica causa concurrat, & alioenti necessitas id exigat, veluti si alicuius renuentis saluti succurratur, Dec.& Cagnol. *in d.l. Inuito beneficium 69. num. 3.* & alij, *ff.de reg.iur.* Hippol. Riminald. *in §. Item nobis, Instit.per quas personas ius nob.acquir.num.24.& seq.* Opus enim, vt dixit Seneca *lib.2.de benef.cap.14.est pulcherrimum etiam inuitos, nolentesque seruare,* Petr.Faber. *ac d. l. Inuito num.9.in fin.* Sic & Magistratum quandoque, causa cognita, & publicæ vtilitatis intuitu, subditos suos, etiam inuitos & renuentes defendere, attestatur idem Faber *num.10.* Ita enim necessitatis tempore Dominum, inuito vasallo, castrum posse custodire *arg. l.16. §.1. de vs. & habit.* (& quidem simul cum vasallo, sine vlla tamen fraude & malo ingenio, quæ ab illis aliena esse debent) eleganter docent Rosenth. *de feud.cap.7.concl.2.num.8.lit.G.* Surd. *cons.210.num.31.* Brun. *cons.87. num.18. not.1. & cons.232.vers. Item ipsum preceptum vol.2.* Gaill. *de arest. cap.10.num.6.* Chassan. *in consuet. Burgund.rubr.1.§ 4.num.10.* Paris de Put. *de redintegr.feud.cap.174.* Capyc. *decis.37. num.6.* Bald. *in cap.1.§. Quid ergo 2.feud.8.* Idque si negligentia, vel mora possessoris præcedat, Io.Iacob. de Leonard. *cons.117.num.285.vol.1.*

62 Eadem ratione Magistratus pupillis etiam inuitis, & ignorantibus tutores dat, *l.5.& 6.* & ibi Bart. *ff.de tutor. & curat.* Bald. *in l.1.in princ.ff.de adm.tut.* Estque ratio, quòd iuri naturali conueniens sit, impuberes esse in tutela per textum *in §.vlt.Instit.de Attil. Tut.* & subueniendum pupillis esse, idque ad curam publicam pertinere, Imperator ait *in l.2.in princ.§. Diuus.ff.si pet.tut.* Sic quoque propter vtilitatem in necessitatem publicam in inuitum conferuntur honores, & officia publica per *tot.ff.de mun.& honor.* Et ad iudicandi munus, etiam inuitos assumi videmus *in l.munerum, §.iudicandi, ff.eod.* Et tamen iudicare est honor, *l.obseruare.ff.de offic.Præsid. l.omnem honorem, C.quando prouoc.non est necess.* Quod non aliunde descendit, nisi quia in huiusmodi Magistratibus publica vtilitas consistit, *l.1.§.1.ff.de iust.l.& iur.* & in tali munere iudicandi finis litium consistit, in quo publica vtilitas versatur, ne fiant immortales, *properandum in princ.C. de iud.* & ponit Cagnol. *in d. l. Inuito num.4.* Mitto id genus alia.

63 Si igitur ordinarius Magistratus Ecclesiasticus Ecclesias, suæ ordinariæ protectioni subiectas, defendere paratus est, atque protegere potest, is extraordinarium Protectorem, qui est Princeps sæcularis, irrumpentem in suum territorium sub protectionis specie suscipiendæ, tolerare nullo iure tenetur, sed potius vel via iuris. inuocata scilicet Summi Pontificis iurisdictione, vel etiam armis, vrgente necessitate, Protectorem ab ingressu sui territorij, hoc est Ecclesiæ arcere, atque propulsare potest. Iuris etenim est manifesti, nemini non modò priuato, sed nec ipsi Magistratui licere in ædes alienas irrumpere, ibique aliquem capere, aut spoliare, cùm domus propria cuique tutissimum sit receptaculum, *l.plerique 18. l.sed & si 21.ff. de in ius voc. l.nemo de domo 103. ff. de reg.iur.* Sicque declarantur exempla ab Aduersarijs deducta, quòd scilicet id, quod quisque facere potest propria auctoritate, possit fieri per Iudicem incompetentem, nempè, vbi copia competentis haberi non potest. Ita Cancer. *var.resol. p.2.cap.10. num.60.* & Salgad. *ad tract.præiud.3.num.89.* Non propria igitur auctoritate, sed ministerio Iudicis Ecclesiastici per sæcularem curanda est quies publica, *arg.l.nullus, C. de Iud.* Maximè, quòd protectio solùm habet locum in casu necessitatis extraordinario, si nimirum deficiat Iudex Ecclesiasticus, vt disertè explicat Thom.del Bene *cap.9. dub.6.sect.1.num.1. & sect.3.num.7.*

Concluditur igitur, tunc demum Potestatem sæcularem titulo, ac iure protectionis in Ordinarij Ecclesiastici territorio facultatem spoliandi armis confugientes ad Ecclesiam defensionis tamen limitibus circumscriptam, habere, quando ipse Ordinarius non spoliat, ipsique Ecclesiæ auxilium deneget, aut ad defendendum inhabilis, aut insufficiens est, idque cum licentia eiusdem Ordinarij. Tunc enim e re Ecclesiæ, Reique publicæ erit vbi ijs in Magistratus sui Ecclesiastici territorio ab iniquis hominibus oppressis, à Magistratu ipso, ad tuitionem earum sat virium non suppetit, vt earundem hostibus & Protector, & Magistratus Ordinarius copijs, ac viribus coniunctis vnà occurrant, quò faciliùs eosdem in Ecclesia armis expolient. Qua tamen in re cauebit vterque, ne alter iuri alterius plus æquo inhiet, sed intra iuris ac officij sui metas quisque consistat. Quis enim ignorat multoties euenire, vt vel propter virium imbecillitatem, vel loci distantiam, aliaue interuenientia impedimenta proprij Magistratus suos defendere non possint, ideoque illis aliunde accersito auxilio, atque aliena protectione opus sit? Idque eò amplius, quòd hoc pacto ob maiorem securitatem non tantum vberior fructus, & vtilitas ad subditos, eorumque Magistratus redundet, ipsis in pace, & tranquillitate securiùs viuere valentibus. Ea de causa inficiens ire nemo potest, protectiones non solum vtiles, sed sæpius etiam necessarias esse. Hoc enim remedio multæ tenues Respublicæ cùm se in societatem Protectorum contulissent contra potentissimos hostes tutæ, ac inuiolatæ permanserunt, *arg. eorum, quæ leguntur 1. Machab. cap.8.* Quippe Imperiorum quædam sunt ampla, & summa, quædam media, quædam verò tenuia, & infima, quæ cùm propulsandis hostium incursionibus non sufficiant, in sui securitatem necessariò sibi assistere debent defensores & tutelares. 64

Hinc est, quòd Iudex Ecclesiasticus pro executione sententiæ suæ in iuris subsidium, brachium, vt vocant, sæculare inuocat, adeoque Iudicem sæcularem, si auxilium petitum deneget excommunicari posse, explorati iuris est per *text.in cap.1.de offic. Iud.ord. Glos.ibid. v. Publicum,* Panorm. *num.5.& 11.* & communiter Canonistæ, *text.in cap. Quoniam d. tit. & inc. Administratores. 23. quæst.5.text.in cap. Statuimus §.fin. de maledict.* & textus notabilis *in l.2.C.de his, qui latron.vel alijs crim.reos occult.* pulchrè Oldrad. *cons.89.per tot.* Afflict. *in constit. Sicil. ad proem. num.54. cum seq.* Marant. *disp.1.num.26.* Vna enim iurisdictio per aliam adiuuanda est per textum *in d. cap. Quoniam, & in d.l.2.* Glos. *in d.cap. statuimus, §.fin. v. Potestatem,* Doctores *vbi supra.* Proinde etiam Iudex Ecclesiasticus seculari Iudici, postulante necessitate, contra Clericum contumacem officium suum impartiri debet, vt notat Glos. *in d.cap.1. ibid. num.10.* vbi tamen differentiam ponit inter Iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem. 65

Quæ doctrina tunc demum procedit, quando Iudex Ecclesiasticus pro executione suæ sententiæ omnia fecit, quæ facere potuit, puta si victus Ecclesiasticas censuras floccipendat, easque obstinatè condemnet. Imploratio enim brachij sæcularis, omnium vltimum, adeoque extremum remedium esse debet per *text. in cap. Cum non ab homine, de iud.* ibi: *Cùm Ecclesia non habeat vltra,* *text.in d.cap.1.* ibi: *Cùm opus fuerit, & d.cap. quoniam,* ibi: *Si necesse fuerit,* Oldrad. *d. cons.89. num.5.* Natt. 66

præ-

prælarè conf.5x9.num.36.vol.3. Roland. conf.37. num.5. vol.1. Mataut. d.disp.1. num. x6. Videndi omnino Panorm. Innoc. & alij. in d. cap. 1. de offic. ordin. Angel. conf.x76. num.4. Nxtt. d.conf.529. num.8. Genuen. in prax.cap.36. & Ricc.resol.89. Atque ira Doctorum, qui videntur inter se mutua contentione certare, litem dirimendxm esse existimo, vr priorem opinionem tunc veram esse xdmittam, quando Episcopi vires ita sint imbecilles, vt suas Ecclesias, suosque subdiros, defendere non sint satis, & eo casu neque eodem Episcopo inconsulto iuxta formam præscriptam in d.l.Pateant,C.de his, qui ad Eccles. confug. cum alijs superius allegatis. Summatim ergo dicimus, noo licere officialibus laicis in Ecclesijs, & alijs Ecclesiasticis locis immunibus arma vetita perquirere, vel inde auferre. Nam cùm perquisitio & ablxtio illa sit actus iurisdictionis contentiosæ, non potest à Iudice laico exerceri in Ecclesia, quæ est extra territorium ipsius l.2.in fin.C.de sum.Trinit.& fid.auth. Paul. de Castro in l.si quis in hoc genus num.3.C.de Episc.& Cler. Abb. in cap.inter alia num.x9.de immunit.Eccles. & expresse statuitur in d.l. pateant C.de his, qui ad Eccles. confug. Ad idem Concil. Tolet. relatum. in can.diffinivit 17.q.4. his verbis: Diffinivit Sacrum Concilium, vt nullus audeat confugientem ad Ecclesiam, vel residentes abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sancto inferre, & textus in cap.1.de immun. Eccles. & in cap.2.eod.tit.in 6.

67 Et quamuis Couarruuias cum Follerio in p. 7. crim. can. cap.miscellanea quedam num. 30. sentiat, Iudicem laicum, & si non possit fugientes ad Ecclesiam inde inuitos adducere, posse tamen ab ijs armx prohibita, etiam intra Ecclesiam auferre, eo quod cùm arma deferens intra Ecclesiam delinquat, à Iudice sæculari sit puniendus, aut saltem armis spoliandus, eius tamen opinio est contra iura superius expressa, nec vlla valida ratiooe fulcitur. Leuissima enim est illa ratio, quòd deferens arma delinquat in Ecclesia. Tum quia quatenus etiam hoc delictum esset tale, vt priuxret delinquentem immunitate Ecclesiæ, non tamen hinc sequitur, vt perperam inquit Couarruuius, quòd xbstractio vlla fieri posset à Curix sæculari, sed ab Ecclesiastica tantùm iuxta d. l. Pateant, & Constitutionem Gregorianam hac de re editam. Tum quia non quodcunque delictum in Ecclesia perpetratum priuxt immunitate Ecclesiastica, quamuis sit graue, sed homicidium tantùm, vel murilario, vt expresse decernitur in cap. fin. de immun. Eccles. & in prædicta Constitutione Gregoriana.. Et quemadmodum Ecclesia est immunis quoad personas, ad eam confugientes, ita & quoad bona, vt etiam probatur in d. can.sicut 17. quæst. 4. ibi: aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit. & in can. quisquis, ibi: aliquid inde eripiendo, vel auferendo. Neque enim immunitas fuit Ecclesiæ concessa intuitu personæ confugientis, sed ob honorem, & reuerentiam, quæ ipsi Deo, atque eius Ecclesiæ debetur, vt per Vasquez de success. creat. lib.3.§.22. limit.17. num.55. Remig. de immun. Eccles. num.x. & probatur in d.cap.2. de immun. Eccles. in can. reum ad Ecclesiam, & in can. Si quis 4.17. q.4. atque ex his censet cum Remigio, Iodices, vel officiales arma in Ecclesia perquirentes, incidere in pœnas violantium Ecclesiæ immunitatem.

68 Et quoniam Aduersarij litem e lite oriri faciunt, & litium series sic nectitur, quasi restis quædam è molestijs & angoribus apta, xtque consetta, ideò alia persequamur. Quod ad Clericos attinet, iure compertum est à iurisdictione sæculari omninò esse exemptos, vr disertis verbis cauetur in can.si Imperator 69.d. vbi habetur, non legibus publicis, non à potentatibus sæculi, sed à Ponteficibus, & à Sacerdotibus Omnipotentem Deum voluisse Clericos, & Sxcerdotes ordinari, & discuti, hoc est, vr ibi omnes notant iudicari. Concordant can. continua, can.si quisquam can.Clericum, can. Volumus cum seqq. 11.q.1. Idemque sancitur in Concilio Chalcedonensi can.9. Marisconensi 11. can.item 9. io Concilio Mileuitano, seu potius in Toletano III. can.13. relato in can. Inolita 11.q.1. & in Concilio Carthag. VIII. alias Mxtisconensi cap. 9. relato in can. placuit ead. caus. & q. & in cap. si diliganti de for. comp. & in cap.cum non ab homine, & in cap. at si Clerici de iudic. & in cap.Si Iudex laicus de sent.excom.in 6.& in cap. quanquam de censib. eod. lib. & in Concilio Lateran. sub Leone X. sess.9.tit.de reform. Curia & aliorum, licèt hanc exemptionem permulti hæretici conari sint conuellere, vt in specie Marsilius de Padua, & Ioannes de Ianduno, relati à Turrecremata in sum.de Eccles. lib.4.p.2.cap.37. Ioaones Caluinus, & Petrus Martyr, quorum fundxmenta euertit Cardinalis Bellarminus tom.2.controu. lib.1.cap.28. in tit. an Clerici sint liberi à iugo potestatis sæcularis.

Et quamuis non conueniant inter se Doctores, Catholici, quo iure huiusmodi exemptio inducta sit, crebrior tamen grauissimorum interpretum sententia est, eam exemptionem esse de iure Diuino. Ita tenet Glos.penult. in d.can.si Imperator, dum ait, Clericos ante omnem humanam constitutionem à sæculari potestate exemptos esse, & constitutiones, Clericos eximentes, non nouum continere, sed iuris declarationem. Idem sentiunt Turrecrem. & Præpos. in d. can.si Imperator num.1. Glos. & Doctores in de cap. Quanquam de censib. Cardinal. in cap. perpendimus num. 50. de sent. excom. Bald. in cap.2. num. 50.de maior. & obed. & in auth. statuimus in princ. C. de Episc. & Cler. vbi loquens de dicta auth. prohibente trahi personam Ecclesiasticam ad iudicium sæculare, notat secundùm Canonistas, id non esse ius nouum, sed recedere ab errore veterum legum. Quia, inquit, Clerici nunquam fuerunt de temporali iurisdictione Iudicum laicorum, & hæc est ipsa veritas. Quia Deus à principio huiusmodi iurisdictiones distinxit, idenque tradunt Ostien. in d.cap.maior. & obed. dicens, Clericos à potestate Imperatoris exempros esse à Summo Imperatore, id est à Deo, & etiam ab Imperarore inferiori Goffred. ibid. Abb. & Felin. num.1. Mill. in repert. v.Clericus, Imol. in Clem.1. col.1. de offic. ord. Roman. in singul.414. Lap. alleg.92.num.7. Ancbar. conf.96. num.1. Prob. in addit. ad Monach. in d.cap. si Iudex laicus de sent. excom. in 6. num.1. Gigos. de crim. les. maiest. q.68. num.15. Decian. in tr.crim.lib.9.cap.9.num.1. Riminxld. in cap. quam Ecclesiarum num.54. Euerard. conf.19. num.13. & conf.42. num.25.& seq. Et hanc esse communem sententiam, testatur Alciat. in d.cap. Cùm non ab homine num.x de iudic. Aufrer. de potest.secul.super Ecclesiasticos in intr ed. num.7. Nauar. in cap.nouit de iudic.notab.6.num.6. Couar. pract. quæst. 31. num.1. Gregorius de Valentia alios allegans tom.4.disp.9. q.5.pun.4. & decisum fuit in Rota Romana in antiq. decis.10. de consuet. in Sacro Concilio Neapolitxno, vt apud Grammat. decis.61. in Senatu Parisiensi, vt refert Rebuf. in concord. rubr. de potest. Concord. subijciens, id esse contra rationem naturalem, vt laici inferiores iudicent de personis Ecclesiasticis, quæ sunt ipsis digniores, testaturque aresto Senatus Parisiensis die 5. Aprilis 431. remissum esse ad Iudicum Ecclesiasticum cadauer presbyreri, qui laqueo sibi mortem consciuerat in vico S. Germaoi. Ex quo, inquit, patet quòd Iudex Ecclesiasticus cognoscit de Clericis viuis, & mortuis, quia character est impressus animæ & ossibus, vt loquuntur Canonistæ. Et probatur efficaciter hæc sententia in d. can.si Imperator, in d.cap. quanquam, in Concilio Lateranensi citato, ac demum in Concilio Tridentino cap. 19. Sess.25. quibus in locis dicitur, immunitatem Ecclesiæ & personxrum Ecclesiasticorum Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus esse constitutam, & docent, præter quadraginta rres Doctores, quos citat del Bene de parlam. dub.27.sect.4. etiam alij septuaginta quattuor inter Theologos, Canonistas, & Legistas, quos refert, ac sequitur idem del Bene de immun.cap.1. dub.2.sect.1. num.25. de quo nos etiam aliàs. Larissimè verò Bellarminus, vir dignitate ac virtute Emineutissimus, nec impari doctrina de exempt. Cler. Castropal. oper. moral. par.2.disp.vn.tom.1. Chartar. de immun. Eccles. num.40. idenque del Bene de immun. cap.9.dub.1.num.16. passimque alij. Vnde nemini citra censurarum incursum absque competentis Iudicis Ecclesiastici scito, assensuque fas est, Clericum impetere, vel ad carceres ducere, cap. Nuper.§.nos igitur, cap. Vt fama §.laici, de sent.excom. Cardin. Zabarel. conf.12.n.3. Adeò, vr capientes Clericum, non tantùm incidant in excommunicationem latam à iure communi; verùm etiam in Bullæ Cœnæ Domini can.15. & cum legimus 69

ab

ab aliquo scriptum, dictum, sancitum, Clericos esse obligatos vlli sæcularium legi, potestatique obedire, aut esse subiectos, vel ijs imperari, sic interpretandum nobis est, vt obligentur, ac subiecti sint, impetenturue ex vi rationis, non potestatis legitimæ. Non obligantur itaque, aut subiecti sunt Clerici sæcularibus vlla in re ex vi potestatis in ipsos datæ, neque compelli possunt à sæcularibus, vt præstent quod obligantur, nisi mandata fuerit eis potestas à superiore Sacerdote. Quo circa rectissimè Summi Pontifices declararunt in quibusdam casibus quid esset iuris diuini ac naturalis, atque ob mutabilitatem præfatam Clericorum rationi rectæ non obedientium, dum non adest potestas ligitima, quia compelli possunt, ac necessitas rei grauis vrget, ac protinus facto opus est, constituerunt Principes sæculares, veluti executores Ecclesiasticæ potestatis necessitati imminenti haud præsentis, permiseruntque, vt in illis casibus cogerent Clericos ad officium suum faciendum, nisi iustè ac debitè mandanti obediant; ac tunc potestas sæcularis supra se ipsam fertur continuò recasura, vbi necessitas cessauerit.

70 Ex hoc contra opinionem Couar. *lib.2. resol.20. propè fin. & pract.q.33.* pariter *in fin.* & Clar. *q.33. num. 26.* eorumque asseclarum infertur, Clericos, nisi demum reperiantur in flagranti crimine, ac etiam immineat aliquod aliud delictum ad illud impediendum, armis minimè posse spoliari. Ita Alex.ad Bart. *in l. siquis in seruitute, ff. de furt.* Alderan. Mascard. *de gener. stat. interpret. concl.1. num. 242.* Guazzin. *p.1. defens.20. cap.9. num.1.* Mad. *de sacr. ordin. cap.12. num.21.* Abb. *in cap. Si verò num.6. de sent. excom.* Vgolin. *de potest. Episcop. cap.13. §.12. n.3.* Beller. *disquis. cler. p.1. de fauor. Cler. §.2. num.38. & p.2. tit. de pœn. Cler. §.49. num.1.* Matth. *de iurisd. p.4. cent.1. cas.7.* Chartar. *decis.70. num.66.* Ricc. *decis.290. p.3. per tot.* Ambrosin. *de immun. cap.18. num.36.* Piasec. *in prax. p.2. cap.4. num.25.* Genuen. *etiam in prax. cap.92.* Bonacin. *de legib. disp.10. q.2. p.1. §.1. num.22.* Megal. *3. p. sum. lib.3. cap.11. num.20.* Castropal. *tom.2. tr.3. de legib. disp.1. pun. 24. §.6. num.9.* Nauar. *in man. cap.27. num.80.* Auil. *de censur. p.2. cap.5. disp.3. dub.13.* Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.4. num.19.* Lezzana *in sum. tom.3. v. Arma n.5.* Barbos. *in cap. Clerici num.6. de vit. & honest. Cler. & in cap. In audientia num.4. de sent. excom. & in tr. de iur. Eccles. l.1. cap.40. num.140.* Duard. *in Bull. Cœn. lib.2. can. 15. q.11. num.91.* Fragos. *de regim. Reip. Christ. p.1. disp.4. §.3. num.307.* Suarez. *in defens. fid. lib.4. q.34. num.14.* Dian. *var. resol. p.1. tr.1. resol.9. & p.4. tr.1. resol.19. & p.3. tr.1. resol.28.* Thom. del Bene *cap.9. dub.7.* Ciarlin. *contr. for. cap.15. num.83. & cap.20. num.74.* Sperell. *decis.12. num.60. & decis.124. num.38.* Philipp. de Bur. *in epit. consil. tr.10. de delict. q.114. num.11.*

71 Hæc autem opinio adeò vera est, vt Clericus pro sui priuilegij defensione possit etiam resistere Satellitibus Curiæ sæcularis. Quod astruunt Ricc. *decis.290. p. 3.* Barbos. *de iur. Eccles. lib.1. cap.40. num.140.* Sperell. *decis. 124. num.10.* Ciarlio. *contr. for. cap.15. num.83.* Thom. del Bene *de immun. cap.16. dub.32.* Quando quidem defensio priuilegiorum cùm sit permissa Iudici de actu præcedenti, iustè resisti potest. Ita quidem, vt si in tuendis suis priuilegijs, quando aliter defendi non possunt, oppressores in rixa, vel pugna mutilent, aut omninò interimant, de expensis tamen, siuè damno dato occisorum hæredibus non teneantur, Crauet. *cons.119. num.11. vol.1.* Plot. *in repet. l. Siquando 9. §.40. num.14. C. vnde vi.* Nam quod tali casu factum est, iure factum censetur, cùm defensio omni iure sit permissa, Iacob. Ayrer. *in proleg. tr. de necess. homicid. num.42.* Petr. Royz. *decis. Lituan. 5. num.76.* Clar. *lib.5. sentent. §. Homicidium num.24.* Nec vlla lege, vel statuto, immò nec per Principem tolli possit, *Clem. Pastoralis, v. Cæterum, de re iudic.* Nemini autem damnum, aut iniuriam faciunt, qui iure suo vtuntur, *l. nullus 55. & l. factum 197. ff. de reg. iur. l. Proculus 29. l. fluminum 24. §. fin. ff. de damn. infect. l.* Gracchus, *C. ad leg. Iul. de adult. & cap. cum Ecclesia 31. extra de elect. & elect. potest.* Quin hisce in casibus non bellum, sed potius iuris executio fieri dicitur, Innoc. *in cap. olim causam num.8. & 9. de rest. spol.* Gail. *lib.1. de pac. publ. cap.8. num.25.* At iuris executio non habet iniuriam, *l. Iniuriarum in princ. vers. Iuris enim, d. iniur. l. fin. §. & licet neminem C. Ad leg. Iul. repetund. l. nihil consensu, §. non capitur ff. de regul. iur.* Ex quo damnum datum occisis potius, quàm defensoribus imputandum est, *l. si merces 25. §. culpæ, ff. locati;* Defensores enim in hoc nullum delictum, scelus, crimen, vel maleficium commiserunt secundum Bald. *in l. data opera 11. num.8. C. de his, qui actus poss.* & Marsil. *in l.1. num.36. C. ad leg.* Cornel. *de sicar.* & facit *l.3. C. eod. cap. officia, cap. non est antiquitatis, cap. Cum homo, cap. Si homicidium 23. q.5.* Et aggressores potius à se ipsis occisi videntur per doctrinam Panorm. *in cap. Clerici, de vit. & honest. Cler. num.2.* & notata Mascardi *de probat. vol.3. concl. 116. num.6. & 7.*

72 Indeque elucet, quòd ea, quæ iure naturali, ac gentium permissa sunt, reprehensionem non merentur, *l. sancimus 25. C. de admin. tutor. l. nemo ff. de regul. iur.* Ias. *in l. transigere num.12. C. de transact.* Sed defensio iurium, siue rerum ac personarum per se ipsum exercenda iure gentium, ac naturali concessa est, *l. vt vim 3. ff. de iust. & iur. l. sed & partus 12. §.1. ff. quod metus causa l.1. §. vim vi 27. & l.3. §. Cum igitur 9. ff. de vi & vi arm. cum simil.* Menoch. *cons.32. num.3.4. & 27.* Hoc ipsum tradunt Dec. *in d. l. vt vim. num.3. ff. de iust. & iure,* Couar. *in Clem. si furiosus p.3. §. vn. sub num.6. de homic.* Ratio enim naturalis dictat, & quemlibet admonet, se ipsum, statumque suum conseruare.

73 Rationes verò Couarruuiæ, ac aliorum quod attinet, nec illæ alicuius momenti sunt. Primò enim quòd dicunt, Clericos obstringi legibus Principis sæcularis editis pro publica vtilitate, ne deferant arma, tantò magis cùm eis prohibeantur etiam iure Canonico, alioquin Clerici liberè armati vagarentur, falsum est. Nam, vt sæpe aliàs diximus, vt lex obseruetur, non tantùm requiritur publica vtilitas, verùm etiam potestas. Princeps autem sæcularis nullam habet potestatem in Clericos. Neque ex eo, quod iure Canonico prohibitum est, Clericis deferre arma, infertur, quod laici, eorumue ministri possint, inconsulto Iudice Ecclesiastico, ipsos inuadere, armis eos spoliare in dedecus ordinis. Aliàs enim sequeretur, quòd etiam pro alia quauis re, à iure canonico prohibita, per Iudicem sæcularem coerceri possint. Quod est absurdum, vt rectè considerat Alderan. Mascard. *de general. statut. interpr. concl.1. num.292.* & Sperell. *d. decis.124. num. 12.* Præsertim cùm Iudex Ecclesiasticus habeat suam familiam armatam, qua potis est illos coercere. Vnde cùm fuisset in carceres coniectus à Curia Sæculari Mediolanensi famulus cuiusdam Equitis Hierosolymitani ex eo, quòd deferebat arma prohibita, Conseruator Religionis declarauit excommunicatos Ministros Regios, quia remittere dictum famulum ad suum forum noluerunt, & re delata ad Sacram Congregationem super Episcopos die 9. Septembris 1592. resolutum fuit, dictum famulum gaudere priuilegijs fori, & propterea absoluendos esse dictos officiales statim sequuta actuali remissione, ac restitutione armorum, & ita Sanctissimus comprobauit, & mandauit exequendum, cum mandati effectione.

74 Insuper notandum esse, Couaruuiam, eiusque sectatores loqui, quando Clerici noctu reperiuntur cum armis; tunc enim præsumuntur velle delinquere ex Thoma del Bene *cap.2. sect.17. num.29.* Vnde videtur, posse spoliari, modò præsumatur valdè probabiliter, aliquod scelus perniciosum committere ex eodem del Bene *cap.9. dub.7. num.3.* non verò si deferant lumen, vel habeant socios, vel sint personæ à tali suspicione prorsus alienæ ex Nauar. *in manual. cap.27. num.83.* Auil. *de censur. p.2. cap.5. disp.3. dub.13.* & alijs.

75 Secundò, quod dicunt specie protectionis, posset fortè in eo casu secundùm aliquos Doctores habere locum, si existerent Superiores Ecclesiastici, qui recusarent, aut negligerent prouidere contra suos Clericos ita, vt oriretur aliquod inconueniens, aut scandalum in Republica, vt disserit Alder. Mascard. *d. concl.1. num.142. prope fin.* Quo in casu Iudex sæcularis per suas litteras debet requirere Iudicem Ecclesiasticum, Matth. *de iurisd. p.4. cent.1. cas.7. num.18.* & secundùm opinionem veriorem debet recurrere ad Summum Pontificem, si perseuerat negligentia; interim verò per negligentiam non infertur, vt possit in

Ec-

Ecclesiasticos exercere actus iurisdictionales, Marth. *cent.2.cas.*101. 2.*cas.*101.*num.*7. *&* *cas.*146. Bellett. *tit. de fauor.Cleric.person.*§.2. *num.*27.*&* 40. Thom. del Bene *cap.*3.*dub.*7.*sect.*3.*d.* Defensio enim debet esse iusta, vt à censurarum incursu excuset. At violentia erga Rempublicam, vel quietis perturbatio non prouenit ex simplici armorum dilatione, sed ex illorum vsu ad malum finem, vt scire animaduerterunt Sperell. *decis.*124. *num.*52. Et plures dantur casus, in quibus arma Clericis de iure canonico permittuntur, Bim. *cons.*241. *num.*29. Sperell. *cit. decis.*124.*num.*6. Barbos. *in cap. Clerici num.*5. *de vit. & honest. Cleric.* Marth. *d.cas.*7. *num.*21.

76 Quod tertiò dicunt de asserta consuetudine, à veritate prorsus abhorret; trabem autem hanc sæpius reiectam, sæpius à nostris depulsam, à me quoque *tom.*1. rursus ad nauseam nobis reponunt. Vnde nec multùm ad illam euertendam nobis est opus. Monebo tamen, Doctores contra adductos, si rectè considerentur, agere de loco & consuetudine, vbi non existit familia armata Episcopi, & dum cum armis Clerici noctu reperiuntur, non die. Hoc enim, ne in laicis quidem, saltem non intercedente aliqua suspicione, licet, Anton. Faber. *defin.*2.*num.*3. *C. de exhib. vel transmit. reis*, Farinac. *de carcer.q.*27.*num.*18. De abolitione autem consuetudinis, immò veriùs abusus huiusmodi, etiam particularis, vide subiectos Auctores, qui plenissimè simul ac neruosissimè hoc argumentum versant, Castropal. *oper.mor.p.*2. *disp.vn.pun.*12. Ciarlin. *contr.for.d.cap.*15. *num.*85. Sperell. *decis.*103. *num.*43. *cum seqq.& d.decis.*124.*num.*73. Chartar. *de immun. Eccles. num.*364. *& in dec. crim.*46. *à num.*33. Duard. *in Bull. Cœn.lib.*2. *can.*19.*q.*9. *num.*7. Thom. del Bene *de immun.cap.*5.*num.*19. *& cap.*9.*dub.*2. *num.*30. *& cap.*10. *dub.*7.*& dub.*24.*sect.*5. *& cap.*1. *dub.*15. Barbos. *in auth. Cassa num.*6. Piag. *de consuet. q.*6. *num.*268. Cened. *q. can.*42. *num.fin.* Dian. *p.*2.*tr.*1. *resol.*4. *&* 5.*latius p.*6. *tr.*1.*resol.*29. *& p.*4.*tr.*1. *resol.*1. ac meipsum *d.tom.*1.

77 Maximè verò cùm laici nullo vnquam modo possint consuetudines contra Immunitatem Ecclesiasticam inducere, cùm alias possent paulatim eam destruere, sed tantùm in ea debet attendi ius Canonicum, & secundùm illud iudicari, *cap. Si quis Principem, cap. non placuit* 16.*q.*7. Gambacur. *de immun. lib.*3.*cap.*12. *num.*7. Chartar. *dec. crim.*46.*num* 84. Ciarlin. *d.cap.*15.*num.*74. Giurb. *cons.* 30. *num.*22. Sperel. *decis.*103. *num.*15. *cum seqq.* Del Bene *cap.*1.*dub.*2.*sect.*2.*& dub.*15 *sect.*2.*&* 3.*& cap.*9.*dub.* 1.*num.*16. Et in casu dubij inter forum sæcularem, & Ecclesiasticum non à Iudice sæculari, sed ab Ecclesiastico definiri debet, *cap. si Iudex, de sent. excom. in* 6. Dian. *p.*4. *tr.*1.*resol.*64.*& p.*6.*tr.*1.*resol.*29. Couar. *pract.qq.cap.*33. *num.*11. Gutier. *tod.iit.lib.*1.*q.*6. *num.*2. Del Bene *cap.* 10.*dub.*4. *num.*19.*& dub.*17. *num.*12. *& cap.*17.*dub.*5.*& cap.*5.*dub.*11.*cap.*6.*dub.*7.*num.*18. *& dub.*41.*sect.*1. Agere enim de Immunitate Ecclesiastica pertinet ad honorem, ac reuerentiam Dei, eiusque Religionem, ac proinde illius cognitio ad Iudicem Ecclesiasticum spectat.

78 Quamuis omnino huiusmodi consuetudines negentur. Alleganti enim eas credendum non est, nisi probet, del Bene *cap.*16.*dub.*24.*sect.*5.*num.*10. & Doctori, attestanti de ea, non creditur, Duard. *in Bull. Cœn.lib.*2.*can.*15.*q.*11. *num.*92. Card. Tusch. *tom.*4.*lit.l. concl.*59.*num.*19. Farinac. *de immun.cap.*2.*num.*18. Tantò magis in ijs locis, in quibus non est versatus, Borgnin. *in repert. decis.p.*1. *v. Iudex Ecclesiasticus num.*13. Vnde Couarruuiæ, aliorumque placitum nostræ decisioni nocere non debet, minus etiam attestatio Clerici, habiti pro suspecto à Chartario *dec.crim.*54. eòque magis, quòd Doctores ipsum arguunt mendacio, præcipuè cum existant actus contrarij. Quòd si Clerici per Curiam sæcularem in flagranti crimine, & ad impediendum aliquod inconueniens noctu, vel in rixa cum armis capti fuerint, & conducti ad Iudicem Ecclesiasticum, ipsique satellites nulla pœna, aut molestia fuerint affecti, immo aliquando arma ipsis donata fuerint, non idcircò hæc faciunt ad rem. Cùm obseruantia, si ageretur de casu, vbi sibi vindicaret sedē, vt suffragaretur, præter tempus immemorabile ad acquirendum ius contra Ecclesiam, debet etiam probari in forma specifica, Gratian. *discept.*79.*num.*10. Ludouis. *Ludouis.decis.*491. *num.*7. maximè quòd ex actis facultatiuis minimè inducatur, Ludouis. *decis.*491. *&* 162. *num.*10. & ibi Add. Surd. *cons.*127.*num.*13.*&* 81.*neque* vbi est varia & difformis, Crauet. *cons.*313. *num.*4. Ludouis. *decis.*162. *num.* 8.*&* 9. Et ideò si aliquando Satellites Clericum aliquem cum armis reperiant in flagranti crimine, & ad impediendum scandalum, siuè delictum, illum capiant, debent illicò, ac recta, non cum scandalo & contemptu, sed omni cum reuerentia sub pœna excommunicationis ad eius Iudicem, vel ad carceres Ecclesiasticos docere per tradita à Campanil. *in diuers.iur.canon.rubr.*4.*num.*26. Barbos. *in d.cap. Clerici num.*7.*de vit.& honest. Cler.* & *in cap. vt fama, de sent. excom.* Diana *p.*1.*tr.*1. *resol.v. & p.*4.*tr.*1. *resol.*85. & aduertunt Ciarlin. *contr.for.cap* 20. *num.*74. del Bene *cap.*9. *dub.*7.*num.*3. Guido Papa *decis.*73. *nu.*1. & post Lapum, Angelum de Aret. Paridem de Put. Felinum Diaz, Bossium, Benedictum Vad. Conradum, & Bonacossam dixit Borell. *de Reg. Cath. præstant. cap.*71. *num.*185.*& seq.* debentque arma Curiæ Ecclesiasticæ restituere, cùm aliàs in Clericos exercerent iurisdictionem, & applicarent sibi pœnam, quod vetitum est laicis per ea, quæ tradunt del Bene *cap.*9. *dub.*2. *num.*37. post Sal. Barbos. Matth. Riccium, Duard. Megal. Mad. Bonacinam, & alios, præcipuè Dian. *p.*4.*tr.*1.*resol.*19. Sperell. *decis.*129.*num.*16. Ciarlin. *contr.for.cap.*20. *num.*74. *& d.cap.*15.*num.*82. attestantem in Curia Rhegiensi, ita esse obseruatum, ac Genuensem *in prax.cap.*92.*in fin.* qui pariter fatetur, ita seruatum in Curia Neapolitana, docentque acta Curiæ Archiepiscopalis Mediolanensis præterrim anno 1662. in comprehensione rei presbyteri Soldi Papiensis.

Quod est contra Farinac. *q.crimin. lib.*1. *q.*8.*num.*96. 79
Viuium *decis.*26.*num.*5. quatenus asserunt, Cler cum arma deferentem, & cum eis repertum posse per sæcularem Iudicem capi, qui lucratur arma, & eum remittere ad Iudicem Ecclesiasticum. De quo plenissimè agit Bobadilla pluribus in locis, signanter *ad Bellugam. in specul. Prin. tp. rubr.v.*§.*dubitatur, v. Armorum, & in Comment. de Reg. Cath.præst.cap.*71. *num.* 41. *cum seqq.* Vbi post Io. Fabr. Chassan. Couar. Io. Lopez, Parid. de Put. Plaz. Conradum, Plat. Cened. Grassal. Menoch. Foller. Mant. & alios hanc Conclusionem declarat, & vltimo loco *de Magistrat. edict.lib.*3.*cap.*17.*num.*41.*& seqq.* Quippe quisque in flagranti crimine repertus à quolibet capi potest, & Clericus etiam à Curia sæculari, si non aliter à crimine remoueri, vel impediri poterit, seruato tamen moderamine inculpatæ tutelæ, nempe vt non inferatur maior vis, quàm necessaria sit ad impediendum damnum, & ad hoc vt Iudici Ecclesiastico remittatur, dummodo intra viginti ad summum horas sine iniuria, atque ignominia ducatur, *l. capite* 25.*ff. de adult. l. Raptores C. de Episc.& Cler.* quin etiam Molin. *tr.*3. *disp.*56. *num.*2. Campanil. *in diu.iur. rubr.* 4.*num.*27. Car. de Grass. *eff.*1.*num.* 557. Scacc. *de iudic. tom.*1.*lib.*1.*cap.*39.*num.*14. Palaus *tom.*2.*disp. vn.pun.*6. *num.*14. non admittunt spatium 24. horarum, sed asserunt, quòd statim recto tramite Clericus ad Iudicem Ecclesiasticum deducendus sit. Idem ait Barbos. *collect. tom.*1.*lib.*3.*tit.*1.*c.*2.*num.*7. *& tom.*2.*lib.*5.*tit.*39. *cap.*35. *num.*5. vbi addit, quòd Iudex laicus excommunicationem incurrat, si, cùm possit statim, non tradit Clericum Iudici suo Ecclesiastico, licet Filaya *lib.*1.*inst. Pontif.decis.* 11.*num.*34. dicat, regulariter Clericum statim remittendum, ac tempus arbitrarium dati ad hoc, vt possit conduci, sufficereque, quòd non retineatur absque causa, aliàs incurri in Canonem. Et quidem hic non consideratur breuis, vel longa mora, sed violentia. Vnde licèt aliàs breuis mora non consideretur ad *l. non videtur, ff. de acq. poss.* Surd. *cons.*3.*num.*20.*&* 25.*& decis.*445. *num.*4.*p.*2.*rec.& decis.*441. *num.*5. coram Greg. XV. id tamen procedit, quando contingit ob iustam causam ex parte implere debentis. Ac proinde satellites Iudicis sæcularis possunt comprehendere Clericum noctu incedentem cum armis. Quia delinquere velle præsumitur, Genuens. *in prac. cap.*27. *num.*8. Dian. *p.*5.*tr.*1.*resol.*22. dummodo recta via ducatur ad Iudicem Ecclesiasticum, S. Congregatio Episcop. & Regul. 11. Martij 1578. in Melphitensi, alioquin essent delinquentes, ac per turbatres Ecclesiæ,

ac

ac Reipublicæ ; non autem defensotes ex Gregor. XV. *decis.4. num.3.* ac *decis.146. p.4. diu.* Nec creditur satellitibus , qui deponunt, quod tempore, quo ab ipsis Clericus comprehensus fuit , incedebat cum armis, quia sunt ijdem , qui comprehenderunt Clericum , & ideò non probant , vt ex multis hoc dicit Farinac. *de testib. q.56. num.* 378. & melius *num.* 293. vbi ampliat etiam in ducibus lictorum vulgi baroncellis, & Capitaneis.

80 Vnde , quamuis probabilior defendi possit , quod docet Abb. *in cap. Cùm non ab homine, num.12. de iudic. & cap. Vt fama de sent. excom.* Gomez *var. tom.* 3. *ca.4. num.*3. Belett. *in disq. Cler. p.* 1. *tit.* 3. §. 11. qui etiam citat Felinum , Decium , Io. Andream , Baldum, Clarum & alios, & quod docet Nouar. *in man. cap. 27. num.82. & lib.5. cons.27. de sent. excom. edit.2.* Sylu. *v. excommunicatio6. num.14.* Peregrin. *de immun. cap.16. num.37.* Auendagn. *de execut. mand. p.1.cap.22. num.2.* Oliban. *de iur. fisc. cap.14. num.* 140. Borell. *de prastant. Reg. Cath. cap.71. num.* 185. Duard. in Bullæ Cœnæ *lib.2. can.19. quæst.7. num.2.* Cened. *in quæst.can. quæst.4. num.14.* Ortiz *in sum. cap. 4. num.9.* Pereir. *de man. Reg. cap.10. num.6.* Salgad. *de potest. reg. tom.2. p.2. cap.4. num.* 13. Bonacin. *de legib. disp.10. quæst.2. pun.1. §.1. num.22.* Coriolan. *in Bull. Cœn. excom.* 19. Graff. *in decis.par.1. lib. 4. cap.18. num.* 152. Homob. *de excom. Eccles. par. 2. tr.11. cap.4. quæst.4. suppos.*3. Piasec. *in prax. Episcop. par.2. cap.4. ar.3. num.*13. Castropal. *to.2. tr.12. disp. vn. pun.6. num.4.* Sà *v. Clericus num.5.* Molin. *tom.3. disp.56. num.2.* Anil. *de censur. par.2. c.5. disp.3. dub.* 13. *cas.*13. nimirum , quòd Clericus in flagranti crimine deprehensus , vel suspectus de proposito penetrandi crimen , vt quia noctu armatus incedit , possit comprehendi à ministris Iudicis sæcularis , vt Iudici suo Ecclesiastico tradatur contra Hostiensem, & alios , quos refert , ac sequitur Matth. *de iurisd. p.4. cent.1. cas.42. num.11.* & contra Megal. *in 3. p. lib.3. cap.11. num.7.* Sousam *in Bull. Cœn. cap. 26. disp.* 82. *num.*8. & alios; debent tamen hæ conditiones adesse , vt annotauit Campanil. *in diu. iur. rubr.4. num.26.* Prima,quòd sit crimen perniciosum Reipublicæ , cuiusmodi est furtum , rapina , homicidium. Secunda, quòd non leuis suspicio, sed valdè probabilis præsumptio sit , quod Clericus tale facinus meditetur . Tertia, quòd vrgeat necessitas illum comprehendendi. Nam , si Clericus , oblato idoneo fideiussore , promittat se sistere Ordinario suo, comprehendi non debet. Quarta, quòd ministri sæculares modum non excedant, indecorè clericum ducendo , vel verberando, cùm ire paratus sit. Sic enim excommunicationis pœnam non euaderent, vt habetur *in d. cap. Vt fama* , & obseruat Glos. *in cap. si Clericos v. Excedatur, de sent. excom. in 6.* Ex quibus iuribus exigitur, quòd si oporteat, à laicis Clericum comprehendi, & ad iudicium trahi violenter, id fiat iussu Prælatorum, saltem tacito, vt monuit Suar. *in Reg. Angl. cap. 34. num.15.* Tunc enim non tam ipsi laici, quàm Ecclesiastici Prælati, quorum authoritati laici nituntur, contra Clericum procedere censentur. Alioquin valde difficile erit intra terminos necessariæ defensionis consistere, & iurisdictionem in Clericos propria authoritate non vsurpare, quod laicis prohibitum esse alibi ostendimus.

81 Quare quod Couaruuias *lib.2. resol. cap.* 20. *prope fin. & in pract. quæst. c.33. in fin.* Clar. *in pract. crim. q.36. num.26. & q.82. num.1.* Azeued. *tom.1. lib.1. tit. 3. leg.9. num.3.* Borell. *loco cit. num.* 45. Duegnas *reg.* 15. Plaza *de delict. lib.1. cap.8. num.9.* Gomez. *l.* 45. *Tauri num.48.* Cenedas *in collect. iur. can. p.1. collect. 37. num.17.* Morla *in emp. iur. p.1. tit.1. q.16. num.17.* Bobabil. *in polit. tom.2. lib.2. cap.* 18. *num.* 17. Mexia *in pragm. tax. pan. cons.5. num.58.* Io. de Heuia *in Cur. Philip. p.3. §. 3. num.9.* & Ceuallos *tr. de cognit. per viam viol. p.2. q. 54. num.17.* & ex Theologis Bannez *in 2.2. q.67. art.1. dub.2. concl.5.* Lorca *in 1. 2. to. 2. tr. de legib. disp.25. memb.4.* Vasquez *in d.1.2. to.2. disp.* 167. *cap.4. num.31.* Rodriquez *in sum. tom.2. cap.237. num.13.* Io. de Crux *p.1. precept.8. q.3. art.1. dub.1. concl.3.* Coriolanus *in d. Bull. Cœnæ excom.* 20. Grassius *p.1. decis. lib.4. cap.* 18. *num.*158. Ortiz *in sum. d. cap.4. num.9. & cap.7. num.* 1. ac Nauar. *cit. cons.* 27. *num.1.* aiunt in Gallia & Hispania consuetudinem esse , vt Clerici arma gestantes per legem ciuilem prohibita, à sæculari Iudice , vel eius ministris , ijs priuentur sine obligatione restituendi, id aliter defendi non potest , nisi vt fiat cum consensu Prælatorum , saltem implicito , aut Summi Pontificis concessione.

82 Neque dices cum Lorca, & Vasquez locis supra citatisı, quòd Ministri laici , auferendn arma Clericis, non inducant pœnam legis , sed efficiant , quòd lex seruetur, & impediant transgressionem legis . Nam , vt rectè tradit Salas *de legib. q.6. tr.* 14. *disp. quoque 14. sect.9. num.*106. non spectat ad Iudices sæculares propria authoritate efficere , vt leges ciuiles à Clericis obseruentur, cùm nullam in eos iurisdictionem , præsertim coactiuam, habeant; sed ad id cogendi sunt à Iudice Ecclesiastico. Quare, & si arma Clerico eripere sine eius percussione, sicuti ne committatur delictum, eum comprehendere , ac ducere ad Episcopum, pertineat ad necessariam defensionem , quæ proinde sæculari Magistratui aduersus Clericum iure conceditur , armorum tamen spoliatio , atque amissio violentiam continet , & rationem pœnæ , vel saltem rationem coactiuæ inrisdictionis , quam sæcularis Iudex propria authoritate , & sine vlla expressa , vel saltem tacita commissione Prælatorum in Clericos exercere minimè potest . Quapropter in tali casu Magistratus cinilis arma Clericis erepta, eisdem vel restituere, vel ad Ecclesiasticum eorum Magistratum transmittere tenetur, vt docent Suar. *lib.4. in Reg. Angl. d. cap.34. n.14.* & Doctores, quos citat ac prosequitur Barbos. *in collect. tom.1. lib.3. tit.1. cap.2. num.6. & to.2. lib.5. tit.39. cap. 25. num.4.* quibus adde Madium *tr. de sacr. ordin. c.14. num.21.* Bonacin. *de legib. disp.10. q.2. pun.1. §.1. num.2.* Duard. *in Bull. Cœn. lib.2. can.12. q.11. n.91.* Bellet. *in disq. Cler. p.1. tit.2. §. 2. n.38.* Matth. *de iurisd. p.4. cent. 1. cap.7. num.10.* Megal. *in 3. p. lib.3. cap.11. num.2.* Genuensem *in prax. cap.74. num.6.* Ricc. *par.3. decis. 299. per tot.* Vasquez. *t.2. disp.167. cap.4. num.31.* qui tamen limitationem adiungit, nisi armorum vsus, tanquam Reipublicæ perniciosus, ita prohibitus sit, vt neque domi ea retinere sit concessum , quam limitationem alij meritò non admittunt. Quia & talium armorum spoliatio , & priuatio vim actiuam continent , habentque rationem pœnæ.

83 Hinc reijciendi omninò sunt Ledesma *in sum. tom.2. tr.8. cap.9. concl.33.* Villalobos *tom.3. tr.10. diff.16. n.2.* Salsedus *in addit. ad Diaz. cap.* 68. Morla *in emp. iur. p.1. tit.11. q.16. num.16. & seqq.* Cenedas *in collect. iur. p.1. collect.37. num.19.* alijque nonnulli , afferentes, quod Clericum , prohibitam venationem , vel piscationem exercentem poterint spoliare Iudex laicus, vel eius ministri, auibus, canibus , alijsue instrumentis venationis , eaque sibi adiudicare. Qua de re vide nnncupatim Anguian. *tr. de legib. lib.2. contr.15. num.31.* Vbi id strenuè refellit .

84 Porrò quoad Clericum arma deferentem habetur *in cap. In audientia, de sent.'excom.* Clericos (sine habitu & consura, vt ex textu colligi potest, & si penitus non sit clarum) arma portantes militaria , post trinam monitionem de priuilegio Clericorum subsidium aliquod habere nnn debere . Vbi cùm sit sermo de detentione Clericorum, facta auctoritatiuè per ministros fori laici, videtur , rescriptum , non solùm ad priuilegium canonis , sed etiam ad priuilegium fori extendi posse, præsertim cùm absolutè dicat de priuilegio Clericorum , quod comprehendit vtrunque . Et vbi trina monitio præscribitur necessaria quoad delationem armorum tantum, non autem quoad habitum . Verùm per illum textum priuilegio solo canonis priuari Clericum in sacris, qui deponit habitum , & consuram , & arma

defert, vel militiam assumit, & ter monitus non resipiscit, docent Sayr *lib.3. de Censur. cap.27. n.7.* Laym. *lib. 1. tr. de excom. cap. 5. num. 4.* & Clarus *§. fin. quæst. 36. num. 26.* Equidem Pontifex interrogatus fuerat de solo priuilegio canonis. Et dum proponitur quæstio, coniungitur, & integratur criminis grauitas ex delatione armorum, & omissione habitus. Quare vtrumque requiritur. Quæ monitio fieri debet à Prælato Ecclesiastico ita, vt non possit procedere Iudex laicus, nisi de præuia monitione ipsi constiterit. Ac denique ibi sermo est de casu, quo Clericus repetitur cum armis, non autem quòd Iudex laicus potest procedere contra illum ob delationem armorum, cum quibus tamen non est per ministros Tribunalis actualiter inuentus.

85 In casu verò, quo trina illa monitio non præcesserit, aliqui volunt, ob probibitam armorum delationem Clericum expeti posse ad pœnam, tum pecuniariam, tum priuationis armorum coram Iudice laico, Quæ est Galliæ praxis iuxta aliquos fundata in præscripta consuetudine; iuxta alios in Priuilegio Pontificis; iuxta alios in eo, quod statuto laicorum, prohibente delationem armorum, vtpote cedente in publicam vtilitatem, & tranquillitatem, ligantur Clerici. Vnde & ad laicos pertinet cognitio, & pœna transgressionis; iuxta alios tandem, quia Iudex Ecclesiasticus non potest habere familiam armatam, quæ hos delatores coerceat. Huius sententiæ sunt Aufrer. *in tr. de potest. secul. in Ecclesiast. reg. 1. fall. 13. & in Clem. 2. num. 11. de Offic. ord.* Rebuf. *in l. armorum, ff. de verb. signif.* Guilelm. *de Benedict. in repet. cap. Raynucius num. 436. de testam.* Io. Redin. *in tr. de Maiest. Princip. v. Non armis solum p. 2. num. 116.* Catol. Degrassal. *lib. 2. Regal. Franc. iur. 17.* Chassan *in consuet. Burgund. rub. 1. §. 5. num. 8. & seq.* Io. Faber. *in l. Addictos* ex textu illo *C. de Episc. aud.* Qui tamen non omnes dicunt absolutè, id esse licitum, sed licitè seruari in Gallia.

86 Quidquid autem sit de prædicta sententia, quam nos cum omnibus communiter reijcimus, certè omnes illi modi eam fundandi periculosi sunt. Sola quippe consuetudo contra Ecclesiasticam exemptionem non valet, vt toties probatum est, si aliunde sacri canones obnituntur, & priuilegia videntur reuocata, & dato Clericos etiam ligari statuto laicorum, prohibente armorum delationem, quod tamen Canonicum est, *cap. Clerici de vit. & honest.* esset id secundùm communem, ex vi tantùm directiua, non autem coactiua. Et tandem dato, Episcopos non posse habere familiam armatam, quod est falsum, vt per Martham *de iurisd. p. 2. cap. 35.* & nos alibi, non sequitur, quin comprehensi per lictores laicos possint coram Iudice Ecclesiastico sisti. Fortè ergo minus periculosè fundaretur hæc opinio in textu *d. cap. Inaudientia*, assumendo, præscriptum præmissionis siue monitionis non esse adeò necessarium, quia desuetudine potuerit fieri non necessarium. Sed tamen adhuc hæc sententia non vacat periculo. Vnde Salzedo *ad pract. crim. Diaz. cap. 55. vers. Quamuis ab hac opinione*, negat, Clericum propter armorum delationem posse trahi ad Iudicem laicum, benè tamen ait, posse per laicos satellites armis expoliari. Quia putat in hoc nihil auctoritatis interuenire, sed esse nudum facti ministerium, quod permittitur, *arg. l. Ait Prætor, §. Si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. cred.* Vbi permissum est creditori fugientem debitorem apprehendere, licèt non possit per se iudicialiter in illum procedere, & multis legum locis facti executio permittitur, non autem iuris, vt per Ias. *in princ. instit. de act. num. 6.* & ita ait seruari in Hispania. Eidemque sententiæ adhæret Couar. *pract. qq. cap. 33. num. 7.* & ferè omnes Auctores Hispani tam Canonistæ, quàm Theologi, quos refert Diana *resol. moral. p. 1. to. 2. resol. 9. & p. 3. tr. 1. resol. 28.* & nos supra confutauimus.

87 Martha *de iurisd. p. 4. cas. 7. num. 20.* ait, permittendum nudum facti ministerium; Explicat autem, id tunc esse, quando Clericus esset accinctus maleficio cum armis exequendo. Quo casu non ait, arma eripi posse, sed apprehendi Clericum, & statim ad suum Episcopum duci ex traditis à Glossa *in cap. 2. de heret.* & à Decio *in cap. Cum non ab homine num. 10. de iudic.* Cæterum sine actu, vel præsumptione delicti, nihil potest permitti. Quia cùm in multis casibus valeant Clerici arma portare, de quibus Glossa & Butrius *in d. cap. Clerici, de vit. & honest. Cler.* & Soccin. *in regul. iur. reg. 30.* non debent per laicos molestari, cùm delatio licita esse possit. Eiusdemque sententiæ videtur Nauat. *consil. 44. de sent. excom.* dum ait, satellites sæculares posse comprehendere Clericum, vt eum sistant coram suo Episcopo, in hoc à Martha differens, quod tenet ipse cum Abbate *in d. cap. Cum non ab homine, de iud.* & *in d. cap. vt famæ, de sent. excom.* præsumi semper delictum, quoties inuenitur noctu, nec constat licitè deferri. Sunt tamen qui rectiùs iudicant, cum quibus ego sentio, melius esse armis expoliari, quàm ad Episcopum duci, vbi maius Clericatus dedecus interuenir, quod præcauendum, quo ad fieri potest, monent Authores prædicti. Quoad verò excommunicationem *can. 15.* Bullæ in Cœna Domini, illa ad ministros non extenditur, nec ferit Iudicem, nisi mandatum de capiendo temerè dedisset, vel nisi notabili tempore detineret Clericum, antequam remitteret. Ad opportunam enim expectandam remittendi occasionem breuis aliqua mora damnati non debet.

Cùm igitur hæc ita se habeant, non est, cur quæratur Potestas sæcularis de læsione suorum iurium, cùm hic agatur de immunitate Ecclesiæ, quæ est iuris diuini, eamque tueri debent Episcopi sub pœna excommunicationis, *cap. Nouerint, de sent. excom.* & Principes sæculares sub pœnis temporalibus, *auth. si Cassa C. de sacros. Eccles.* & ita in hac re oportet, vt procedant concordissimè Iudex Ecclesiasticus & sæcularis, cùm dicti duo textus conditi fuerint eadem die vigore concordiæ inter Pontificem, & Imperatorem, vt per Tusch. *lit. E. concl. 8. num. 4.* 88

Atque hæc sunt, quæ expensione digna iudicaui. Nam cœtera, quæ ab alijs proponuntur, iam præclusa, vel, confirmando sententiam nostram, elisa sunt. Ex quibus tantum habeo, quod alias asserui, nimirum ad iurisdictionem, & curiam Episcopalem, etiam illi pertinent, qui ad Ecclesiam cum armis, salutis suæ causa, confungiunt, vel ibi exclamant, ne videlicet inde extrahantur, aut ibidem vim, iniuriamque patiantur absque cognitione Pontificali, qua causarum, personarumque circumstantium complexus eiusmodi in casibus expendendus diligenter est, *l. vlt. C. de his, qui ad Eccles. confug.* ne immunitas Ecclesiæ vel ad impunitatem malitiæ, vel oppressionem innocentiæ detorqueatur. Quare extrahi absque violatione maiestatis non possunt, *l. 2. eiusd. tit.* 89



CON-

CONSVLTATIO VI.

Vtrum in bonis vacantibus Clericorum, non habentium beneficium, vel altare in titulum succedat Fiscus sæcularis, an verò Episcopus, siue eius Fiscus? Et quid vbi extat hac de re statutum laicum, vel consuetudo? Vbi an verè Episcopus habeat Fiscum?

1 HÆc causa nobilis est, & summæ expectationis. Sic tamen sententia certa, quòd scilicet succedat Episcopus. Fundatur primò *in c. Quicunque 12. quæst.5.* ex Concilio Triburiensi, ibi: *Quicunque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & cognatione decesserit, hæreditas eius ad Ecclesiam, vbi deseruiuit, deuoluatur, similiter de sanctimonialibus.* Quia inquit Glossa, Ecclesia est ei proximus hæres, itaut quod nec vxor præferatur, ait Archid. *num.*1. simillima leguntur apud Iulianum antecessorem *nouel.*131. *cap.*8. & in edicto Theodorici Regis, licet barbari, apud Cassiodorum his verbis: *Clericos, religiosasque personas intestatas deficientes, quoties defuerit qui iure succedat, locum Ecclesiæ suæ secundum leges facere debere præcipimus.*

2 Secundò id clarè patet *ex cap.*1. *& 2. de succes. ab intest.* in quorum altero ita sancitur. *Sed hoc ibidem inuentum est de Episcopis, Presbyteris, & Clericis, vt si per hæreditatem, vel alio modo intuitu personæ aliquid adquisiuerint, donare eis liceat, cui voluerint, dum viuunt. Si autem ante obierint, quàm hoc fecerint, altari, cui seruiunt omnia perpetuo sanctificentur, & in ius eius tradantur.* Quod Glossa, & alij intelligunt, cùm non habeant consanguineos, qui eis ab intestato succedant. Et in altero ita clarius eodem ex Concilio Triburiensi statuitur. *Sancto Concilio adlatum est, quod quidam laici improbè, agunt contra presbyteros suos, ita, vt demorientium presbyterorum substantia partes sibi vindicent, sicut de proprijs terris. Interdicimus itaque, ne hoc vlterius fiat, sed sicut liberi facti sunt ad suscipiendum gradum, & agendum officium diuinum, ita nil ab eis, præter diuinum officium exigatur. Peculium verò ipsorum diuidatur in quatuor partes, quarum vna Episcopo, altera Ecclesiæ, tertia pauperibus, quarta parentibus assignetur, & si non sint idonei parentes, Episcopus eam recipiat, & in vsum Ecclesiæ diligenter distribuat. Et si quis contra hoc præsumpserit, anathematizetur.* Et ibidem Glos. *v. morientium in fin.* notat; Si Consanguineos non haberet, tunc Ecclesiam ei succedere. Quod pariter aduertit Abb. *in d. cap.*1. *num.*4. & *in* 2. *num.*1. & D. Fagnan. *in cap. Cum dilectus num.*1. *eod. tit.*

3 Tertiò id ipsum luculenter habetur *ex l. si quis presbyter* 20. *C. de Episc. & Cler.* vbi, deficientibus parentibus vtriusque sexus, liberis, agnatis, & cognatis, bona, quæ ad eum peruenerunt, Sacræ Ecclesiæ, cui fortè fuerat destinatus, omnifariam sortiantur. Quo loco Glossa, & præ cœteris Baldus, qui idem repetit *in l. Si quis filio, §. Eius num.*4. *ff. de inust. rupt. & irrit. testam.* Cum quo concordat Bart. *num.*1. & pluribus allegatis Barbos. *in eandem l. si quis presbyter num.* 3. Peregrin. *de iure fisc. lib.*4. *tit.*3. *num.*10. licèt ipse dubitet, quòd ad immobilia, in quibus fortasse Fiscus sæcularis excluderet Ecclesiam, iuxta distinctionem Oltradi *cons.* 17. Nam distinctio inter mobilia, & immobilia (quicquid sit ad aliud effectum) certè, quoad successionem bonorum vacantium, est contra textus expressos, loquentes de hæreditate, & bonis, vt per Bellett. *disquis. Cleric. tit. de bon. Cler. §.* 14. *num.* 2. Ricc. *in prax. par.* 2. *resol.* 387. *à num.*1. & Rot. in hac specie ad exclusionem Fisci temporalis *decis.*7. *de testam. in antiq.* vbi quod etiam sufficit quasi possessio Clericatus, Vallen. *in decret. lib.*3. *tit.* 26. *de testam. §.* 6. *num.* 6. Cornis. *comm. ad* 3. *lib. decretal. tit.* 26. *de success. ab intest. num.* 4. *& seqq.*

4 Quod verum est, non attenta distinctione inter Clericum beneficiatum, & non beneficiatum, seu inter bona contemplatione Ecclesiæ, vel ex fructibus beneficiorum præsumptiuè, aut verè acquisita, cùm sit contra textus, & Glossas, supra relatas, loquentes de hæreditate, ac bonis acquisitis à Clericis etiam titulo successionis, & contemplatione propriæ personæ, vt inter alios Cornis. *loco cit.* benè distinguit, & Vallen. *ibid.* expresse loquitur de bonis patrimonialibus, & de bonis propria industria, & labore acquisitis.

5 Siquidem distinctio inter beneficiatum, & non beneficiatum procedit non ad exclusionem Fisci laicalis, sed ad terminandum, quæ Ecclesia succedere debeat, an scilicet Ecclesia beneficij, vel Episcopus in vsum pium, & limitando regulam generalem quoad beneficiatum, vt succedat Ecclesia beneficij, firmat Ricc. *supra cit. resol.* 387. *num.* 4. &, præter ibi adductos, benè declarat Abb. *in cap. Presbyter, de pecul. num.* 2. ex quo infert, quòd bona presbyteri decedentis sine Ecclesia, & sine consanguineis, debent peruenire ad Episcopum loci, non vt sibi retineat, sed vt ritè distribuat.

6 Indistinctè igitur tenenda est sententia hæc, nedum tanquam fauorabilis Ecclesiæ, & animabus, in quarum suffragium bona erogari debent, verùm etiam propter clarissimos textus, & Glossas, à quibus recedere non licet, immo Glossæ auctoritati solùm inhærendum, comprobat Bart. *cons.* 9. *num.* 19. *lib.*5. ac propter auctoritatem Bartoli, & Baldi, qui, vt plurimùm, cùm inter se sint discordes, quando concordant, faciunt opinionem veram, & constantem. Quibus additur specialis Rotæ auctoritas, cuius opinio facit de communi magis communem, & de magis communi communissimam ex Garz. *de benef. par.*2. *cap.*1. *num.* 57. Gratian. *discept.* 104. *num.* 56. & Lotter. *in apparat. de re benef. à num.*80.

7 Nec obstaret statutum sæculare. Quia deficeret ei potestas, atque adeò non comprehenderet Clericos, siue loqueretur in rem, siue in personas ad textum *in cap. Ecclesia S. Mariæ*, vbi Doctores omnes, *de constit. cap. fin. de immun. Eccles. in* 6. Quam sententiam, reiecta contraria, tanquam communem ac veriorem firmauit Rota in similibus terminis successionis Eugubinæ hæreditatis coram Bichio *decis.*157. *à num.*23. *par.*11. & plenissimè in Spoletana bonorum 16. Aprilis 1646. coram Card. Corrado, §. *visa fuit*, vbi, etiamsi verba essent generalia, iuxta quam, & in alijs passim iudicatum fuit, sicuti etiam de simili statuto Albani decisum est in Albanensi vineæ 26. Iunij 1668. coram Beuilaqua. Quod etiam S. Congregatio Episcop. 19. Iunij 1601. sequuta est. Vnde huiusmodi statuta non habere locum in hæreditate Clerici, prodidit Sperell. *decis.* 11. *num.* 7. respuens quæ per modum dubitandi dixerat *num.* 5. Matth. *de succes. legit. quæst.* 13. *art.*13. *num.* 14. Ea ratione, quia dominium Clerici per mortem non est in totum abolitum, vt *num.* 16. Nam hæreditas repræsentat defunctum, non verò hæredem, *l. hæreditas, ff. de acquir. rer. domin. l. Cùm hæreditas, C. depositi.*

8 Neque contrarium euincitur ex eo, quòd statuta disponant post mortem. Quia tempore executionis dispositionis non est mutata persona. Immò

dum agitur de mutatione, etiam pendente quæſtione, adhuc hæreditas dicitur Clerici, quia defunctum repræſentat. Et ſanè, ſi leges ciuiles pro toto orbe conditæ, & quæ in pluribus caſibus ab Eccleſia ſeruantur, nequirent impedire ſucceſſionem Epiſcopi, vel Eccleſiæ in bonis Clerici, ab inteſtato defuncti ſine hæredibus, ei minus hanc ſucceſſionem poterit impedire ſtatutum, ſiue ius municipale. Quare dicendum eſt, illud eſſe intelligendum iuxta legem de bonis vacantibus, & ſucceſſionem Fiſci, quoad laicos, non autem quoad Clericos, ſolumque reſtringere gradum ſuccedendi conſanguineis ad quartum gradum incluſiuè, qui aliàs de iure communi vſque ad decimum ſuccederent, ne immunitati Eccleſiaſticæ præiudicium inferat.

9 Minus obſtant obſeruantia, ſiue conſuetudo. Tum quia ſicuti laici ſtatuere non poſſunt in præiudicium Eccleſiæ, & Clericorum, ita quoque nec conſuetudinem inducere, Rota in celebri illa *deciſ. Romana domus de Sancta Cruce* coram Coccino, & nos alibi. Tum etiam quia eſſet probanda cum ſuis requiſitis, & probata, ne quidem ſufficeret, quando ſtatutum non loqueretur expreſsè de Clericis, & Eccleſiaſticis. Et ideò, quamuis eſſet diuturna, adhuc extaret defectus voluntatis ſtatuentium, quæ non ſuppletur per expreſſam confirmationem Apoſtolicam, cuius natura eſt dare robur, non autem ampliare, vt ex pluribus allegatis ſtabilitur in præcitata Spoletana. Atque adeo multò minus prætendi poſſet ex præſumpta confirmatione per obſeruantiam ipſam, quæ ſolùm diceretur in forma communi, ac proinde inſufficiens, Buratt. *deciſ.* 6. *num.* 2. *& ſeqq.* vbi etiam quòd requiritur ſcientia Papæ.

10 Demum non refragatur, quòd morte Clerici, bona patrimonialia remaneant laicalia. Quoniam adhuc illius hæreditas retinet eandem immunitatem, quicquid amiſiſſet, ſi illa à laicis adita fuiſſet, iuxta doctrinam Iaſ. *in auth. Quas actiones num.* 4. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Salgad. *in laber. credit. par.* 1. *cap.* 32. *à num.* 28. Carleual. *de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 5. *num.* 322. Ciarlin. *controu. for. lib.* 2. *cap.* 171. *à num.* 9. Queſada *contr. for. cap.* 40. *num.* 23. *& ſeqq.* Vbi aſſerit, ita iudicatum per arbitros vtriuſque iuriſdictionis, de quo aliàs.

11 Neque aduerſantur huic deciſioni noſtræ auctoritates Fontanellæ, Bellugæ, Barboſæ, & aliorum, quos idem Fontanella adducit *deciſ.* 310. *num.* 12. Primò, quia Fontanella obiter rem tractat, cùm ibi diſputatio præcipua ſit, an Iudex ſæcularis poſſit exequi ſententiam propriam in bonis patrimonialibus Clerici, *& num.* 18. ac *ſeqq.* concludit, in Cathalonia Iudices laicos implorare brachium Eccleſiaſticum in ſimilibus caſibus. Deinde loquitur de confiſcatione, adducens vulgarem diſtinctionem Oldradi de rebus mobilibus, & immobilibus. Sed quia Martha *de iuriſdict. par.* 4. *cent.* 2. *caſ.* 136. *num.* 24. adducitur à Fontanella *num.* 14. ideo placuit, omiſſa quacumque alia reſponſione, eundem Martham proferre. Nam in toto eo caſu, & ſignatè *num.* 12. probat, Eccleſiam præferri Fiſco Imperij, ex quo Epiſcopus & Eccleſia habent ſuum Fiſcum. Atque hinc quæ dicuntur de confiſcatione non ſubſiſtunt, quia verius eſt Epiſcopum habere Fiſcum, vt idem Peregrin. firmat *loc. cit. num.* 10. licèt inferius non rectè tradat diſtinctionem mobilium, & immobilium. Quod etiam minus rectè obſeruauit Tholoſ. *ſyntagm. iur. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 3. dum ait, in caſu, quo Clericus damnatur ad perpetuos carceres, & bona confiſcantur, Epiſcopi fiſcum capere tantùm mobilia, dominum autem temporalem loci, cui ius eſt confiſcationis, vel Regem, immobilia, vt annotauit Io: And. *in addit. ad Specul. tit. de feud. §. quoniam verſ.* 40. Et ita iudicatum eſſe, aut areſto magni Conſilij Regis anno Domini 1486. Docet enim ipſa experientia, Epiſcopum mulctam imponere, quæ eſt de iure fiſci, & pro conſtanti ex communi opinione, vſu recepta, ſupponunt Lup. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.* 39. Auſt. *ad deciſ. Tholoſ.* 274. Diaz. *in prax. crim. cap.* 124. *&* 134. Couaruu. qui alios refert *lib.* 2. *var. reſol.* 4. *num.* 11. Clarus *lib.* 5. *§. fin. quæſt.* 86. *ver. In hac autem materia*, teſtans de communi cum Abb. *in cap. Vt Clericorum num.* 10. *de vit. & honeſt. Cler.* ac veriorem, & conſuetudine roboratam, inquit Diaz. *d. cap.* 124. *in fin.* vbi alij, firmatque ibi Salzedus, Felin. *in cap. irrefragabili num.* 11. *de offic. Ord.* Et ideo quamuis Epiſcopi de iure deberent pœnas pecuniarias applicare Cameræ Romanæ, non ſuæ, ipſi tamen de conſuetudine contrarium obſeruant, vt ait Bald. *in auth. bona damnatorum num.* 2. *C. de bon. proſcript.* quem refert, ac ſequitur Aman. *in cap. Excommunicamus ſub init. num.* 9. *de hæret.* & Angel. *de Maleſ. v. & eius bona num.* 30. & Barbat. *conſ.* 12. *num.* 2. *lib.* 3. Marth. *deciſ.* 339. *num.* 12. Gomez. Arias *ad l.* 7. *Taur. num.* 75. ac Foller. *in pract. can. fol.* 68. *num.* 14.

12 Perſonæ enim Eccleſiaſticæ in ſpiritualibus, cum ſuperiorem Regem non habeant, fiſcum habere dicuntur, Gloſ. *in cap. quia diuerſitatem v. præter eius de conceſ. præb.* Habetque & Eccleſia vniuerſalis Theſaurarium, *Clem.* 2. *de hæret.* Et licèt Bald. *in rubr. de iur. fiſc. C. hoc negauerit in Epiſcopo*, quem dicit non habere fiſcum, cùm tamen, ac ſuos aſſeclas improbant Butrigarius, Imola, Panormitanus, & alij freti auctoritate *d. cap. Quia diuerſitatem*, & latè Felin. *in d. cap. irrefragabili §. Cæterum in* 4. *concl. d. num.* 11. *de Offic. ord. num.* 17. Idemque Martha *num.* 17. impugnat Bellugam, oſtenditque, nullum ius habere laicos in Eccleſiaſticos, etiam quoad patrimonialia, quæ per aſſumptionem Clericatus eximuntur. Præterea idem Fontanella *deciſ.* 528. & Roſcotal. *de feud.* loquuntur de bonis ſæcularibus, ſicuti leges de bonis vacantibus. Non poteſt enim Princeps habere regalia in bonis Clericorum, quæ ſpectant ad Epiſcopum, qui, vti Princeps in ſua Diœceſi, liberè pœnam reis indulget ex traditis per Genuenſ. *in prax. cap.* 48. & declarauit S. Congregatio Epiſcop. in Aletienſi 6. Auguſti 1601. ac S. Congregatio Immunitatis in Vaſinonenſi 11. Decembris 1615. vbi cenſuit, nedum Epiſcopi fiſcalem tanquam eius familiarem gaudere fori priuilegio, ſed fiſcum Epiſcopi conſequi pœnas damnorum datorum in bonis Eccleſiaſticis, quæ debent applicari locis, cùm pœna ſit ſoluenda ei, qui condemnat. Vnde Epiſcopum habere de iure, vel ſaltem de conſuetudine fiſcum, tradit Rota in Tudertina 24. Maij 1602. coram Lancellotto, impreſſa poſt Gilian. *deciſ.* 74. *&* 75. Hinc Epiſcopus compoſitionem admittit, etiam poſt ſententiam ex Ricc. *in prax. compoſ. Cler. par.* 4. praxiſque ipſa oſtendit, Epiſcopum omnimodam exercere iuriſdictionem in Clericos, eorumque bona, quemadmodum exercet Princeps in laicos. Opinio verò Barboſæ in ea *l. de iudic.* aſſerentis, Iudicem laicum exequi ſententiam in bonis immobilibus Clerici, eſt expreſsè contra immunitatem Eccleſiaſticam, & praxim totius Italiæ. Vnde ex ſe corruit, cùm neque boni Principes eam ſequi prætendant, & Iudices ſemper in ſimilibus implorent brachium Eccleſiæ. Longum eſſet de cæteris omnibus dicere, immo ſuperuacuum, nam diuerſa non dicunt.

13 Horum igitur, aliorumque Authorum, quæ afferri in ſpeciem vlterius poſſent, dictis nihil obſtantibus, omnino tenendum eſt, in bonis huiuſmodi ſuccedere Epiſcopum iuxta ſacros Canones, ſicuti declarauit S. Congregatio immunitatis, re maturè diſcuſſa, in *Burgi S. Donini ſucceſſionis* die 26. Auguſti 1669. & antea 2. Octobris 1668. inquiens: *hæreditas Clerici, etiam beneficia-*

ficia-

ficiati; morientis ab intestato sine heredibus, spectat vel ad Episcopum, vel ad Ecclesiam, non vero ad Curiam laicalem, siue ad eius fiscum.

14 Ex quibus clarescit, Clerico morienti ab intestato in bonis patrimonialibus, vel quasi patrimonialibus succedere descendentes, & his non obstantibus, ascendentes, quibus deficientibus, collaterales secundum gradus de iure ciuili computandi prærogatiuam, quibus etiam intra decimum gradum non existentibus, succedit Ecclesia, cui Clericus seruit tempore mortis, & si non habet Ecclesiam, succedit Episcopus. Et hodie saltem, vbi receptæ sunt Bullæ spoliorum, succedit Camera Apostolica, quæ subrogatur in locum propriæ Ecclesiæ, vt ex communi tradidit Bonac. *tom.1. de var. tr. disp.4. pun.2.* §.1. *num.3.* quod si secus fiat, nihil iure agetur, nihil more maiorum, nihil legibus.

15 Placet hanc Consultationem confirmare antiqua decisione S. Rotæ Romanæ, quam propter integritatem iudicij, pondus doctrinæ, & venerandam antiquitatem omnes debent amplecti. Ea est decisio 865. *in antiquis tit. de testam.* Estque huiusmodi. Mortuo Titio absque hærede & testamento, vel ab intestato, Curia Principis sæcularis accepit bona, prætendens fiscum debere succedere deficientibus cœteris. Curia autem Ecclesiastica prætendens istum Titium fuisse Clericum, & in possessione Clericatus vendicat illa bona, dicens ad Curiam Ecclesiasticam pertinere debere. Quæritur primò, an, supposito, qud fuisset Clericus, Curia Ecclesiastica benè dicat? Videtur dicendum, quod sic. Quia Ecclesia habet fiscum 16. q. 4. *quisquis*, & *cap. siquis deinceps, & extra de preb. presbyt.* (Credo, quòd voluerit allegare *cap. quia diuersitatem de concess. preb.*) *in Glos. antep.* vbi vide, & *in Clem. pastoralis in fin. de re iud.* per Butr. & 12. q. 2. *aurum*. Sicut etiam hæc sonant 16. q. 1. *Ecclesia*, & in Palea *Constantinus 93. d.*

16 Item quæritur secundò, an sufficiat Curiæ Ecclesiasticæ, tunc probare illum esse in possessione Clericatus, si illum fuisse Clericum negetur, & nisi probetur per Curiam sæcularem, ipsum fuisse laicum? Et videtur, quod sic. Quia possessio Clericatus releuat Curiam Ecclesiasticam approbatione tituli per *cap. Si Iudex de sent. excom. lib.6.* Quia in probatione alicuius præambuli sufficit probare possessionem, cum tunc non requiratur ita exacta probatio, sicut requiritur super articulo principali, vt notatur per Cyn. *C. vbi causa l. 1. in 5. q. C. quæ sit longa consuet. lib.6. circa fin.* §. *expediti sumus, in cap. Abbate de verb. signif. l. etiam ff. si seru. vend.* sicuti §. *sed si quæritur*. Item etiam ad hoc facit quod notat Innoc. *de verb. signif. cap. vetiens*.

17 In contrarium videtur, quòd immò debeat plenè probare Clericatum & titulum, nec sufficiat summaria cognitio *C. quorum bonorum l.* 1. præsertim cùm est mortuus Clericus ille. Vnde Titius non potest dici in possessione Clericatus. Igitur possessio præterita non releuat ab onere probandi, cùm iura loquentia de possessione releuante ab onere probandi, loqui videantur de præsenti, non de præterita possessione. Hactenus Rota, & ego.

CONSVLTATIO VII.

POsito, tanquam certum, quòd progmatica chartæ, sigillo Principis signatæ, nisi excipiantur Ecclesiastici, sit contra immunitatem., & libertatem Ecclesiasticum, sicuti docent Arauius *in 1. a. D.Thom. quæst.97. disp.3. sect.5.* & Thomas del Bene *de Immun. cap.1. dub.4. sect.3. num.1. Quæro, quibus modis Episcopi pro redintegratione violatæ Immunitatis ex gabella Chartæ aliorumue rerum gerere se debeant?*

Ita. Primò Episcopi possunt deputare personam, 1
Ecclesiasticam, siue sæcularem, siue regularem, quæ emat, ac venire faciat chartam è ditione Ecclesiastica, vel aliundè pro vsu Ecclesiasticorum, & posteà procedere, seruatis seruandis, isto, vel quouis alio modo contra impedientes, vel cogentes ad solutionem gabellæ.

Secundò. Quisque Episcopus potest quemlibet 2
deputare, qui aperiat, ac retineat apothecam, ibique vendat chartam pro personis, & Tribunalibus Ecclesiasticis, procedendo ad censuras contra impedientes, vel mandantes impedire.

Tertiò. Si fuerint deputati certi Magistratus, 3
alijue propter huiusmodi impositiones, permittitur procedi per censuras contra ipsos, etiam in genere, nisi exemerint Ecclesiasticos, & Tribunalia Ecclesiastica ex doctrina Abbatis, & aliorum, deducta in praxi in censuris fulminatis contra Senatum Venetum tempore Pauli V. vt deducunt Fagnan. *in tr. de eisdem censuris fol.135. & seqq.* & alij, qui de eadem re eo tempore scripserunt.

Quartò. Si non poterint ob minas, vel aliud im- 4
pedimentum exequutioni demandari citationes personales contra dictos Magistratus, Officiales impedientes, vel exigentes, poterit procedi per dictum, & per diligentias, ac etiam pro maiori cautela, quatenus opus sit, procurare facultatem specialem Sedis Apostolicæ, sicut aliàs fuit obseruatum.

CONSVLTATIO VIII.

De pœna lacerantium, vel deturpantium, vel amouentium Cedulones excommunicationis vel censurarum iam affixos, ac demandante lacerari, vel deturpari, vel amoueri.

CEnsuras Ecclesiasticas contemnunt hæretici. Vui- 1
cleffus enim excommunicationem à Papa, vel à quocunque alio Prælato inflictam, ait, non esse timendam, quia est censura Antichristi. Ioannes Hus asserit, Clerum suppeditare laicos per excommunicationem, & alias censuras. Luterus denique astruit, excommunicationem, & alias censuras, non esse timendas, sed cum gaudio esse recipiendas, & procurandas.

Notandum autem est, quòd duplex est contemptus, 2
negatiuus & positiuus. Contemptus negatiuus est, cùm quis de re aliqua nullam curam habet, ei tamen nullam infert iniuriam. Sic censuras contemnere dicitur insordescens in eis. Positiuus autem contemptus est, cùm quis censuris infert aliquem actum irreuerentiæ, & iniuriæ verbis, vel facto, vt per Syluestr. *v. contemptus num.1.* & Menoch. *de arb. cent.5. cas.416. num.17.*

Tenendum. Censuras positiuè contemnentes non in- 3
currunt censuram latam contra impedientes Iudices Ecclesiasticos in eorum iurisdictione, vt ex Graffio *tom.1. lib.4. cap.18. num. 139.* Nec contra Cedulonum oblo-

quutores, siuedettactores, illosue lacerantes, vel deturpantes solet procedere S. Officium, sed Episcopus, pœna arbittatia; nisi tamen alia concurrant, vt si malè sentirent de vsu clsuium, ac de potestate Ecclesiastica, & ita intelligendi sunt alij, qui aliter sentiunt, præcipuè Genuensis *in prax. cap.7. num.6.* Eodem modo proceditut contra illos, qui asserunt: *che scomunica ? meglio esser scomunicato, che comunicato all'infretta*, vt per Transmiet. *de polyg. lib.3.q.2. num.55.* Eodemque pariter modo intelligendum est quod refert Carena de S. Officio *tit.17. num.5. de modo proced.* hoc est, fuisse punitum in Inquisitione Cremonensi quendam pessimæ vitæ, qui dixit: *Anche gli scomunicati margiano.* Et quod, non obstante censura, missam audierit; vnde ex voto Congregationis illius Inquisitionis fuit habitus pro suspecto de vehementi de hæresi. Ac similiter quod refert Cantera *cap.1. de haret. num.60. in fine* de quodam contemptore suspensionis à diuinis, qui fuit à Summo Pontifice, & Eminentiss. Cardinalibus suspensus, qua suspensione non obstante, cum magno populi scandalo ausus fuit in sacris ordinibus ministrare, Vnde damnatus fuit ad triremes. Vsrijs autem modis solent censuræ contemni positiuè, de quibus Gemin. *in cap. dilecto num.8. de sent. excom. in 6.*

4 Primò si excommunicatus ex certa scientia ingrediatut Ecclesiam, etiam quando diuina officia non recitantur, *ca.1. 21.d. & can. Clericus 24. q.3.* Secundò, si idem non ingrediatur Ecclesiam, sed ad valuas audit officium, *cap. quod in re de pœnit. & remis. cap. permittimus de sent. excom. in 6.* Tertiò, si communioni Catholicorum, quos potest eccitare, se ingerat, *cap. illud de Cler. excom. minist.* Qusrtò, si idem excommunicatus accumulat culpam culpæ. Quintò, si quis verbo censuras vilipendat, Si quis igitur positiuè verbo, vel facto contempserit censutas, perpensis circumstantijs personæ, loci, temporis, finis, & modi, erit magis, aut minus de hæresi suspectus, & maiori, vel minori gradui abiurationis obnoxius. Idemque de contemnente alias tes, ac cæremonias sacras dicendum est, vt si quis contemneret Indulgentias, campanas Ecclesiarum, personas sacras, ritus Ecclesiasticos, & id genus alia. Exempla vide apud Carenam *tit.8. §.2. num.9.*

5 Porrò mandatum lacerandi Cedulones non præsumitur, etiamsi id factum fuerit à famulo, vel consanguineo prætensi mandantis, sed probandum est ab allegante, Menoch. *lib.5. præsumpt.27. num.2. & seqq.* Honded. *cons.87. num.73. vol.2.* Baiard. ad Clar. *in §. fin. q.86. num.7.* Farinac. *cons. 80. sub num. 2. vol. 1.* Cyriac. *contr.106. num.27.* Vbi enim quis moueri potest ad delinquendum ex suo impulsu, nunquam præsumitur instigatus ab altero, vt benè disserit Natt. *cons.161. sub num.8.* Decian. *cons.104. num.33. vol.3.* & Cyrisc. *d. contr.106. num.22. & seqq. & contr.150. num.5. & 6.* Immo satis est, quòd possit habere spem faciendi rem gratam prætenso mandanti; ex hoc enim excluditur quælibet suspicio mandati, & proinde sola spes delinquentis non debet alium onerare, vt rectè Cyriac. *d. contr. 150. num. 12.* & in specie de laceratione Cedulonum facta à famulo firmat insignis Iurisconsultus Spada *cons. 100. num.6. & 7. vol.2.*

6 Quod verò ad amotionem debet illa plenè & concludenter doceri, pro illiusque exclusione vehemens insurgit præsumptio ex longa dissimulutione Episcopi, Non enim est verisimile, quòd Episcopus id dissimulasset, si quis re vera Cedulones amouisset. Quod autem non est verisimile, habet speciem falsitatis, Bald. *in l.1. num. 16. C. de seruit. fugit.* Cyriac. *contr. 305. num.54.* Nec dici potest, quòd Episcopus pro eo tempore id ignorauerit. Nam aut dicit se sciuisse, sed dissimulasse, & sic allegat propriam negligentiam, & ignorantiam, quæ in facto notorio, & spectante ad proprium officium, nullo modo est credenda, vt per Socin. *de reg. iur. v. ignorantia reg. 2. in 2. & vlt. fall.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præsumpt.23. num.68. & 83.* Rot. *decis. 254. num.3. p.1. & decis.99. num.16. p.8. & decis.30. num. 14. & decis.244. num.20. p.9. rec. tom.1.*

7 Eòque præsertim, quòd huiusmodi amotio sæpè mandatur ab ipsis Episcopis, vt hoc modo excommunicatos deterreant, præcludendo eis viam recurrendi ad superiores, dum copiam Cedulonum nequeunt habere. In omnem tamen euentum si ante latas censuras sequatur refixio Cedulonum, quorum prætenditur amotio, Ecclesia remanet redintegrata, nec vllum extaret delictum, quòd puniri debeat censuris, quæ non debent decerni, nisi quando culpa adhuc viget, vel reus resistit illius purgationi per *cap. ex parte de sent. excom. & in cap. 1. eod. tit. in 6. de censur. tr.3. sect.10. num.17.* Sperel. *decis. 160. num.49 & 50. & decis.110. num.7.* Thom. del Bene *de immun. cap.2. dub. 6. sect. 20. num. 11. & seqq.* Et constito de amotione culpapili, idem dicendum est, quod de laceratione, vel deturpatione dictum est.

CONSVLTATIO IX.

An sit credendum Clericis, asserentibus spontè dimisisse habitum Clericalem, & non metu Principis laici?

1 AFfirmandum est; Ijs enim, tanquam deponentibus de facto proprio plena fides est adhibenda, Bald. *in l.1. num.22. C. de fruct. & lit. expens.* Rot. coram Coccin. *decis.439. num.2.* & *in recent. decis.332. num.1. p.10. & decis.49. num.5.* ac præcipuè si eorum confessio sit adminiculata, Glos. sing. *in §. aliud de æqual. dot.* Rota *decis.362. num.8. p.1. & decis.178. num.8. & decis.202. num.4. & decis.212. num.16. p.9. rec. tom.1.* & nedum contra confitentem, sed etiam contra tertium, vt in *decis. alleg.* Et dum isti agunt de excludendo crimine, sunt etiam alijs præferendi, & in specie quòd standum sit declarationi dicentis, se spontè aliquid gessisse, firmauit Rot. coram Buratto *decis.628. num.8.* & in Tullensi Matrimonij 15. Ianuarij 1658. *§. fin.* coram Albergato.

2 Prætereà, vt aliquid dicatur factum timidè propter minas, probandum est, non solùm, quòd minans sit malæ conditionis & famæ, sed etiam quòd minæ sint tales, quæ inferant metum cadentem in constantem virum iuxta nota per Gloss. *in ca. si quandoque 15. q. 6. v. Per metum,* & *in l. Continet, & in l. nec timorem ff. de eo, quod met. caus.* dixitque Rota *decis.463. num.3. p.2. rec.* & coram Merlino *decis.23. num.7.* Vnde probandus est huiusmodi metus cum sua qualitate. Et cùm Princeps non habeat aliquam iurisdictionem in Clericos, non potest illis inuehero vllum metum, saltem probabilem ac verisimilem, vt in puncto asserit Rouam. *cons. 518. in fin.* Crauet. *cons.205. num. 43.* Menoch. *præsumpt. 129. num.37. lib.3.* & decidit Rot. *d. decis. 385. num.18. & seq.* coram Dunozetto iun. vbi ait, quòd ad hunc effectum non attenditur sola iurisdictio in loco, sed necesse est, quòd minatus ita subsit iurisdictioni illius, vt ad alium Iudicem recurrere nequeat.

3 Sanè quælibet praua suspicio metus excluditur, si renunciationes Clericatus fuerint factæ publicè, ac præuijs decretis Curiæ Ecclesiasticæ, Nam actus facti, Iudice præsente, permittente, ac interloquente, censentur liberi & voluntarij, non autem iussi, & coacti, vt in terminis concludit Bartol. *in l. vlt. ff. quod metus caus.* Ias. *cons. 72. col. 2. vol. 1.* Cranet. *cons. 114. num. 11. vol. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1055. num. 3.* Cæphal. *cons. 91. num. 49.* Caball. *cons. 176. num. 10. vol. 1.* Rot. in d. Tullensi Matrimonij, *§. Et hinc* coram Albergato, & coram Dunozetto sen. *decis.21. n.4. & seqq.* Præsertim concurrente causa legitima exclusiua timoris, vt ratiocinatur Rota *decis.643. num.19. par.1. & decis.2. num.5. par.8. rec.* & coram Greg. XV. *decis.186.* Paris. *cons. 10. num.53. lib.1.* per textum *in l. non est verisimile ff. de eo, quod met. caus.*

4 Et quamvis in hac materia magis credatur duobus testibus deponentibus de metu, quam mille de libera voluntate; tamen conclusio fallit, quando pro exclusione metus

tus concurrit aliqua coniectura exclosiua coactionis, vt declarat post alios Mascard. *concl.* 1057. *num.*8. nempè probitas, & qualitas Principis, non subiectio illius iurisdictioni, renunciario publica, Iudicis præsentia, & huiusmodi alia. Hæc enim inseruire ad coniecturandam libertatem actus, probant auctoritates adductæ. Tandem conclusio contraria potest procedere in dubio, non verò quando ij, qui prætenduntur coacti, declarant, se spontè habitum dimisisse, vt in d. Tullensi coram Albergato.

CONSVLTATIO X.

An Clerici sæculares possint exercere munus tutoris, vel curatoris laicorum? Vbi ad rem non pauca.

1 DIxi Clerici sæculares; nam regulares, etiam cum Prælati sui licentia, curam, vel tutelam suscipere prohibentur, tanquam munus ab eorum religiosa professione nimis alienum. Non possunt enim ex mala administratione obligare se minori, neque fideiussores, aut pignora, nisi testamento nominari, vel à Iudice cum inquisitione dati fuerint, vt ex *inst. de excus. tut.* §. *sed hoc non est*, satisdare cogi possunt, cùm bona non habeant, & pro administratione nullam obligationem coutrahant, nec queant cautionem præstare. Qua de re Sanch. *lib.*6. *moral. cap.*14. *num.*26. *ex auth. de sacros. Episcop.* §. *Deo autem amabiles auth. presbyteros* 3. *C. de Episc. & Cler. c. Monachi* 2. 16. *q.*1. *& c. vn. de Synd.* Quod est contra Syluestr. *v. Tutela q.*3.

2 In hac igitur quæstione quoad Cleticos sæcolares diffident Doctores. Castill. enim *lib.*1. *decis.*82. ait, in vna eademque causa quintò ventilatum fuisse articulum, an sacerdos possit esse tutor testamentarius, & refert tam varias fuisse iudicantium sententias, vt pro affirmatiua fuerit bis conclusum, ter verò pro negatiua. Ipse tamen *num.*21. tenet, quòd Sacerdotis, qui fuerat relictus tutor in testamento, non quidem per extraneum, sed per consanguineum, filiorum, cuius ipse sacerdos esset constituendus legitimus tutor, casu, quo ab intestato moreretur, datio esset valida; quia non adest diuersa ratio, & quia durum esset, quòd frater, qui haberet alium fratrem Sacerdotem idoneum ad administrandum tutelam, illum suis filijs tutorem relinquere non posset in suo testamento, disponendo de suis bonis, prout sibi expediri visum fuerit. Et contra, quòd si dictus frater moreretur ab intestato, eius frater Sacerdos possit admitti ad tutelam legitimam auctoritate Iudicis.

3 Aretinus *in* §. *Præterea num.*39. *& seq. instit. de except. & in* §. *Actionum numer.*33. *instit. de act.* ponit regulam, quòd quilibet potest esse tutor, nisi expressè reperiatur prohibitus. De quo fusè Specul. *tit. de tut. & tit. de cur.* & licèt idem Aretinus teneat *cons.*26. *col.*5. Monachum, & Clericum non posse esse tutores, nec curatores, tamen id aliqui intelligendum putant, quòd non possint cogi à Iudice, sed si velint esse tutores, possint esse, habita licentia sui superioris, vt Bart. *cons.* 143. *vol.*1. & ibi Add. Bald. *cons.*45. *n.* 1. *p.*2. ac Beltrao. *cons.*116. *n.*1. *vol.*2.

4 Carolus de Grassis *de effect. Cler. tot. effect.*16. facit imprimis regulam, inquiens, Clericum non posse dari in tutorem in testamento, neque per Curiam, & dans peccaret. Quam regulam limitat *num.*17. quando pupilli essent pauperes, & miserabiles personæ. Tunc enim Clericus, accedente auctoritate superioris, non tantùm potest, sed etiam cogitur tutelam accipere, & agnoscere, cum hoc tamen, si alius tutor non possit inueniri ita aptus, vt valeat bona pupilli gubernare, & sic in subsidium. Quod verò ad legitimam tutelam, licèt Clericus ad eam suscipiendam non possit cogi, posse tamen eam subire, si velit, probat *num.*19. *cum seqq.* Suffragatur Ioan. Baptista Costa *remed. subsid.*71. inquiens, hoc remedium in Clericis esse subsidiorum, ita quod in casibus, in quibus admitti possunt, veluti in tutela pauperum, & miserabilium, non admittantur, nisi in subsidium, deficientibus scilicet alijs sæcularibus idoneis. At Castill. *in addit.* ad dictam *decis.*82. *in fin.* 3. *lib.* ait, quòd licèt Clerici inuiti nullam penitus tutelam, vel curam agnoscere cogantur, immò ne volentes quidem tutelam testamentariam, vel datiuam suscipere possint, legitimam tamen agnatorum, vel cognatorum presbyteri, diaconi, & subdiaconi volentes possunt agnoscere. Sed illud, inquit, quòd de testamentaria dictum est, vt illam Clerici agnoscere nequeant, id demum verum esse, nisi ipsi in testamento dati fuerint tutores illis, quorum tutela legitima, testamento non facto, ad istos Clericos delata fuisset. Tunc enim, licèt ipsi ad illam tutelam agnoscendam, vel recipiendam inuiti non cogantur, attamen ipsi volentes illam tutelam suscipere possunt.

Franciscus Viuius *decis.*151. *num.*1. docet tutelæ, & curæ munus esse Clericis interdictum; pro miserabilibus verò personis, etiam testamentariam posse suscipere, cùm opus sit pium, & ideò cessat ratio prohibitionis, ex quo non solùm possunt dici retrahi à Dei seruitio, immò tunc re ipsa ministratur, & hanc dicit esse communem opinionem, & sæpiùs decisam. Id ipsum etiam sequitur Castill. *in alleg. decis. ex num.*4. cum licentia tamen superiorum, admittens limitationem Caroli de Grassi, nisi alius sæcularis aptus reperiretur, vbi etiam *num.*7. ad probandum miserabilitatem pupillorum, vt hæc doctrina illis adaptetur, considerat, quòd debent esse soli, nec habere consanguineos, qui essent idonei ad tutelam administrandum. Cœterùm idem Viuius concordat *num.*7. cum alijs de facultate Clericorum acceptandi tutelas legitimas, si velint, non tamen compelli possunt. Cui etiam assentitur Bobadill. *in polit. lib.*2. *cap.*18. *num.*226. 5

Andreas verò Alciatus *de præsumpt. reg.*3. *præsumpt.*18. *n.*2. quem aliqui sequuntur, quos refert Vincent. Caroc. *decis. seu cas.*17. *num.*20. censet, nullam tutelam, vel curam posse à Clericis, Ecclesiasticisque personis acceptari, vel agnosci in casibus, in qoibus possunt esse tutores, nisi cum auctoritate suorum superiorum. 6

Ex his igitur constat, magis receptum esse, quòd sit differentia constituenda inter tutelas testamentariam, datiuamque, ac legitimam, ita quidem, vt ad duas priores, ne volentes quidem Ecclesiastici admittantur, ad posteriorem verò possint admitti, non autem cogi, nisi Iudici tantùm Ecclesiastico, non autem sæculari acceptandam esse à Clerico legitimam tutelam videatur. Tunc enim non ab vtroque simul compelli potest, vt minus rectè tradit Bobadill. *d. lib.*2. *cap.*18. *num.*226. sed solùm ab Ecclesiastico, licèt non desint, qui Ecclesiasticos inhabiles etiam faciant ad tutelas legitimas, sicuti est Borgnin. Caualc. *decis.*19. *num.*15. *lib.*3. Quia eadem ratio timoris distractionis à diuinis, quæ in alijs militat etiam in istis. Adeòque rigidè proceditur in tutela testamentaria, & datiua, ne propter eas Clerici à Diuinis distrahantur *c. Cyprianus, & c. Hi, qui a* 1. *q.*3. traditque Mastrill. *de Magistrat. lib.*2. *cap.*6. probatque textus *in cap. fin.* 88. *d. & in auth. presbyteros, C. de Episc. & Cler.* vt velint iura, non solùm peccare eos, qui illas dant, sed etiam priuari debere Ecclesiastica sepultura, *vt c. Neque apud* 88. *d.* ac prosequitur Guttier. *de tut. & cur. par.*1. *cap.*1. *num.*26. & Marth. *de iurisd. par.*4. *cent.*2. *cas.*110. 7

Sit itaque regola. Clericus non potest dari tutor in testamento, neque per Iudicem, minusque cogi ad suscipiendam tutelam legitimam, *cap. Peruenit*, & ibi Glos. *d.*86. *l. generaliter* iuncta *auth. sub hodie, C. de sacros. Eccles. auth. presbyteros C. de Episcop. & Cler.* Quo cautum est, ne Clerici occupentur negotijs profanis, dum sunt adscripti ministerijs Ecclesiasticis, Concil. Chalced. *can.*3. vbi interdicitur Clericis aliena negotia gerere, aut sæcularibus negotijs immisceri, excepta viduarum, aut pupillorum pia causa. Ita etiam 2. *Timot.* 2. nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus. Et consonat Apostolorum *can.*7. atque in decreto tota *dist.*88. *est.* cuius canon vltimus refert Epistolam Cypriani, declarantis, excludi Victorem à suffragijs fidelium, & altaris Sacrificio, eo quòd presbyterum tutela onerasset. Huc spectat Decretalium titulus, *ne Cler. vel Monach. secul. negot. se im.* Vide D. Ambros. qui sic ait *lib.*1. *offic. cap.*36. *Non te implices negotijs secularibus, quoniam Deo militas. Etenim* 8

si is,

fiit. qui Imperatori militat à susceptionibus litium, actu negotiorum forensium venditione mercium prohibetur humanis legibus, quanto magis, qui fidei exercet militiam? Patia sancit Concilium primum Carthag. *cap.6.* & Lateran. *in cap. penul. de vit. & honest. Cler.* Volens autem potest admitti ad suscipiendum tutelam legitimam proximorum consanguineorum, cùm sit officium pium, *c. generaliter 16. q.1.* & *d. l. generaliter, & auth. presbyteros*, & tradunt præter adductos Sylvest. Aldobr. *in §. idem*, & in milite, *instit. de excus. tut.* Cavalc. *de tut. & cur. num.288.* Io. de Deo *in doctr. Advoc. lib.3. cap.10. num.11.* Piag. *eod. tr. de tut. & cur. q.3. num.2.* Bellet. *p.1. disq. Cler. tit. de discipl. Cler.* 32. Anton. de Virgil. *de legit. pers. cap.9. numer.10.* Laym. *lib.3. theol. moral. tr.4. cap.9. num.4* Vnicamque tantùm tutelam legitimam, & non plures posse suscipere, dixit Montan. *de tutel. cap.35. num.1.* Ita quòd si Clericus ageret, vti tutor testamentarius, vel datiuus, possit ei apponi de nullitate tutelæ, & propterea reijci à limine iudicij, vt notat Io. de Deo *d. lib.3. cap.10. num.11.*

9 Nisi tamen in testamento datus fuerit tutor ijs, quorum tutela legitima, testamento non facto, ad ipsum delata fuisset. Et ideò volens potest curam agnoscere amentium, prodigorum, & similium, qui rebus suis propter morbum superesse nequeunt, si sint sui coniuncti; nam & illorum cura legitima ijs, qui ad successionem ab intestato vocantur, defertur §. *furiosi quoque instit. de cur.* & notat post alios Ant. de Virgil. *d. cap.9. num.22.* Potest verò non solùm admitti ad suscipiendum tutelam testamentariam, vel datiuam, quando pupilli essent pauperes, vel miserabiles personæ; sed etiam cogi, quando alius tutor non potest inueniri, ita aptus, vt bona pupilli gubernari possit, & sic in subsidium *d. cap. peruenit d.86. cap.1. d.89. & l. Orphanotrophos, C. de Episc. & Cler.* Montan. *d. c.35. num.197.* Graff. *decis. p.2. lib.3. cap.2. num.12.* & alij communiter. Quo in casu admittuntur, etiam volentes, ad totelam, saltem legitimam Episcopi, Monachi, ac cæteri Regulares ex Molin. *de iust. disp.221. v. Episcopus etiam tutor.*

10 Non possunt autem Clerici, aliæque personæ Ecclesiasticæ absque violatione Immunitatis compelli ad curam, vel tutelam suscipiendam ob eam rationem, ne à diuinis distrahantur. Qua propter, licèt alij tutoris, vel curatoris munus, etiam inuiti suscipere cogantur, *l.1. ff. de admin. tut.* quia id munus est publicum, ac propter bonum publicum, atque adeò omnes obligat, *tit. C. de decurionibus lib.10.* nisi iusta, & legitima causa excuset *instit. de excus. tut. & tit. ff. eod.* Clerici tamen ad illud suscipiendum compelli non possunt, nisi personarum miserabilium, si aliæ personæ ad illud suscipiendum idoneæ non reperiantur, *c. vlt. d.86. cap.1. d.87.* iuncta Glossa, & *cap.1. dist.88.* & nisi cognatorum, quorum etiam legitimam, tanquam proximi cognati, curam, vel tutelam suscipere non prohibentur, vt colligitur ex *cit. cap. vlt. d.86.*

11 Debent tamen habere licentiam sui Ordinarij in scriptis. Nec propterea possunt molestari sub pretextu negotiorum illicitorum, si cum licentia Episcopi, vel S. Congregationis exerceant tutelam legitimam, secus si sine licentia eiusdem S. Congregationis, quam tamen concedere non solet in testamentaria, & datiua, vt in vna Thelesina 30. Maij 1626. & 13. Iulij 1648. Formula verò decreti ordinarij, qua super Episcopis Congregatio Clericis licentiam exercendi tutelam legitimam concedere solet, est huiusmodi.

12 *Sacra, &c. benignè indulsit Oratori, vt verificatis expositis, & quod ipse, vti proximior antedictorum pupillorum tutor legitimus, & à iure datus existat, tutelam, & curam eorundem suscipere, & gerere, atque omnia, & singula, quæ ad tutores, & curatores de iure, vsu, vel consuetudine pertinent, facere, & exercere possit; dummodo tamen idem orator negotijs, personis Ecclesiasticis interdictis, nullatenus se immisceat, nec quicquam aliud à sua professione alienum exercere permittatur.* Ita in Verulana 15. Februarij 1647. in Capsana 11. Octobris 1645. in Albinganensi 8. Decembris 1646. ac sæpè alibi.

13 Eandem licentiam pro tutela legitima solet concedere Regularibus, addita clausula, *dummodo extra claustra non pernoctent.*

Huiusmodi autem Clerici tutores non gaudent priuilegio fori, si vocentur, vt liti pupillorum sæcularium assistant, Fabr. *decis.29. de iurisd. omn. iud. §.16.* ex Sac. Congregatione. Vnde trahi possunt ad forum sæcularem tutorio nomine S. Congregatio super Episcop. 23. Aprilis 1607. Quod in omni administratione laicali, si agatur ciuiliter, vel etiam criminaliter, vt aliqui addunt, non tamen puniendi in persona, sed in bonis, tradunt Aufr. *de potest. secul. in Eccles. regul.2. fallent.28. & regul.4. fallent.25.* Specul. *in tit. de instrum. edit. §. Nunc aliqua,* Paul. de Castr. *cons.332. vol.1.* Cyn. *in l. Id quod pauperibus, C. de Episc. & Cler.* Salic. *in l. nullis, C. eod.* Bald. *in l. penul. C. de donat.* Bertacbin. *in tr. de Episcop. lib.6. num.29.* tractans speciatim de tutela, & Doctores citati à Marthà *de iurisd. par.4. cas.127.* loquentes de officio obtento à Principe laico, in quo etiam casu loquuntur pro hac sententia Borellus, Anguianus, Suarez, Layman., Cenedo, Bobadilla, & Ceuallos, relati à Diana *resol. moral. par.1. tr.2. resol.18.* Horum ratio est, quòd administratio bonorum sequi debet lus eius, cuius sunt bona, vt sicut bona pertinent ad laicum Iudicem, quoad iurisdictionem; ita etiam causæ, quæ super eorum administratione emergunt ad ipsum pertineant, quisquis fuerit, qui administrauerit. Et confirmatur *ex cap.2. ne Clerici, vel Monachi*, vbi habetur, quòd si Clerici occasione administrationis laicalis deprehendantur in fraudem, indignum est eis ab Ecclesia subueniri. 14

Sed reijciunt hunc casum Glossa *in d. cap.2. v. ab Ecclesia*, & maior pars Canonistarum *ibid. ne Clerici, vel Monachi*, Marth. *citato casu 127.* loquens de officijs publicis, habitis à Principe laico, & citans pro hac sententia nouem Doctores, qua de re nos alibi. Et loquens de tutela Carol. de Graff. *effect.1. num.82.* Ambrosin. *de immun. cap.20. n.54.* Diana cum alijs & *resol.18.* Duard. *q.11. num.26.* ad Bullam Cœn. & iterùm *a num.28.* & Bonacin. *pun.5. num.17.* Quia in administratione persona potior est, quàm bona administrata. Vnde qui ius habet dandi tutorem, dat etiam super bona sita extra territorium dantis, vt probat Marth. *casu 148. Si igitur persona non est subiecta*, non poterit ob subiectionem bonorum coram Iudice laico conueniri. Eò præsertim, quòd cùm nulla administratio, nec etiam tutela possit dari Clerico inuito, sicuti potest dari laico, nec possit Clericus, etiam volens, pati se coram Iudice laico conueniri, acceptando sponte administrationem, non debet inde iudicari, quòd fuerit illatum præiudicium clericali priuilegio; quando quidem non reperitur in iure Canonum expressum. Quod enim habetur in eo *cap.2.* locum videtur sibi vendicare tantùm post trinam monitionem. Dicitur enim: *Sacerdotibus tuis, & Clericis denuncies publicè, ne ministri laicorum fiant, &c. Quod si postmodum facere præsumpserint, & occasione ipsius præsumptionis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est eis ab Ecclesia subueniri.* De quo aliàs. 15

His tamen non obstantibus, non est quoad Clericos tutores, recedendum à sententia recepta, etiam à Sacra Congregatione. Quo verò ad alia officia laica alio loco diximus. 16

Possunt tamen à tutela se excusare, etiamsi illam iam inceperint administrare, antequam essent Clerici *ex cap.1.* iuncta Glos. *de oblig. ad ratioc.* & tradunt Specul. *loco cit. n.11.* Montan. *d. cap.35. num.199.* Quia dignitas superueniens soluit vinculum præcedentis obligationis, etiam voluntariè contractæ, *l. Interdum, ff. de oper. liber.* Clericatus autem est dignitas, Glos. *in c. denique, v. dignitas d.4.* & in *cap.1. v. dignitati, de vit. & honest. Cler.* aliique apud Carol. de Graff. *de eff. Cler. in prælud. n.382.* Ita etiam ille, cui superuenit militia, excusatur à tutela propter militiam superuenientem, *l. milites*, & ibi Doctores, *C. qui dari tut. pos.* Quin etiam, si quis reperiretur esse tutor, vel fuisse, non potest admitti ad Clericatum, nisi deposita tutela, & reddita ratione administrationis præteritæ per textum *in cap.1. d.53. & cap. vn. de oblig. ad ratioc.* ibique Doctores. Non tamen idcircò amitteret legatum, sibi à testatore factum cum conditione, vt susciperet tutelam eius filiorum; Quia retraheretur à vita contemplatiua, Alber. *in d. auth. presbyteros*, Carol. de Graff. *in eod. prælud. numer.409.* 17

Idem-

Idemque dicendum, si legatum factum sit Clerico cum eadem conditione. Neque priuaretur successione pupilli, si noluerit acceptare tutelam legitimam per textum in l. sicut hareditas, C. de legit. tut. Potest enim succedere pupillo, etiam quòd noluerit subire tale onus, d. cap. Peruenit d.86. & tradit Graff. d. par.2. lib.3. cap.2. numer.13. Si verò esset successurus pupillo, priuaretur eius hæreditate ob non petitum tutorem ipsi pupillo ad textum in l. sciant, C. de legit. hared. Felin. in cap. Ecclesia S. Maria num.67. de constit. Montan. d. tr. de tutel. numer.6. & alij apud Carol. de Graff. eff.2. num.242. qui tamen eff.16. n.26. contrarium dicit.

18 Illud etiam prætermittendum non puto, an tutoris datio sit iurisdictionis, aut Imperij? Communis opinio est, quòd sit Imperij mixti. Gloss. & Doctores in l. muto, §. tutoris datio de tut. Orian. in l.1. de offic. eius, vt eum Muscornius allegat in tr. de iurisd. num.167. putant, esse iurisdictionis simplicis. Muscornius docet, nonnunquam Imperii, nonnunquam etiam iurisdictionis esse pro ratione diuersorum Magistratuum, quibus concedebatur, d. tr. de iurisd. num.16. Alij concessam volunt esse misti Imperii, non item concedendam, seu constituendam. Alii quartam speciem iurisdictionis commenti sunt, cuius sit tutores dare, nimirum nominatam. Alii volunt tutoris dationem, quæ nihil est aliud, quàm ius, siue potestas dandi tutorem alicui competens, neque iurisdictionis esse, neque Imperii, neque meri, neque misti, sed meræ, nudæque potestatis, quæ à lege datur, nec cuiquam aliter competit, quàm ei, cui lex permisit, Montan. de tut. c.19. num.15. seu, vt ait Misinger. post Bellon. 1. suppos. 2. tutoris datio est specialis permissionis. Quæ sententia probatur primò per apertum textum l.6. §.2. de tut. vbi dicitur. Tutoris datio neque Imperii est, neque iurisdictionis, sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit (age non de concedenda, sed de concessa potestate loquitur) vel lex, vel SenatusConsultum, vel Princeps. Secundò, si tutoris datio mixti imperii esset, cur nominatim fuit Proconsuli, vel Præsidi concessa l.1. 3. 4. 5. de tut. & curat. cùm tamen Proconsul, & Præses maius imperium habeant in prouincia omnibus post Principem, l.8. de off. Proconsul. l.4. de offic. Prasid.? Tertiò, ea, quæ sunt iurisdictionis, aut imperii mixti, mandata iuridictione, transeunt, l.1. in princ. & fin. de off. eius, cui mand. est iurisd. At verò, nec mandante Præside alius tutorem dare poterit, l.8 de tut. & curat. Quartò quoniam etiam priuatis, puta parentibus, ius dandi tutorem tribuitur toto tit. de test. tut. §.3. Instit. de tutel. Quintò, quoniam & Decuriones, qui iurisdictionem non habent, tutores dare possunt, l.19. in princ. de tut. & curat. Sed & ius dandi tutores datum est Magistratibus municipalibus, l.3. de tut. & cur. l.2. §. si mater in fin. ad S.C. Tertul. At Magistratus municipales ea, quæ sunt imperii non habent, l.26. ad municip. l. vn. Si quis ius dic. Non est igitur nec iurisdictionis, nec imperii, id est non competit iure Magistratus, sed ei saltem, cui lex dedit. Vide Coras. ad l.15. de offic. Proconf. & ad l.1. de iurisd. & 5. miscel.24. Duoel. 3. com.7. & 17. com.8. Cuiac. 15. obser.19. & 21. obser.30. Pac. cent.5. q.69. Bsoneh. cent.1. asser.13. Menoch. cons. 745. num.114. Scip. Gentil. de iurisd. cap.1. & seq. & lib.3. cap.25. Io. Fab. in princ. Inst. de Attil. tut. Bald. Paul. de Castro, & alii ad l.1. de tut. & cur. Montan. & Bellon. supradictis locis. Quibus dissentiunt post alios Muscorn. d. loco, Robert. 1. animad.21. Hotoman. 2. amic. respons. cap.1.

19 Nos verò statuimus, quòd, si agatur de dando tutore Clerico minori, vel de dando curatore Clerico mente capto, spectet ad potestatem Ecclesiasticam. Quia tutoria datio, vtpote quæ personam pupilli respicit, eius Iudicis est, cuius iurisdictioni pupillus subest. Idem dicendum de Curatore, qui bonis datur. Bona enim Clerici, etiam Iudici Ecclesiastico subsunt. Si verò agatur de curatore ad lites, tunc de Curatore prouidebit ille Iudex, coram quo iudicium vertitur, quia respicit Iudicis legitimationem, quæ curanda est ab illo, coram quo iudicium agitatur. Constat ex §. ad certum tempus, instit. de iis, qui tut. dar. non pos. Vbi Glos. v. persona, item ex textu in l. Sancimus, §. sed & si quis, vbi Cyn. num.2. Bart. num.2. C. de admin. tut. atque ex Rota Romana in antiq. tit. de iudic. decis.14. & contra Aufrer. in Clem.1. de offic. Ord. reg.4. fall.5. docent Cabed. par.1. decis.80. num.2. Anguian. de legib. tom.1. lib.2. contr.23. num.68. & Beller. p.1. disq. tit. de fauor. Cler. person. §.6. num.15. Dian. p.1. tr.2. resol.94. & ante eos docuit Bart. in l.1. ff. de tut. & cur. Bobadil. in polit. d. cap.18. num.226. & Io. Guttier. de tut. & cur. par.1. cap.1. num.26. Quia Clericus, qui se immiscet in administratione profana, tenetur in consequentiam officii, quod suscipit, defendere se ante profanum Iudicem. Similiter si faciendum sit inuentarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores reliquit, potest etiam Iudex sæcularis pupillorum illud facere ex Cabedo loco cit. decis.81.

Quòd si Clericus minor vigintiquinque annorum agat 20
pro debito, vel actione alia personali, vel reali contra laicum, & coram Iudice sæculari iuxta cap. Si Clericus, de for. comp. potest ei dari curator per Iudicem sæcularem, coram quo agitur per l. fin. C. de adm. tut. Quia ex quo ille habet iurisdictionem in casu principali, habet etiam in incidenti, & accessoriis, sine quibus causa dici non potest, arg. l. ad rem, & l. ad legatum, ff. de proc. l. Si quoties, C. de iudic.1. & 2. C. de ord. iudic.

Neque obstat, quòd in hoc casu incidenti, seu accesso- 21
rio tangitur subiectio personæ Clericalis, quæ per dationem curatoris subiicitur Iudici sæculari, & etiam Curatori, & sic eius liberum arbitrium restringatur per l. Si curatorem habens, C. de in integr. restit. min. ideoque debet causa terminari per Iudicem Ecclesiasticum, arg. cap. Tuam de ord. cogn.

Nam incidens non est spirituale, neque Ecclesiasticum, 22
sed potius ciuile, ac temporale, ex quo solùm causæ, & non personæ est dandus curator, præsertim quia curator non datur personæ, sed rebus, instit. de Curat. §. Curatorem. Quare non obstat, quòd in hoc Clericus subiicitur Iudici sæculari, quia etiam subiicitur illi in causa principali, in qua contra ipsum per eum poterit proferri sententia, & condemnatio in expensis. Ergo etiam eodem modo subiicitur ei in causa principali, ac in accessorio, causam ipsam concernente, arg. regul. iur. accessorium. Præterea cùm Curator sit dandus ad litem præsentem, non potest dari, nisi per eum, coram quo est lis, quia si ante litem dari debet per Iudicem Ecclesiasticum, tunc potiùs daretur ad litem futuram, quod esse non potest, arg. l. Qui habet §. fin. cum l. seq. ff. de tutel. & l. Item eorum, §. Si decuriones, ff. quod cuiusque vniu. nom. Necesse autem esset, quòd ante litem motam ipsi daretur, cùm non ante possessionem litem mouere, neque in iudicio esse possit, cùm personam legitimam standi in iudicio non haberet, C. qui dar. tut. pos. l. In vniuersis. Videndi Bald. in d. l. generaliter ad fin. C. de legit. tut. Ruin. cons.89. vol.5. Apostil. ad Bart. cons.143. Alciat. reg.3. prasumpt. 18. numer.2. Ægid. Thomat. de muner. num.10. pag 276. Oldrad. cons.59. Ripa in cap. decernimus num.9. de iudic. Marant. in pract. par.4. d.11. num.14. & 64. Dec. cons.150. num.7. Diana loco cit. & Rota cit. decis.14. de iudic. in antiq.

Ceterùm notandum est, à Iudice Ecclesiastico tutorem, 23
vel curatorem de suo foro, sibique subditum decerni debere, qui ad tutelam, vel curam acceptandam, & ad fideiussionem præstandam cogi possit, quia tutelæ, & curæ datio iurisdictionem supponit, non solùm in eum, cui datur, sed etiam in eum, qui tutor, vel curator decernitur. Vnde, si Iudex Ecclesiasticus tutorem, vel curatorem sibi non subditum decernat, nulla erit datio ex Rosenth. de feud. cap.12. concl. 10. n.54

CON-

CONSVLTATIO XI.

An, & quatenus hæreditas Clerici defuncti gaudet priuilegio fori?

1 HAc de re ita sentiendum. Hæreditas Clerici vacans gaudet quidem priuilegio fori. Quia illum repræsentat, secus autem adita, cùm tunc repræsentat hæredes, in quorum foro causa erit agitanda; efficitur enim eorum patrimonium *l. sed plures* 10. §. *filio impubere*, *ff. de vulg.* Rot. *decis.*322. *num.*10. *par.*10. *recent.* Et ex possessione adepta mutatur persona, atque adeò status, & conditio rei, vt optimè Eminentiss. Cardinalis Celsus *decis.* 259. *sub n.*4. Provt contingeret, si quis tanquam creditor ageret contra hæredem pro debito Clerici defuncti. Est distinctio communiter recepta, de qua Salgad. *in Labyr. cred. p.*1. *cap.*32. *an.*31. Carleual. *de iudic. tom.*1. *disp.*2. *q.*5. *an.*523. Ansald. *de iurisd. par.*3. *tit. vn. cap.*13. *num.*37. *& seq.* Scialoia *de for. comp. cap.*28. *num.*21. Fermos. *eod. argum. cap. fin. q.*9. *num.*11. *& seq.* Quesad. *contr. for. c.*40. *an.*23. vbi refert, ita decisum.

2 Quare si hæreditas Clerici fuerit adita per sæculares, vtique causa super successione ad forum sæcularem spectat *cap. Cum sit generale*, *& cap. licèt*, *de for. comp.* Rot. *decis.*793. *n.*1. *par.*1. *dm. text. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. cap. deuotismus, de iudic. cap.*1. *de immun. Eccles. in* 6. Pregrin. *de fideic. ar.*48. *num.*62. Ias. *in Auth. quas actiones num.*41. *C. de sacros. Eccles.* Menoch. *cons.*322. *à numer.*19. à Ponte *cons.*100. *num.*4. *lib.*1. Carol. de Graff. *effect. cler.*1. *numer.*320. *& seq.* Carleual. *loco cit. à numer.*319. Thomat. *decis.*85. *an.*23.

3 Neque obstaret pendentia litis deducta ex præcepto obtento à laico in Tribunali Ecclesiastico pro tuenda possessione, tradita cum clausula, sine præiudicio habentium meliora iura, postquam Iudex laicus similem possessionem tradiderat, & præceptum expediuerat ad fauorem aliorum, provt validè immittere, ac præceptum dare poterat, Menoch. *de adipisc. pos. remed.*4. *num.*475. iuxta doctrina Baldi *in l. fin. num.*45. *de edic. D. Adr. toll.* Graff. *d. eff.*1. *num.*449. Vnde sequitur, quòd aut præceptum Tribunalis Ecclesiastici inducere non poterit pendentiam litis, quæ afficiat laicos, quia hoc casu Aduersarii considerantur, vt rei intentantes remedium *l. diffamari C. de ingen. & manumis.* & Iudex Ecclesiasticus non est competens, sed adeundus est Iudex laicus iuxta doctrinam Roman. *cons.*412. *num.*2. ac celebrem *decis.* Osach. 151. *à n.*4. vbi de veriori, Duran. *decis.*60. *num.*12. & in puncto de laico contra Episcopum est consilium Alex. 103. *lib.*5. vbi conclusionem probat, tam de iure ciuili, quàm canonico, estque integra decisio Capycij 18. & de communi testatur Add. *ad d.* Roman. *lit. B.* & in specie præuentionis Tondut. *de præu. par* 2. *cap.*8. *num.*3. Quia regulariter debemus potiùs attendere originem naturalis causæ, quàm accidentalis: inspecta autem origine causæ, diffamatus dicitur reus secundùm Alex. *loc. cit.* quem refert, ac sequitur Crauet. *cons.*182. *num.*2. & expresè voluit Barr. *in l. si societatem* §. *arbitrorum num.*19. *ff. pro socio*, *& in l. libertus*, *ff. de in ius voc.* & Gloss. communiter approbata *in l. vn. C. vt nemo inuit. ag. vel accus. cog.* Quanquam alijs insubsistens videatur, quòd præceptum huiusmodi habeat vim remedij dictæ *l. diffamari*, cùm ista remedia sint inter se valdè diuersa. Remedium enim *l. diffamari* vocat partem ad iudicium. Præceptum verò, vt pars desistat à molestijs. Et, quatenus etiam haberet vim remedij dictæ legis diffamari, Iudex competens ad præfigendum dilationem Aduersario, intra quam agere possit, est Iudex electus, & præuentus à parte citante, vt docet Couarruuias *var. cap.*18. *num.*6. *ad fin. lib.*1. & Tondut. *d. par.*1. *cap.*8. *num.*4. & benè Contard. *ad d. l. diffamari q.*1. *num.*1. *& seqq.* Aut eodem modo, introducto anteà iudicio coram laico, dicitur præuentum in illius Tribunali, atque adeò debet in eo causa cognosci, Roman. vbi suprà *num.*4. ibique Add. *text. in auth. qui semel, C. quomodo, & quando*, & *in l. tam Collatores*, §. *fin. C. de re mil. l.*12. Quod procedit etiam contra hæredes præuentorum, Scial. *de for. comp. d. cap.*28. *numer.*12. ex trita regula *l. heres absens* 19. *de iudic.* Ad effectum autem præuentionis sufficit hora, quinimmò & temporis punctum iuxta Gloss. fin. *l. si ex pluribus* 89. *de solut.* probatque Tiraquel. *de iur. primog. q.*2. Peregrin. *de iure fisci lib.*6. *tit.*6. *num.*35. Gratian. *discept.*765. *num.*38. Etiamsi aduersarij præuenissent in obtinendo citationem. Quia ad effectum præuentionis attenditur executio, sine qua respectu rei non inducitur litis pendentia, ex traditis à Lancel. *de attent. par.*2. *cap.*4. *in præf. à num.*103. quare non sufficit sola expeditio citationis, iuxta communem, de qua Farinac. *in prax. p.*1. *tit. de inquis. q.*7. *num.*60. Tondut. *de præuent. par.*1. *cap.*9. *num.*1. *&* 30. & in terminis monitorij, seu præcepti *n.*27. *&* 34. ac fusiùs, meliusque Carleual. *de iudic. lib.*1. *disp.*2. *q.*7. *sect.*3. *num.*876. *&* 879. Scaloia *de for. comp. c.*7. *n.*38. *&* 41. vbi distinctis rationibus id probat.

Etenim, si considerentur laici, tanquam rei in iudicio, 4
per eos introducto coram Ecclesiastico, pendentia litis introduci non poterit, quia Iudex est incompetens, & poterit declinari illius iurisdictio ex adductis per Roman. *d. cons.*412. *num.*5. Si autem considerentur vti Actores, eodem modo considerandi sunt ij, qui coram Iudice sæculari causam introduxerunt, qui ideo est Iudex competens, quoniam omnes sunt laici, ac proinde locus erit præuentioni, quamvis admittamus, Iudicem Ecclesiasticum pariter esse competentem ex adductis per Carol. de Graff. *d. eff.*1. *num.*585.

Atque ita censuit Sacra Congregatio immunitatis in 5
Meleuitana bonorum sub die 18. Decembris 1668. nempè causam hanc spectare ad curiam laicam.

Quod procedit, etiamsi à principio Clericus fuerit in 6
causa. Tum, quia Clericus, qui obtinuit immissionem à laico, reconueniri potest coram eodem Iudice, vt per Peregrin. *d. ar.*48. *à numer.*65. & nos alibi fusiùs. Tum etiam, quia post aditionem, hæreditas acquiritur vnicuique hæredum, fitque diuisibilis pro rata. Vnde Iudex Ecclesiasticus non poterit procedere, aut inhibere, nisi Clerico pro eius portione, vt rectè firmat Virgil. *de legit. cap.*20. *num.*39. Mastrill. *decis.*138. *num.*6. & propterea citatio, aut inhibitio facta contra Clericum non operatur quo ad alios, Baron. *de cit. q.*45. *num.*9. secus autem est vbi res esset indiuidua, Tondut. *de præu. cap.*14. *numer.*2. *q. &* 17.

Ac præsertim si Clericus decesserit, nulla contestata 7
lite coram Iudice Ecclesiastico, & non supersint, nisi personæ laicæ, quæ remittendæ sunt ad Iudicem suum, coram quo præuenerunt, & obtinuerunt mandatum cum illa clausula, *si quis*, præseruatiua iuris alieni. Quo casu ille, qui sentit se grauatum, tenetur comparere coram Iudice mandati, Carleual. *de iudic. lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *q.*7. *sect.*3. *num.*690. Peregrin. *loc. cit. ar.*48. *num.*67. Idque præcipuè si litis pendentia deducatur ex præcepto Iudicis Ecclesiastici de non perturbando Clerici consortes. Nam illud non arctat, sed solùm præcipit, ne Clericus molestet suos aduersarios. Quod quidem non facit reum necessarium, & ideo non inducit litis pendentiam, vt de citatione, quatenus putauerit sua interesse, dixit Rot. *decis.*53. *num.*6. *par.*8. *recent.* Nisi tamen laicus haberet actionem communem cum Clerico, quæ per illius mortem in eum consolidata fuerit. Vnde instantia contra illum, & Clericum cœpta coram Iudice Ecclesiastico, etiam mortuo Clerico, in ipsum, tanquam successorem necessarium continuatur, Tondut. *eo loco par.*1. *cap.*30. *num.*28. Sicuti etiam, tanquam hæres Clerici, tenetur stare iudicio cœpto coram Iudice Ecclesiastico aduersus suum auctorem, Thom. del Bene *de immun. cap.*10. *dub.*6. *sect.*1. *numer.*4. Carleual. *d. lib.*1. *tit.*1. *disp.*2. *q.*5. *num.*319. Donat. Anton. de Marin. *resol. quot. lib.*1. *cap.*54. *n.*3.

Ad hoc autem, vt ad hæredem transeat instantia non 8
exigitur litis contestatio cum defuncto, sed sufficit, defunctum fuisse citatum, Tondut. *d. p.*1. *cap.*30. *sub num.*22. Carracciol. post suas decis. *in tr. de priuil. for. q.*42. *n.*20. cùm in hac re attendatur effectus inchoatus, licèt non consumatus, Giurb. *decis.*82. *sub num.*12. Carleual. vbi suprà *num.*620.

Verùm aliqui distinguunt inter expressam protogatio- 9
nem,

nem, & tacitam, vt in illa sufficiat simplex Iudicis aditio, *l.18. ff. de iurisd.* in qua aditionis, non litis contestationis sit mentio. In hac omnino litis contestatio requiritur, quia aliter fieri nequit, cùm antè eam reus semper declinatoriam fori opponere, atque ita iudicium effugere possit, *arg. l.4. C. eod. l.52. ff. de Iud. l.fin. C. de except.* Dissentiunt alij variè. Vulteius ad *l.1. C. de iurisd. n.154.* quolibet actu in iudicio à litigatoribus gesto Iudicem aditum, censeri opinatur. Treutl. *disp.3. th. fin. lit.H.* litis contestationē indiscriminatim requirit. Quod autem requiratur litis contestatio, sine qua lis radicata, immò mota non dicitur, habetur *in cap. Ex parte 30.* ibique Gloss. *v. litis contestatio extr. de verb. signif.* Adeò, vt donec lis contestetur, citans dicatur agere velle, non tamen egisse, Anichin. *de præu. cap.4. dub.1. num.14.* cùm Iudex non dicatur aditus, nisi per litis contestationem, Anichin. *ibi ex l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. Iud.* Contestatio verò non fit, nisi per contradictionem obiectam, *cap. Dudum 54. §. licèt autem*, vbi Glos. *v. Responsione, extr. de elect.* Mantic. *decis.204. num.6.* Vel oìsi Iudex assumat cognitionem causæ, præfigendo contumaci terminos ad proponendum actionem, vel exceptionem suam. Tunc enim posset dici radicata iurisdictio ad effectum procedendi ad terminationem litis iuxta textum *in l. Consentaneum, & auth. qui semel*, cum Glos. *in v. Non sit, C. quomodo, & quando Iudex.* Et non prodesset mutatio fori, *l. cum quædam puella 19. ff. de iurisd. omn. Iud.*

10 At nihilominus longè rectiùs alij docent, satis esse, iudicium cum Clerico defuncto fuisse cœptum, vt debeat continuari in Curia Ecclesiastica. Nam hæres, & successor non potest mutare forum, vbi fuit præuentum iudicium, viuente Clerico, iuxta textum *in l. si is, qui Romæ, ff. de iudic.* Carleual *loco alleg. num.291.* Caracciol. *d. q.42. num.1.* Sufficit igitur monitorium, siue citatio ad præueniendam iurisdictionem, pro qua non requiritur aliqua litis contestatio, sed satis est solius citationis executio per textum *in l. si quis posteà, ff. de iudic. cap. Proposuisti, de for. comp.* Marant. *disput.6. num.20.* Tondut. *ibid. cap.30. n.22.* Molin. *de primog. lib.4. cap.21. numer.6.* Caracciol. *vbi sup. num.20.* & Anichin. *de præuent. cap.4. quæst.3. numer.24.* vbi ostendit, hanc præuentionem ad effectum iurisdictionis differre ab aliis. Ideò si duo Iudices, alter per actorem, alter per reum in eadem causa impetrentur, cùm debeat ab vno causa auocari, & alteri, qui præuenit committi, ille dicetur præuenisse, qui in executione citationis præuenit, quamvis post alium eam decreuerit. Licèt enim decretum arctet actorem, non tamen arctat reum ad comparendum coram eo, Bisign. *decis. t. de offic. deleg.* Rot. *decis.9. de dol. & contum. in antiq.* Vbert. *de cit. c.t. o. n.353.* Inspiciunturque semper circa præuentionem quoad partes executionem citationis, Felin. *in cap. Gratum extr. de Offic. deleg. n.5.* Et hoc procedit in omnibus causis, etiam criminalibus. Quinimmò si concurrant citatio, & comprehensio, quoad præuentionem attenditur citatio, vt latè per Socin. *in cap. Proposuisti, extr. de for. comp.* licèt in multis locis contrarium obseruetur, vt per Boss. *in prax. tit. de for. comp. num.99.* & Guazzin. *tom.1. num.13. & seq.* Citatio verò debet esse legitima, ac durare instantia, in qua emanauit. Quia, ad inducendum perpetuitatem iurisdictionis, non sufficit aliquis actus, qui non sit legitimus, *tap. gen. extr. de for. comp.* Glos. fin. *in cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* Put. *decis.2. de offic. deleg.* Rom. *conf.412 & seqq. n.46.* Boss. *vbi supra num.105.* Vbert. *loc. cit. c.13. n.14. tom.3.* Vnde, si citatio fuisset valida à principio, & malè esset executioni demandata, adhuc non perpetuaretur iurisdictio, Franch. *in cap. Vt debitus num.1. de appell.* & Vbertus *eo loco.* Actus enim quovismodo nullus, non habetur in consideratione, neque aliquem operatur effectum, de quo latè Felin. *in cap. Ex tenore num.2. extr. de rescript.*

11 Limitatur tamen hæc conclusio, si nimirum citatus aliunde notitiam habuisset, vel sponte comparuisset. Quia tunc, non obstante nullitate citationis, inducitur perpetuatio iurisdictionis, Felin. *in d. cap. Gratum n.4.* Vbert. *d. cap.13. n.134.* Quam materiam etiam latè tractat Socin. *in d. cap. Proposuisti*, & Boss. remissiuè *eo n.105.* & Guazzin. *d. tom.1.* Et hæc procedunt quando iurisdictio subsistit à principio; At si sit nulla, vel Iudex ea omnino careat, partes neque tacitè, neque expressè eam prorogare, aut validare possunt; nec Iudex eo casu per processum ad vlteriora, etiam parte non opponente pronunciat, se esse Iudicem competentem, sed processus semper est nullus, præterquam in certis casibus, vt per Gemin. *in cap.1. num.12. & in cap. dispendia in princ. de rescript. in 6.*

12 Et quamvis dubium sit, an per alium actum positiuum ante citationem, nempe sub delegatione causæ, ac similis, perpetuetur iurisdictio, vt teouit Gemin. post Gloss. *in cap. Cùm plures num.11. & 14. in cap. Quamvis, & in cap. si à subdelegato, de Offic. deleg. in 6.* Receptior tamen opinio est, quòd requiratur saltem decretum citationis, vt notat Boer. *in d. cap. Gratum*, & *cap. Relatum extr. de offic. deleg.* Neque in Criminalibus inquisitio dat præuentionem, nisi adsit citatio, Bald. *in l.1. C. de confes.* Boss. *loco cit. num.193.* & fusè Guazzin *loc. cit. num.3. & 4.* Et, si sint plures Iudices in eadem causa, perpetuata iurisdictione quoad vnum, censetur etiam perpetuata quoad alios *d. cap. Cùm plures*, vbi Gemin. *num.11. & 14.* Perpetuata autem nunquam dicitur, quoad ea, quæ non fuerunt expressa, nisi in connexis, vel nisi actus, per quam inducitur perpetuatio, ita fuerit tam expressa, quàm non expressa, & in quibusdam alijs casibus, quos recenset Felin. *in cap. Pastoralis, §. Quoniam n.2. extr. de rescrip.*

13 Id limitatur in habentibus iurisdictionem voluntariam, vt in arbitris, ad quorum iurisdictionem perpetuandam requiritur contestatio litis, *l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. Iud.* Card. *in Clem. Procuratorem, numer.3. de proc.* Item quòd procedat in Iudice Ordinario, vel delegato à Principe. Quia in delegato ab inferiori non sufficit decretum citationis, sed requiritur alius actus, Put. *decis.2. de offic. deleg.*

14 Perpetuatio verò iurisdictionis inducitur eodem modo, etiam quoad illum, ad cuius instantiam citatio decernitur, vel sit alius actus, quamvis non deuenerit ad notitiam citati. Quod verò ad aduersarium non perpetuatur iurisdictio, nisi exequuta citatione, *Clem.2. vt lite pend.* Roman. *conf.330. sub init.* Felin. *in d. cap. Gratum num.5.* Cassad. *decis.1. de rescript.*

15 Cessatque omnis difficultas in casu, quo fuerit petitum, & obtentum mandatum de manutenendo contra ipsum Clericum citatum. Nam tunc satis dicitur interuenisse litis contestatio, quatenus esset necessaria, dum sumus in executiuis, & summarijs, in quibus vel nulla requiritur litis contestatio, Rot. coram Buratt. *decis.277. numer.8.* & *in rec. decis.225. n.16. p.9.* & in alijs congestis per Posth. *de man. obser.80. num.1. & seqq.* vel, quatenus requireretur, primus actus, & prima petitio habet vim litis contestationis, Rot. coram Seraph. *decis.920. num.3.* & coram Mantic. *decis.204. num.14.* & Posth. *d. obs.80. num.14.*

16 Nec obstaret, si laicus à præcepto Iudicis Ecclesiastici appellaret ad Auditorem Cameræ Apostolicæ, ideoque agnita illius iurisdictio. Primò, quia constare debet de mandato procuratoris, qui appellauit. Certum enim est, sine mandato speciali iurisdictionem non prorogari in præiudicium principalis, sicut ad effectum præuentionis aduertit Tondut. *d. par.1. cap.9. & 59. num.47.* Honded. *conf.21. num.25. lib.1.* Deinde quia, cùm potuerit haberi recursus, seu appellari à denegata remissione causæ, facta per Iudicem Ecclesiasticum, qui alleganti, causam esse præuentam in foro laicali, noluit eam ad illum remittere, non dicitur ob id consensisse in iurisdictionem Auditoris Cameræ ad effectum cognitionis causæ ex allegatis per eundem Tondut. *eo loco num.39. cum seq.* Cùm maximè passim expediantur huiusmodi appellationes in Tribunali Auditoris Cameræ sine vllo mandato principalium, & à decretis, seu sententijs etiam fori, à quo appellatio non deuoluitur ad Auditorem Cameræ, ideò potest appellatio intelligi à foro laicali, vt ab expeditione appellationis, tanquam ab actu æquiuoco, non possit inferri ad agnitionem iurisdictionis. cùm ad hunc effectum requiratur agnitio expressa, vel tacita resultans ex actu necessario, quæ excluditur ex antecedenti oppositione cum protestationibus anteà factis. Denique cùm Auditor Cameræ habeat vtramque gladij potestatem inter Ecclesiasticos, & laicos, sitque competens inter omnes, non potest dici, quòd fuerit adi-

aditus, tanquam Iudex Ecclesiasticus potius, quàm vti laicus pro defensione iurisdictionis Iudicis laici, & appellatio, dum fuit interposita pro declinatione fori, claré ostendit, causam non fuisse introductam, neque radicatam coram Ecclesiastico. Quia declinatio excludit consensum in Iudicem, & contestationem litis coram Iudice declinato, Bart. in l. non videtur, ff. de iudic. Mantic. d. dec. 204. num. 8. & 9.

17 Si verò ageretur de aditione, & acquisitione hæreditatis Clerici, & inter eius hæredes adesset Clericus, certum est, quòd sicut iste non potest citari à Iudice laico, ita quoad ipsum legitimè præueniri potest iurisdictio Iudicis Ecclesiastici, ac proinde etiam quoad laicos interesse connexum habentes, cùm persona Clerici, vti dignior, trahat ad se laicos, iuxta cap. Quòd in dubijs extr. de consecr. Eccles. ac Bart. in l. præcipimus, C. de appel. & iuxta veram opinionem, quam, reprobata contraria, tenet S. Rota in recent. decis. 196. num. 1. & seq. par. 11. & in Perusina attentatorum 17. Aprilis 1614. coram s. m. Innocentio X. & in Perusina fideicommissi de Garofanis 23. Iunij 1630. coram Dunozetto, passimque alibi, ac docent Thom. del Bene de Immun. cap. 6. dub. 13. num. 4. & seqq. ac de parlam. dub. 4. subsect. 39. Sperell. decis. 24. num. 11. & seq. Scac. de iudic. cap. 11. num. 24. qui testatur de praxi, ac Tondut. d. par. 1. cap. 13. num. 5. alijque plures, & declarauit sæpius S. Congregatio Immunitatis, vt Tom. 1. tradidi. Et in specie docent Marant. in prax. p. 4. d. 11. num. 21. Gratian. discept. 641. num. 1. & seq. Seraph. decis. 997. Bart. in l. Præcipimus, §. eadem obseruando, C. de appell. Staph. de lit. inst. §. dicendum est modo sub n. 2. Marchesan. de commiss. auoc. caus. §. 3. num. 83. par. 2. Etiamsi hæredes pro maiori parte sint laici, Socin. cons. 12. numer. 17. lib. 2. Surd. cons. 222. num. 2. in fin. Carol. de Grass. effect. 1. n. 140. & alij, quos refert, ac sequitur Ricciul. de person. quæ instat. repr. vers. lib. 3. cap. 19. num. 4.

18 Licèt enim singuli hæredes pro virili conueniantur; quia tamen omnium est vna, eademque ratio defensionis, quippe qui ex eodem fonte communis auctoris tenentur, ideo ius laicorum non est separabile à iure Clerici, Gratian. d. discept. 641. sub num. 1. Vbi subdit, quòd alioquin sequi posset sententia contra sententiam, Boss. de for. comp. num. 141. in fin. Vbi quòd causa semper est indiuidua, quando nascitur ex eodem facto.

19 Eòque magis inseparabile est ius laicorum, & Clerici, quando omnes viuunt in communi, ideoque executio facienda esset in bonis communibus, Seraph. d. dec. 957. n. 11. Afflict. decis. 213. in fin.

20 Data igitur inseparabilitate iurium, regula est, quòd Clericus, tanquam dignior laicum trahit, Socin. in cap. 1. num. 18. de for. comp. Io. Aloys. de Leo in l. Qui sub prætextu numer. 2. C. de sacros. Eccl. Add. ad Alex. consil. 122. v. Vterque lib. 4. Gaill. obser. 37. num. 2. lib. 1. Farinac. quæst. 8. numer. 151. cum alijs, quos adducit de Grassis d. effect. 1. num. 137.

21 Proceditque tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ex generali regula tradita à Doctoribus in l. nulli, C. de iudic. quòd si plures simul delinquant, omnes ab eodem Iudice iudicandi sint. Quare cùm laicus Iudex, non solùm sit minus dignus, ac impotens, sed incompetens, Iudex autem Ecclesiasticus sit dignior, & non impotens, quamvis ordinariè incompetens, ad hunc potius, quàm ad illum pertinebit in hoc casu Clericum, & laicos simul iudicare.

22 Hinc est, quòd si committitur causa contra laicum, omnesque alios sua interesse putantes, prout fieri solet quotidie, cùm huiusmodi clausula non comprehendat maiores, vel digniores expressis, non potest vigore illius commissionis procedi contra Clericos, quamvis prædictus laicus ab eis causam habeat, dummodo de competentia excipiatur, cap. Sedes extr. de rescript. Clem. non potest, de procur. Rot. decis. 8. de rescript. in nou.

23 Hæc tamen conclusio intelligenda est, quando Clericus, & laicus simul conueniuntur, vti singuli, secus autem si conueniantur, vti vniuersi; vt nimirum si esset Collegium, vel Vniuersitas. Nam tunc si maior pars est laicorum, reputantur omnes, vt laici, & conueniuntur coram Iudice laico. Si verò maior pars est Clericorum, conueniuntur coram Iudice Ecclesiastico, Felin. in cap. 1. extr. de præscript. Marant. in spec. dist. 10. numer. 23. Et de hoc loquitur Rota in Mediolanensi bonorum 18. Martij 1648. §. Tandem non obstat coram Bichio.

Clericus verò succedens laico, an teneatur litem agere 24
coram Iudice Ecclesiastico, Doctores variant. Affirmant Butr. Abb. & Felin. in cap. quia verò extr. de iudic. & ibid. Dec. col. fin. Hoc idem tenent Lancellot. & Iacobin. in l. heres absens in princ. ff. de iudic. Cagnol. in l. 2. numer. 186. C. de pact. inter empt. & vend. Rip. in cap. decernimus n. 22. de iudic. Ias. in l. Emancipati numer. 3. C. de collat. Ferdin. Vasquius de succes. §. 22. n. 70. & ambiguè loquitur Rota in antiquis decis. 552. clarissimè tamen in Bituntina census 8. Iunij 1646. coram Cardinali Corrado. Et quod dicitur de Clerico procedit etiam in loco pio, qui sæculari non subest. Qui autem dicatur locus pius, dicit Rota in Mediolanensi Bonorum 18. Martij 1648. coram Bichio, & in Mileuitana bonorum 10. Februarij 1651. coram Meltio, vbi de Hospitali cum distinctione, si gubernetur à laicis, vel à Clericis.

Negant verò Angel. & Paul. de Castr. in d. l. heres ab- 25
sens, §. 1. Io. de Imola in l. sicùm hominem, ff. de fideiuss. Alex. ad Bart. in auth. & consequenter sub num. 19. C. de sent. & interl. Roman. in l. si constante, §. fin. numer. 14. in fin. ff. sol. matr. & ibidem ante eum Bald. & Raph. Comens. Barbat. cons. 1. vol. 3. & in cap. Quia num. 45. de iudic. vbi Aretin. Mil. in v. Miles, Bertachin. v. Clericus conuenitur num. 16. Maranr. in spec. p. 4. dist. 11. numer. 79. Cagnol. in d. l. 2. numer. 249. C. de pact. int. empt. & vend. Gulielm. de Bened. in rep. cap. Raynucius, v. Vxorem num. 124. de testam. Boer. decis. 69. n. 32. Surd. cons. 222. n. 16. vol. 2. & decis. 110. num. 2. & seqq. Couar. pract. qq. cap. 8. numer. 2. & 3. Esseque communem opinionem, testatur Villalob. v. Clericus sub n. 70. & ibi Io. Fichard. sub num. 72. Viu. lib. 2. opin. 48. Gregor. Lopez l. 57. tit. 6. par. 1. v. Demanda, Did. Per. in l. 3. tit. 13. lib. 3. ordin. Io. Martinez de Clau. in animom. iurisd. lit. C. num. 26. Petr. Nuñez de Auend. de execut. mand. Reg. cap. 1. num. 33. Roderic Suar. in l. post rem extens. 2. num. 4. Pallador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. §. 1. num. 10. Anton. Quesad. quæst. cap. 4. num. 7. Spin. in spec. testam. glos. 33. num. 72. Ceuall. pract. opin. com. contra com. q. 36. num. 9. Eman. Suat. in thes. recept. sent. §. Clericus, num. 104. Garz. Mastril. decis. 79. n. 3. Gaill. d. obs. 37. numer. 8. Vigell. decis. 38. centur. 3. alijque. Quia in hoc casu Clericus conuenitur, quatenus repræsentat personam defuncti laici. Quam opinionem non ambigit, Borell. in sum. decis. de for. comp. num. 35. esse communiori calculo probatum, & æquiorem appellat Gail. loc. cit.

Alij verò, qui propius ad veritatem accesserunt, distin- 26
guunt. Si instantia nondum inchoata fuerit contra laicum, illa non transit in Clericum successorem, sed omnino coram Iudice Ecclesiastico conueniri debet, Bartol. in d. l. herens absens, & ibi communiter Doctores, Dec. in d. cap. Quia n. 11. Butr. Panorm. & alij ibidem, Couar. d. c. 8. n. 4. Et hanc communem opinionem compellat Gaillus vbi suprà num. 10. Tunc enim Clericus non solùm quoad personam, sed etiam quoad hæreditatis bona à iurisdictione Iudicis laici exemptus est, vt rectè docent Abb. in d. c. Quia, Farinac. q. 8. n. 47. ampl. 17. Scac. lib. 1. cap. 11. num. 29. & aliquos citat, & sequitur Carol. de Grass. effect. Cler. 1. n. 282. Quibus adstipulatur Rodriq. in sum. tom. 1. cap. 216. n. 15. Megal. in 3. p. lib. 3. cap. 10. num. 59. Graff. par. 1. decis. lib. 4. cap. 18. num. 126. Coriolan. in Bull. Cœn. excom. 16. Heuia in Cur. Philip. par. 1. §. 5. num. 20. Castil. p. 1. dec. 2. Peteir. de man. reg. par. 2. cap. 30. numer. 6. Ceual. de cogni. per viam viol. par. 2. q. 40. num. 9. alios adducens Reginald. to. 1. lib. 9. cap. 23. num. 352. Delben. de immun. cap. 7. dub. 6. n. 4. Quod certius, æquius, & receptius vocat Pueton. ad can. 15. Bull. Cœn. numer. 66. vbi ait, vix aliquid probabile fundamentum suadere contrarium, suffragarique mirè, quòd priuilegium personæ omnino attendendum sit, cùm tunc nulla adsit præuentio, quæ obstet ex Carol. de Grass. num. 278. & Couar. concl. 3. qui concl. 5. optimè id extendit ad casum, quo pateretur executio contractus, siue instrumenti publici, quod appellant guarantigiarum, quo se coram Notario obligasset laicus defunctus ad aliquid soluendum, vel faciendum. Quia cum ex illa obligatione non dica-

dicatur incepta lis, etiamsi tale instrumentum dicatur habere semper paratam executionem, hæc nonnisi coram Ecclesiastico Iudice petenda est. Etenim statim atque est facta translatio, tunc respectu conuentionis non consideratur amplius persona defuncta, si post mortem, & successionem mouetur iudicium, sed persona, quæ succedit, & conuenitur, vt tradunt Doctores *in d. l. hæres absens in princ. ff. de iudic.* & Couar. *d. cap.8. numer.4.* Gloss. *in regul. ei, qui de reg. iur. in 6.* Gemin. & Præpos. *in d. can. Clericum nullus 11. quæst.1.* Abb. & Doctores *in d. cap. Quia de iudic.* vbi Dec. *n.11.* ait, non esse in hoc dubitandum, latè Roland. *de confect. inuent. cap.23. n.21. & seq.*

27 Si verò instantia contra laicum iam cœpta fuerit, tunc illa transit in Clericum successorem, maximè lite contestata. Ita voluerunt multi ex Doctoribus, qui negatiuam tuentur, & nominatim scribit Spin. *in spec. testam. gloss.33. sub n.75.* ac Ceual. *q.588. n.15.* Gail. *loc. cit. n.8. & seqq.* quam veriorem appellat, & in Camera approbatam, Glossa & Doctores *in d. cap. Quia de iudic.* Abb. *in cap. fin. de fid. instr.* Viu. *opin.108.* testans de communi, Couar. *pract. q. cap.8. concl.2.* citans nouem ex antiquioribus, Bartol. & Ias. *in l. testamenta C. de testam. & in d. l. quas actiones numer.39. de sacros. Eccles.* Castr. *in d. l. hæres absens n.4. in fin. & in l. si constante §. fin. n.5. ff. sol. matr.* vbi communem dicit, quem multi alij sequuntur, quos refert Felin. *in d. cap. Quia,* & Boer. *decis.69.* Socin. *cons.91.* Angel. *in §. actionum num.17. instit. de act.* Imol. *in l. Si cum hominem ff. de success.* Roman. & Alex. *in d. l. Si constante,* Surd. *cons.222. lib.2.* Farinac. *de inquis. d. quæst.8. num.40.* Et in eandem sententiam videtur inclinare Carol. de Graff. *d. effect.1. num.290.* cum pro ea citet 38. Auctores, alios etiam citat Diana *resol. mor. p.1. tr.2. resol.24.* & sequitur Fontanel. *decis.11. n.22.* ac alibi, & ex scribentibus ad Bullam Cœnæ, Vgol. *cap.15. §.41.* Graff. alios citans *lib.4. decis. cap.18. n.128.* & Reginald. *loc. cit.* Vbi etiam ait, quòd testamentum, in quo laicus constituit Clericum hæredem, aperiendum est, ac declarandum, & publicandum coram Iudice sæculari. At verius est, hoc esse mixti fori, & fieri posse coram vtroque Iudice. Et tandem pro eadem opinione citantur illi, qui tenent, causam ciuilem cęptam contra ipsum Clericum ante Clericatum, coram Iudice laico, terminandam esse coram eodem Iudice. Hi sunt Pereira *de man. Reg. ar.4. n.38.* Barbos. *in l. Si quis posteaquam n.203. ff. de iudic.* Carol. de Graff. cum 13. Auctoribus *vbi suprà num.239.* Ac ij, qui tenent, quòd lis contestata coram Iudice Ecclesiastico cum persona defuncta Clerici, continuari illa debebit contra laicum hæredem Clerici corã eodem Iudice Ecclesiastico, vt Riccius *p.4. dec.* a 18. per rotam, & Dian. *p.1. tr.2. ref.24.*

28 Probatur his præcipuis rationibus. Primò, quia cum iam in iudicio quasi contractum sit cum defuncto, iudiciumque coram sæculari Iudice cœptum, ideo ibidem finiendum, *text. in l. Vbi cœptum ff. de iudic.* Adeoque certi iuris est, instantiam ad hæredes transire *d. l. hæres absens, ff. eod.* Vbi Doctores communiter, quem textum dicit optimum Couarruuias, *text. in l. Si petitor, & in l. tam ex contractibus, & in l. Si is, qui Romæ, d. tit. text. in l. Si eum hominem, ff. de fideiussor. l. venditor, l. Si quis posteà,* quem textum etiam optimum appellat Graff. *ff. eod. l.2. §. Ex his, ff. de verb. oblig. l.3. C. de hæred. act.* Bart. *ibid. n.2.* Panorm. & Felin. *in d. cap. Quia,* Marant. *p.5. n.12.* Soccin. *reg.181.* facitque text. *in cap. Proposuisti, de for. comp. d. c. Quia, de iudic.* vt ob cœptum corã vno Iudice iudicium, res affecta reali onere dicatur, ac proinde obnoxia tali Iudici in quemcunque sic transit *ex d. l. Si quis posteaquam, ff. de iudic.* & tanquam stigmatizata, vt ait Abb. *in c. Ecclesiæ S. Mariæ n.25. in lect. & n.39. in rep. de constit.* Io. Andr. *in reg. fin. de reg. iur. in 6.* Butr. & Imol. *ibid.* Capr. *concl.15. num.47. & seqq.* Lap. *alleg.101.* Anchar. *in cap.1. de constit.* Aret. *in c. Quod si Cleric. de iud.* Qui ad terminos diuersorum statutorum sæcularium per hanc rationem docent afficere personas Ecclesiasticas, quòd ante susceptum forum statuta personas affecerunt *ex l.1. §. fin. ff. de reb. eorum.*

29 Deinde, quia Clericus ob Iudicis reuerentiam, ac vinculum in lite contractum non declinat per fori superuenientiam iudicium iam cœptum, nec delicti cognitionem, nec fideiussionem præstitam, nec obligationem ante Clericatum inuitam, vt in bonis luat, vel satisfaciat, quemadmodum habet Marth. *cent.3. cas.221.* & Sac. Congregatio Ciuitatis Castelli die 18. Februarij 1631. apud Selel. *in select. can. c.18. n.17.* Ergo debet multò magis hoc idem sustinere, vt laici hęres, cum hæredis, & testatoris persona eadem in iudicijs existimetur *ex §.1. auth. de iureiur.* Vnde sicuti defunctus tenebatur respondere coram Iudice laico, ita & hæres illius, quisquis sit: Quia non potest ob proprium commodum venire contra factum defuncti, *l. si ab eo, C. de lib. caus. & l. Si credit. C. de ser. pign. dat. manum. & l. Filius, C. de reuoc. his, quæ in frau. cred. & l. Successores, C. de solut.* Sed tenetur illud ratũ habere, tanquã proprium, & in hæreditate defuncti semper spectatur persona defuncti, non autem hæredis, *l. hæreditas, ff. de acquir. rer. domin.*

30 Postremò, quia ex præuentione dicitur perpetuata lis sub Iudice, qui præuenit, *d. cap. Proposuisti, de for. comp. & d. l. Si quis posteaquam, ff. de iudic.* ibi: *Si quis posteaquam in ius vocatus est, miles alterius fieri esse cœperit, in ea causa ius reuocandi fori non habebit, quasi præuentus.* Censeturque quasi quodam pacto laicus defunctus obligasse litem in illo foro *ex l.3. §. Idem scribit, ff. de pecul.* Pacta autem seruanda sunt per hæredem quemcunque.

31 Explicant hanc sententiam Couarruuias, & alij primò, vt lis tunc dicatur cępta, non solùm quando fuerit contestata, sed etiam post primam instantiam *ex l. defuncto, ff. de procur.* Secundò eã explicat Carol. de Gras. *n.291. & n.124.* vt non habeat locum, quãdo instantia esset perempta. Idem enim tunc est, ac si lis nunquã fuisset mota. Tertiò, vt nec habeat locum, quando iudicium cęptum ex quouis capite esset nullum. Tunc enim idem est, ac si non esset cęptum, cum inualidi actus nullus sit effectus, de Gras. *num.298. & 1242.* Quartò, vt nec habeat locum, quando per partes liti fuisset cessum; tunc enim iudicium dicitur solutũ, & non amplius pendere, idem *n.318. & 1245* Quintò, vt nec habeat locum postquã in causa decisum esset; quia tunc censetur finitum iudicium. Vnde si noua controuersia etiam pendens ex eadem causa emergeret, apud Iudicem Ecclesiasticum esset dirimenda. Secus est si à sententia esset interposita appellatio; quia tunc durat eadem lis, cùm hic sit appellationis effectus, vt per eam fingatur non iudicatum, vel si post sententiam remaneret lis de aliquo articulo, qui simul cum tota causa esset discussus, vel esset inseparabilis ab illa. Tunc enim censeretur omnino accessorius ad causam, ac proinde illius naturam sequi deberet, idem *num.1246.* Sextò, vt non habeat locum, quando lis esset quidem super re hæreditaria, aut eius causa, sed non tangeret Clericum formaliter, quatenus hæres est laici defuncti, eiusque in obligationibus Successor, verùm sub alia ratione, Couarruu. *concl.6.* Addit tandem de Graff. *num.319.* si rei, super qua est lis, laicus defunctus fuerit prædo, restitutionem peti posse à Clerico hærede coram Iudice laico, idque ex auctoritate Baldi *in l. fin. quæst.6. C. de edict. D. Adrian. toll.* & aliorum. Loquitur autem generaliter non distinguens, an lis fuerit cępta, vel secus, ac proinde videtur id fieri posse, etiamsi lis non fuisset cœpta. Sed quia non apparet, quomodo malitia laici defuncti transeat in Clericum, ideo si lis non fuerat instituta, non videtur Clericus trahendus pro ea rapina ad forum laicum, præsertim cum titulus rapinæ criminale iudicium aliquo modo efficiat.

32 At nihilominus constanter tenendum est cum ijs, qui rectissimè volunt, quòd Clericus, hæres laici, non teneatur prosequi coram Iudice sæculari, ne litem quidem contra laicum, cui successit, inceptam, & contestatam, sed sit de nouo super eadem re, vel actione coram Iudice Ecclesiastico conueniendus. Quia siue lis fuerit cępta, & contestata corã Iudice sæculari, siue non, semper eodem modo militat ratio eius exemptionis à Iudice sæculari, cum præuentio Iudicis sæcularis nec tribuat, neque tribuere possit ipsi iurisdictionem aduersus Clericum, nec derogare potestati Ecclesiasticæ. Et quia ex opposita sententia sequeretur inconueniens, quòd scilicet frustra daretur contra Clericum hæredem laici condemnationis sententia. Quandoquidem executioni mandari non possit, nisi per Iudicem Ecclesiasticum, qui cùm non subiaceat eidem Principi, cui subest Iudex laicus, non teneretur, nec cogi posset dictam sententiam exequutioni demandare.

33 Vnde, licèt laicus prædecessor Clerici fuerit præuentus, immò & condemnatus, & sic videatur, quòd idem Iudex laicus debeat executionem facere, non obstante, quòd personę conditio sit mutata, immò & cognoscere propter pręuentionem, ex notatis per Host. *in cap. 1. de oblig. ad ratioc. & d. cap. Postulasti de for. comp. & d. l. Si quis posteaquam ff. de iudic.* Contrarium tamen est probabilius. Quia hìc non est eadem persona præuenta, cùm sint diuersæ personæ debitoris laici, & Clerici. Quare videtur contrasentiendũ, quòd immò Clericus debeat audiri super oppositione sua in foro Ecclesiastico iuxta notata *in auth. Vt omnes obed. Iudic. Prouin. §. Hoc considerantes*, & per Archid. *in cap. 5. de Cler. coniug. in 6.* & per Io. Andr. *in nouell. tit. de duell.* Præsertim quia, cùm contra hæredem fieri debeat executio, oportet præmitti vocationem, & aliquam causæ cognitionem, quam in Clericis Iudex sæcularis non potest præmittere ex adductis per Innoc. *de iudic. c. Quia verò in fin.*

34 Præterea probatur ex textu *in lib. 3. C. de iur. fisci, lib. 10.* vbi Gloss. Bart. & Doct. *& in lege commendent C. vbi caus. fisc.* & vbi Salicet. Ibi enim habetur, quòd emptor, & quilibet creditor fisci, vel qui habet regressum contra fiscum de eius euictione, si conueniatur, & denunciet litem fisco, qui illam in se suscipiat, actor tenetur accusare iudicium, & agere contra fiscum coram Procuratore Cæsaris, idque propter fraudem euitandam, & in honorem Cameræ Cæsareæ. Quam sententiam dicit crebriorem, & magis communem Cagnol. *in l. venditor n. 16. C. de iudic.* Atqui Clericus est æquè priuilegiatus, ac Fiscus, vt alibi probauimus, atque adeo Iudex Clerici etiam est adeundus. Et hinc est, quòd dominus directus nominatus in dominum ab vsufructuario, emphyteuta, & colono, si comparet pro suo interesse, trahit actorem ad forum suum, vt Ecclesia ad Ecclesiasticum, Fiscus ad Procuratorem Cæsaris, ac proprietarius ad suum Iudicem, Cagnol. *in d. l. venditor n. 18. lim. 4.* Boet. *decis. 69. n. 28. & 30.* Rota Lucen. *dec. 34. p. 1.* Rimin. sen. *cons. 344. vol. 3.* Mynsinger. *cons. 47. n. 14. & seq.* Natt. *cons. 324. vol. 2.* Frid. Scot. *cons. 34. col. 2. vol. 1.* Abb. *in cap. fin. n. 28. vt lit. non contestata, & num. 23. & seq.* Rimin iun. *cons. 237. num. 77. vol. 3.* Caualcan. *de vsufr. num. 217.* Idque propter ius, quod habent in re.

35 Ac tandem, quia siue lis sit cœpta, siue non, semper attenditur tempus petitionis, quando agitur contra debitorem, effectum Clericum per Cyn. *in l. nullus C. de iudic.* Bald. *in l. 2. n. 20. & seq. C. de eden.* text. *in cap. Si Clericus laicum, cap. cum sit generale*, & *cap. Diligenti, de for. comp.* & notat Bart. *in d. l. hæres absens sub princ. ff. de iudic.* Dec. *cons. 600. n. 6.* Mar. Socin. *in cap. Si quis Clericus fall. 28. de for. comp.* Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 101. de constit.* & in *cap. Quia G. n. 3. de iud.* facitque ad rem idem Marian. Soc. *in cap. Proposuisti n. 46. & seq. & n. 53. de for. comp.* Purpur. *cons. 77. vol. 1.* Clar. *prac. crim. §. fin. q. 36. col. 3.* Vasquez *lib. 3. §. 22. lim. 17. num. 60. & 70.* Ergo etiam quando agitur contra Clericum hæredem laici.

36 Hanc sententiam præter allegatos docent Glos. *in c. Clericum nullum 11. q. 1.* Abb. Felin. Dec. Imol. Butr. & alij *in c. Quia, de iudic.* Bartolus sibi contrarius, Lancellot. Iacobin. & Curt. iun. *in ea l. hæres absens, ff. de iudic.* Carocc. *inter. de excus. p. 2. q. 57.* Vbi dicit, quòd hæc est vera, & communis opinio, & idem Dec. & Aretin. *in d. cap. Quia* firmant, ab hac opinione in praxi non esse recedendum, Fabr. *decis. 12. de iudic.* Mar. Anton. *lib. 1. resol. 49. num. 2.* Ambrosin. *de immun. cap. 20. num. 45.* Tamburin. *de iur. Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 19. num. 27. & seqq.* Vbi subdit, quòd Clericus, qui coram Iudice laico depositum recepit, non possit à Iudice laico ad illud reddendum cogi, & Clericus coram Iudice laico, si sua interesse putauerit, citatus compareat, neque teneatur stare sententiæ à Iudice laico datæ. Subscribunt Alter. *de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 16. cap. 1. cas. 3.* Bonacin. *de legib. disp. 10. qu. 2. pun. 1. §. 1. num. 25. & in Bull. Cœn. tom. 3. disp. 1. q. 16. pun. 1. numer. 18.* Duard. *in eand. Bull. can. 15. num. 3.* Beller. *par. 1. disquis. Cleric. n. 6.* Molfes. *in consuet. Neapol. par. 2. q. 8.* Squillant. *de priuileg. Cler. cap. 7. dub. 3. num. 58. 75. & 82.* Diana *d. par. 1. tr. 2. resol. 24. & p. 4. tr. 1. resol. 21.* Marth. *de iurisd. p. 1. cent. 1. cas. 34. num. 14.* qui contra Doctores contrariæ sententiæ, & contra Gabriel. Pereir. *de man. Reg. in concordat. Regis Alphonsi III. ar. 4. num. 38.* & Barbosam *in d. l. Si quis posteaquam n. 203.* tenet, non esse de iure, quòd laicus, effectus Clericus, quoad causas ciuiles respondeat in iudicio, vbi priùs citatus fuerat, Anton. de Ripol. *de iurisd. omn. Iudic. cap. 1. num. 192.* qui à fortiori tenet, quòd si Clericus succedens laico possideat rem specialiter hypothecatam, ratione talis hypothecæ conueniri non possit coram Iudice sæculari, & pro eadem stant, qui negant, litem cęptam aduersus laicum coram Iudice laico prosequendam esse coram eodem, etiam ille fiat Clericus, de quo nos alibi. Ac præ cæteris eam sequitur Rot. Romana *in antiq. dec. 5. de for. comp.* & coram Seraph. in Florentina domus post Boer. Couar. & alios 10. Iunij 1595. & in d. Biruntina census 5. Iulij 1649. coram Arguelles, ac declarauit sępius Sacra Congregatio Immunitatis, præsertim in Vmbriaticensi 4. Decembris 1629. & in Nullius 27. Septembris 1632. decernens Clericum, etiamsi sit hæres laici, & lis incœpta, seu contestata fuerit in vita testatoris, conueniri non posse coram Iudice laico. Et seruat Signatura, in qua, vt testatus est in plena audientia Eminentissimus Cardinalis Iulius Sacchettus, fa. me. Vrbanus Octauus anno 1637. declarauit talem Clericum trahere laicum ad Iudicem Ecclesiasticum, & quidem in casu fortiori, in quo scilicet Ecclesia successerat laico, & laicus iamdiu litigauerat coram laico, & nihilominus non obstante causæ instructione coram eo, fuit ita resolutum, & propterea semper posteà fuit auocata causa à sæculari, & commissa Ecclesiastico. Et hoc etiam videtur sensisse Rota *in d. Biruntina* census 5. Iulij 1649. coram Arguelles. Ex quo patet, non esse amplius de hac re dubitandum, falsumque esse, quòd asserit Delbene *d. cap. 7. dub. 6. in fine*, nempe quòd è contra potius oppositum in dies iudicari videatur.

Etsi non negarim, quòd olim, quando Clericus com- 37
parebat, non vti principalis, sed vti accessorius, vel necessarius defensor pro laico conuento aliter seruabatur. Nam tunc ipse quoque debebat coram Iudice sæculari comparere. Ideoque Signatura antiqua, quando laicus conueniebatur super re empta, & Clericus, nominatus venditor ab emptore, volebat in se iudicium suscipere, tanquam defensor, petebat causam auocari à Iudice sæculari, & eam committi Ecclesiastico, fuit aliàs solita iudicare, quòd Clericus accederet ad Iudicem laicum, etiam quòd vellet totum iudicium in se assumere iuxta notata per Glos. Bart. & Bald. *in l. 1. C. vbi in rem act.* Bart. *in l. solutione, ff. de solut.* Abb. *in cap. Quoniam frequenter extr. vt lit. non contest. in cap. fin. extr. de empt. & vend.* Angel. *in l. non solum §. Quod vulgus ff. de vsufr.* Aretin. *in §. Actiones Instit. de act.* licèt ibi dicat, contrarium seruari, Anchar. *in c. Ea, quæ de reg. iur. in 6. & in c. 1. de Cler. coniug. pariter in 6.* & *cons. 33.* Et Soccin. de communi *cons. 91. n. 14. vol. 3.*

Rationes verò in contrarium adductæ haud difficilè soluuntur. Leges enim illæ ciuiles sunt, atque adeo non sunt in præiudicium clericalis priuilegij attendendæ, & multò minus in terminis clausulæ in Bulla Cęnæ Domini expressæ, quæ est, *præter iuris Canonici dispositionem*. Eas tamen benè explicat Martha, tanquam nil suffragantes oppositæ sententiæ, cuius argumenta dissoluit. Cæterùm certum est, quòd mutatio personæ regulariter mutat ius, & forum etiam in realibus, vt in specie per Glos. *in c. Is, qui de regul. iur. in 6.* Bona enim sequuntur priuilegium personæ, *arg. l. Cùm quidem, §. debitores ff. de vsur.* Et sententia, vel instrumentum, quamvis aliàs habeat executioné paratam, hoc tamen intelligitur contra nominatos in sententia, vel instrumento, secus si agatur contra tertios possessores. Quia tunc requiritur citatio partis, & causæ cognitio.

Quod absque dubio procedit, si sit singularis successor, 38
etiam rei litigiosæ; si verò sit vniuersalis successor, & hæres, tunc requiritur etiam citatio, & causæ cognitio, sed non tanta. Sufficit enim citatio, & cognitio ad probandum, illum esse hæredem, deinde fit executio, vt per Franc. *in cap. ex ratione n. 92. & seq. extr. de appell.* Et licèt hæres, & defunctus censeatur vna, & eadem persona in tantùm, vt instantia cœpta contra defunctum transeat ad hæredem, *l. si eum hominem, ff. de fideiuss.* & similiter obligatio defuncti transeat ad hæredem, *l. 1. C. vt actio ad hæred. & contra hæred.* Et hæres possit conueniri coram Iudice defuncti, *d. l. hæres absens, ff. de iudic.*

Hoc

Hoc tamen fallit in Clerico hærede. Quia executio sententiæ contra defunctum non potest fieri contra heredem, nisi eocitato, & probato, quòd sit hæres. Quod quidem fieri debet coram Iudice Ecclesiastico. Et hinc nunquam datur executio contra bona, & personam propriam hæredis, nisi facta simili probatione.

39 Nec cauté subijcitur, quòd successores eiusdem conditionis sint omnino, cuius principales personæ. Nam regulariter id falsum est in successoribus singularibus, solumque hæres vniuersalis censetur eadem persona cum defuncto, *vt in auth. de iureiur. à mor. præst. in princ. l. stipulatio ista habere, ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. vn. C. de act. empt. & in l. 2. sub princ. ff. de hered. vel act. vend.* Præterea id verum, quando hæres non est priuilegiatus, quemadmodum est Fiscus, & Clericus. Illud autem rectissimè, quòd sicuti hæreditas paterna, postquam acquisita est filio, non consideratur amplius, tanquam hęreditas paterna, sed tanquam hæreditas adeuntis, *§. 1. instit. de hæred. qual. & diff. 1. Sed & si plures §. filio, de vulg. & l. quo Titij, ff. de his, qui, vt indign.* cum aliis, quos adducit Barbos. *in l. post dotem n. 70. ff. sol. matr.* & cumulauit Fontanel. *in t. de pact. nupt. clau. 4 glos. 24. n. 65. & in 2. to. clau. 9. glos. vn. p. 1. n. 76.* & etiam Molin. *de rit. nupt. lib. 3. quæst. 92. ex numer. 16.* Quia cum per aditionem confusa sint bona vndecunque peruenerint, & vnum filij patrimonium effecta, sequitur non esse attendendam, nisi personam ipsius filij: ita etiam hæreditas laici postquam acquisita est Clerico. Quippe hæreditas post aditionem dicitur proprium hæredis patrimonium, vt notatur *in l. 1. §. Veteres de acquir. poss.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 16. num. 1.* & eleganter *cons. 516. n. 11.* ac proinde omnino exemptum à foro laicali, cuius iurisdictionem Clericus nullo pacto prorogare potest per rationem expressam *in cap. Significasti, & in cap. diligenti, §. fin. de for. comp.* Glos. *ibid. v. manif. sta*, Panormit. similiter *n. 1. in fin. & in c. Placuit 11. q. 1.* nimirum, quia tale priuilegium fori non est personale, sed toti ordini Ecclesiastico publicè indultum. Iuri enim publico pactis priuatorum non derogatur, *text. in l. ius publicum ff. de pact.* cum similibus. Sic neque Vasallus potest in alterius iurisdictionem expresse, vel tacitè inuito domino, consentire. Quod si fecerit, prorogatio nullius est præiudicij, sed dominus eum auocare rectè poterit per textum *in cap. Imperialem, §. Præterea si inter. & ibid.* Glos. *v. duos de prohib. feud. alien. per Freder.* Afflict. *pulchrè ibid. n. 23. cum seq.* Bart. *in l. 1. §. & post operis n. 7. ff. de nou. oper. nunc.* Ias. *ibid. n. 11. in fin.* Bald. *in l. Si quis in conscribendum n. 2. C. de pact.* quamvis fallat in multis casibus, quos notat Felin *in c. Cæterum n. 6. cum seq. de iudic.* Socin. *in tr. regul. v. Iurisdictio*, Curt. *iun. de feud. par. 7. q. 5. n. 19* & nos alibi. Nam ipsius eximentis interest, ne subditus suus ab alio iudicetur, neve talem iurisdictionem amittat. Dum enim ab alijs Iudicibus eum eximit, eo ipso suæ iurisdictioni immediatè subijcit, Panorm. *in cap. Cum tempore, de arbitr. num. 2. & ibid.* communiter Canonistæ, quia priuatio præsupponit habitum, *text. in l. Deum, ff. de verb. oblig. & in l. 3. §. 1. ff. de cap. min.*

40 Quare quoties quæritur de renunciatione, vel prorogatione fori, an valeat, distinguendum est, vtrùm lex, vel Princeps disponat de foro fauore superioris, an autem mera consideratione priuatorum. Primo casu renunciatio, & prorogatio iurisdictionis fieri nequit absque consensu Superioris, vt in exemptis, vasallis, Clericis. Altero vero casu valet renunciatio. Et ita intelligenda est *d. l. Si quis in conscribendo, C. de pact.* & iura, quæ de prorogatione partiū loquuntur, atque in contractu adducta sunt. Regulariter enim iuri in suum, & alterius fauorē introducto nemo renunciare potest, secus si de vnius fauore tantū agatur, Bald. *in d. l. Si quis in conscribendo*, Fab. & alij Doctores communiter *ibid.* Porrò in quibus casibus renūciatio non valeat, vide plenè Felin. *in d. cap. Si diligentis, de for. comp.*

41 Potest igitur Clericus hæres laici, si viderit, Iudicem laicum nolle desistere, & irritare actum, aut processum, recurrere ad suum Iudicem Ecclesiasticum, etiam spreta citatione iudicis sæcularis, & instare, vt declaret processum nullum, actorem laicum amittere causam, teneri ad damna, & interesse, ac vt inhibeat Iudici sæculari, ne se intromittat in huiusmodi causa sub pœnis pecuniarijs, & censuris, & sic euitare iudicium sęculare, vt per Alex. *cons. 103. n. 5. vol. 5.* & Purput. *cons. 26. num. 3. vol. 1.* & Doctores *in d. cap. Si diligens, de for. comp.* ac Rom. *cons. 412. numer. 2.* quod est attentè notandum pro Clericis, & locis pijs, vt habita citatione à Iudice sæculari, illicò adeant pro responsione suum Iudicem Ecclesiasticum, vt is prouideat, ne trahantur ad forum sæcularem.

CONSVLTATIO XII.

De præcedentia generatim. Item de modis componendi illius controuersias, quæ, vt ait S. Concil. Trid. sess. 25. c. 13. de Regul. persæpè maximo cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quàm Regulares. Vbi etiam de præcedentia Legatorum Regum, Principumve non pauca, solida, vtilia, curiosa.

ET hæc quidem quæstio omnium cautissimè tractanda est; si quidem Magnatibus innatum scimus circa honoris sui prærogatiuas scrupulosè versari, nec vllius rei iacturam grauius, quàm eiusdem imminutionem patiantur. Quod Dux, nescio, quis à Carolo VII. Galliarum Rege interrogatus, quanam ratione à fidelitate tot esperimentis actenus sibi perspecta adduci posset, ostendere hac responsione voluit, si vel semel contumeliosè aliquid in me diseris, vel feceris. Et esemplo suo Andreas Doria, maris Præfectus demonstrauit, qui à Francisco Primo, Rege Galliæ, quòd verbo parùm honorifico ipsum exceperat, ad Carolum V. Imperatorem transiuit. Carolus quoque Borbonius ob demādatam primę aciei curam Alemonio, quam sibi deberi dicebat, ad eundē Imperatorē defecit, Iouius *lib. 2. hist.* Ideo cùm inter Anglos, & Hispanos Bolonię anno 1598. pacis tractatio susciperetur, prima hæc de sessione quæstio, & vltima, in qua incępta, & finita fuit tractatio; nam cùm Angli nollent cedere Hispanis, infecto negotio discessū fuit, nec repertus quisquā est, qui æquum esse iudicaret, vt pax quæreretur tanto cū incommodo sui Domini. Dici quidē solet, supremā legem esse salutem populi; verùm respectus Principis, & ordo, quo alijs præferri debet, est in perpetuum immutabilis. Ex legibus alię sunt mortales, alię immortales. Illæ durationē suā ex tempore sumunt. Has necessitas ipsa sēper durabiles reddit propter perpetuū commodū, quod in earū obseruatione reperitur, vt ait Lucius Valerius in oratione contra legem Oppiam: *In conditione legum immortalium est ius præsessionis.* Nam qui patitur diminutionē, est indignus incremento, inquit Petrus Matth. *lib. 1. narrat. vit. n. 14. in vit. Henr. IV. Reg. Gall.* 1

Enimverò, & in sedendo honorum quidam gradus sunt, & quasi prærogatiuæ. Generali quidē lege, ait Frederic. de Marselaer. *lib. 2. de Legat. dissert. 32.* vel potius consuetudine receptum est, vt idem omnino honor Legatis exhibeatur, qui ijs, à quibus missi sunt, si præsentes essent, deberetur, idem, inquam, ordine. Quapropter, contentione forsan de loco nata, asserere animosè debet Legatus prærogatiuam sui Principis, & fugere potius congressum, quàm ad sinistram, vel inferius sedere, aut subscribere, ni faciat, plurimum Principi suo detracturus, ipse velut homo nihil habendus. Quod si absentia commodè excusari non possit, velum ægritudo dabit, cui nemo iure succenseat. Legati Cæsaris, item Regum Hispaniæ, & Galliæ, nec nō Bauariæ Ducis, subducunt se potius inuidiosis congressibus, quàm inuicem concedant, quòd deinceps in sequelam trahi possit. Pluris enim apud Principem dignitatis possessio fit, quàm cęterarum rerum, quæ dignitati ancillantur. 2

Ideo Arsaces, Parthorum Rex Orobazum Legatum suum capite plecti curauit, quia Syllæ sedendo cessisset. Demagoras Athenis punitus fuit; quia Persarum Regi more non patrio cultum exhibuisset. Et nuperus quidam Legatus voti compos vbi redijsset, grauiter tamen à Republica sua redargutus fuit, quia externum Principem sublimioribus titulis supra meritum compellasset. Turcarum Imperiū, regente Amurate, plures ab omnibus penè orbis Regibus, ac Rebuspublicis excipiebat Legatos. Imperator Turca solemni festiuitate circumcisionem primogeniti sui eo tēpore celebrauit, & Legatum quidem Persiæ ad primum, Hispaniæ ad proximum puluinar inui- 3

tari iussit, reliquos deinceps, quòd illius fortè Principem, vtpotè viciniorem, magis formidaret, huius potentiam maiorem reliquis existimaret. Quo animaduerso, Legatus Galliæ solemnibus ioteresse noluit, ne cessisse videretur, Hispaniæ verò à non nemine stilo pungitur, quia vel vni locum dedit. In Concilio Basiliensi acrem controuersiam extitisse accepimus de sellis, & sedilibus Legatorum.

4 Aliquando robustiùs etiam, quàm sermocinatione super ista honoris eminentia contenderunt Legati. Ad Conciliũ Constantiense à Ioanne Rege Castellæ Legati missi erant Didacus Archiepiscopus Hispalẽsis, & Didacus Ferdinandus de Cordoua: missus & ab Anglię Rege, nescio, quis eadem dignitate. Contentio orta est in æde Sacra, ille an hic præcederet. Anglus in digniorẽ sedẽ primus inuolauit, atq; inde velut è tribunali de iure, Regi suo debito, sententiosè scilicet, quasi viuæ vocis oraculo statuebat. Archiepiscopus loco exclusus, non verbis, sed viribus agendum ratus, quibus præualebat, agere causã, quàm dicere maluit, & ius, quod iam pedibus aduersarius præuerterat, & occuparat, brachijs vindicare. Accedẽs igitur, sic gesta res fuit, hominemque comprehendens è sede sublimem sustulit frustra renitentem, & progressus ad latus Templi, vbi fortè fortuna sepulchri tumba patebat, deposuit. Tum ad suos reuersus, locũque ingressus; fiat vis vi, inquit. Viuus ille sepultus est, non iam sedere, iacere poterit; ego boni Cleri, & Legati officio functus sum. Armis quoque gentilitijs Archiepiscopi addita fuerũt ea insignia, quæ cęnotaphio isti insculpta extabant, vt eo velut insigni designati facinoris charactere nobilitas, & memoria perennaret, eademque hęc insignia cõspicere est io vestibulo Collegij, quod dignissimus Præsul Salamanticæ publico Religionis bono extruxit.

5 Simile in Ioanne de Sylua, primo Comite Fõtano, Ioannis II. Regis Castellæ Legato. Dum à loco, quem Legatus Aogliç prçoccupauerat, arceri se videret, luculenta oratione ius sibi debitum disputauit. Sed quid? Quoniam frustra se verbis contendere sensit, litigio robur adiunxit, & exacto è sede antagonista, loci dignitatem sibi asseruit. Commota concione, cùm de violentia plures conquererentur, tranquillus ipse: *Quando*, inquit, *suprema auctoritatis ius, & ratio vim patitur, nec manibus animus deesse potest, nec animo manus*. In consessu Synodi Tridentinæ, dum Galliæ, & Hispaniæ Reges veteri disceptatione, cui potior locus deberetur, feruenter contenderent, & Gallorum Legatus, Toparcha de Lansacq in proximũ Pontifici locum, velut in possessionẽ irrueret, non insano stratagemate Mendoza Hispanus non abscessit, ne iuri diffidens, aut humilior id facere videretur, nec cessit tamen, sed exaduersum Pontifici in medio Consistorij grata solertia, & quadam maiestate consedit. Quid enim? Si quis Rex adfuisset, hìc locus ei proprius videbatur, ab ipsis nimirum Legatis secretus, & distinctus. Rursum inter Hispaniæ, & Galliæ Legatos grauis anno 1564. Romæ mota est quæstio, vter, dum comitarentur supplicationem Pentecostes, præcederet? quis fimbriã Pontificiæ togę subleuaret? Quis prior, quis item à dextris pacis osculum exciperet? incensa, seu thus baberet? Pontifex pręrogatiuam Gallo pollicitus dicebatur. Fr. Ludouicus Granatensis suggerebat, vt duo thuribula, duo item concordiæ signa deferrentur. Item Cardinales, Borromęus à parte Hispanorũ, Ferrariensis à parte Gallorum stabat, vtrinque æmulis, & fautoribus non leuibus. Legatorum quisque coram Pontifice sui Regis potentiam, titulos, auctoritatem, ditionum copiam, fidei constantiam, & protectionem, Regni antiquitatem magnificè extollebat, nec non protestationes implacabilis offensæ, & portentosæ iniustitiæ, & ingratitudinis solemniter celebratæ fuere, si quid Pontifex Regiæ dignitati detractum iret, additæ prætereà minæ, in manus rumpendæ. Inde scripsit Cardinalis Vitellius, & Ecclesiæ; & vtriusque Regum bono factum esse, vt quæstio tum manserit indeterminata.

6 Apud Rhętos Gallicus Legatus Hispaniæ Regis Legato primi loci honorem præripere conanti, gladium intentauit, sed locus, & tempus, quippe processio publica erat, & totius anni solemnissima, Hispanum à malo conseruarunt, non ita animus metu liberauerat. Alter, ne latum quidem vnguem cedere voluit. Cùmque in Concilio Tridentino Hispanici Gallicis Legatis præferrentur, hi discesserunt, & in Aula Maaimiliani II. Imperatoris idem honos Hispanicis attributus esset, Thuan. *lib. 49. hist.* hæc tam insignis iniuria visa est Colimio Admiralio Galliæ in edito suo scripto ad Carolum IX. Regem Galliarum, vt inter cętera bellum propter eam Philippo II. Regi Hispaniarũ inferri posse existimauerit, Thuan. *d. lib.* 49. Atque vt horũ duorum Regum contentionẽ Iacobus Rex Angliç declinaret anno 1604. in ingressu suo in Vrbem Londinensem Legatos ad solemnem actum non vocat, atque vtrique loca ad prospiciendum commoda designat. Proculdubio, vel Hispanus Orator morbum simulasset, vel Gallus si eò alter euocatus fuisset. Plerumque enim sic fieri solet, ne, qui primas cupit, de ordine, atque loco eum pari certare cogatur, idque Vigilio in quinto Concilio profuit, cùm Eutichius Patriarca Bysantini Antistitis locum teneret. Sic quoque Regis Angliæ Legatus in Coronatione Caroli V. sicut & Nuncius Apostolicus põpæ adesse non sustinuerunt. Cuius rei cautè gnarus Fridericus I. Imperator super controuersia Coloniensis, & Fuldensis interpellatus, prudenter respondit: veteres approbamus, vt tenemur, Imperij consuetudines, quo circa maior, an minor æquo discrimine est, Crantz. *cap.* 46. Quare pro loco Imperatori debito retinendo rectè Dauid Vngnadius, Baro, Legatus Constantinopoli discessurus, Sultanoque valedicturus, cùm à Persico Legato sibi primum locum præreptũ cerneret, eo insalutato discedere voluit, & debuit, nisi Mahemetes Bassà, qui eam rem animaduerterat, Persam inferiori loco sedere iussisset, Ioann. Leunclau. *in supplem. annal. Ottoman.* Imperator enim noster Rege Persarum maior est, Legatus ergo eiusdẽ locum honoratiorẽ Domino suo interuerti iure impediuit, cumque Maiestatis, præeminentiæque intuitu, Legato Cæsaris hoc quoque in Aula Turcica dari soleat, vt sedendo, aliorũ Regum, & Principum Legati stando mandata sua exponere soleant. Rectè quoque Caroli V. Imperatoris Legatus cùm ad exponenda mandata accitus aliquandiù stetisset, neq; considere iussus fuisset, pallio, quod habebat, substrato insedit, & mandata sui Principis intrepidè exposuit, mox consurgens pallium, quod substrauerat, reliquit, interrogatus à Turcis, cur id faceret, Cæsaris Legatum sellam sibi portare non solere, falsè respondit, Vaesuic. *in orat. de Legat. & legation.*

Memorabile è veteri historia de Frisiorũ Legatis exemplum est. Hi cum Romam ad Neronem missi essent, iamque Pompei Theatrum ingressi prohiberentur sedilia Senatorũ conscendere, & tamen obseruassent, quosdam externo cultu indutos inter Senatores in Orchestra sedere, percunctati sunt, quinã illi essent, vtque responsum, id honoris exhiberi earũ gentium Legatis, quæ virtute, & amicitia Populi Romani præcellerent; nullos mortalium aut armis, aut fide ante Germanos esse, alta voce testati sunt, digressique inter Patres consedere. Quo facto delectatus Nero, quasi virtutem, atque indolem totius gentis in Legatis admiratus, & amans, ambos ciuitate donauit. 7

Obseruatũ est antiquitus, vt Imperio, opibus, & viribus minor maiori concederet. Titus Quintius, Consul Romanus, quia pacis leges Philippo Regi Macedoniæ dabat, vt ventum est ad colloquiũ, rogatu Regis dicere cœpit. Quo liquet, ipsum Regem haud pari auctoritatis gradu constituisse cum Consule, Imperatore exercitus Romani, sed suam Maiestatem huius amplitudini submisisse. Ita & Perseus eiusdem Philippi filius, congressus cum Legatis Populi Principis, ijsdem nonnihil tribuit. Nam postquã in conspectu (hæc verba Liuij) dirimente amne, paulisper internunciando cunctatio fuit, vtri transgrederentur, aliquid illi Regiæ Maiestati, aliquid hi Populi Romani nomini, cùm præsertim Perseus petijsset colloquium, existimabant deberi. Ioco tandem Martius cunctantes mouit, minor, inquit, ad maiorem, filius ad patrem transeat. Quo quidem laconismo facilè persuasum est Regi. Aliud deinde ambigebatur, cum quàm multis transiret. Rex cum omni equitatu transire æquum censebat. Legati dumtaxat cum tribus venire iubebant, vel si tantum agmen traduceret, obsides daret, nihil fraudis fore in alloquio. Hippiam, & Pantaucum, Principes amicorum, obsides dedit; nec tam in pignus fidei, vel securitatis desiderati obsides erant, quàm vt appareret socijs, nequaquam ex dignitate pari congredi Regem cum Legatis. Hæc Liuius. Atque ibidem notare est, ioco 8

non

non longè accerfito, fed è re nato, comiter affertam, immò fublimatam effe maieftatem Imperij. Legati itaque potentiorum Principum videntur ex æquo, & tanquam pares cum imbecillioribus congredi, ad quos miffi funt, adeo quidem, vt quoties in eadem Aula Principes inferioris fortunæ, fine potentiæ funt, aliunde aduenæ, cum ijs ferè de loco oriatur contentio.

9 Et certè quicunque Principes validiorum opera magnoperè indigent, in hanc fubmiffionis, atque modeftiæ partem, quàm in illam confidentiæ, atque arrogantiæ inclinate nonnunquam malunt, ne dum ob inanem honorum florem litigant, fructum tranquillitatis, & incolumitatis publicæ emarcefcere patiantur. Quid tamen? Verendum femper, ne proiectus Principis, aut Legati animus contumelię fit opportunus. Magnum alioqui difcrimen collocandum eft inter rem ipfam, eiufque fimulacrum, inter Principem ipfum, & eum, qui maieftatem limitato in negotio ad tempus repræfentat. Vnde quemadmodum Legatus fe, & condirionem fuam, ita Princeps fe, & fuam expendet. Ille, vt fciat fe cum Principe agere, hic, vt cum Legato. Ille ne nimium featrollat, hic ne nimium fe deprimat. Legatus fi fe Principi parem putat, immodeftus fit. Princeps fi fe Legato, vilitatem admittit. Quæftionem verò illam, quis potentiffimorum Regum, Principumve, vel eorundem Legatorum in publicis congreffibus, Concilijsve potiori honore haberi debeat, indecifam relinquimus, quippe cuius determinatio non à cuiufquam iudicio, aut coniectura, fed à cufpide gladij, à præfenti, inquam, potentia, tuum à gratia eius, qui legationem admittit, mulrum dependeat.

10 Ad conferuandam igitur ftatus, & perfonarum in Republica amicitiam, non minima erit adhibenda folicitudo in euitanda confufione, quę leui ex caufa obrepere in multitudine folet, nifi ordine difponatur debito, vt quifque quæ fibi conueniant, & debeantur agnofcat, & alienorum fe immifceat minifterio, cedat fponte cui cedendum erit, & pertinaciter indebitum fibi honorem non vfurpet. Ordo eft congrua aliquorum proportio fecundùm prius, & pofterius, vel ratione, vel actu, Ariftot. 8. *phyf. text.* 14. Philo *de mundi opif.*

11 Quare in Principum feffionibus feries publica turbanda non eft, *l. vlt. C. de primic.* vt mitius quoque, quàm ab aliquibus fiat de Principum Chriftianorum concertationibus, feffionum intuitu fentiendum fit. Nam cùm nobiliffimi illi fint, & non ambitu de prerogatiua ordinis, fed vt cuique dignitas familiæ fuæ falua fit, difputent, iniurias vtique in fe faceret, qui poft habita dignitatis ratione, minori cedere vellet, quòd nec confuetudine, quę omnium tamen rerum domina effe perhibetur, Gell. *lib.* 12. *noct. Attic. c.* 13. induci poteft.

12 Multò minus eos, qui Ecclefiafticis Principibus feffionis quæftionem indignam effe autumnant, audiri velim. Nam, & fi illi hoc Saluatoris noftri: *qui fe exaltat humiliabitur, & qui fe humiliat exaltabitur*, Luc. 14. 18. Matth. 20. & infuper ex Lactantio *lib. 5. inftit. cap.* 16. fequentia adferant, in hac fæculari vita, quoniam breuia, & caduca funt omnia, & præferunt fe alteris homines, & de dignitate contendunt, quo nihil fœdius, nihil arrogantius, & nihil à fapientis ratione remotius eft. Rebus enim Cœleftibus contraria funt ifta vniuerfa terrena. Sicut enim fapientia hominum, fumma ftultitia eft apud Deum, ftultitia autem fumma fapientia eft; fic Deo humilis, & abiectus eft, qui fuerit confpicuus, & fublimis in terra. Hinc ethnicus Chilo Æfopo quærenti, quidnam Iuppiter ageret, refpondit: Alta humiliat, humilia verò exaltat, Laert. *de vit. philof.*

13 Attamen hæc, & quæ in partem eam difputari alia poffunt, oftendunt, eos quidem grauiter errare, qui indebitum fibi vendicant locum, quos Apoftolus ad *Philip.* 2. *v.* 3. compefcere ftudet; nihil per contentionem, ait neque per inanem gloriam, fed in humilitate fuperiores fibi inuicem arbitrantes. Fruftra, ait Leo Papa *in fer. de nat. Dom.* appellamur Chriftiani, fi imitatores non fuerimus Chrifti, qui ideo fe viam effe dixit, vt conuerfatio Magiftri fieret forma difcipuli, vt eam humilitatem eligat feruus, quam fecutus eft Dominus eius, qui fuit Chriftus. At qui fuum fibi locum conferuari expetit, nihil ille indignum Chriftiano homine, non minus, quàm vbi res fuas fibi adfertum cupit, agit, ordinem enim illum loci, quem Deus, & fupremus Magiftratus, vt auctores, & conferuatores ordinis ipfi attribuerunt, contra contentiofos tuetur. Nulla iuftitia eft, ait Auguftinus *in lib. quæft. Genef. q.* 153. vt maior feruiat minori, *can. Eft ordo* 33. *q.* 5. & Gregorius in terminis noftris eleganter *ad hoc, difpenfationis diuinæ prouifio*, inquit, *gradus diuerfos, & ordines conftituit, effe diftinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuerfitate contextio, & rectè officiorum gereretur adminiftratio fingulorum. Neque enim Vniuerfitas alia poterat ratione fubfiftere, nifi huiufmodi magnus eam differentia ordo feruaret. Quia verò quæque creatura in vna, eademque qualitate gubernari, vel viuere non poteft, cæleftium militiarum exemplar nos inftruit; quia dum funt Angeli, & funt Archangeli, liquet quia non funt æquales, fed in poteftate, & ordine, ficut noftis, differt alter ab altero, d.* 89. *c. fin.* Ex quo textu hæ duæ fequelæ confurgunt. Nulla Refpublica fine ordine ftare poteft. Ergo qui turbat ordinem, Rempublicam, quantum in fe eft, turbat; qui verò ordinem fuum tuetur, Rempublicam, quantum in fe eft, defendit. Secunda. Ordinem in humanis Deo acceptum effe, Angelorum, Archangelorũ monftrat exemplo, qui non funt æquales, fed in ordine, & poteftate alter ab altero differt. Similia prodit D. Bernardus *de Confid. lib.* 3. *c.* 10. vbi ordinũ diftinctiones, quæ in Ecclefia funt non temerè confundendas docet, terminofque à Patribus pofitos minimè perturbandos effe, vt omnia debitè, ordinatèque fiant, finguli que in fuis rectè cõtineantur officijs, fuifque, vt par eft, fubdantur fuperioribus. Sacrilegij porro inftar habetur indignum reputare, quem Princeps dignum exiftimauerit, *l. 3. de crim. facril. lib. 9. C. l. 5. C. de diu. refcrip.* Caffiod. *lib. var. ep.* 43. *& lib. 4. ep.* 3. Daniel. *c. 2. v.* 48. Efther. *c. 6. v.* 8. Genef. 41. *v.* 41. Quapropter rectè, atque appofitè Menoch. *conf.* 51. *num.* 3. *vol.* 1. Qui non ambitu, & fuperbia, ait, de ordinis obferuatione contendunt, laudem merentur. Nam ij nihil aliud mihi agere videntur, quàm, vt à Deo ordinata, & rectè conftabilita tueantur, ita pariter ij naturam defendunt humanam, quæ, vt auctor eft Iuftinian. *in cap. Ordinationem nouel. de monach.* neque omnes per ordinem inter fummos, neque rurfus omnes inter nouiffimos conftituit. Iura quoque ij Pontificia, atque Cæfarea obferuare iuftè ftudent; fiquidem ius pontificium ftatuit ordinum dignitatem, & gradus fore obferuandos, *cap. folitæ, de maior. & obed. cap. vt debitus, de appell. cap. Ex ore, de priuil.* ita etiam ius Cæfareum ftatuiffe videmus, *l. honor, § gerendorum, l. vt gradatim, ff. de mun. & honor. tot. tit. C. vt dignit. ord. feruet. lib.* 12.

14 Egemus enim ordine diftincto in multis, fed potiffimùm in publicis negotijs, in deferendis honoribus, *d. l. vt gradatim, ff. de mun. & hon. l. dignitatum ordo, C. vt dign. ord.* in difponendis cœtibus publicis, immò & priuatis, in dicenda fententia, & prælatione. Ecclefiaftica difciplina in hoc conftans extitit, in qua à Clericatu vfque ad fummum Pontificatum ordines difpofiti funt, & fine controuerfia obferuati, vt qui in inferioribus funt femper maioribus cedant, *c. 2. Subdiacono* 95. *d. c. Cleros* 21. *d.* Et inter eiufdem ordinis ordinatos, ipfe prior, & maior habetur, qui priùs fuerit ordinatus, *cap. 1. de maior. & obed. c. Epifcoporum* 74. *d. cap. fin.* 75. *d.* Chaffan. *in catal. glor. mund. p.* 12. *confid.* 99. &, cœteris paribus, qui prior eft tempore, dicitur potior iure, *cap. qui prior, de reg. iur. in 6. cap. fi pro te, cap. tibi, qui gratiam, de refcript. eod. lib. & l. potior, ff. qui pot. in pign. cum fimul.*

15 Iurifconfulti, & Principes conftituerunt alium ordinem inter laicos, & fubditos, vel ex lege, vel ex dignitate, vt Vlpianus refpondit his verbis *in l. 1. ff. de alb. fcrib. Decuriones in albo, feu matricula ita fcriptos effe oportet, vt lege municipali præcipitur. Sed fi lex ceffat, tunc dignitates erunt fpectandæ, vt fcribantur eo ordine, quo quifque eorum maximo honore in municipio functus eft, puta qui Duumviratum gefferunt, fi hic honor præcellat, & inter Duumvirales antiquiffimus quifque, prior* 15. *Deinde hi, qui fecundo poft Duumviratum honore in Republica functi funt. Poft eos, qui tertio, & deinceps; mox hi, qui nullo honore functi funt, prout quifque*

eorum in ordinem venit. In sententijs quoque dicendis idem ordo obseruandus est, quem in albo scribendo diximus. Verùm ex Vlpiano *in l. fin. eod. tit.* in albo decurionum in municipio nomina ante scribi oportet eorum, qui dignitates Principis iudicio consequuti sunt, posteà eorum, qui tantùm municipalibus bonoribus functi sunt.

16 Atque Theodosius, & Valentinianus, *Omnes*, inquiunt *in l. 2. C. vt dignitatum ordo seruetur lib. 12. priuilegia dignitatum hoc ordine seruanda cognoscant, vt in primo loco habeantur, qui in actu positis illustres peregerint administrationes. Secundò veniant vacantes (id est qui administrauerint) qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum meruerint. Tertium verò ordinem eorum prospicimus, quibus absentibus cingulum illustris mittitur dignitatis. Quartum honorariorum, qui præsentes à nostro Numine sine cingulo codicillis tantùm honorariæ dignitatis adepti sunt. Quintum eorum, quibus absentibus similiter sine cingulo mittuntur illustris insignia dignitatis. Sed administratores quidem etiam comites rei priuatæ vacantibus omnibus honorarijs credimus præponendos, sed eos vacantes illis honorarijs, qui similem adepti sunt dignitatem; vt præfectorius quæstorio, non quæstorius præfectorio præponatur; parique modo quæstorius quæstorio. Non vacans Comes thesaurorum, vel comes rei priuatæ honorario quæstorio, vel magistro officiorum præferatur. Et inter administratores illos etiam annumerari decernimus, quibus illustribus in sacro nostro Concistorio cinctis, aliquid ordinariæ dignitatis, vel ante commisimus, vel posteà committemus peragendum.* Statuerunt insuper *l. 1. eod. tit.* vt si quis indebitum locum sibi vsurpauerit, nulla se ignorantia defendat, sitque planè sacrilegij reus, qui diuina præcepta neglexerit.

17 Gradus porrò dignitatis videtur ex qualitate eius distinguere alibi Glos. *in §. Nouel. 7 t.* ad verba post magnificentissimos, *sit vt ab illustr. & qui sup. eam dignit.* Ius magistratũ, & potestarum, vt super illustres sint maiores, posteà illustres, vt erat Præfectus Orientis, & Illyrici, & Vrbis Romę, spectabiles post illustres, vt Proconsules, & Pręfectus Ægypti, seu Augustalis; posteà minores, vt clarissimi Præsides Prouinciarum. Minimi, vt pedanei, qui tamen Ordinarij sunt, vt defensores ciuitatum, & municipiorum, & de minimis iudicant causis. Fuerunt quoque nobiliũ habentium feuda subordinati gradus, Dux, Marchio, Comes, Baro, Capitaneus, Vasallus. Qua de re videndus Tholosan. *lib. 6. syntag. c. 7. 8. 9. &* 10. Appianus verò *lib. 1. bell. ciuil.* dum de funere agit Syllæ, refert pompæ, & populi ordinationem eius temporis in democratia seruatum: *armati milites ducebant corpus*, inquit *sacerdotes etiam, Vestalesque suo quisque ordine, tum Senatus vniuersus, & Magistratus cum suis insignibus; deinde Equitum Romanorum alia multitudo, rursumque alia militũ quotquot illius auspicia sequuti fuerãt.* Et Gregorius Primus post obitum Pelagij summi Pontificis pro placando Deo in magna pestis lue, in processione litaniarum, seu supplicatione publica instituta vniuersum populum per septem classes distribuit, eoque ordine incedebant, vt in primo ordine essent Clerici, in secundo Religiosi, in tertio Sanctimoniales, in quarto pueri, in quinto laici perfectæ ætatis, in sexto Viduæ, & continentes, in septimo Coniugati, Gulielm. Durand. *lib. 6. rat. diu. offic. c. 102.*

18 Non potest alioquin certa dari regula de prælatione personarum, quanquam verissimũ sit, vt is, qui melioribus, & prestantioribus vacat, dignior & honorabilior haberi debeat. Etenim non æquè de dignis operibus, aut honore iudicant homines, qui sæpius dignius, & honorabilius existimant vtilius. Quo fit, vt tempore pacis togati, & Magistratus præferantur togatis, & nobilibus in multis; at tempore belli contra. Quia quod vim habet, est vtilius, & magis honoratur. Eodem modo in Republica populari dirior præponitur sapienti, & qui eam artem exercet, qua magis putatur iuuari præsens Reipublicæ negotium, præstantior habetur. Regulariter tamen vbi nobiles distinguuntur, illi plebeis præferuntur; inter plebeios, vrbanus rustico. Verùm dignitatis potissimum ordo peti, ni fallor, debet, vel ex eo, quòd is, qui iubere potest statuit, quod certè est expeditissimum; vel si sine lege metienda est dignitas, in officijs poterit esse pro regula, vt quò quis præest melioribus, & pluribus, is præferendus sit in gradu inferioribus, quia maior, *auth. de defens. ciuit. §. Hos igitur.* Dehinc quò quis accedit propius ei, à quo dignitates procedunt, & præstantior illis, qui magis recedunt haberi debeat. Quod ex diuinis, & humanis potest colligi. Si quidem Angelorum ordines prelatione potiores sunt quò magis Deo accedunt, & remotiores dicuntur vltimi, nisi si qua delegatione extraordinaria à Deo deligantur, in qua maiores habentur, vt Deũ immediatè in ea repręsentantes. Sic in sole, & igne quò quisque propius accedit, eò magis illustratur, & calorem maiorem sentit.

In terra, quia Summus Pontifex, Imperator, Rex, Princeps, non cognoscens superiorem, sunt veluti fontes dignitatum, & honoris inter subditos, sic qui eis sunt proximiores, immediatè eius ministeria exercent, habentur meritò digniores, & eò magis, quoad latus eius viuunt, vel maiora sibi concessa sunt. Sic in summo Pontifice Cardinales proximi, deinde quatuor Patriarchæ iuxta eorum constitutum ordinem, posteà Primates, ab eis proximi, Archiepiscopi, subinde Episcopi, Parochi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Clerici, Monachi, obseruatis rursus gradibus in singulis ordinibus, vel Ecclesiarum, vel Ciuitatum, vel titulorum, quibus præficiuntur, vel antiquitate receptionis in Ordinem. Et, quanquam num Cardinales præferendi sint Patriarchis, Tholosanus *lib. 15. syntag. cap. 4.* disputet, & saluo meliori iudicio Patriarchas secundos post sedem Pontificalem donatos dignitate, & præferentia arbitratur; nos verò Cardinales, & dignitate, & meritis illos superare asserimus. Quę enim maior, vel sublimior dignitatis amplitudo illis deferri potuit, quàm præ cæteris dignos censeri, quorum humeris Ecclesiæ Catholicę Romanæ gubernium committeretur? Merita quod attinet, certum est, quòd postquam hi Eminentissimi Patres instituti fuere, eorum prudentia, atque consilio effectum sit, vt & grauissimæ dissensiones, quæ anteà de electione Summi Pontificis exarserant, conquieuerint, pax & tranquillitas qualiscunque in orbe Christiano conseruata fuerit. Ideoque sunt pars corporis Papæ, & pars Papatus, *cap. Felicis, de pœn. in 6.* vbi Archid. Glos. *in cap. pen. de offic. leg.* Laud. *in Clem. 1. de celebr. miss.* Io. de Lign. *in cap. 2. de Cler. non resid.* Io. Monach. *in cap. 1. de schism. in 6.* ac proinde ratione dignitatis supereminent cęteris, quæ tanta est, licèt sint solùm Diaconi, & æquiparetur Regali, & præferendi veniant quibuscunque Magistratibus, Ducibus, Archiducibus, etiam non recognoscentibus superiorem; item Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis, etiam Constantinopolitano, Alexandrino, Antiocheno, & Hierosolymitano, etiamsi in antiquum splendorem restituerentur, Eugen. IV. apud Dian. *p. 5. tr. 2. res.* 1. & 32. Sixt. V. *const.* 50. §. 12. Vrban. VIII. *const.* 13. Bald. *in l. 1. §. 1. ff. de off. Præf. Vrb.* Ias. *in l. 1. n. 9. ff. de off. eius, cui mandat, est iurisd.* Azor, *lib. 2. c. 20.* & nos alibi. 19

20 Inter autem Episcopos gradus reperiuntur, non quidem ordine, & consecratione, sed officij, atque auctoritatis ratione distincti. Nam alij maiore sunt iurisdictione alijs prædicti. Quidam enim sunt Archiepiscopi, siue Metropolitani pluribus Episcopis præpositi, in quos iurisdictionem habent. Rursus alij Primates sunt, omnibus Episcopis, & Archiepiscopis alicuius Regni, aut Prouinciæ præfecti, vt in Aphrica Carthaginensis, in Hibernia Armakanus. Denique sunt Patriarchæ his superiores, qui vni Orbis parti præsunt, vt Alexandrinus toti Aphricæ, Costantinopolitanus toti Græciæ, & parti Septemtrionis, Antiochenus Asiæ minoris, & Hierosolymitanus Orienti, & super omnes est Romanus Pontifex, Christi in terris Vicarius, Apostoli Petri in officio pascendi agnos, & oues gregis Christi successor.

21 De Cardinalibus verò Ecclesiæ Romanæ certum est, ipsos neque ordine, neque cõsecratione ab Episcopis, Presbyteris, & Diaconis differre, sed peculiari quodam dignitatis titulo, & munere, quod in eo situm est, vt Romano Pontifici in Ecclesia vniuersali dirigenda, & gubernanda, tanquam præcipui consiliarij, assistant, sedeque vacante, Pontificem eligant. Dicuntur verò Cardinales, quia primarii sunt Ecclesię consiliarii apud Summum Pontificem, qui est velut Cardo Ecclesię, à cuius prouidentia, & firmitate pendet Ecclesia. Horũ enim cõsilio in arduis Ecclesiæ negotiis Sũmus Pontifex vtitur. Sunt enim viri scientia, moribus, ac rerum experientia excellentes, ex omnibus

Chri-

Christiani Orbis partibus electi, vt rerum omnium in Ecclesia emergentium notitia faciliùs ad supremum Ecclesiæ Pastorem deuenire queat. Eorum nomen vetustissimum est, cuius meminit Concilium Romanum Syluestri tempore celebratum *can.6.* Gregorius *lib.5. ep. 11.& lib.11. ep.34.* septem Diaconos, Cardinales fuisse, scribit. Presbyterorum Cardinalium meminit Ioannes Diaconus *lib.3.vit. Gregorij cap.7.* Episcoporum Cardinalium Concilium Meldense *can.54.* Amplitudo Cardinalium insinuatur à D.Gregorio *lib.4. Registri.cap. 88.* Quia his Pontifex in Concilijs generalibus conuocandis,& dirigendis vtatur. De quibus *lib.4.ad Eugenium* Bernardus: *Veniamus*, ait, *ad collaterales, & adiutores tuos, hi sedules tui,hi intimi tui, eligendi de toto orbe, orbem iudicaturi.* Et *ep.188.* ad Cardinales: *Nulli dubium est, quin ad vos pertineat tollere scandala de regno Dei,surgentes spinas succidere,sedare querelas. Agite quo loco, quem tenetis pro dignitate,qua polletis, pro potestate, quam accepistis.* Primis enim Ecclesiæ temporibus Pontifex grauiora Ecclesiæ negotia,conuocatis Episcopis,tractare solebat, sed,vsu docente, ac cogente necessitate, postquam temporalis Principatus directè accessit, oportuit aliquos Pontifici semper præstò esse, cum quibus de grauissimis rebus quotidie occurrentibus deliberaret, idque absque detrimento particularium Ecclesiarum, quibus Pastorum absentia perniciosa est. Omissis ergo Episcoporum Consilijs, Pontifices ad amplissimum Cardinalium Senatum occurrentia quotidie negotia referre cœperunt, eorumque opera vti ad legationes instituendas ad Reges; Principes, & alios pro communi Ecclesiæ bono, ad conuocanda Concilia generalia, dissidia Principum componenda,bella subinde,potissimùm contra hæreticos,& infideles gerenda. Quorum ita creuit dignitas, vt Regum fratres, eorumque in administrandis Prouincijs Vicarij fiant. Horum numerum Concilium Basiliense moderatum esse voluit, ne superflua numerositate vilescat, vel Ecclesiæ grauis fiat, & constare literatis in theologia, vel iure, ac illustrium Principum filijs.

22 In sæcularibus Principibus minus obseruatur eadem regula, vt qui proximiores sint præstantioribus, ab illis constituti habeantur digniores, vt primùm Principes, seu sanguine proximi, subinde qui ad latus ex sanctiori consilio sunt, & inter illos herois maiores, & minores iuxta decretum Principum,& consuetudinem antiquam. Et idipsum in Magistratibus, & potestatem habentibus, & delegatis,quæ omnia possunt facilè inter subditos componi ratione sessionis, processionis, status,& dignitatis, authoritatis, & potestatis, & priuilegiorum concessorum.

23 At non ita facilis compositio gradnum, quando Reges cum Regibus, vel Imperatores cum Imperatoribus concurrunt, & quisque illorum, aut eorum Delegati in conuentum aliquem celebrem conuenire, & sedere, ac sententiam dicere ibi debent, vt non immeritò rectissimè dictum sit, periculosum esse congressum Principum. Vix enim ab inuicem recedunt sine aliqua æmulatione, inuidia, aut indignatione, quia nesciunt se compati, se putant contemni, aut contemnunt. Illud considerandum est, maiestatis iura locorum spatijs, aut regionum amplitudine non definiri. Nam Eumenes, fractis opibus, nihil præter arcem, in qua obsidebatur, suum dicere poterat, cùm tamen de pace ageretur cum Antigono Asiæ Rege, qui,vt potentia, sic etiam dignitate superior videri vellet, Legatis Antigoni respondit,superiorem se neminem accepturum,quandiù gladium exertum manu teneret. Et rectè. Nam, vt Logici tradunt, maius, & minus diuersas species non constituunt. Quapropter, licèt Regis ditio vnius scopuli terminis finiatur, sicut de Regno Vlyssis Horatius dicit, si tamen nullum Superiorem, præter Deum, & ensem, agnoscat, eam Maiestatem sibi, quam mundi domitor Alexander assumere potest. Nec enim multitudo subiectorum,sed libertas regnandi maiestatem tribuit. Vnde rectè Menochius ait *cons.36.num.51.* non est bona consequentia: est potentius: ergo dignius. Latior quippe finium,vel territorij amplitudo minimè efficit Principatum digniorem,vt alium præcedat,constituendo illustriorem, *arg.c.Legimus d.93.*

Nihilominus tamen maiora maioribus præmia vt debeantur, habita ratione siue honoris, & gloriæ, siue quantitatis,aut cuiusuis emolumenti, discimus à D.Augustino *in homil.* super illud *Matth.5. Cum ergo*, inquit, *minora minoribus, & maiora maioribus dantur, ab eo donantur, qui solus nouit congruentem suis temporibus generi humano exhibere medicinam.* Vnde maiores debent esse potiores in portionibus præcipiendis, *cap. statuimus, de maior. & obed.& cap.fin. de consti.* facitque textus *in c. consulunt 74.d.cap. de multa, de prab. & c.pen.1. q.2.* & denique in omnibus anteponendos esse maiores, edocemur *in l. nobiliores, C.de com. & merc.* qua de re tradit multa Felin. *in rubr. de maior. & obed. col.3.* & Gemin. *in cap.1. d.1. & in cap. quorundam de elect. in 6.* & vt maioribus maiora in reliquis omnibus, ita & loco, ac sede debetur prærogatiua in omni hominum cœtu, ac consessu. 24

Item melioribus, & honestioribus qui præest, is melior & dignior esse intelligitur, *arg. in auth. de defensor. ciuit. §.nos igitur,* traditque in specie Boer. *de auct. Magni Consilij in t. addit. magn.num.12.* Nam & ex diuerso, qui sublimioribus Principibus subditi sunt,hi honoratiores sunt ijs, qui subsunt Principibus, non ita sublimibus. Vnde Boer. vbi supra, ita ait: *Ad hoc cap.per tuas, de maior. & obed. iuxta Glos.1. qua dicit, quod Episcopi exempti, hoc est Papæ immediatè subditi debent in Concilio generali sedere in altiori loco quam non exempti.* Idem *cap. vt Apostolica,de priuil.in 6.* quod Abbates exempti possunt in Concilio prouinciali & synodali vt mitra auri frigiata, sed non exempti debent deferre albam, & planam. Facit ad hoc & *cap.dignum, de celebr.miss.cap. de cætero, cap. Cum dilectus, & cap. ad audientiam, de Cler. non resid.* quòd existentes in seruitio Cardinalium, vel Episcoporum Clerici sæculares, vel religiosi possunt se conformare in horis canonicis, & officio diuino persoluendis consuetudini Dominorum suorum, & interim percipiunt fructus beneficiorum suorum, ac si in eisdem personaliter residerent. Item *l.vlt. ff. de alb. scrib.* quòd inter habentes similem dignitatem, vel officium, præfertur ille, qui eam obtinuit à Principe,& circa illam legem vide Felin. *in d. rubr. de maior. & obed. col.2. & col. fin.* & *in cap.per tuas eod. tit.* Vnde videmus,quòd Clerici,& personæ Ecclesiasticæ sunt digniores,quàm laici, *c.duo sunt 12.q.1. cap.soluta de maior. & obed. & c. duo sunt 96. d.* Quia Clerici diuino mancipantur seruitio, sæculares autem mundano, *cap. Cum secundum Apostolum de prab. & c. Cleros 21.d. iuncto cap. diuersis, de Cler. coniug.* & eadem ratione quilibet Princeps Christianorum dignior dicitur, quàm Princeps infidelium,etiamsi infidelium Princeps esset potentior, vt per Doctores in locis allegatis. 25

Rursum qui potentior est, is omnibus in rebus & honoribus dignior secundùm Boer. *decis.286. num.6.* potior, sublimior, & anteponendus est reliquis. Ita Bald. *in cap.1. de pac. Const. in rubr. ff. pro soc.* Felin. *in cap.1. de maior. & obed. col.2.* Boer. *de auct. magn. Consil. num.133.* Estque communis, & vera opinio. Potentiorem autem accipere debemus eum, qui potentior est eo tempore, quo controuersia vertitur, aut agitatur de eo honore, de quo agitur, non autem eum, qui olim potentior fuisset, si hodie, quando ea, siue honor controuertitur, minus potens, quàm aduersarius est. Nam ea qualitas potentiæ adiuncta verbo *debet* intelligenda est secundùm tempus verbi, sicque de præsenti, non de præterita, iamque finita potentia, *l.in delictis, §.si extraneus, ff. de nox. act. l.miles, ff. de mil. test.* Bart. & alij *in l. ex facto in pr. ff. de vulg. §. illis autem temporibus, inst. de mil. test. l.1. quanquam, l.milites, C. eod. tit. l. Papinianus, §. Papinianus, ff. de inof. test. l.fin. in fin. C. eod. tit.* 26

Inde diuitiæ, & opes pariunt potentiam, potentia dignitatem, & iustam prælationem, vt proximè admonuimus, & per Boer. *d. decis.286. num.8.* Nam maior, inquit, is dicitur, qui plurimum potest. Id quod & tenent alij, præsertim Seneca dicens, quòd nobilitas nihil aliud est, quàm diuitiæ antiquatæ, hoc est nobilitas organicè, & argutiuè iuxta Aristotelem. 27

Nec non ex modo, mensurave emolumenti administran- 28

ſtrantium colligitur quanta, qualiſue ſit eorum dignitas, aut eminentia, *l. nemo ad fin. C. de offic. ma. off.* dum ait, *is gradu cæteros antecellat, quem ſtipendia meliora, vel labor prolixior fecerit anteire*, & ibi tradunt Doctores, & Boer. *de auct. Magn. Conſil. num.* 28. Ad idem *c. ſi officia* 59. *d. & l.* 1. *C. de agentib. in reb. lib.* 12. *l. iubemus* 2. *C. de erog. mil. annon. lib.* 10. Et quilibet ſecundùm dignitatem ſuam eget alimentis, & reliquis ad vitam neceſſarijs, & conſequenter ſtipendia, & emolumenta miniſterij, & adminiſtrationis ad eandem menſuram ſunt aptanda dignitatis, ſicque, & de dignitate ad emolumenta, & de emolumentis ad dignitatem metiendam, & conijciendam, legitimum erit, & ciuile argumentum, *l. ſed & ſi quid*, §. *ſufficienter*, *ff. de vſufr.* notantque *Gloſ.* 1. & ibi ſcribentes *in cap. Quia nonnulli, de Cler. non reſid.* & vt maior in ordine debet eſſe potior in percipienda portione, *d. cap. ſtatuimus, de maior. & obed. cap. vlt. de conſt.* reſque Eccleſiarum pro meritis perſonarum, & qualitatibus ſunt diſtribuendæ, *c. Conſuluit* 74. *d. c. fin.* 1. *q.* 2. & 12. *q.* 2. *c. Vulterana*; ita & qui in percipienda portione potior eſt, is ſanè, & in dignitate, vt potior intelligatur, par eſt, *arg. l.* 1. *de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.*

29 Poſteà, ille maior, dignior, & excellentior eſt, quem generaliter homines maiorem, ac digniorem eſſe exiſtimant. Ita probat textus *in l. Athletas in pr. verſ. Celſus, ff. de his, qui not. infam.* ac tenet in ſpecie Boer. *d. deciſ.* 286. *num.* 9. ſentitque Alex. *conſ.* 142. *lib.* 6. D. Antonin. *in ſum. p.* 3. *tit.* 15. *c.* 1. §. 11. Selu. *de benef. p.* 1. *q.* 2. & in ſimili eſt deciſio Rotæ 451. *in nou.*

30 Similiter præferendus ille eſt, qui alium ſuperat comparatione laborum, quos ex munere ſibi iniuncto ſubiturus eſt, *l. vnicuique in pr. C. de prox. ſacr. ſer. lib.* 12. & *l.* 2. *C. de offic. mag. offic.* & *l. contra publicam in fin. C. de re mil. eod.* ibi: *Quia honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquemque conuenit deuenire*, traditque Luc. de Pen. *in l.* 1. *C. de com. & trib. ſch. eod. lib. & in l. de diuer. eod. tit.* & Boer. *de auct. magn. Conſil. num.* 145. facitque *l. Aduocati, C. de aduoc. diu. iud.* Sic & Clericorum ſtatum, quàm merè Monachorum honoratiorem adeò eſſe ſcimus, quòd illi non vitæ contemplatiuæ tantùm, verùm etiam actiuæ inſeruiunt, hi autem, ideſt merè Monachi, contemplatiuæ dumtaxat, ac proinde in honoribus externis (Quidquid ſit de internis) inferiores ſunt. Ita patet ex *cap. legi, & cap. alia* 16. *q.* 1. & notat Io. Andr. *in reg. delictum, de reg. iur. in* 6. & Gloſ. *fin. in cap. qualiter, de accuſ.* dicens, quod dignior eſt Cœtus Clericorum, quàm Monachorum, & tenent Gem. & Card. Alex. *in d. c. Epiſcopos* 17. & Gloſ. *in cap. Religioſo de ſent. excom. in* 6. Rip. *lib.* 2. *reſp. c.* 2. *num.* 19. & Boer. *loco cit. num.* 84.

31 Deinde vbi vel plura ſunt, vel maiora pericula, ibi maior beneficij remuneratio debetur, *text. in auth. Habita, C. ne fil. pro patr.* ibi: *vitam ſuam multis periculis exponunt.* Nec dubium eſt, quin Princeps, & quilibet alius quo maioribus ſubeſt periculis, eo pleniùs, & pinguiùs ſit remunerandus, *l. ſemper*, §. *negotiatores, ff. de iur. immun.* & §. *quibuſdam ead. l.* & *l. milites*, & *l. nec quidem*, ibi: *His ſolis, qui in expeditione occupati ſunt, C. de teſt. mil.* §. *his autem, inſt. eod. tit. l. diuus, ff. eod.* & *cap. Cum eo, de elect. in* 6. Facitque *C. de nau. fœn. ferè per tot.* & *l. fin. C. de inoff. teſt.*

32 Ad hæc bonum, quò communius, eò dignius eſt, ideoque is, qui tale bonum ſic communius, & vniuerſalius in genus humanum confert, dignior redditur, vt per Alphonſ. Guerrer. *in ſpec. Princip. c.* 54. *num.* 41. Et qui bonum effundit, aut operatur in plures, maiori præmio dignior eſt, quàm qui in pauciores, *l. nuper, C. de nat. liber.*

33 Inſuper quò maiorem in genus humanum adminiſtrationem quis habet, eò dignior, ſublimior, & eminentior omni loco, ſede, gloria, & honore intelligitur. Textus, & ibi Luc. de Pen. *in l.* 2. *C. vt dignit. ord. ſeruet.* & *l. fin.* ibi, *in ipſo tamen actu, C. de Decur. lib.* 10. *l. benè à Zenone, C. de quadr. præſcript.* ibi: *Qui enim ſuis conſilijs, ſuiſque laboribus pro toto orbe terrarum die, noctuque laborant, quare non habeant dignam ſuam prærogatiua fortunam?* Id, quod notat Salyc. ibi *not.* 9. *l. ex agentibus*, & ibi Gloſ. *v. poſteriores, C. de pr. agen. in reb. lib.* 12. & *l.* 1. *C. de prox. ſacr. ſer. eod. lib.* Boer. *de auth. magn. Conſil. num.* 142. Vnde tam ipſe, quàm Io. de Platea *in d. l.* 1. contendunt, Doctores actu legentes, reliquis, qui actu non legunt præferendos eſſe. Denique ſummus honor eſt in Reipublicæ adminiſtratione, tantòque ſublimior, quantò ea adminiſtratio, & Reipublicæ cura amplior, & latior eſt, *l. honor in pr. ff. de mun. & hon.* Gloſ. *in l.* 1. *C. de mun. & honor. lib.* 11. ac docet Barb. ad Bald. *in feud. tit. quib. mod. feud. amit. v. Carebit.*

Præterea qui præeſt loco digniori, is dignior, ſublimior, excellentiorque eſſe intelligitur. Ita tradunt Boer. *loco alleg. num.* 149. poſt Io. de Plat. *in l.* 2. *C. vt dignit. ord. ſer. lib.* 10. Vnde Præfectus Vrbi dicitur maior dignitate, quàm reliqui magiſtratus, Romanæ ditioni, & Imperio ſubiecti, vt per Gloſ. & Doctores *in rubr. ff. de off. Præf. Vrb. l.* 1. *C. de ſilent.* vbi idem Io. de Plat. & *l.* 1. *C. de prep. lab. lib.* 12. facitque *l. ius Senatorum, de dignit.* & *l. municipes, ff. de municip.* ibi: *Quibus ſumma Reipublicæ commiſſa eſt*, & in dictis locis tradunt communiter Doctores, ratione loci, & adminiſtrationis (hoc eſt loci, vbi adminiſtrat) quempiam eſſe præferendum, *l. quilibet, C. de decur. lib.* 10. ibi: *Non ſolum à vobis, quibus propter loci dignitatem rerum ſumma commiſſa eſt*, & ibi Baldus docet, tanto maiorem eſſe officialem, quantò digniori loco præeſt, *l.* 1. & plenè dixerunt Doctores, *C. de priuil. Vrb. Rom. lib.* 12. ac fuit ſententia Innocentij *in cap.* 3. *de ſepult.* & Card. Alex. Boer. *in proem. Clem.* Alex. *in addit.* ad Bart. *in l.* 1. *ff. de obſeq. l. Nam quod. ff. ad Trebel. l. minimè, ff. de relig. & ſumpt. fun.* Id, quod in actibus puplicis ita definitum fuiſſe, ait Aulus Gellius *in noct. Attic. lib.* 2. *cap.* 2. & tradit Socin. *in l. cum quid col.* 3. *ff. ſi cert. pet.* poſt Aret. & adſtipulatur *c. nos qui, & cap. illud, & cap. Adam,* 40. *d.* & *l. ſeruos, C. de vi publ.* & *l. in Vrbe, ff. de ſtat. hom.* 34

Pariter cui Princeps magis fauet, & adſpirat, is dignior eſſe videtur laude, & honore per textum in *l. Omnium C. de teſt.* vbi cuius teſtamento Princeps ob gratiam præſtò fuit, is ritè teſtatus videtur, etiam ſi ſolemnia non adhibuiſſet, *l. ſiue apud acta, C. de tranſact.* Vnde Doctor ille, qui à Principe creatus fuit, reliquis Doctoribus dignior, ſublimior, & potentior in prælatione habetur. Ita Abb. *in cap. per tuas de mai. & obed.* Barb. *in cap. quod Clericis de for. compet.* fusè Felin. *in d. cap. per tuas col.* 3. & Boer. *de auct. magn. Conſil. num.* 92. & 133. Petr. del' eſmand. *in tr. de doct. p.* 3. *q.* 10. Bart. in ſimili *de inſign. & arm. col.* 2. Paul. de Caſtro *in l. quoties, C. vbi de crim. ag. opor.* Socin. *reg.* 29. Neque abſimile eſt, quòd & Canonicus a Papa creatus præfertur Canonicis ab alio creatis ſecundùm Panorm. & Felin. *col.* 2. *in d. cap. per tuas* Bart. *in l.* 2. *ff. de alb. ſcrib.* ibique Alex. Petr. de Monte in ſua *Monarch. q.* 5. Id, quod ita demum procedere intelligit Innoc. *in cap.* 1. *de maior. & obed.* ſi in reliquis qualitatibus paritas ſit, & proſequuntur Io. de Plat. *de Decur. lib.* 10. *in l.* 2. per Io. Andr. *in d. cap.* 1. 35

Tandem is Princeps eſt præferendus, ac nobilior eſt, qui à veris, & legitimis Principibus, non autem à tyrannis deſcendit, vt plenè Boer. loco ſæpè allegato *num.* 38. Felin. *in d. rubr. de maior. & obed. col.* 3. Gemin. *in cap. Quorundam de elect. in* 6. *auth. vt ab illuſtrioribus*, §. *Sancimus, l. nobiliores, C. de merc. & commerc.* Iſque maior, & dignior dicitur, qui ratione antiquioris originis talis eſt, ac eum antiquiorem accipere debemus, qui deſcendit à parentibus, qui ab antiquo, vel antiquiori tempore noſcuntur eſſe potentes, & ſic nobiles, Boer. & Felin. *vbi ſupra*, & *d. auth. vt ab illuſt.* §. *Sancimus*, & *d. l. nobiliores.* 36

Poſtremò quò princeps habet maieſtatem liberam, quæ nil aliud eſt, quàm ſumma in Ciues, ac ſubditos, legibuſque ſoluta poteſtas, vt pleriſque placet, eò nobilior, ac maior eſt, ac cœteris præcedere debet, hoc eſt præferendam Monarchiam Ariſtocratiæ, & Democratiæ, tametſi rectiùs alijs placeat, Maieſtatem eſſe ſummam vnius in regenda Republica poteſtatem. Quod, vt melius intelligatur, probè conſiderandum eſt, omnibus Regnis, & Rebuſpublicis liberis pleniſſima Maieſtatis iura competere, quæ in Principum ſuorum electione interdum indefinitè, ſubinde definitè, prout vtilitas publica ſuadet, conferri ſolent. Si 37

inde-

indefinitè translata sint, & sub hac forma administratio Reipublicæ permissa Principi sit, haud dubio Maiestatem habet, quia eiusdem omnes partes tenet. Si verò electus definitas, & certas Maiestatis particulas, iuxta quas Rempublicam instituere debet, accepit, Maiestatem nihilominus, quæ tota ex partibus concessis resultat, habet. Maior enim, vel minor potestas non facit Maiestatis diuersas species; immò cùm illa ex partium variarum collectione constet, nec quid vnitum natura sui sit, non vtique ei, qui omnes eius partes non habet, propterea Maiestas denegabitur. Est enim in arbitrio Reipublicæ, aut eorum, qui vice eiusdem Principem eligunt, quam velint regiminis formam, & ex ea resultantis Maiestatis iura electo constituere, siue enim plura, siue panciora fuerint, ex concessis tamen integra Maiestas exurgit. Exemplo sit Cæsaris Augusti potestas, quæ tanta legis Regiæ beneficio fuit, vt quæcunque ex vsu Reipublicæ Maiestate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum esse censebat, agere posset, Sueton. *in vit. August.* Hæc forma Reipublicæ tum temporis populo Romano placuit, & sub hac omnia Maiestatis iura Augusto permisit. Forma autem hæc ex legibus Regnorum, ac Rerumpublicarum, & Principatuum resultat, secundum quam veluti Cynosuram diriguntur, quod dum faciunt, nihil indecorum, aut contrarium Maiestati committunt. Siquidem illa, si summa sit, etiamsi per modos non vniformes tendat, semper, & vbique sibi constat, & non imaginationibus speculatiuis oritur, sed prudentum hominum institutis, secundùm cuiusque Principatus constitutionem exurgit, & ideò qualis, quantaque sit ex ijs, non verò à designatione scriptorum metiri debet. Iurisperitorum enim opinionibus non dantur, aut adimuntur imperia, vel maiestas, nec est scriptorum, Cæsarem aut creare, aut abdicare.

38 Et, vt aliqua de Rebuspublicis, ac Ciuitatibus Italiæ dicamus, Ciuitas, vt & Respublica sumitur pro libera, aut subdita, *proem. ff. vers. Sanctionem,* Glos. *Nouel.1. in princ.* Decian. *resp.19. num.113. vol.3.* Respublica libera, vel populus liber censetur, qui Imperatorem in dominum non profitetur, talis enim propriè sic dicitur, & vocatur, *l. postliminium 19. v. inter nos, & omnes liberos populos, Regesque, not. l. hostes 24.* vbi Glos. *v. prædones, l. non dubito 7. de capt. & post lim. reu.* Batt. *in l.1. §. de quare, num.3. de damn. infect.* Hinc opponuntur Ciuitates Imperio Romano subditæ, *l. omnibus ad Trebel. l. fin. §. Sancimus, v. Vrbibus Roman. Imper. C. de ædif. priu.* eleganter Ign. *d. scept. Num Rex Galliæ Christianissimus Imperatorem, vt superiorem agnoscat, num.9.* Petr. Greg. Tholos. *de Republ. lib.6. cap.13. num.14.* Quare penes populum liberum dici Imperium esse sui ipsius, Bart. *in l.1. num. 6. C. de bon. vac. lib.10.* sibi ipsi Princeps est, & ad ius gentium redijsse existimatur, Natt. *cons.637. num 23.* Populo libero quoque æquiparatur, qui, licèt subditus fuerit olim Imperio, attamen exemptionem omniugam nactus est; Ideoque generale, & protritum fertur axioma de eiusmodi populo, & Ciuitate, Superioris nescia, idem dijudicari, quod de Principe, quia in suo statu persimilis existit Imperatori, Bart. *in d. l. hostes num.16. de capt. & postlim. reu. l. Infamem 7. num.14. de publ. iudic. l.1. §. de quare 10. num.3. de postul. l. acta 45. §. de amplianda 1. num.1. de re iudic.* Roman. *cons 39. num.7. & 8.* vbi largiter Mandosius, Dec. *cons. 534. num. 2.* Cæphal. *cons.579. num.11. lib.4.* Bero. *cons. 140. num. 25. vol. 3.* Colleg. Papien. *cons.99. num.28.* inter Consil. Paul. de Monte Picho, Petr. Domin. Magdalen. *de num. test. in testam. requis. lib.1. cap.22. num.8.* Decian. *tr. crim. lib.2. cap.32. num.1.* Sebast. Medic. *de consuet. & stat. p.1. q.22. num.3.* Petr. *de iur. quæsit. non toll. cap.3. q.4. num.39.* Hippol. de Marsil. *in tr. bannit. v. Ciuitate num. 45. & 54.* Vnde potest leges condere, conditas arogare, nec non immutare, Magistratus creare, pro libitu priuare, & eorum potestatem limitare, vectigalia constituere, augere, ac diminuere, bellum indicere, denique iura omnia & pacis, & belli pro libera populi voluntate à nullius proessus nutu, aut confirmatione pendente, administrare, ac regere, Decian. *alleg. resp.19. num.79. & 120.*

39 Libertati huic incunabula dissensio Imperatoris Henrici III. & Pontificis Gregorij VII. præbuit. Ille siquidem per Legatum Rolandum Clericum Parmensem Gregorio, ne se Pontificem assereret, edixit, Cardinalibus verò, vt ad Pontificem creandum in Germaniam se se conferrent, imperauit. Gregorius aduersus Antistites, Henrici Imperatoris sectatores, vt & ipsum Imperatorem titulo Regio, nec non Principum, populorumque obsequio, iurisiurandi religione firmato, exauctorauit, liberosque pronunciauit. Hinc Italicarum Ciuitatem frequens ab Imperio defectio insecuta, & ex eo libertatem integram vsurpasse, indubium autumat Sigonius *lib.2. histor. Bononien. ad an.1076.* Libertatis vindiciæ iam ante conceptæ fuerunt defuncto Ottone III. Italis Regem optantibus, ad quem Italia spectaret, non ad Regem Germaniæ, illinc fundamenta stabilita libertatis Ciuitatum Florentiæ, Pisanæ, Lucanæ, & postmodum cœterarum conijcitur, Scip. Ammirat. *histor. Florent. lib.1. an.1010.* Choppin. *de doman. lib.2. tit.1. num.10.* Quinimmo iampridem, labentibus Francorum opibus, Ciuitates in spem recipiendæ libertatis ingressæ erant, Sigon. *histor. Bonon. lib.1. ad an. 887.*

Primum verò locum sibi vendicat meritissimò Serenis- 40
sima Respublica Veneta, quam omnimodè exemptam negari nequit, Peregrin. *de iur. Fisc. rubr. de ijs, qui iur. fiscal. hab. num.69.* Venetias enim semper omninò liberas fuisse supra annos mille ducentos, attestatur Thom. Bozius *de Ital. stat. lib.3. cap.3. num.15.* & Sigonius *de Regn. Ital. lib.4.* Caroli Magni, & Nicephori Imperatorum æuo libertatem Venetis, qui a Troianis oriundos se videri volunt, Philippus Callimach. *de Venet. contra Turc. orat. circ. fin.* concessam autumat, & ex Baldo Petr. *d. cap.3. quæst.4. num.34. & 42.* Alberic. de Rosat. *in l.1. C. de sum. Trin.* Purpurat. *in l. imperium 3. num. 145. de iurisd.* Restaur. Castald. *de Imper. it. q.54. num.9. & seq.* Nicol. Festas. *de æstim. p.4. num. 27. cum seq.* Muscorn. *de iurisd. num.129.* de priuilegio exemptionis attestans. Plerique in partitione Imperij sancitum volunt, Ant. Bonfin. *rer. Hungar. decad.1. lib.9. f.145.* Quæ Veneta Republica si non extaret, summo hodie Italia careret ornamento, res Christiana præsidio, libertas perfugio, natura miraculo. Fertur, Imperatorem Henricum IV. Taruisio, Totilæ Gothorum Regis cuius nobili Vrbe, aliquando profectum Venetias, obstupuisse, postea in multas laudes effusum, tandem dixisse: *Venetias Regnum esse.* Huius Vrbis Imperium iustissimum, firmissimum, maximum. Sunt enim Veneti homines in vniuersum graues consilio, seueri in iudicijs, in aduersa rerum fortuna constantes, in altera nunquam immodici. Omnibus idem conseruandæ libertatis, & augendi Imperij incredibile studium; in Senatu liberè, & sæpius acerrimè sententias dicunt, sicque vis Reipublicæ non caduci alicuius hominis ingenio, atque industria regitur, sed vno, atque eodem immortali perpetui Senatus consilio sanctissimè, & prudentissimè gubernatur. Et in primis memorabile videtur, quòd Veneti superiori sæculo à cunctis propè Europæ Regibus, Camerari fœderatis, oppugnati, atque omnibus prælijs victi, vniuerso tamen bello victores euaserint. Et quidem si Romanæ potentiæ magnitudinem, & Clades, quas Hannibal dirus hostis intulerat, cum Venetorum fortuna vera æstimatione pensauerimus, funestiorem ferè eis Abduam fuisse, & temporibus nostris Cretam, quàm Romanis Cannas, & Trebiæ, & Trasimeni infelices pugnas, Brixiana, ac Vicentina stragibus æquatas esse fatendum sit, Iou. *histor. lib.18.* Sed ea vel præcipua Patrum, ac ipsius fortissimi Senatus Principis Lauredani laus fuit, perpetuis annalium monumentis celebranda, quòd aduersissimis etiam obruti tempestatibus, nunquam de Republica desperarint. Quibus institutis stetit Vrbs illa iam supra octingentos annos inuicta, nullis ferè intestinis dissensionibus exagitata, limitibus suæ potentiæ eò vsque terra, marique prolatis, vt hodie tricies centena millia hominum in censum referat, adeoque magnis Principibus terroris aculeos infigat. Quæ autem sunt opes? In vnius Vrbis Venetæ ambitu tantæ colliguntur vectigalium diuitiæ, quantas multi Reges ex suis integris Regnis non habent. Atque Ecclesiasticorum tantùm bona, ac facultates sub Venetæ ditionis Imperio ter centies

cen-

centena millia aureorum, siue triginta millliones valere creduntur.

41 Idem statuitur de excelsa Republica Ianuensi, primis Italiæ vrbibus accensenda, Sigon. *de reb. gest. Andreæ Doria lib.1. cap.14. edit. nouis.* caputque Liguriæ existimata, Ioan. Boter. *in relat. vniuers. p.1. lib.1.* Nam eadem priuilegia, & exemptionem omnigenam sibi vendicat, quod multis euincit Menoch. *cons.2. num. 59. cum seqq.* etiam Caroli V. Imperatoris assertione. De cuius potentia Bozius *d. cap.3. num.16.* Vbi subijcit plerumque post exactos Longobardos in libertate permansisse annis ferè octingentis, absolutamque continuauit anno 1528. vsque dum libertate ab Andrea Doria, Gallis deiectis, restituta, Lud. Guicciard. *rer. memor. lib.3.* Franc. Guicciard. *histor. lib.19.* Boter. *d. lib.1.* Martin. Bellaius *de reb. Gallic. com. lib.3.* Sigon. *alleg. cap.14. in fin.* decretum ex publico tabulario sumptum, quo Andreas Doria patriæ pater, & liberator remunerationis lege proclamatur disquisitè conferens. Præiudicium in controuersia Finatiensi anno 1560. emanatum, non de libertate, aut subiectione Ianuensis Reipublicæ, sed de Finariensi Marchionatu, quem sibi illa vendicabat, discepratum, Marchio verò Imperium Romanum concernere, nec finibus Ianuensiom implicitum, contendebat *resp.2. num.9.* & Menoch. *resp.3.* in dicta causa edito. Hæc Respublica cuncta quondam maria peruagata, relictis vbique clarissimarum victoriarum monumentis, non solum Corsicam, Sardiniam, Cyprum, Lesbum, & Chiom insulas, item Peram vrbem Thraciæ ex opposito Constantinopoleos sitam, atque Theodosiam, vulgò Caffam, cepit, posseditque, finibus Imperij sui ad Tanaim vsque productis, & quidem inter Tartaros Cumanos sunt, hodieque, non paucæ ritus latini Catholicæ Italorum familiæ, à quibus Marcus Antonius Spinula, patria Tartarus, sed origine Ianuensis, patrum memoria ad Stephanum Battorium, Poloniæ Regem missus est, Pontif. *hist. lib.1.* Foliet. *in Eleg. Ligur.* Miræus *in not. Episcop. lib.1. cap. 21. & lib.5. lit.T.* verùm etiam Venetorum res propè ad interitum redegit, vrbe illorum potenti classe circumsessa, Sigon. *de occid. Imper. lib.1.* De illa Bald. *cons.182. num.3. lib.5.* Roland. à Vall. *cons.29. num.18. & 20. vol.1.* Restaur. *d.q.54. num.20.* quæ pretio quoque acquisiuit libertatem, Dec. *cons.649. num.3.* Decian. *d. resp.19. num.31.* tempore tamen Decij agnoscebat Regem Franciæ, Petra *cit.q.4. num.46. sub princ.*

42 Florentia primitus Colonia, Scip. Ammir. *d. lib.1.* cui dominati sunt Gothi, conseruata à Iustino, quæsita Totilæ, tandem reuersa ad Romanos, idem *alleg. lib.1.* quæque septies statum Reipublicæ commutauit. Instaurata quidem fuit à Carolo Magno, nihilosecius Imperatoribus fuit subdita, qui eam rexerunt datis Magistratibus, Imperatorisque iuris extitit eousque, donec Rudulpho I. Imperatori, misso Pinziualle de Flisco, ex Comitibus de Langarna Iannensi, Vicarium Imperij generalem, ab se constituto, sacramenta fidei, & obsequium Etruriæ Ciuitates contumaciter negarent, ipse tandem permotus, atque opibus suis, si arma adhibere satageret, diffisus, obsequium remisit, integramque libertatem Italiæ indulgere statuit. Quare prælibatus Fliscus id subindicauit ciuitatibus, & confestim singuli, qui luce libertatis aliqua fruebantur, indictam pecuniæ summam exoluerunt, ac libertate redempta præcipua ad eam rem priuilegia elicuerunt, Sigonius fusè *lib.20. de Regn. Ital. ad fin.* vbi Blondum, Platinam, Sabellicum, Trithemium, Cuspinianum, & Crantzium pro tabulis, quas nancisci nequiuit, refert D. Antonin. Archiep. Florentin. *p.3. tit.20. cap.5. §.1.* Tarcagnot. *in histor. Mund. p.2. lib.15.* Florentini numerarunt 7000. ducatos, alij sex millia asserunt 1. Aprilis 1285. Platina *in vit. Honorij*, subnectens, Pontifici non displicuisse venditionem, quòd ea ratione Ecclesiastica ditio futura videbatur securior, cùm non amplius Imperatori liceret liberas Ciuitates diuexare, Volaterran. *lib.23. fol.879.* Decian. *citat. respons. 19. num.4. & 6.*

43 Quamvis autem quidam censeant, Rodolphum Primum reseruasse superioritatem, & recognitionem Imperij, Ciuitatesque libertatem sibi comparatas Cæsaris dicto se audientes promisisse, Cuspinian. *in Rudulpho*; Gerard. de Roo *annal. Austr. lib.1. ad an.* 1284. Iouius etiam *lib.29.* Imperatori Carolo V. Florentinis lege vetustissima non instituendi, verum à Republica institutа confirmandi ius esse, vt pactio Imperij, superioritate incolumi, inde exaudiatur, asserat Federic. Scot. *resp.28. sub num.107. lib.7. tom.1.* Attamen quia expressim traditur, Fliscum, vt iura Imperij recuperaret, missum exigendo fidelitatis, & obedientiæ iuramentum Romano Imperio; cuius exhibitionem hactenus reseruarant antecessores, Otto primus libertatem concessam multis seruitutis legibus ac vinculis obstrinxit, Sigon. *hist. Bonon. lib.2. in pr.* idque Tusciæ Ciuitates exhibere, constanter negasse, inde libertatem omnijugam, postmodum diuenditam conijcitur. Si etenim intercessisset venditio, salua superioritate, vti de concessionibus panacæis conqueruntur Doctores, & Historiographi *de Saxon. non prou. iur. v. Duc. Sax. cap.1. num. 22.* in culpam trahi nequit. Actus etiam subsequuti euincunt contrarium. Quandoquidem illicò Florentini constituerunt formam Reipublicæ liberæ, varios interim perpessi manes, euidentiùsque ostendit status prorsus immutatus, & in Principatum perpetuum conuersus, Mediceæque familiæ assignatus, Iou. *d. lib.20.* *Franc.* Guiciard. *hist. Ital. lib.20.* attestando Medicæorum in ea Ciuitate potestatem liberiorem, & solutiorem, quinimo penè regiam permansisse, Ludouic. Guicciard. *rer. memor. lib.1. fol. 70. & seq.* Guilelmus Paradin. *memor. sua lib.3.* Alexander quippe Princeps Florentinus, & insequentes nunquam agnouerunt Imperium Romanum, quod vtique fieri debuisset, si superioritas à Rudolpho I. fuisset reseruata, facilèque Carolus V. Imperator, qui Florentinos debellauit, & ob ingratitudinem, & molitionem contra Imperium exercuit, non refragante contractu, per eius antecessorem inito, Decian. *alleg. resp.19. num.90.* potuisset eos Imperio subijcere. Siquidem eo solummodo velamine. Florentinis præstò fuit, vt suam auctoritatem sartam tectam tueretur, Ioan. Bapt. Adrian. *in hist. sui tempor. lib.21.* vt, & interfecto Alexandro, Florentia in auctoritate Caroli V. Imperatoris retenta fuit, Sigon. *de reb. gest. Andr. Dor. lib.2. cap. 16.* & ipsemet *lib. apolog.* contra Clementem VII. emisso, & ex Hispanis allato, primùm Antuerpiæ anno 1527. edito, recusso dein anno 1587. Reipublicæ Florentinæ protectionem, & patrocinium se suscepisse fatetur, quæ nullam iurisdictionem tribuunt, vt alibi probatum est.

Hinc Cosmo Medicæo Duce salutato, cum idem Ducatum Florentinum, & ditionem vestitura concedere satageret, id non integrum sibi videri responsum, quòd Ciuitas Florentina semper in libertate constiterit, superiorem non agnosceos. Postquam autem Imperator, Ducatus Florentinus, vt sibi veluti superiori cederet, intentionem suam non ferre reiecisset, Cosmus Medices titulum, & dignitatem Principis non secus, ac Alexander obtinuit, Io. Baptist. Adrian. *lib.2. fol.74. & seqq.* Parile responsum tulit Imperator Maximilianus II. dum anno 1569. 6. Calend. Septembris B. Pius V. Pontifex, siue quòd ipsi non contemnendam auri vim, & alia ad perdomandos rebelles subministrasset, siue quia erga Catholicam Romanam Religionem Zelotypia ardesceret, siue quòd in disceptatione præcedentiæ inter ipsum, & Ferrariæ Ducem Pontificis forum adsereret, Io. Baptist. Adrian. *lib.20.* exin documentum conciliaretur, Pontificem concernere superioritatem, alioquin etiam Tuscia pertineret ad D. Petri patrimonium, Cosmum Medicem, quem Pius IV. in Regem, si voto Philippus Rex annuisset, vt filius Franciscus sororem Principis Lusitaniæ, olim matrimonio iunctam, duceret, creare constitueret, Thuan. *hist. sui tempor. p.1. p.2. lib. 8. ad an.* 1560. in Magnum Hetruriæ Ducem cum dignatione regia, & titulo Serenissimi singulatim instar Archiducum Austriæ, Io. Bapt. Adrian. *d. lib.20.* promouisset protestationem solemniter iniuisset, quasi id ad Imperium Romanum spectaret, negata fuit superioritas, nec vestituram, à Carolo V. aut alio Imperatore indultam, concessam, consultatione verò ad Comitia anno 1570. relata, 44

Ele-

Electores Ecclesiastici, & Dux Bauariæ factum Pontificis tuendo, Ecclesiæ Catholicæ authoritatem comprobarunt, Io.Bapt. Andrian. *lib.*21. *fol.*1526.

45 Ciuitas Lucana, quæ multoties obedientiam Imperio Romano denegauit, emit libertatem omnigenam 12000. ducatis, Sigon. *vbi supra*, Fulgos. *cons.*21. Restaur. *d. q.* 54. *num.*12. Decian. *alleg. resp.*19. *num.*29. decem millia refert. Boter. *d. p.*1. *lib.*1. *& p.* 2. *lib.*1. Ioannes Rex Bohemiæ anno 1334. omne ius, sibi in Ciuitate Lucana competens, donationis titulo transtulit in Philippum Regem Franciæ, cui contra dixit Robertus Rex Neapolitanus, Scip. Ammirat. *lib.*8. *fol.*297. Et quamuis Carolus Quartus Legatum Lucensibus præfecit Cardinalem quendam Gallum, is tamen post abitionem Imperatoris, Ciuitatem iuri, ac potestati restituit, dato pretio 25. alijs 21. millium aureorum nummum, Volaterran. *lib.*5. & tandem in libertate constituit, Leand. Albert. *in descript. Ital. in Thuscia fol.* 59. Libertatem inter Italiæ Ciuitates vnicè, & magno zelo tuetur, Boter. *alleg. p.*1. *lib.*1. Protegente cum Hispaniarum Rege, *Delic. & itiner. Ital.* Cyprian. Eichou. auctore *fol.*17. Hinc neminem recognoscit in superiorem, Socin. iun. *cons.*83. *in pr. vol.*4. Petra *d. q.*4. *num.*25. *circa med. & num.*45.

46 Idem de Senatum Ciuitate asseritur, Decius, & alij modo relati, Petra *num.* 38. quæ libertatem contra Cosmum Medicem, Principem Florentinum, tam fortiter defendit, vt, cùm Vrbs dederetur, 900. circiter viri, & fœminæ Senenses, vel cum omnium bonorum iactura patriam deserere, quàm cum quodam libertatis præiudicio sub Cosmo viuere maluerint. Quam Philippus Rex Hispaniarum, imploratu sæpius iterato, Ducis Florentini conditionibus subnexis, cum statu, & dominatu, exceptis quibusdam locis maritimis, vestitura protogenij iure ipsi tandem inuitus concessit, effectuique mandata 19. Iulij anno 1557. Io.Baptist. Adrian. *lib.* 14. *fol.* 1012. *cum seqq.* Thuan. *p.*1. *to.*1. *lib.*13. *fol.*384. *& aliquib. seqq.* Solertiam Cosmi recensens, Ludouic. Guicciard. *lib.*3. *rer. memor.* aliquorum narratiuncula neutiquam subsistente, quasi Dux Florentinus beneficio Regis Hispaniarum, qui Vicarius ab Imperatoribus in vniuersa Italia sit constitutus, Imperij Germanici clientem, & vasallum se profitentur, *d. lib.*1. *num.* 124. Carolus siquidem petierat, vt Ferdinandus Rex Romanorum Philippum Filium Imperij per Italiam constitueret Vicarium, impetrare tamen nequiuit, Thuan. *d. tom.* 2. *lib.* 12. *ad an.* 1555. *fol.* 266.

47 Ciuitas Asteosis obtinuit ab Imperatore iura supremi Principis, ex Bruno, & Neuizano Raudensis *resp.* 31. *num.*38. *lib.*1. Ciuitates Lombardiæ maxima ex parte liberæ fuerunt, in exiguis solitæ agnoscere Imperatorum potestatem, Regumue quos elegissent, Bozius *d. cap.* 23. *num.*14. *circa fin.*

48 Constitutioni Friderici de pace Constantiæ, de qua Sigon. *lib.*14. *de Regn. Ital.* postmodum in tantum derogatum fuit, vt nullum eius vestigium supersit, vti in Ciuitate Parmensis firmat Raudens. *resp.* 2. *num.* 158. *lib.*2. vbi asserit prædicto contractui derogasse Federicum vtrumque, Ludouicum, (idem Carolum IV. factitauit, Bald. *cons.* 300. *lib.*2.) Vuenceslaum, & Ducem Mediolani Maximilianum, cuius antecessores Imperatorem non agnouerant in superiorem immemorabili interstitio, Alex. *cons.*30. *num.*9. *vol.*5. *& cons.*11. *num.*9. *vol.*7. ac sequitur Roland. à Valle *cons. fin. num.* 95. *vol.*4. Nam Franciscus Sfortia primus vestituram recusauit, affirmans, qua arte, nimirum armis Ducatum Mediolanensem sibi quæsierit, sese quoque defensurum, Boter. *p.*2. *lib.*1. *fol.*45. quem reliquis Principibus exemplo fuisse idem moliendi subnectit. At historica fides dissentit. Mediolanensis enim ditio sub Vicecomitum, aut Vicariorum, post Ducum, & Principum Imperij Romani titulo, & minimè fuit concessa, vindicataque, Gerard. de Roo *annal. Austr. lib.*10. *ad ann.* 1493. *& lib.*11. *an.* 1500. Et Carolus V. Imperator Ludouicum Sfortiam II. in pristinum statum, tanquam Principem Imperij restituit, Martin. Bellai *lib.*3. *in fin.*

49 De Regno Neapolitano non loquor. Quia, vt olim sub Romanis, Gothis, Longobardis, Græcis, Sarracenis, Nortmannis, Sueuis, Gallis, Aragonijs varia fortuna fuit celebre, ita hodie sub Augustis atque æternis Austriacis prosperrimè viget. De Roma dicamus aliqua. Nulla Ciuitas, aut Respublica dignitatis gradui olim annumerabatur, *l.*3. *§. etsi alterutram. C. de nat. lib.* Decian. *cons.*19. *num.*17. *&* 18. excepta Roma, quæ illustris, nec non totius Orbis, hoc est ditionis, & Imperij Romani epitome nominabatur, Hier. Magi *miscell. seu var. lect. lib.*4. *cap.* 5. Petr. Pithæus *aduersar. lib.* 2. *cap.*18. Muret. *var. lect. lib.*17. *cap.*12. Hinc etiam Vrbs nullo addito nomine sola dicebatur, non oppidum, vti cœteræ Ciuitates, Hier. Rubeus *Ital. & Rauen. histor. lib.*1. *fol.*10. *in princ.* qui *lib.*2. *fol.*98. Valentinianum Rauennam post Romam caput Italiæ constituisse ex Agnello refert, quamuis dein illius maiestatem quædam imitatæ sint, Pith. *d. c.*18. veluti Constantinopolis, Roma noua dicta, ob sedem Imperialem illuc translatam, indeque eadem Ciuitas cum Roma putabatur, *Nou.*131. *post princ. l. omni* 6. *C. de Sacros. Eccles. l. generaliter* 25. *C. de Episcop. & Cler. l. intra Vrbem* 5. *C. de oper. publ.* & passim, Mutius Surgens ad *cap.*21. *num.* 14. *tract. Præf. Prætor.* Gomes. *§. fuerat num.*5. *post princ. de act.* & illustri titulo donata fuit, Decian. *d. respons.* 19. *num.*20. Vnde Respublicæ, seu Ciuitates cœteræ priuatorum loco censebantur, *l. Item veniunt* 20. *§. in priuatorum* 9. *de petit. hered. l. cum quis* 16. *in fin. de verb. signif.* Scip. Gentil. *tr. de iurisdict. lib.*3. *cap.*22. *in princ.* Nec tam Vrbes, & Ciuitates, quàm municipia, & oppida vocabantur, vt Cæsar appellat Alexandriam totius Orientis maximam Vrbem oppidum. Hinc est, quòd omnium illarum Ciuitatum, vtpotè subditarum Magistratus ex ciuium numero electi communi duntaxat nomine, & iure Magistratum municipalium æstimati fuerint, quorum potestas minima, vt non immeritò quis admiretur, dictos viros ex illis argumentari hodie ad Ciuitates liberas. Communisque patria ob subrogationem omni dignitatis gradu adæquatam dicta, Restaur. *de Imper. q.*77. *num.*7. *&* 8. Inde Imperij diuisio cœpit, quia nihil orbi terrarum perniciosius conciliari potuit, Sigon. *hist. Bonon. lib.* 1. *ad an.* 325. *fol.*22. *cum seq.* Quare extensio Doctorum Reipublicæ Romanæ ad alias, de qua Io. de Plat. Luc. de Pen. & reliqui *in rubr. & l. Rempublicam* 3. *C. de iur. Reipubl. lib.*11. Boer. *in tr. de cust. Caut. num.*33. accipienda est de Ciuitatibus Italiæ omnimodè liberis, de quibus alioquin peragunt. De eius magnitudine, dignitate, admirandis, videndus Lipsius, & Stapletonius, qui iustos libros de hoc argumento conscripsere.

50 De Duce Sabaudiæ Iurisconsulti Itali contendunt, eum superiorem non recognoscere. Ita Paris. *cons.*1. *num.*39. *vol.*1. Menoch. *in caus. Fenarien. respon.*2. *ar.*1. *num.* 104. ratione ea moti, quòd se Dei gratia Ducem esse scribat, sicut latiùs confirmat Ludou. Rudolphin. de Sablonet. *de orig. & dignit. Duc. Ital. num.*83. *& seqq.* At alij aliter asserunt, & quòd Imperatorem Superiorem respiciat, præter id, quod se Vicarium Imperij, & Vasallum Imperatoris semper, & vbique profiteatur, Sablonet. *d. tr. num.*116. etiam vel hoc vnico argumento constare volunt, quòd ad Comitia vocari soleat, quod ius ab antiquo ei competijt, & etiamnum sartum, rectumque in hoc vsque tempus seruari indicio sunt subscriptiones plurium Recessuum Imperialium, & per consequens Status Imperij est, Imperatorique subiectus. Et graui oratione Carolus V. Imperator Romæ 1536. præsenti Pontifice in Franciscum I. Galliæ Regem contestatus est, neque passurum, vt Sabaudus Carolus tanta cum iniuria spoliatus dimidia parte Regni diutius ab se, vti antiquitus in Romani Imperij clientelam recepto oporteret iustam, atque certissimam opem imploret. Proinde se rectà ad Alpes, & in Galliam vsque progredi statuisse, vt propinqui sui, socijque Principis, & Romani Imperij clientis iniurias defendat. Franc. Modius *to.*1. *lib.*2. *cap.*30. *pandect. triumphal.* Quod Carolus Emanuel Dux Sabaudiæ in epistola anno 1614. ad Imperatorem Matthiam perscripta, & typis euulgata in causa Montisferratensi hisce fatetur verbis.

51 *Quàm enim alienum esset illud à Maiestate vestra, quàm turpe haberetur, si Italicum Imperium Imperatori,*

tori, vt Romanorum Regi commissum, te vno Imperante, ad Hispanicum Regnum, quod à te Ducatum Mediolanensem, & vtriusque Siciliæ Regnum à Summo Pontifice recognoscit, adumbrata quadam falsa Religionis, & publicæ pacis specie, translatum fuisse, Orbis quereretur vniuersus? Quid deinde dicturum censemus cum eò progressos impunè Hispanorum conatus intelliget, vt Sabaudiæ Ducem maioribus celeberrimum, Europæorum Regum affinitate, & sanguine clarissimum, Sacri Imperij Principem, Vicariumque in Italia perpetuum, à Saxonica stirpe ducentem originem, amplæ ditionis in Italia, diu ante Hispanorum aduentum clauum administrantem, sua æquissimo iure potentem, nihil contra eos molientem, non modò minis terrere, sed etiam armata manu aggredi, & ad bellum nolentem prouocare non dubitarint?

52 Et mox: *Hinc etiam Maiestas vestra coniicere poterit, quo consilio quædam oppidula ad sacrum quidem Imperium pertinentia, sed in mearum ditionum visceribus sita præoccupanda cogitarim, scilicet vt & ab Hispanorum armatorum irruptione, & expilatione seruarem, measque regiones minori periculo ab eorundem conatibus tuerer. Ego enim sic existimabam, horum oppidorum occupationem ad eum pertinere, qui ea integrè pacatis rebus restituturum se Maiestati vestræ rescripserit, publicoque actu fuerit professus, qui perpetuus in Italia Sacri Imperij Vicarius nominetur, qui denique solus hac tempestate in Italia relictus sit Imperij Princeps, & Maiestatis vestræ vasallus, à quo in eam vel Imperatoriæ Coronæ capiendæ, vel alia de causa descendens sacra vestra persona deduceretur, & exornaretur. Num enim Hispaniæ Regem, qui se in Italia Cæsarem gerit, Maiestatis vestræ pompam prosecuturum putamus? Num Venetorum Rempublicam, num Ianuensem, num Hetruriæ Ducem vestrum aduentum comitatu suo celebraturos ex officio censemus? At ij se ab Imperio liberos gloriantur. Quid ipse Mantuæ Dux? Ab Hispania cum Rege pendere, eius obseruare nutus, eius se patrocinio commisisse, se denique, suaque omnia eidem deuouisse quis ignorat? Quid reliqui Duces? Nonne fermè omnes Apostolicam Sedem recognoscunt, & ab eadem in dignitatem assumuntur? Me ergo solum ad vestræ Maiestatis splendorem, dignitatemque reseruatum, mi Germanicum Principem, me ditiones meas, maiorumque meorum, Imperatorum liberalitate referentem, acceptas, Hispani, vestra sciente Maiestate, bello lacessere, & oppugnare audeant? Romanorum Regis titulum, quem vestra Maiestas gerit ad angustissimos ditionum mearum fines redactum in subditis, vasallique personas violari, exscindique patietur?*

53 Et paulò post: *Partes etiam Vestræ Maiestatis erunt Hispaniarum Regi, vtpote Duci Mediolani, ac Sacri Imperij vasallo pro summa potestate imperare, vt coactas sine causa in meam perniciem copias, quam celerrimè dimittat, à me subscripta pacis capita propria manu nota confirmet, & Italiam circumsonantium Hispanicorum armorum strepitu turbatam metu liberet vniuersam &c.*

54 Eiusmodi verò Reges, Principes, Duces, Comites, Marchiones, qui regalem dignitatem perpetuò obtinent in suis Regnis, Principatibus, Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus, tametsi Imperio sint immediatè subiecti, ijsdem iuribus, præeminentijs, atque dignitatibus fruuntur, quibus Imperator vtitur in toto Imperio, suffragantibus, Osaclin *decis.* 78. *num.* 17. & *decis.* 151. *num.* 1. Alex. *cons.* 1. *num.* 30. *vol.* 5. Roland. à Val. *cons* 29. *num.* 26. *vol.* 1. Brun. *cons.* 45. *num.* 18. & 19. Ruin. *cons.* 200. *num.* 2. & 3. *vol.* 2. Curt. iun. *cons.* 1. *num.* 29. Castren. *cons.* 34. *n.* 5. Angel. *cons.* 139. Barbat. *cons.* 34. *lib.* 2. Modest. Pist. *cons.* 24. *num.* 1. *vol.* 1. Zas. *cons.* 1. *num.* 21. *lib.* 2. Decian. *resp.* 5. *num.* 17. *vol.* 4. Rimin. iun. *cons.* 370. *num.* 3. Marzar. *cons.* 26. *num.* 36. Natt. *cons.* 554. *num.* 19. *vol.* 3. Quibus itidem calculum adijciunt Cuman. *cons.* 158. & 162. Dec. *cons.* 43. *num.* 6. & *cons.* 516. *num.* 4. Ias. *cons.* 100. *num.* 2. *lib.* 4. Socin. iun. *cons.* 33. *num.* 9. & *cons.* 76. *num.* 1. & *cons.* 136. *num.* 1. *lib.* 3. Calcan. *cons.* 2. *col.* 8. & *cons.* 7. *col.* 16. & *cons.* 67. *col.* 2. Bertrand. *cons.* 160. *num.* 4. *lib.* 1. & *cons.* 156. *lib.* 3. Neuizan. *cons.* 26. *num.* 1. Aym. *cons.* 136. *num.* 2. Bald. *in l. mora* 5. *ff. de iurisd. omn. iud.* & *l. receptitia* 2. *C. de constit. pecun.* Dec. *in cap. pastoralis in princ. num.* 2. *Extrauag. de appel.* Bartol. *in l. Ciuitas num.* 3. *cum seq. ff. si cert. pet.* Ias. *ibid. num.* 6. *in fin.* Nominatim autem quod ad Reges Cæsarem recognoscentes attinet, iura docent eos summa gaudere libertate, & omnis generis Regalia habere iuxta tradita Baldi, Andr. de Isern. Cardinal. & Laudens. *in cap. vn. Quæ sint Regalia*, dum partim in genere de quolibet Rege, partim in specie de Rege subdito loquuntur. Idem tradit in specie de Rege subdito Rosenthal. *de feud. cap.* 5. *concl.* 1. *num.* 4. *in glos. post fin.* & Claud. Seysel *de feud. tit. qui feud. dar. poss. p.* 1. *lim.* 1. vbi post Bald. & Cardin. dictis locis adducit etiam exempla de Regibus Superiorem recognoscentibus. Accedit his præter alios Boss. *tit. de Regalib. num.* 2.

55 Idem etiam regulare esse propalat Harprecht §. *In summa autem* 10. *num.* 144. *instit. de iniur.* vbi tradit, quòd Principes, Duces, Comites, Marchiones, & similes in suis ditionibus, suis territorijs respectu subditorum suorum Maiestatem habere dicantur, & Imperatorem Romanum repræsentent, adeoque omnibus priuilegijs eidem indultis fruantur, Ias. *cons.* 235. *num.* 1. *lib.* 2. Paris. *cons.* 17. *num.* 4. *lib.* 1. Rimin. *cons.* 57. *num.* 18. & *seq. lib.* 1. & *cons.* 221. *num.* 2. cum multis *seqq. lib.* 2. Bursat. *cons.* 4. *num.* 20. *lib.* 1. Rom. *cons.* 59. *num.* 7. & ibi Mandos. Bellon. *cons.* 59. *num.* 8. *cum seq.* Ascan. Clem. *in tr. de patr. potest. cap.* 2. *num.* 41. Brun. *cons.* 45. *num.* 18. & 19. Zas. *cons.* 1. *num.* 21. & 22. *lib.* 2. Crauat. *cons.* 135. *vol.* 1. Rol. à Vall. *cons.* 1. *num* 49. & *seqq.* & *cons.* 4. *num.* 43. *lib.* 3. Cuman. *cons.* 158. & 172. Et idipsum in specie de Ducibus firmat Petr. Ant. de Petra *de potest. Princ. cap.* 3. *q.* 4. *num.* 73. vbi dicit, Duces eo ipso, quòd sint tales creati, etiam quòd recognoscant Superiorem, tamen habere plenitudinem potestatis, vt scripsit etiam Boss. *in tit. de crim. laes. maiest. num.* 59. At de his hactenus.

56 Sed neque facilis est concordia inter virtute aliqua eximia nobilitatos, & nobiles ex prosapia, vel dignitate militari. Quod pertinet verò ad sententiam communem, vbi opus est armis, ibi rogati postponuntur. Vbi verò de tractando iure, & iustitia distribuenda, certè qui in ordinibus sunt iuxta maiores dignitates potiores esse debent. Olim Duces, Comites, Marchiones, Barones, centenarij non tantùm cum manu militari, sed etiam cum dignitate, & cum potestate iura reddendi missi sunt in prouincias, aut Ciuitates, aut oppida, vnde & iurisdictiones feudorum iuxta potestatem concessam feudatarijs, vel administratoribus originem habuerunt, vel maiorem, vel minorem; ideò facilis est ordinatio in præcedentia inter dignitatis feuda habentes, & cum alijs Iudicibus seu Magistratibus collatione facta potestatis. At de alijs militibus, & doctoribus, quis præcedat, doctor, an miles, præsupposito, quod doctor pro equite, & nobili habetur, adepto gradu, & priuilegijs à Summo Pontifice, & Imperatoribus, & Regibus concessis, si eminentia doctrinæ illustretur, dicit Bald. *ad proem. pandect. super rubr.* ibi antecessoribus, doctorem præferendum esse militi, quoniam magis est honorandus, qui sua virtute pollet, quàm qui aliena, vt nobilis ex genere, vt notatur *in l. Siquid in bello ff. de capt.* Atque notat, quòd Bononienses semper faciunt præcedere egregios doctores, & ponunt eos ante quoscunque milites propter virtutem. Cæsares etiam comitiua dignitate donarunt Legum professores, qui sine reprehensione, & probati per viginti continuos annos docuerunt, *l. vn. de profess. qui in Vrb. Constantinop. com. mer.* In honorum enim ordine collocando non tam personæ, atque familiæ ipsius, quàm officij, & dignitatis, seu administrationis, quam quisque gerit, ratio habenda est,

Mo-

Modest. Pist. *cons.*51. *num.*41. *vol.*1. At hæc ex obseruantia decidi debent. Nec nouum est etiam eum, qui in maiori dignitate est, ratione temporis, vel loci ei, qui in minori constitutus est postponi, *cap. collatione, de appel. in 6.*

57 Quanquam nihil ab ipsorum dignitate alienum faciant si in Concilijs, alijsque locis parciùs quæstionem sessionis tractent; vtilitas quippe Ecclesiæ, & bonum publicum priuatis contentionibus, discordiaque locali impediri non debet, præcipuumque æstimatur fundamentum, & constantis Principatus vnum & inexpugnabile munimentum, concordia ciuium, & subiectorum. Et vt nauis compactis, & benè coniunctis tabulis infinita propemodum maris pericula, syrtes, & cautes superat, & euitat, sic vbi tabulæ dissolutæ sunt per rimas, & fissuras paulatim aqua ingrediens in profundum & ipsas, & rectores, & nautas demergit. Et sicuti modicæ commissuræ aquæ dant ad submersionem initium, & nisi iungantur, causam interitus præbent, sic quoque leues ab initio causæ Reipublicæ, nisi citò subueniatur, mutationem ex factionibus & discordia solent afferre, Tholosan. *lib.*23. *de Repub. cap.* 1. *num.*3. *in fin.* Quò spectasse videtur Vlricus, Dux Virtembergicus cùm ad alios Principes diceret: *Collocate me post fornacem, dummodo id efficiamus, ad quod congregati sumus*, Meland. *lib.*1. *num.*259. *iocoser.* Est enim, vt magni cuiusdam Principis Legatus dixit, quòd persona locum, non locus personam ornat.

58 Et hoc nomine laudanda est Prælatorum Ecclesiæ, ac Oratorum Principum in Concilijs, ac alijs Conuentibus publicis bona erga publicum voluntas, quod, ne per contentiones sessionum extrahantur, Summi Pontificis, vel eius Legatorum arbitrio eas committunt, de dignitate, & præcedentia nihil interim statuendo, sed sine præiudicio dignitatis cuiusque Principes præsentes exorare, vt sententiam dicant, vel scripto proferant, si in pronunciatione de priori dicendi sententia, etiam non conueniant, cum Legatis tamen eorum non ita facilis concordia, cùm de dignitate Dominorum nihil possunt sine expresso mandato Principum constituere, à quibus missi sunt. In quo casu arbitrarer, non ideò minus insistendum Concilio communi, si dilatio admonendi Principes non daretur, ea tamen lege, vt ratificatio ab illis dehinc peteretur, si modò eorum probatio in consultis requireretur, non aliter. Sessionis verò scrupolositas in actibus extraordinarijs obseruari non solet, & ideò cum in illis si quis locum primum occupatit, protestatio non interponitur, sicut plurimum prælegi solet, vel declarari, ac reseruari, vt factum fuit in Concilio Tridentino *sess.*25. *de loco Oratorum.*

59 Quo verò modo quæstio præcedentiæ sopiri possit dum sententia à Summis Principibus, apud quod lis pendet expectatur, nunc dicendum est. Poloni legis remedio vsi sunt, qua statutum est, vt priorem locum vbique locorum obtinerent qui tempore priores in Regnum appulissent. Quod videtur eadem iuris ratione niti, qua seniores dignitate iunioribus præferuntur in ferendis suffragijs, in statuendo, subscribendo, sedendo, incedendo. Verùmenim verò quis commodus legi locus sit, nisi pares ordine, & conditione qui obnoxij? Iniquè enim Legatus minoris Imperij, quantumuis diutius à patria abfuit, præferetur illi, qui à Cæsare, aut Rege postmodum aduenit. Vt proinde Legatus Hispanorum, ne posteriori loco diceret, omnino tacendum sibi olim reputauit.

60 Præterea si considere debeant Prælati Ecclesiastici, Principes, Legati nonnunquam rixæ vitandæ causa ingeniosè hoc agitur, vt imago ordinis pereat, orbisque sessionem faciat, quem ritum quædam hodie imitantur mensæ, quamuis ex atrij, ianuæ, camini, fenestrarum, tum etiam armarij situ, & istam sessionis prærogatiuam haud obscuram esse solertior vnus reperiret, atque ita facilè inuaderet. Quod & anteà optimè intellexit Caius Iurisconsultus *in lib. priori Instit.* cum scribit *tit. eiusd. lib.* 2. *Si in testamento quis plures seruos manumiserat, quàm lex concedat, illis tantum libertas debetur, qui prius sunt nominati vsque ad concessum numerum. Quòd si omnes confusè nominati fuere, vt ordo nullus pateat, nulli firma est libertas. Ideò & si testamento manumissio adscripta fuerit in circulo, vt qui prior, posteriorue nominatus sit, agnosci non possit, nulli libertas valet.* Hic ergo circulus est, alijs ea sphera, quæ orbis teres Ausonio dicta. De quo etiam circulo in eodem sensu intelligere videtur Iustinianus, præscribens modum deligendorum defensorum Ciuitatum per circulum *in §. Interim in auth. de defens. ciu.* vbi tamen Accursius id non intellexisse videtur, qui admodum sese torquet ad interpretandum huiusmodi circulum. Sed ad veram huiusce interpretationem propiùs accedit, licèt non omnino Bart *in l. quidem in pr. ff. de reb. dub.* vbi per eum textum dicit, quòd per sortem fieri potest electio sæcularium administrationum.

61 Putant nonnulli ad alternationem deueniendum esse, ita vt si inter duos controuersia sit, vnus primo, secundus altero die præsedeat, aut vt vnus Conuentu, aut Senatu abstineat, detque alteri præsedenti votum, qui post votum proprium, & emanentis proferat cum verbis illis; *suo ordine, & loco*, quibus nulli concertantium præiudicatur. Seu enim primus, seu alter ei locus debetur, vtique suo loco dictum est suffragium. Quæ clausula etiam tunc addi necessariò debet, si absens itatu alium, vt vice sua votum dicat, rogauit. Nam illi, qui præsessionem habent, non nisi suo loco, & ordine dictum admittent. Qui modus & legibus quoque defendi potest, *vt l. quoties, vers. quod si Titius, ff. de vsufr. & l.* 2. *in pr.* & iterum, *§. vlt.* rursumque *l. si vsusfructus alternis, ff. quibus mod. vsufr. amit. & l.* 1. *§. quemad. dies vsufr. leg. ced. & l. si sic constituta, ff. quemad. ser. amit. & l. communi diuidundo, §. Cum de vsufructu*, ibi: *caueantque, se per tempora vsuros*, hoc est apud singulos mutua vice, *ff. com. diuid. & l. arbor, §. vlt.* ibi: *diuisum tamen, aut mensura, aut temporibus, eod. tit.* & *l. Si conuenerit in pr. eod. & l. Et hac distinctio, §. Cum fundam. in pr. ff. loc. & l. Et puto, §. vsusfructus, ff. fam. hercisc. & l. via, §. vsus, ff. de seruit. & l. Lucio cum pr. l. seq. ff. de aqu. quot. & est.*

62 Suntque & in hanc sententiam textus iuris Canonici, nempe *in Clem.* 2. *vers. Et vt facilius, de iurepatr.* vbi dicitur id iuspatronatus, quod aliàs indiuiduum est, posse tamen liberè, id est, vt interpretantur Glossa, & Doctores ibi, sine superioris auctoritate ita diuidi inter patronos, vt scilicet alternis vicibus præsentent. Et eum textum ita intelligunt Glos. *v. liberè*, & cæteri Doctores, vt id quoque fieri possit, etiamsi Ecclesia nondum vacet. Et alia Glossa *in v. alternis* ad id trahit *cap. vlt. de preb. in 6.* tanquam ex eo *cap.* firmatur, beneficia quoque per vices mensium, vel alternis temporibus à pluribus conferri posse. Quod & ipsum intelligit Glos. *in d. cap. vlt. v. statuto*, quæ id dicit obseruari in multis Ecclesijs Gallicanis. Illum autem textum *in d. Clem.* 2. ad id, quod diximus citat, & dicit notabilem Ias. *in l. stipulationes non diuiduntur col.* 5. *ff. de verb. oblig.* Et idem, quod is textus *in d. Clem.* 2. ante eum voluerat Glos. *in cap.* 1. *in Glos.* 1. *ad fin. extr. de iurepatr.* quam sequuntur omnes præter Innocentius, qui hanc diuisionem, nec aliam admittebat in Spiritualibus, de quo etiam Panorm. *in cap. Querimoniam, vers. sed hoc dictum, eod. tit.* Et hanc quoque sententiam adiuuat Glos. *in cap. Licet, v. Conuenis in fin.* 16. *quæst.*3. quæ dicit, quòd si Ecclesia est subiecta duobus Episcopis, quia sita est in confinio duarum diœcesum, & non conueniunt Episcopi in ordinatione, & administratione illius, Superioris erit officium in hac parte *cap. nullus extr. de iurepatr.* vel alternis annis disponant per *d. l. quoties, ff. de vsufr.* & eam Glossam sequitur, & dicit notabilem, ac menti tenendam Panorm. *in cap. vlt. col.* 1. *in vlt. not.* & ibi Felin. *col.*2. *extr. de re iud.* & Roman. qui

eam singularem dicit *in sing.* 762. & Alex. *in l.* 2. §. *ex his col.* 3. *ff. de verb. oblig. & conf.* 18. *lib.* 2. *& conf.* 7. *lib.* 5. *& conf.* 25. *eod. lib.* 5. Socin. *conf.* 278. *lib.* 2. Curt. sen. *conf.* 25. *in fin.* Felin. *in cap. Qua in Ecclesiarum col. pen. de constit.* & *in cap. prudentiam, de offic. deleg.* & Ias. *in d. l. stipulationes, & conf.* 215. *lib.* 2. Facitque Glos. *in cap. non potest v. retinere, de preb. in* 6. quæ dicit, quòd si alicui fuerit à Summo Pontifice facta potestas retinendi duo beneficia curam animarum habentia, non ex hoc indultum esse videtur, vt neutrobi resideat, sed debet in altero tantùm, vel etiam in vtroque alternis vicibus residere, & illam in posteriori parte sequuntur Gemin. & Franch. *ibi*, & *in cap.* 2. §. *Cum ab eo, de sepul. in* 6. Neque hinc discrepat, quod ait Ardiz. *tit. quib. mod. feud. amit. sub rubr. an feuda iurisdictionis diuidi possint*, quòd cùm iurisdictio diuidi non possit, si duo fratres habeant castrum cum iurisdictione, ita poterunt diuidere, vt alternis administrent. Quod & idem voluit Bald. *in cap.* 1. §. *præterea col.* 1. & ibi quoque Iac. Aluar. & Card. Alex. *tit. de prohib. feud. al.* per Trid. & idem Bald. *in cap. vno delegatorum, col. vl. extr. de offic. deleg.* Alex. *d. conf.* 18. *&* 25. Socin. *conf.* 67. *lib.* 1. quod iterum repetitur *conf.* 165. *lib.* 2. *& d. conf.* 278. Curt. sen. *conf.* 69.

63 Neque id solum possunt facere, sed cogendi sunt, vt faciant, vt placuit Angelo *in d. l.* 2. §. *ex his*, & ibi quoque Imol. *col.* 6. & Alex. *col.* 3. *ff. de verb. oblig.* Panot. *in d. cap. vl. col.* 1. *de re iud.* Rom. *d. sing.* 162. *per d. Glos. in d. cap. licet*, Alex. *d. conf.* 7. *& d. conf.* 25. Iac. à S. Georg. *in tr. de feud. in verb. Marchio col.* 4. Ias. *in d. l. stipulationes*, Felin. *in d. cap. que in Ecclesiarum, & d. cap. prudentiam*, Ruin. *conf.* 19. *lib.* 1. Dec. *in l. nam & si fur*, §. *Si seruus, ff. si cert. pet. & conf.* 249. Alb. Brun. *conf.* 79. Et huc item vergit, quod scriptum est ab Imola, Geminiano, & Francho *in d. cap. Cum quis, de sepul. in* 6. quòd si contenditur inter duos Parochos de iure sepulturæ, confessionis, & administrationis aliorum Sacramentorum, & aliorum id genus iurium Parochialium, propterea quòd quis habitat in finibus duarum Parochiarum ita, vt non constet in vtra earum habitet, ea iura debent inter eos diuidi alternis vicibus per *d. Clem.* 2. *de iurepatr.*

64 Sic & Procas Albanorum Rex Amulio, & Numitori filijs regnum annuis vicibus habendum, vt videlicet alternis vicibus imperarent, reliquit. Apud Romanos, Consules, cùm ambo adessent, alternis diebus, vel mensibus, vel alijs temporibus imperabant, vt colligi potest ex eo, quod scribit Liu. *lib.* 2. *& lib.* 8. *& lib.* 9. *& lib.* 22. & ex Polyb. *lib.* 3. *hist.* Dionys. Halicarnas. *lib.* 9. & Sueton. *in Iulio Cæsare cap.* 20. & Aulo Gell. *lib.* 2. *cap.* 15. Idem & apud Athenienses obseruatum, vt ex Plutarcho *in Aristidis vita*.

65 Alius modus est. In Concilio quidem Tridentino, cùm lis de sessione mota fuisset inter Hispanos & Gallos, placuit Patribus, vt Theologorum quisque, habita illius temporis ratione, quoad Doctoratus, aut Magisterij gradum promotus fuisset, sententiam ferret, Vasquius *in pref. illustr. contr. num.* 13. *&* 17.

66 Modus & ille non incommodus esse videtur, vt vnus in Senatu præsedeat, alter verò prius suffragium dicat. Aut etiam, vt vnus in Senatu, & prius sedeat, & votum proferat, sed alter in subscriptione præponatur. Quod posterius meo iudicio honorificentius fuerit. Præsessio enim non nisi statuum præsentium incurrit oculos: at subscriptio, præcipuè typis euulgata, vt semper loquens, plurimque etiam exterorum notitiam post fata intrat.

67 Prudentiores tamen credunt inter concertantes iudicio sortis hanc controuersiam minori cum offensa, quàm Iudicis sententia terminari posse. Æquiori enim animo repulsam ab illa, in quam nulli affectus cadere possunt, quàm à Iudice ferimus. Quod argumento à maiori ad minus probatur. Nam Regnum sorte, etiam Deo suffragante, tribuitur. Exemplum de Saule sorte electo extat *lib.* 1. *Reg. cap.* 10. Cur non ergo, & controuersiam sessionis per eam terminari permittimus: Vtrobique enim verum est, quod Salomon dicit, sortes mittuntur in sinum, sed à Deo temperantur, *Prouerb. cap.* 16. *v. vlt.* Et vbi de finibus regendis controuersia est, & dubitatur, quis actor sit, quisque primus loqui debeat, sortis iudicio is monstrari solet, *l. sed cum ambo, ff. de Iudic.* Casu verò nostro fines sessionis controuersi sunt, dubitaturque quis primus agere, loquique debeat. Ergo sorte print monstretur. Quia vbi dubitatur, cui inter plures optio danda est, sorte dimittitur. *Sancimus*, inquit Imperator, *in omnibus huiusmodi casibus res iudicem fortunam esse, & sortem inter altercantes adhibendam, vt quem sors prætulerit, is quidem habeat potestatem eligendi, l. fin. C. comm. de legat.* Optat verò vterque sessionem primam, quam tamen per rerum naturam vnus saltem obtinere potest. Nec enim possibile est, vt tu sedeas, vbi ego sedeo, vt ait Iurisconsultus *in l.* 3. §. *ex contrario, de acq. pos.* Sorte ergo optio deferatur. Sorte etiam in concursu plurium idoneorum eligi Legatus solet. Quod & disputatum, & ita conclusum in Senatu Romano, refert Tacitus *lib.* 4. *hist.* ad remouendum scilicet contemptus suspicionem. Quare in casu nostro omnium optimè sors discutiet. Est enim Dei iudicium, *d. cap.* 16. §. *vlt. Prouerb.* quod semper, & vbique iustum est. Vnde à sorte non appellatur, quia qui eam dirigit, Deus est, qui superiorem non habet, vt singulariter dicit Bald. *in l. vlt. C. com. de leg.* allegans §. *pen. in auth. vt omnes obed. iud.* & sequitur Ias. *ibidem* ac alij. Ad hunc modum Triumuiri, & Pompeius, inito fœdere, sortiti sunt, quis primo loco, quis proximo, quis deinceps sederet.

68 At Turcarum Imperator alium remouendæ controuersiæ localis modum monstrauit. Nam cùm superioribus annis inter Imperatoris, & Galliæ Regis Legatos de loci superioris præeminentia lis esset, quòd alter contenderet se cùm Regis Christianissimi personam in Legatione repræsentaret, iure anteferri Legato Austriaco, qui non Imperatoris, sed Vngariæ Regis nomine aduenisset, eamque ob causam superiorem in Templo, quod Turca vtrique ad diuinum cultum aperuerat, occupare locum vellet, Tyrannus, contentione intellecta, suspendi nudum acinacem præ fani valui iussit, additis per præconem minis, capitis pœnam luiturum qui vel verbum proferre de illa controuersia in posterum fuerit ausus. Quo Turca haud dubiè exemplo Neronis, qui Reges de præferentia inter se certantes versu Homerico compescuit: *Multos imperitare malum est, Rex vnicus esto*; nonnisi se dominum, mundique monarcham, & concertantes suo iudicio, velut vmbras volitare, vanissimè gloriari voluit.

69 Omnium autem expeditissimus ille videtur modus, quem Ferdinandus I. Imperator inter Galliæ, & Hispaniæ Legatos obseruauit. Ambos enim, ne vni præ alio fauore videretur, à concionibus, & consessu publico arcendos esse putabat, Besold. *cap.* 3. *num.* 5. *de præced. & sess. præ reg.* Quem insecutus Iacobus Rex Angliæ in ingressu suo Londinensi anno 1604. vtriusque Regis Legatum pompa ea abstinere, vt diximus, voluit.

70 Nihilominus, ne planè omnes conueniendi occasiones præciderentur, ipsi hunc modum in Conuentu Veruiniano anno 1598. pacis tractandæ causa instituto, inuenerunt, quem Petrus Matth. *lib.* 1. *narrat.* 2. *num.* 9. ostendit. Post plusculas demonstrationes, & protestationes Deputatorum Regis Hispaniæ, ait, optio data fuit Deputatis Regijs eligendi locum, quem vellent post Legatum, & Nuncium. Sella Legati eleuata erat in scamni podio sub cortina. Episcopus Mantuanus assedit è regione Legati versus manum dexteram. Deputati Regij duabus in sellis versus alteram partem, ita ut primus esset exaduersum Nuncium, alter exaduersum primum Deputatum Hispanum, qui Nuncio iunctus erat in secunda sella. Taxis in tertia, Verreichenus in quarta. Generalis Franciscanorum è conspectu Legati, cui Marchio Lullinus, cùm ad colloquium admitteretur, in eodem loco adiungebatur.

71 Modus verò alius inter Eugenium Pontificem, & Ioan-

Ioannem Imperatorem Constantinopolitanum Ferrariæ anno 1438. obseruatus fuit. Cùm enim in illo Conuentu Orientalis Imperator summi loci decus ad se pertinere contenderet, neque id concederet Pontifex, sed magis contra sui eum esse debere iuris instaret; conuenit, vt primus, & supremus honos haberetur Codici Euangelico, collocato ea in ara maxima. Eius dexteram adsideret Pontifex, sinistram Ioannes Byzantinus Imperator. Et quoniam Occidentalis Imperatoris etiam ratio habenda erat, placuit ei sellam Imperialem poni iuxta Pontificem Maximum, sequentibus deinde eo latere dextro consessibus Cardinalium, Archiepiscoporum, & Episcoporum Latinorum. E regione verò Germani Cæsaris considere iussus propè Imperatorem suum Constantinopolitanus Patriarcha, atque ita deinceps Patriarchæ, Episcopi, & Prælati, Modius *lib.2. cap.11. pandectar. triumphal.*

72 Interdum cuique Legato distinctus dies datur, liber admissione aliorum; aut alternis diebus hic, aut ille, vicibus præcedit, & cedit. Sed quamuis ferè eius, apud quem plures Legati sunt, arbitrio per designatorem vnicuique locus cedat; quia tamen honoris hoc negotium est, non alterius mage iudicio stabit Legatus, quàm suo merito, aut mandato Principis. Et si indecentior quàm par est locus, assignetur, vel minus faciet, quàm eo vti. Maximilianus eius nominis primus, cùm Daniæ Regis Legatus sedendi indebitum, aut insolitum ius postularet, ipse solio assurgens eum audiuit. Idque & alij plerique imitati fuere, & in primis nobilissimæ quidam Princeps prudentiæ, qui nonnisi *ipsos Principes* sedens audiebat, stans Legatos.

73 Aliquid verò interdum necessitati Legatus tribuet, vt si rectò non possit tramite, obliquo sibi consulat, & tanquam schemate honorem tueatur. Ismeniæ Thebani factum non incallidum & prorsus græcum circumfertur. Legatione fungebatur is pro patria apud Persarum Regem. Eò vbi peruenit apud Thrausten militum Tribunum simul, & ad missionum magistrum enixiùs operam dedit, vti audiretur. Cui ille: *Nobis*, inquit, *ò hospes, patria lex est, vt quicunque ad Regis congressum admittitur, multum ei adorationis venerabundus exhibeat. Id si placet, patet aditus; sin minus, vicaria opera mea vtare, & quidquid negotij credideris, ad Regem deferam*. Ismenias, cùm neque rerum pondus conscium vllum, neque festinatio dilationem admitteret, ad id, quod minimè decebat, adductus magis, quàm inductus, *quinimo*, inquit, *mihi ipsi conueniendi Regem copia fiat*. Et intromissus ita egit, vt cùm morem gerere alienæ superbiæ videretur, tamen in gentis suæ instituta, quæ homini supra hominem præstitum decus, dedecus arbitrabatur, nihil peccarit. Quippè, vt è digito annulus ingredienti sibi decideret, effecit, quem vt humo sustulit, poplitem flectere visus est, Regemque adorauit, nec adorauit. Sic vna hostia pluribus Dijs litauit. Etenim negotio suo, & gratiæ Regis simul patrijs, & Persicis moribus obsecutus est Ismenias, consilijque dexteritate, omnium, quæ petierat compos factus est, & inusitatis auctus donis discessit.

74 Iam verò si binæ, atque inuicem velut infestæ Legationes sunt, multum referre puto, priori loco audiri, vt præoccupatis Principum auribus, minus fidei, atque auctoritatis habeat qui succedit. Sępe enim qui narrat, docuit, & vicit, qui pręuenit. Notare hic lubet, quòd etiam si Romanorum Legationes, omnium aliarum gentium, Regum, populorum, atque Ciuitatum Legationibus præferrentur, tamen in Concilio Ætolorum, vbi Romani, Macedones, Athenienses, & Philippus Rex audiendi erant, Macedonibus iam auditis, & si dignitas magnitudinis Romanæ exigebat, vt Romanus Legatus ante Athenienses loqueretur, Romani nihilominus, & concesserunt, & voluerunt, vt secundùm Macedones etiam Athenienses auditentur, vltimoque loco ipsi dicerent. Sic quidem in nonnullis Concilijs qui præsident, libertatem, auctoritatemque habent vel sententiam suam primò edicere, vel vltimò quidem, vt aliorum rationibus faciliùs obuiam ire, quid expediat certiùs decernere possint. Immò sic ipsi Principes in Concilijs vel primò promunt sententiam cum cœteris, quod sequantur, aut cui assentiantur præmonstrare, ac velut necessitatem imponere volunt, vel nouissimè quidem, vt exquirant prius quid quisque sentiat, suadeatque, ac tum demum despiciunt, an ne expediat rem definire, & statuere, an verò differre.

75 Inter Legatos quoque eiusdem Principis nonnunquam quæstio, atque ambitio ex hac dignitate pullulat. Volunt aliqui, priorem videri ordine, & loco, qui tempore præierit. Alij, honorificentiùs esse subsequi, & quasi recentiorem à mente & gratia Principis venire. Qua interpretatione consuetudo hodierna nititur. Alij ordinem loci obseruari foris volunt iuxta conditionem, atque præeminentiam, quam quisque domi, & in aula sui Principis habet. Sanè ordinarius cum extraordinario interdum sic altercati sunt, vt tanquam ignoti, quinimmò inimici fuissent, inuicem declinarent, nec vsquam conuenirent. Ideoque Princeps hunc ordinem rectiùs Legatis suis vel semel, vel quacunque nata occasione præfiniet.

76 Si huc rursum non modò ex Legationum fontibus, sed è riuis quædam deriuare voluerimus, obseruabit Legatus, vt quem dignitate haud moltò inferiorem rheda, aut domo, vel mensa sua excipit, eundem honoratiori, atque commodiori loco allocet. Sic enim ciuilitatis, & quædam hospitalitatis ratio patitur, & præscribit. Alioqui dignior, eminentiorque minori honorem interdum exhibet, non ea tamen lege, aut mente, vt inuitatus præcedat, verùm vt sic elucescat amplitudo eius, cui etiam inuitanti, locunque deferenti, ceditur. Quid autem si oblato leuiter honore frui vilior audeat, & præcedere præsumat? Contigit, offerentem eò acrius quod detulerat sibi vindicasse, ac velut retraxisse, quò contentiosiori humanitate profusus visus fuerat. At verò si Legatus alteri Legato, aut Magnati obuiam fit, quocum loqui necesse habet, atque is alter pedes incesserit, rheda, aut equo si vehatur, descendet, ne illum despicere, aut parui facere videatur. Morisque item est, vt si vtrinque hinc descensum est, prior abscedat ille, qui dignior. Si quis etiam dignitate illustrior Legatum viserit, minimè, quandiù ille ibi substiterit, indicabitur, alium quempiam fortè aduenire, qui dignitate sit inferior. Quod si autem maior, vel par extiterit, clara id voce, non verò in aurem significandum est.

77 De Legatorum vxoribus nil seorsum dicendum. Vmbræ & sua lucæ dignæ, & conspicuæ sunt. Maritorum conditionem in publicis congressibus æmulantur, & repræsentant.

78 Et vt de Ecclesiasticis inferioribus aliqua etiam dicamus præter ea, quæ alibi diximus, Sacra Congregatio super Episcopos decreuit, quòd quotiescunque oritur aliqua differentia in materia præcedentiæ, recurrendum sit ad loci consuetudinem, & ea deficiente, ad consuetudinem Prouinciæ, vel, si ea nulla sit, ad consuetudinem Romanam Nuncij Apostolici semper, ac vbique præcesserunt Electores Ecclesiasticos. Constat id exemplo, quod refert Petrus Merseus *in Catalog. Elector. Eccles. Colon.* agens de Principibus, alijsque primoribus viris, qui publicis precibus Coloniæ interfuere ad implorandum diuinum auxilium pro pacis negotio inter Regem Hispaniarum, & Hollandos, eius rebelles, vbi sic refert: Ponè enim venerabilissimum Eucharistiæ Sacramentum, ac Sanctorum sacra pignora sequebantur duo Ecclesiastici Electores Coloniensis, ac Reuerendissimus D. Iacobus Treuerensis, medius Legatus Pontificius D. Ioannes Baptista Castaneus, Archiepiscopus Rossanensis Italus. Hinc tres Illustrissimi Principes, Reuerendissimus Iulius Episcopus Herbipolensis, ac Franciæ Orientalis Dux, Cæsareæ Maiestatis Legatus, Carolus de Aragonia, Dux Terræ nouæ, Marchio Abulæ Comestabilis in Regno Siciliæ vnà cum filio, ac genere suo, Philippi Regis Hispaniarum Legatus, Philippus Dux Areschatanus, ac cum filio Carolo ac tota nobili familia, Catholici integerrimi nemine Statuum ex Bulgio, &c.

79 Neque id in dubium verti debet propter titulum Eminentissimi, quem Vrbanus VIII. Summus Pontifex nedum Cardinalibus, verùm etiam Electoribus Ecclesiasticis, & Magno Magistro Religionis Hierosolymitanæ præbuit. Nam titulus hic honorificus à Sede Apostolica ipsis Electoribus concessus, non potest inferre præiudicium prærogatiuis tandiu possessis à dictæ Sedis Apostolicæ Ministris, ne debitis Summi Pon-

tificis Legatis, qui Pontificem Summum persona repræsentant,

80 Pro Auditore Cameræ Apostolicæ extat Epistola Cardinalis Hieronymi Rusticucij B. Pij V. Summi Pontificis à Secretis, data Alexandro Riario Patriarchæ Alexandrino Cameræ Apostolicæ Auditori, & deinde Cardinali, quæ est huiusmodi: *Molto Illustre e Reuerendissimo, come fratello. Perche V. S. sappia il senso di Nostro Signore circa il luogo, che hauerà da tenere appresso Monsignore Illustrissimo Legato, cioè Cardinale Alesandrino, etiam nelle proprie diocesi degli Ordinarij, dico, ch' ella douerà precedere tutti i Prelati indistintamente in Francia, e Spagna, & hauere il suo luogo immediatamente doppo sua Signoria Illustrissima in tutti luoghi publici, e priuati, che siano, per conseruarsi la sua giurisditione con autorità, e per non patire in modo alcuno indignità; Anzi Nostro Signore vorrebbe, che V.S. precedesse l' Arciuescouo di Toledo, se fusse in Spagna, non che altri Vescoui, che sono di minor portata di lui. Con questa regola dunque douerà gouernarsi da qui auanti, che tale è la mente di Nostro Signore, e questo medesimo ho etiamdio fatto intendere à Monsignore Illustrissimo Legato in nome suo, per auuiso di V.S. alla quale mi offero di continuo. Di Roma a 12. di Agosto* 1571. Extat apud Bibliothecam Em. Card. Pij inter *m. s. vol.*61.

81 In disputationibus publicis Romæ obseruatur ferè semper hic præcedentiæ ordo: Si inter inuitatos ad arguendum aliquis sit Prælatus, hic ratione dignitatis est primus argumentator. Secundus Regularis Thomista. Tertius Regularis Scotista vel alterius Religionis aut secularis. Si verò Prælatus nullus arguat, seruentur priuilegia concessa à Summis Pontificibus præsertim Thomistis & Scotistis repræsentantibus propriam scholam. Vnde primus arguens est Regularis Thomista. Secundus Regularis Scotista. Tertius ad libitum; nisi fortè tam Prælatus quàm Thomista, & Scotista velit resumere tertium argumentum, quod reputatur specialis honor. Doctores autem sæculares etiam actu legentes cùm non repræsentent propriam scholam, cedere debent Thomistis & Scotistis.

82 Anno 1591. Consulta S. Congregatio Rituum, an Episcopus, qui est Canonicus, præcedere debeat Archidiaconum, & Vicarium, maximè cum per sexdecim annos præcesserit? Respondit, Episcopum in Choro vestes Episcopales deferentem, cœteros Canonicos, & etiam Archidiaconum præcedere debere, sententiam verò secundùm ordinem suæ receptionis dicere debere.

83 Præ cœteris verò iuuat transactio, quæ obseruanda est. Cùm enim fiat pro bono pacis, præsertim inter Ecclesiasticos, super huiusmodi præeminentijs seruari omnino debet, vt tradunt Loter. *de re benef. lib.*1.*q.*16. *n.*33. & semel ac iterum firmauit Rot. apud Seraphin. *decis.* 22. & 81. *per tot.* Qua obligantur etiam successores, quando apparet initam fuisse bona fides super re, quàm maximè dubia, & ad extinguendas grauissimas lites, vt per textum *in l. Pfases, C. de transact.* docet in his terminis Gratian. *discept.* 476. *à num.* 1. *ad* 4. *& discept.* 867. *num.* 49. & 58. vbi quòd Canonici, & Dignitates successores ligantur concordia inita per antecessores, quamvis confirmatio Papæ non interuenerit. Quod etiam firmauit Rot. in Consentina præcedentiæ 6. Iunij 1618. coram Dunozetto, & nos aliàs. Præsertim si fuerit longo tempore obseruata, vt in specie concordiæ obseruatæ per spatium viginti trium annorum, tradit Rot. *decis.* 86. *num.* 5. *& seqq. p.*6. *recent.* Per obseruantiam enim inducitur approbatio, Duran. *decis.* 216. *num.* 4. ex qua vel dicitur præscriptum ius alterius, vel saltem per spatium decem annorum inducta consuetudo, Rot. *in Cordubensi decimarum* 28. Iunij 1628. coram Vbaldo; vel fuerit ius illius corroboratum ex precedente decreto Episcopi, expressa causa, & ratione antiquæ consuetudinis. Quod sicuti præbuit iustam causam transigendi, *l. causas, C. de transact.* ita pro illius subsistentia, & firmitate eiusdem concordiæ vires adauget, vt in terminis sententiæ latæ super præeminentijs, tradunt Fusch. *de visit. lib.*2. *cap.*15. *num.*65. Leon. *in thes. Eccles. cap.*8. *num.*18. *p.* 1. Campanil. *in diuers. iur. can. rubr.* 12. *cap.*13. *num.* 13. Girond. *de priuil. num.* 743. Nouar. *q.*13. *num.*7. *& seqq. lib.*2. & Rot. *decis.* 111. *num.*22. *p.*5. *recent.* Cui concordiæ per quæcunque rescripta non censetur vnquam derogatum, nisi de ea fiat specifica mentio, vt est textus *in l. causas* 16. *C. de transact.* Vbi quod adeò fortis est transactio, vt nec etiam Imperiali rescripto rescindatur, traditque Cyriac. *contr.* 128. *num.* 33. & de iure canonicus est textus *in cap. Ex multiplici*, ibi: *Non fuit intentionis nostræ conuentioni derogare prædictæ de decim.* idem Cyriac. *contr.* 382. *num.* 11. *& seqq.* Rot. *decis.* 153. *num. p.* 5. *rec.* ac sæpè alibi.

De Inquisitoribus autem in hæreticam prauitatem hæc accipe. Inquisitores vti Delegati Apostolici in Congregationibus, in subscriptione sententiarum, licentiarum, librorum imprimendorum, & in omnibus alijs actibus publicis, & priuatis Sancti Officij præcedunt omnes præter Episcopos, videlicet Vicarios ipsorum Episcoporum, Archiepiscoporum, Patriarcharum, ac etiam Auditores Nunciorum Apostolicorum, necnon in actibus non spectantibus ad S. Officium, quamuis consultius sit, vt abstineant à concursu. Idque, etiamsi Vicarius Episcopi esset Episcopus. Verùm in hoc Inquisitores consulere debent S. Congregationem, quæ solet scribere Episcopis, vt deputent Vicarium, qui iuxta morem sedeat, & subscribat post Inquisitorem. Vicarius verò Episcopi præcedit Vicarium S. Officij, dummodo non adsit consuetudo contraria. 84

Estque regula communis, vt Episcopus præcedat Inquisitorem, Inquisitor Vicarium Episcopi, Vicarius Episcopi Vicarium Inquisitoris, quatenus non adsit consuetudo in contrarium. At quando in Congregatione non adest Inquisitor, tunc Vicarius Inquisitoris præcedit Vicarium Episcopi, quia repræsentat personam Inquisitoris. Idemque dicendum est de Vicario Capitulari. Ijdem Inquisitores præcedunt Præsidentes Conuentuum, non tamen in mensa, & Capitulis ab eisdem Præsidentibus conuocatis. In omnibus tamen actibus publicis, & priuatis habent locum post Priores, & Guardianos Monasteriorum, in quibus sunt Inquisitores. Tam ipsi, quàm eorum socij sunt subiecti Custodibus Conuentuum in his, quæ spectant ad disciplinam regularem; ideoque illos venerari tenentur. 85

Possunt contra denegantes suas prærogatiuas, quarum sunt in possessione, prouidere, vt si, v. g. denegetur eis in Missa osculum Euangelij, thurificatio triplici ductu, osculum pacis, ac similia. Consulenda tamen supremæ Inquisitionis S. Congregatio.



CON-

CONSVLTATIO XIII.

An Milites S. Ioannis Hierosolymitani sint verè Religiosi?

1 ET certè videri potest huiusmodi Milites non esse Religiosos, eò quòd non contemplationi, ac orationi, sed secularibus negotijs, ac militiæ ex professo seruiant, & exemplo Machabæorum pro fidei tuitione arma, Clericis regulariter interdicta, liberè tractent, ac proinde inter laicos, & sęculares potius, quàm Ecclesiasticos, seu Clericos numerandi sunt per notata Petr. Greg. Tholos. *syntagm. iur. vniu. lib.* 15. *cap.*34. vel saltem non propriè, sed largo modo Religiosi esse videntur, Viuius *decis.* 446. *num.* 10. Natta *cons.* 508. *num.*3. *&* 4. Seraph. *decis.* 591. *num.* 5. *vol.* 1. *in nouis.* maximè etiam cum feudorum capaces esse censeantur, Nat. *cons.* 507. *&* *d. cons.*508. *per tot.* Vin. *loco cit. num.*7. *& seq.*

2 His tamen non attentis, omninò dicendum est, hos Milites Clericos veros, ac Religiosos, non laicos esse, *arg. cap.*50. *de sent. excom.* Vasq. *illustr. contr. cap.* 105. *num.* 49. Decian. *cons.* 51. *num.* 9. *vol.* 3. Dauth. *de test. pr. num.*178. *in fin.* Mascard. *de probat. concl.*959. *num.*3. M. Ant. Surgens *in tr. de Præf. Prat. alijsque magistr. lib.*1. *cap.*37. *num.*27. Valasc. *decis. Lusit.* 14. *num.* 8. Catech. *decis.* 27. *num.*18. notauitque Glos. 2. *in Clem.* 1. *de decim.* Gratian. *tom.*5. *discep. cap.*880. *num.* 1. 3. *&* 5. Menoch. *cons.* 54. *num.* 17. *& de arb. cas.*56. *num.*11. *& cas.*251. *num.*19. Barthol. à S. Fausto *lib.*5. *Thesaur. quæst.* 10. Rodrig. *tom.* 2. *quæst.*2. *art.*7. Garz. *p.* 1. *de benef. cap.*4. *num.*3. Azor. *p.*1. *lib.*13. *cap.*4. *quæst.*4. ac decidit passim Rota, præsertim *decis.*177. *num.*1. apud Farinac. *p.*1. *rec.* & coram Put. *decis.*382. *num.* 2. *lib.*1. & coram Gregorio XV. *decis.*87. *num.*2. *& decis.* 333. *num.*1. *p.* 1. *rec. & decis.*87. *num.*1. *& decis.* 454. *num.* 3. *p.* 2. *rec.* & in Egitanien Commendæ 8. Iunij 1626. coram Merlino, habeturque *cap. Cum & plantare extr. de priuil.* & tradunt communiter Doctores, tam Theologi, quàm Canonistæ, præsertim Monet. *de concor. ind. cap.*10. *num.*387. Caual. *tr. de cognit. per viam viol. p.* 2. *q.* 148. *num.*19. Bobadil. *lib.*2. *polit. cap.* 19. *num.* 11. & Sperell. alios referens *decis.* 21. *num.* 8. Tum quòd Religio Militum Hierosolymitanorum est vera Religio, quia emittunt tria vota essentialia, Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quæ constituunt substantiam Religionis, vt constat ex formula professionis ipsorum *in lib. stabilim. tit.*2. *consuet.* seu *stabilim.* 1. Tum quòd omnibus gaudeant Clericorum priuilegijs Dec. *cons.* 51. *num.*9. *vol.*5. & sub B. Augustini regula constituti sint, bona, & titulos Ecclesiæ possideant, dignitatemque ecclesiasticam habere dicantur, *Paris. cons.*44. *per tot. vol.* 4. Pacian. *de probat. lib.*2. *cap.* 34. *num.*98. Tum quòd Ecclesiasticæ, non Seculari subiaceant potestati, Chassan. *de glor. mund. p.* 9. *in* 4. *consid.* Tum denique quòd in eorum successione ste ordo, vt Ecclesia proximis præferatur agnatis *auth. Ingressi, C. de sacros. Eccles.* secundùm quam, aliàs iudicatum est defuncti Militis Hierosolymitani hæreditatem non ad familiæ hæredes, sed ad supremum Ordinis Magistrum pertinere.

3 Atque hinc est, quòd emittens votum Religionis, satisfaciat assumendo habitum horum Militum, vt tenent Aragon. 2.2. *de iust. & iur. quæst.* 88. *art.* 11. Azor. *p.*1. *lib.*13. *cap.*4. *q.* 4. Sayr. *lib.*6. *clau. Reg. cap.*7. *num.*10. & Rodrig. *tom.*2. *Sum. cap.*97. *num.*8. contra Cordub. *in Sum. q.*148. Sanch. *tom.*1. *in decal. lib.*4. *cap.*16. *num.*12. Hieron. Rodrig. *in comp. quæst. regul. resol.*190. *num.*13. Barthol. à S. Faust. *lib.*1. *Thesaur. q.* 181. Sperell. *decis.* 21. *num.* 62. Quia vouens Religionem habet pro materia voti substantiam Religionis, seu statum religiosum, qui consistit in eo, quòd persona Deo dicetur speciali obligatione, assumpta per vota; Vnde censetur adimplere votum, si assumat in se substantiam Religionis; Quia adimplet id, quod vouendo per se intendebat. Quare illos comprehendi sub decreto, quo Regularibus prohibetur accessus ad Monasteria Regularium, censuit S. Congregatio Episc. & Regul. in Tranen 28. Ianuarij 1603. ac etiam sub decreto Concil. *sess.* 25. *de Regul. cap.*9. disponente circa Regulares, prætendentes se per vim, & metum ingressos esse Religionem, censuit S. Congregatio Concilij, teste Armind. *lib.*2. *tit.*18. *lib.*7. *de Relig. num.*51. Et decretis Concilij Tridentini, etiam vbi de eis non sit expressa mentio, nisi specialiter Priuilegijs post Concilium muniantur, declarauit S. Congregatio Concilij teste Selel. *in select. cap.*23. *num.*3. Item & sub decreto eiusdem Concilij *sess.* 25. *de Regul. cap.* 15. ex peculiari ipsorum statuto, censuit etiam S. Congregatio, testante Flam. Paris. *de resignat. lib.*6. *q.*2. *num.*120.

4 Hinc etiam est, quòd in omnibus fauorabilibus, sicut & cæteri Equites Ordinum Militarium, veniunt nomine Religiosorum, vt obseruant, Nat. *d. cons.* 508. *num.*3. 4. 14. *&* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *glos.* 8. *num.*61. Seraph. *decis.* 587. Sufficit enim, quòd quis sit largè religiosus, vt in fauorabilibus veniat Religiosorum appellatione, vt docuit Cæsar de Graff. *decis.*547. & Mastril. *decis.*290. *num.* 160.

5 Nec obstat, quòd hi Milites sęcularibus negotijs, atque militiæ ex professo seruiant, & arma tractent. Quia in casu necessitatis pro defensione fidei arma Clericis adeò strictè interdicta non sunt, Panorm. *in cap. Clerici extr. de vit. & honest. Cler.* nec iura illa Clericis arma prohibentia in hisce militibus locum habent ex singulari Ordinis, ad hæc tractanda, & contra fidei hostes vsurpanda prærogatiua.

6 Nec pariter obstat, quod de militum horum circa feudales successiones capacitate obiectum fuit, cùm in eo Feudistæ non omnes conueniant, sed negatiuam multi defendant, vti sunt Barbatia, Chassaneus, Corta, Marinus, Menochius, Brunus, Rolandus à Valle, Osaschus, relati à Rosenthal. *d. loco lit. O.* & præterea etiam Ruinus *cons.* 103. *num.*3. Guer. Pis. *in prælud. feud. cap.*13. *per tot.* Molin. *de Hispan. primog. lib.*1. *cap.*13. *num.*99. Crauet. *cons.*936. *num.*1. idem Osasch. *cons.*42. *num.*38.

CONSVLTATIO XIV.

An iustè Iudæi à Christianis recipiantur, vel potius expellendi sint? Vbi de ipsorum Kabala, Thalmude, impietatibus, blasphemijs, conuersione ad fidem, & ad illam catechesi, alijsque non vulgaribus theologicè iuridicè, canonicè, historicè, politicè.

1 NOn desunt argumenta, quæ partem negatiuam, scilicet illos non esse recipiendos magnoperè persuadere videntur.

2 Primùm in hanc sententiam mouet impietas, ac blasphemia eorum, qui artes præter fœnerationem ferè nullas exercent, aut si quas habent, earum vim vniuersam ad Christianorum incommodum dirigunt, fęnus agitant, & Christianos in fraudem pellicere laudi ducunt, eorumque facultates miris artibus exsugunt, *cap. Post miserabilem, cap. Quanto de vsur. cap. ex parte eod. tit. in* 6. de quo eruditè Amad. de Ponte *in cons. annexo Thesauri decisioni* 57. Porrò, vt Marsupia fœnore, ita facultates cor-

poris vitales medicamentis Iudæi etiam exhauriunt, & experimenta per mortes agunt, langius *lib.1. epist. med.17.* Hinc medicamenta ab eis sumere probibet textus *in Can. Nullus 28.q.9.* vbi dicitur, quòd nullus eorum, qui sacri sunt ordinis, aut laicus aliquem Iudæorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, & si laicus est excommunicetur. Et ideò recipere medicinam à Iudæo, peccatum est mortale. Quod tamen limitat Felin. *in cap.1. col.2. extr. de Iudæis*, nisi aliud suaderet qualitas temporis, vtpotè pestis, in quo deficerent Medici. Item nisi vocaretur ad curam, in qua Medici Christiani defecissent, eadem ratione, maximè si Iudæus in ea arte excelleret. Quia propter eminentem scientiam relaxatur legis dispositio, Doctores *in cap. Nemo potest de reg. iur. in 6.* sed quàm funestæ Iudæorum medicinæ Christianis etiam Imperatoribus, ac Regibus crebrò extiterint, historiographorum exempla demonstrant. Ita Carolus Caluus Imperator à Sedechia Iudæo medico suo veneno extinctus legitur apud Phil. Mel. Sebast. Franco, & alios in vita Caroli Calui. Sic Ioannem Boemiæ Regem, Caroli IV. Imperatoris patrem à Iudæo quodam, Ophtalmiæ curandæ peritiam iactante ex cæcutiente cæcum effectum, nàrrat Ioannes Durrauius *lib.1. hist. Boem.* circa finem; vnde non iniuria contra Christianos à Iudæis medicinas accipientes exclamat Ripa *in tr. de pest. tit. de remed. ad curand. pest. num. 56.*

3 Deinde pro eadem sententia pugnat, quòd Iudæi censeantur personæ odiosæ, & infames, *cap. Cum sit, de Iud. l. fin. Cap. de Iud. Socin. cons.49. num.22. vol.4.* Inimici Crucis Christi, Redemptoris nostri, *cap. licet vniuersis extr. de testib.* Et eiusdem nominis blasphemi *cap.1. cap. Cum sit nimis extr. de Iud.* Immò magis odiosi, & peiores alijs infidelibus *Can. nonne 1.q.1.* & ibi Glossa, *v. Peiores*, assignant de boc multiplices rationes, Socin. *cons.71. n.5. vol.1.* vbi dicit Iudæos esse personas infames, & odiosas, ac peiores Saracenis, & detestabiliores omni alio malarum personarum genere per textum *in d. Can. nonne 1.q.1.* Idque corroborat ut ex veritate Euangelica apud *Matth. 11.* vbi Dominus noster affirmat, quòd Tyro, & Sydoni, & Sodomis remissius erit in die tremenda Iudicij, quàm perfidis Iudæis. Hinc est atrocissimum illud, quod de Ierosolymis captis historiæ referunt, emisse Iudæos à victoribus mancipia christiana non ad vsum, & obsequium, sed vt in illis torquendis, & longa morte necandis crudelissima se voluptate oblectarent. Hinc eorum in christianos pueros immanis atrocitas, cum anno 1236. Fuldæ, anno 4280. Hallæ Sueuotum, anno 1429. Rauesbergæ, anno 1475. Tridenti, alias alibi, innocuos pueros multis, minutisque vulneribus conciderunt, vt ostenderent odium non esse nostrorum vitiorum, quæ eorum sceleribus vincuntur, sed generis, sed Religionis; Vt proinde non gratis exagitauerit edictis inuisum hoc superis genus Apellatum Theodosius, multa, & nefaria facinora varijs in Orbis oris ausum. Primum in ære alieno multi vacillantes, iam tum Arcadio imperante cæperunt sacrilegi per simulationem Religionis christianæ, complectendæ ad Ecclesiæ asylum confugere, & Christum profiteri *lib. 2. de his qui ad Ecclesiam confug.* Deinde fonte sacro lustrati cùm benignè à christianis iuuaretur ad alios, atque alios Episcopos, ita re, sæpius instituti profiteri, tingi, vt crumenam saginarent, vti nostro æuo nonnulli se à malo genio infessus simularunt, & sæpius in diuersis passim vitionibus se adiuuari, ditis, sacrisque execrationibus passi sunt. Ita scelestus quidam primùm ab Attico Patriarcha ritu catholico genitali salutis vnda expiatus, abijt ad Arianos, ab Arianis ad Macedonianos, ab his ad Nouitianos, quorum pseudopontifex Paulus, cum aquam colymbethræ semel, ac iterum immisisset, Iudæo iam ad tinctionem parato, semper aqua repente subducta euanuit, quod impius ab Attico iam lotus frustra baptismum iteraret, *Socrat. lib.7. cap.17.* non est tamen hoc in Ariani, & Macedoniani iteratione factum, quod nequiquam illotum initiationes, negato Sanctissimæ Triadis mysterio, possent. Atrociora his sequuntur. Mestare, loco inter Chalcidem, & Antiochiam sito, festos agitabant dies, ac ludos solemnes, vbi Bacchico furore ebrij cùm multa in Christum & Christianos maledicta sparsissent, totamque Religionis nostræ maiestatem in ludibrio vertissent, non dum satis insaniæ, & impietati fecisse visi, nisi etiam sanguine christiano odijs suis litarent; tenerum ex nostra sorte puerum corripiunt, in fatali crucis trabe appensum, per iocum, & ludum sublimant, impia dicacitate prescindunt, rident, torquent, & verberibus demum immanissimè cœsum exanimant. Christianus populus tam sæua iniuria læsus, cum impia gente in certamen descendit, & Imperator de tam atroci scelere à Præfectis monitus, negotium dedit Magistratibus, conscios & noxios pro facinoris immanitate vltimi supplicijs excruciatos necarent, simulque Gamalieli, eius ditionis Præsidi præfecturam abrogauit, seruitia omnia Christo initiata Ecclesiæ transcripsit *lib.2. cod. Theod. tit.16. de Iudæis.*

Sed omnem atrocitatem post se relinquit Iudæorum Alexandriæ degentium crudelitas. Iam Hieracem Cyrilli auditorem, & inferioris simul subsellij doctorem in publico Theatro, Iudæorum impulsu, Orestes quæstionibus subiecerat, & ditis exemplis tantum non mactaret. Iam Cyrillus profligatissimam Iudæorum factionem commonefecerat, vt si consultum sibi vellent abstinerent manus à Christianis, alioqui se tam atroces iniurias atrociter vltum iturum. Quibus minis perculsum iri Iudæos sperabat, his animos magis incendit. Exarsere simul omnes in nostram gentem, clam in concilium veniunt, consilium in medium ponunt occupandæ cædis christianorum; tesseram edunt annulum palmarium, quem gestarent, vt grassatores se mutuo per tenebras agnoscerent. Vbi nox aduenit, per omnes Vrbis vias repentè, vt Christianos è custodia tectorum in apertum elicerent, conclamant, factum Alexandriæ Templum vasto incendio absumi. Certatim est sine duce, ordine, armis, vt fieri amat, procurrunt Christiani, à paratis circumueniuntur, cæduntur, mactantur. Vbi diluxit, deprehensa fraus, & fraudis architecti. Cyrillus non immeritò tanto facinore, & cæde suorum commotus impetu facto, omnes Iudæorum Synagogas funditus euertit, Iudæos trucidandos populo permittit, reliquos Vrbe pellit. Ita Alexandriam amisere, quam à conditu ipsius incoluerant, & pœnas iustas christiano sanguini dedere. Vnus Adamantius medendi arte celebris Constantinopolim profectus, Christumque professus, Alexandriam redijt. Molestè tulit hanc Iudæorum proscriptionem Orestes, Vrbi præfectus, iam aliàs Cyrillo offensus, vterque causam ad Imperatorem perscripsit. Accersit, & Hypatiæ virginis Alexandrinæ Sapientum, & Philosophorum doctricis, & magistræ, orbis tum oraculi, & miraculi nefaria cædes, auctore Petro lectore designata, quæ Cyrillo, cuius studiosissimus erat Petrus, ingentem inuidiam conflauit. Hæc ex Socratis *lib.7. cap.13.* 4

Anno Imperij Theodosij nono supra trigesimum Constantinopoli ex eadem Isacidum familia Iudæus à christiani hominis ianua Christi Seruatoris imaginem sub noctem detraxit, ferroque nefariè lancinauit. Prodidit auctorem muta forma, largo fonte sanguinis è vulnere misso, quo seipsum quoque latro ignorans consignarat. Animaduersis dein in veste cruoris maculis perculsus, effigiem in altum puteum coniecit, & trepidus domum properauit. Vxor aspectu cruentæ viri laciniæ perhorruit, rata cædem designasse, auxitque suspicionem fœmineo lenta viri, vacillansque metu inficiatio. Postera luce dum aquam ad vsum quotidianum hauriunt, vndam attoniti cruore tinctam aspiciunt, vulgata re per Vrbem, adest Vrbi Præfectus, cadauera cæterorum in puteum coniecta arbitratus, iubet siccari fontem, extrahitur ex ima tandem glarea Christi imago in fronte icti, sanguinemque ex vulnere largum profundentis. Præfectus Theodosio venerandam iconem exhibet. Imperator per præconem auctorem vestigat, proposita impunitate, facinus spontè fatenti, vltimum supplicium, alicubi deprenso. Vxor virum suum sibi suspectum clam ad Magistratum defert, comprehensus fatetur ex 5

tem-

templo suam impietatem, & miraculi certissimam fidem, & venia Principis impetrata in mores, & legem christianorum cum vxore transit. Imago inde in putei tecto locata, fons septo Ecclesiæ S. Sophiæ iuoctus ab imagine Sanctus appellatus Kal. Nouembris annua celebritate facti memoria instauratur. Ex m. s. apud Baronium.

6 Edicta in Iudeos etiam priorum Principum extant non pauca *in cod. Theod. lib. 76. tit. 8. de Iud. calic. & Samar.* Rursum *tit. 9. Ne christian. mancip. Iud. hab.* Iterùm *in Nouell. Theod. tit. 3. de Iud. Samar. & pagan.* Quid io Creta Insula, veniendum ad imposturas, & ridenda est, Iudæos quidam, Theodosio Imperatore, quam scelestè, & periculosè genti suæ imposuit! Finxit se nouum Muysen adesse, cœlitus missum, vt eriperet eos è diutina seruitute. Opidatim ergo circumit, hortatur, opes, amicos relinquere, se sequi in terram illam promissionis, & addebat ceteris illius Moysis exemplo, per ipsum mare se eos traducturum. Creduot, conueniunt, immensa multitudo; omnis ætas, omnis sexus ad promontorium, illo duce, properant, ituri in beatam terram. Ipse iosilire iubet. Qnod factum insana coofidentia à plurimis, qui statim mersi, paucis eorum scaphis piscatorijs exceptis. Caput ipsum sceleris nusquam comparuit, siue homo, siue humana specie Genius malus fuit. Redeo ad odiosa. Tempore Alexandri Primi Pontificis Maximi, & Adriaoi Cæsaris fuit Cochebas dux Iudaicæ factionis, pseudochristus, christianos græcos, & Romanos varijs supplicijs persecutus est in Palæstina, quo factum est, vt circa hæc tempora ducenta quadraginta millia hominum in Cypro tantùm à Iudæis sint deleta, vt scribit Dio Cassius. Compressi autem fuerunt ab Adriano, vt tradit Platina in Alexandro Primo.

7 *Hinc improba*, falsa, ac impia eorum Kabala, quæ est ementitum quodam, ac superstitiosum Iudaicæ traditionis genus, quòd nefarij aliquot Rabbini à Moyse, & patribus vsque ad ipsos emanasse fingunt, innumeris figmentis, fabulis, vanitate, & falsitate multiplici refertum, nihil aut parum à Necromantia distans. Quæ est censura Senensis, qui causam addit. Nam explicat secreta quædam Dei nomina, ipsorumque virtutes occultas, quibus ad ligandos Dæmones, & ad præstigia facienda Necromantici nonnulli apud Iudæos vtuntur, asserentes Christum Dominum huius artis ope, omnia sua miracula edidisse. Grauiter, & seuerè illam insectatur Genebrardus *lib. 2. chronol.* bis verbis: *Rabbi Simeon Ben Iohai auctor libri Zoar, quo posuit fundamenta stultitiæ, & vana artis illius Kabalistica, quæ languet circa literarum apices, numeros, transpositiones, anagrammatismos, vocum inuersiones, allusiones, amphibologias, homonymias. Nam eius vanitatis mysteria tribus præcipuè constant nempè Geometria sic imperitè confunderunt Geometriam cum Arithmetica, quando litera expenditur numerus. Noteriacon, quando litera ponitur pro integra dictione. Sic autem barbarè dicitur à Notariorū apicibus. Temura, quasi permutatio elementorum, cùm vna litera pro altera substituitur. E duobus primis vocabulis, quorum vnum est græcum, alterum semilatinum, intelligis quo tempore tam inepta ars excogitata fuerit, nihilque minus esse, quàm Kabalam, idest Scientiam, quæ à maioribus per manum recepta sit.*

8 Præter istiusmodi ineptias continet molta impia, & ex omnium hæresum furfure conflata. Constituit decem *Sephiroth*, siue numerationes pro suo fuodamento, quas siue statuant esse essentiam Dei, siue aliquid aliud extra Dei essentiam, impiè introductas, ex eo apparet, qoòd io Deo numerum, & multitudinem realem ponat. Tale erat negotium, vel potius otium Marini, & Colorbasij discipulorum Valentini, qui cuncta suæ Religionis mysteria è literis alphabeti græci probare conati sunt, de quo Irenæus *lib. 1. c. 9. & 10.* Reuclioom Capnionem tribus libris harum nugarum gustum mundo præbuisse sine refutatione, Paulumque Ricium, & Picum Mirandulanum se earum patronum constituisse equidem miror.

9 Plura de eadem habet Cornelius Agrippa *lib. de vanit. scient. c. 47.* in quo, postquam recentium Kabalistarum figmenta recensuit, subiungit, *Hanc, quam iactant Hebræi Kabala artem, quam ego multò labore aliquando scrutatus sum, non nisi meram superstitionis Rapsodiam, ac Theurgicam quandam Magiam agnosco.* Et post multa: *Est itaque nihil aliud hæc Iudæorum Kabala, quàm perniciosissima quædam superstitio eorum, qui verba, & nomina, & literas sparsim in Scriptura positas pro arbitrio suo colligunt, diuidunt, transferunt, & alterum ex altero facientes, soluunt membra veritatis, sermones, inductiones, & parabolas, hinc inde ex proprijs fictionibus construentes, aptare illis volunt eloquia Dei, infamantes scripturas, & dicentes sua figmenta ex illis constare, calumniantur legem Dei per impudenter exortas supputationes dictionum, syllabarum, literarum, numerorum, tentant violentas, & blasphemas perfidiæ suæ inferere probationes. Præterea ijs nugis inflati, ineffabilia Dei mysteria, & quæ sunt supra Scripturam arcana sese inuenire, & scire iactant, per quæ etiam prophetare, & virtutes, & miracula sese perficere sine rubore, magnaque audacia mentiri non erubescunt. Sed accidit illis, quod cani Aesopico, qui pane relicto, & in vmbram eius inhians, perdidit escam. Sic perfidum hoc, & duræ ceruicis hominum genus semper vmbris Scripturæ occupatum, & circa illas vanitates sua artificiosa, sed superstitiosa Kabala impetum faciens, amittit panem Vitæ æternæ, & inanibus nominibus depastum, perdit verbum veritatis.* Ex hoc autem Kabalisticæ superstitionis Iudaico fermento orta est alphabetaria, & Arithmantica Theologia Orphitarum, Gnosticorum, & Valentinianorum, qui ipsi quoque cum discipulis suis græcam quandam Kabalam comınenti sunt, omnia christianæ fidei mysteria peruertentes, & illis constituentes corpus, quod vocant Veritatis, docentes absque illis literarum, & numerorum mysterijs, non posse in euangelicis literis inueniri veritatem. Videndus Nicolaus Serarius *in cap. 10. Iosue 1. & lib. 1. de Rabbinis cap. 13.* quod est de Kabalicis.

10 Nec minoris impietatis est eorum Thalmud, cuius nomine ait Sixtus Senensis *lib. 4. Bibl. Sacr.* significari ingens, ac vastum opus Iudaicarum Traditionum, in qoo collecta sūt decreta omnia Rabbinorum, Sammai, Hillel, Akiba, Ioseph, & filiorum Asamonæi vna cum alijs innumeris aliorum Magistrorum statutis, sententijs, & tam diuinarum, quàm humanarum legum expositionibus, quibus nunc tota Iudæorum natio regitur. Ab alijs verò vocatur Ius Iudaicum tam Ciuile, quàm Canonicum, doctrinale etiam, ac Pandectæ, & Digesta. Cęptus est autem aono à Domino Iesu 100. ad vmbilicum perductus anno eiusdem 400. sed Ben Maiemoo in compendium redegit Thalmud, & scripsit anno 1150. & habetur secundo loco post Bibliam, & tantæ est auctoritatis, & Thalmud. Ex eo paucula pono, vt fabularij Theologiæ Iudaicæ extet Idea.

11 Deus ante mundi creationem, ne otio torpesceret, exercebat se io extruendis varijs Mundis, quos vbi condiderat, paulò pòst destruebat, atque iterùm restaurabat quoad hunc, quem nunc habemus, Mundum facere didicisset. *Ordine 1. tr. 4. dist. 3.*

12 Deus tres primas horas diei, totas insumit in lectione legis Iudaicæ. *Ordin. 2. tr. 1. dist. 14.*

Moyses cùm aliquando ascendisset io Cœlum inuenit Deum scribentem Accentus io Scriptura Sancta. *Ordin. 5. tr. 6. dist. 5.*

13 Deus die prima nouilunij mensis Septembris iodicat vniuersum Orbem; reliquis deinde sequentibus decem eiusdem lunæ diebus applicat se ad scribendum iustos in libro Vitæ, malos verò io libro mortis. *Ordin. 2. tr. 8. dist. 5.*

14 Deus quotidie orationes, & precationes animo deuoto peragit. *Ordin. 1. tr. 1. dist. 1.*

15 Deus habet locum quendam separatum, in quo statutis temporibus multis cum lacrymis deflet, ac seipse affligit, quòd Iudæis iratus Templum euerterit Ierosolymitanum, & populum suum io captiuitatem dispersetit. *Ordin. 2. dist. 5. & ordin. 1. dist. 7.*

16 Deus quotidie imponit sibi circa caput, & brachia Vittas, siue corigiolas quasdam coriaceas *Thephisin* appellatas, induitque se tunica quadam linea, quæ *Zizith* nuncupatur, eoque modo ornatus procumbit in genua, & orat. *Ordin. 2. tr. 8. dist. 5.*

17 Deus præcepit populo Iudæorum, vt singulo quoque nouilunio sacrificium expiationis peragant ad expiandum scelus perpetratum à Deo, quando lumen, qood iniustè lunæ ademerat, Soli attribuit. *Ordin. 4. tr. 6. dist. 1.*

Deus

18 Deus quoties reminiſcitur calamitates, quas Iudæi à gentibus patiuntur, lacrymas duas effundit in Oceanum, & præ dolore pectus vtraque parte contundit. *Ordin.1. tr.1.diſt.9.*

19 Deus quinta die creauit piſces duos magnitudinis penè interminatæ Leuyathan appellatos, quorum corporum vaſtitatem cùm ipſe ſecum animo perpenderet, veritus ne omne piſcium genus à tam magnis beluis deglutiretur, & ne ab ipſis mare vniuerſum nauigijs inuium redderetur, ſicque humani generis commercia prorſus tollerentur, ſi ex ijs proles propagaretur, occidit fœmellam, & ex eius ſalitis carnibus ſalſamenta delicatiſſima parauit iuſtis, & electis ſuis poſt hanc vitam comedenda; maſculum verò ſibi viuum reſeruauit, vt cum eo ſucceſſiuis diei horis quotidie luderet, iuxta illam *Pſalmi* 103. ſententiam: *Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei*. Pro quo Hebræi legunt: Leuyathan iſte, quem creaſti, vt cum eo luderes. *Ordin.4.tr.3.* Itaque.

20 Deus tribus poſtremis diei horis laxandi animi gratia ludebat olim cū piſce illo vaſtæ magnitudinis Leuyathan dicto. *Ordin.2.tr.1.diſt.14. & Ordin.4.tr.8.*

21 Deus ignota de cauſa indignatus piſci magno Leuyathan dicto, ipſum occidit, carneſque eius ſale condidit, vt ex eis cibum miniſtraret animabus Sanctorum in futuro ſæculo. *Ordin.4.tr.3.diſt.5.*

22 Paulò aliter de Thalmude refert Hieronymus de S. Fide, ex Iudæo Chriſtianus, qui fuit Medicus Benedicti XIII. circa annum 1412. *lib.1. contra Iudæos c.9.* vbi ſic ſcribit: *Dicitur in Thalmud, quòd animal Behemoth eſt omnium animalium maius, & quòd maſculus, & fœmina fuerunt ab initio creati. Videns autem Deus, quòd ſi filios genuiſſent præ illorum magnitudine, & multitudine totus mundus eſſet destructus, caſtrauit maſculum, & refrigerauit fœminam, quam cuſtodit, vt det eam iuſtis tempore Meſſiæ ad comedendum.*

23 Item piſcium ſquamas non habentium accipiunt maiorem, quem Leuyathan appellant, & dicunt, quòd Deus habet ipſum ſalſum, vt eum det iuſtis ad comedendum in futurum, in tantùm, quòd multi hodie reperiuntur, qui partem ſuam huius Leuyathan, quem comedere ſperant, multo auro, & argento minimè commutent, & ad veritatem rationem habent. Ego namque Hieronymus de S. Fide huius opuſculi compilator, non dimitterem, pro maxima pecuniæ quantitate partem meam congri, aut lampredæ, quam, poſtquam agnoui Meſſiam veracem, comedere conſueui.

24 Proxima his eſt fabula aliorum Hebræorum, qui, vt ait Albertus apud Dionyſium, aſſerunt Leuyathan eſſe ſerpentem, ſeu piſcem, qui circulo ſui corporis totum terræ ambit globum, quique Solem, ac radios apprehendere nititur, & vorare; ſicque Solem in circulo ſuo ſemper agitat fugientem. Vaſtum animal, ſed fabuloſum qualia multa fabularis Iudæorum Theologia progenerat. En qualis bellua eſt Behemoth.

25 Ex Lyrano autem Iudæi dicunt, quòd Behemoth eſt nomen cuiuſdam animalis incredibilis magnitudinis, quod in vna die depaſcit herbas mille montium, & craſtino renaſcitur herba in tanta magnitudine ſicut erat in præcedenti die. Et ad hoc adducit Rabbi Salomon ſuper iſtum locum auctoritatem *Pſalmi 49.* in quo, vbi habemus; *Iumenta in montibus, & boues*, Hebræi dicunt, *Behemoth in montibus mille*. Translatio à Hieronymo ſumpta immediatè de Hebræo habet: *Pecudes in montibus millium*.

26 De huius autem belluæ magnitudine hæc item leguntur ex Hebræorum ſententia apud Albertum, & Dionyſium. Quod Behemoth ſit bos, cuius corpus ſeptem milliaria contineat, collum vnum, & caput vnum; ſicque nouem milliaria in vniuerſum cōtineat, cuius cauda ſit quaſi ſylua cedrina. Ingens proculdubio, & immane non tam animal, quàm mendacium, inquit Ioannes Pineda. Sed ſi non mentiuntur, addit idem, ac ſomniant, proculdubio, homines veræ Sapientiæ, veræque Theologiæ expertes, quod viros mediocris ſapientiæ pudet, & ſomniare. Adiungunt Iudæi. Quòd in reſurrectione Deus occidet illud animal, vt iuſtis paret conuiuium. Quam ſolicita eſt de conuiuio alterius vitæ, ſalitiſque carnibus Iudæorum natio?

27 Similis eſt fabula apud Eliam Thesbitem in Iuchna, vbi ſic habet: *Inuenitur in Agadah auem eſſe magnam, quæ vocatur Baruchna, cuius ouum miræ magnitudinis eſſe dicunt in Maſſecheth Becheroth*. Etiam audiui, quòd Deus tandem in futuro ſæculo, ex eo iuſtis paraturus ſit conuiuium vnà cum Leuyathan, & Boue. Sed nondum fabularum Iudaicarum eſt finis. Quæ ſequuntur tranſlata ſunt ex Thalmude.

28 Deus ſemel quotidie iraſcitur, & tunc criſta gallorum gallinaceorum ruborem amittit, ipſique interim vno pede ſtant. Tunc ſi quis eodem momento alicui maledixerit, is ſtatim concidet mortuus, *Ordin.1.tr.1.*

29 Cum olim Rabbini quidam aduerſus Rabbi Eliezer diſputationem inijſſent, Deus voce cœlitus demiſſa, ſententiam contra illos pro Rabbi Eliezer protulit, quamobrem indignati Rabbini, Deum anathematis pœna damnarunt. Tum Deus ipſe ſubridens, filij, inquit, mei me vicerunt. *Ord.4.tr.2.diſt.7.*

30 Cum Deus die quadam in Cœli Curia diſſereret de ſpecie quadam lepræ, quam ipſe mundam aiebat eſſe, cæteris diſſentientibus Rabbinis, qui immundam eſſe affirmabant, lis tamen communi omnium aſſenſu, deuoluta eſt ad Sapientiſſimum quemdam Rabbinum, qui enim ſententiam proferre pararet, ſtatim eius anima, relicto corpore, vociferari cœpit, *Mundam, mundam*. *Ordin.4. tr.2. diſt.7.*

31 Tanta fuit olim in Rabbino quodam prudentia, vt diabolum ſimul, & Deum hoc aſtu eluſerit. Cùm Rabbinus in extremo vitæ articulo laboraret, diabolum precibus exorat, vt ſeſe iam iam moribundum ad portas vſque cœleſtis Regni deducat, inſpecto inde loco diuinæ habitationis, lætus ex hac vita decedat. Hanc gratiam cùm diabolus veteri amico præſtitiſſet, Rabbinus illicò ſe intra portas cœli conijciens, iurauit per Deum viuentem, ſe nunquam inde receſſurum. Qua de cauſa coactus eſt Deus hominem apud ſe retinere, ne illum periurum faceret; ſicque hac vna arte prudentiſſimus vir Deum, & diabolum ſimul fefellit.

32 Cum Angelus Gabriel flagitium graue commiſiſſet, Deus iuſſit eum igneo flagello flagellari; *Ordin.2. tr.5. diſt.8.*

33 Animæ hominum migrant de corpore in corpus hac lege, vt ſi anima in primo corpore peccet, mittatur in ſecundum, in quo ſi iterùm peccet, mittitur in tertium corpus, in quo ſi peccare non deſiſtat, denique in gehennam detruditur. *Ordin.4. tr.2.*

34 Anima Abelis migrauit in Seth, anima Seth in Moyſen. *ibid.*

35 Animæ hominum indoctorum in reſurrectione non recipient corpora ſua. *Ordin.3.tr.1.char.3.*

36 Rabbini duo ſingula quaque hebdomada pridie Sabbati duos vitulos creabant, quos deinde totos comedebant. *Ordin.4. tr.4. diſt.2.*

37 Quicunque ter in Sabbato comederit, vitam æternam conſequetur in altero ſæculo. *Ordin.2.tr.1.diſt.6.*

38 Nihil comedi debet numero pari, ſed impari, hoc enim numero maximè delectatur Deus. *Ord.4.tr.2. diſt.7.*

39 Si quis orauerit facie ad meridiem conuerſa, ſapientiam conſequetur; ad Septentrionem verò diuitias. *Ordin.4.tr.3. diſt.2.*

40 Si quis ſub ventre Cameli, aut inter duos Camelos, aut inter duas mulieres pertranſierit, nihil vnquam ex Thalmud poterit ediſcere. *Ordin.4. tr.10. diſt.2.*

41 Gemina ſuperioribus fabula eſt, quòd tempore Meſſiæ Iudæa profert Iudæis panes coctos, & veſtes ſericas, cuique Iudæo accommodatas.

42 Quòd Deus Adamo creauerit duas mulieres, ex quibus texunt fabulatores genealogias interminatas, vt ex Auguſtino refert Beda *in Epiſt.1. ad Timoth.*

43 Quòd Deus antequam legem ſuam daret Iſraelitis, eamdem præſentarit Idumæis, & Iſmaelitis, quorum illi habitarunt in Seir, hi verò in deſerto Pharan. Idumæos autem reijciſſe Legem, cùm audiuiſſent quintum præceptum, *Non occides*. Recordabantur enim, quòd patri eorum dictum eſſet: *Viues in gladio*. Iſmaelitas verò eamdem reijciſſe, cùm audiſſent ſextum præceptum, *Non mœchaberis*. Ita fabulantur, dum exponunt illa

Deut.

Deut.33. 2. Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo quinquaginta millia.

44 Quæ postrema, vt exponant, fingunt fuisse in datione legis in monte Sinai animas omnium Prophetarum, qui posteà inter Iudæos prophetarunt, ac singulos eo tempore, & loco accepisse prophetias suas, quas ediderunt. Addunt etiam fuisse inibi omnes Rabbinos, conditores Thalmudi.

45 Hæc suffecerint ad exibendam formam Theologiæ fabularis Iudaicæ. Sexcenta alia enarrari potuissent, sed modus seruandus fuit. Notum enim est, Iudæorum Rabbinos post Cbtisti Domini anastasin totam sacram Scripturam fabulis, à se confictis, fœdè coutaminasse. Quarum fabularum non paucæ sunt in libro dicto Thargum, qui Chaldaicam translationem continet.

46 Aduersus autem Legem Moysis hæc habent; quòd licitum sit cum propria vxore masculino concubitu vti. Quare cùm duæ mulieres essent de hac re apud Synagogam conquestæ, responderunt Rabbini, virum esse vxoris Dominum, deinde posse eum vti corpore vxoris suæ, vtcunque voluerit, non aliter quàm ille, qui piscem emit. Is enim tam anterioribus, quàm posterioribus piscis eius partibus ad arbitrium vesci potest. *Ordin.3.tr.3. dist.2.*

47 Si quis aut filiam suam, aut sororem suam, sibi matrimonio iunxerit, is rem Deo facit gratissimam. *Ordin. 2. tr.1.*

48 Rabbinum, qui non oderit hostem suum vsque ad mortem, & qui vindictam aduersus eum non quæsierit, indignum esse nomine Rabbini. *Ordin.5.tr.1.dist.2.*

49 Grauiùs plectendos esse eos, qui contradicunt verbis Scribarum, quàm verbis Mosaicæ legis, quibus, qui contradixerit absolui potest; qui verò verbis Rabbinorum contradixerit morte moriatur. *Ordin.4.tr.4.dist.10.*

50 Si testes de falsitate conuicti fuerint, puniri debent pœna talionis. Quòd si contigerit iniustè accusatum fuisse damnatum, & ita pœna affectum; tunc falsi testes absolui debent, & nulla pœna puniri. *Ordin.4.tr.4.*

51 Si quem maior pars Iudicum ad mortem damnauerit, is mori debet; si verò omnes, nullo excepto, in eius damnationem consenserint, absoluatur. *Ordin. 4. char.37.*

52 Si quis marsupium loco publico inuenerit, scieritque eius dominum, iam de inuentione marsupij desperasse, non teneatur ad restitutionem marsupij. *Ordin.4. tr.2. dist.5.*

53 Hæc autem adduxi, vt Christianis persuadeatur quid de perfidæ illius gentis dogmatibus sentire debeant, & patescat animus nefariorum hominum in Religionem Sacrosanctam. Hunc finem producendi nonnulla ex Thalmude habebat Sixtus Senensis, qui ita mentem suam aperit: *Decreueram profectè, nullam talium librorum habere mentionem, & omnem doctrinæ huius memoriam, quantum fieri potuisset, silentio aboleri, sed quoniam me præteritorum temporum experientia docuit, huiusmodi volumina toties extincta, iterùm instar hydræ capita, reuiuiscere, permittente id Principum christianorum auaritia, qui quoquis paruo pretio inducti, facultatem instaurandi hos libros Iudæis vendunt; ideo me opera pretium facturum existimaui, si turpitudines, impietates, & blasphemias nonnullis Thalmudicis voluminibus comprehensos aliqua ex parte manifestarem, annotatis nominatim libris, vbi hæc habeantur, vt si quando hæc nefaria scripta, quibus adhuc abundat Asia, Africa, Græcia, & Germania, apud nos reuocentur in lucem, habeant pietatis christianæ propugnatores indicem, quo veluti manuducantur ad inueniendos, ac detegendos particulares huius operis libros, ac locos, in quibus prædictæ blasphemiæ scriptæ sunt, & his detectis, christianos Principes iterùm aduersus renascentis hydræ colla inflamment.*

54 Subiungit deinde nonnulla, quibus capitale Iudæorum odium in Christianos innotescit. Qualia sunt.

55 Statuimus, vt quilibet Iudæus ter in die blasphemet omnem Christianorum gentem, ac Deum precetur, vt confundat, exterminetque ipsam cum Regibus, & Principibus suis, atque hoc maximè faciant Sacerdotes Iudæorum in Synagoga ter quotidie, orantes in odium Iesu Nazareni. In Thalmude. *Ordin.1.tr.1.dist.4.*

Deus præcepit Iudæis, vt quovis modo, siue dolo, siue 56
vi, siue vsura, siue furto facultates Christianorum sibi vendicent. *Ibidem.*

Præcipitur omnibus Iudæis, vt Christianos omnes loco 57
brutorum habeant, nec aliter eos tractent, quàm bruta animalia. *Ordin 4.tr.8.*

Iudæus Gentilibus neque boni, neque mali quicquam 58
faciat. Christianum verò omni studio, atque industria conetur de vita tollere. *Ordin.4. tr.8. dist.2.*

Si quis Iudæus Christianum præcipitio propinquum 59
inspexerit, ipsum statim præcipitare tenetur. *Ordin.4. tr.8.*

Imperium Christianorum execrabilius est Imperio ce- 60
seratum gentium, & leuius peccatum est seruire Principi gentili, quàm Christiano. *Ordin.2.tr.1. dist.5.*

Templa Christianorum sunt domus perditionis, & lo- 61
ca Idolatriæ, quæ Iudæi tenentur destruere. *Ordin.1. tr.1.dist.2.*

Euangelia Christianorum, quæ inscribi debent *Iniquitas* 62
reuelata, & peccatum manifestum à Iudæis comburi debent, etiamsi in eis nomen Dei contineretur.

Hic igitur Thalmud, siue Ierosolymitanus, siue Babi- 63
lonicus, dupsptis etiam ineptijs, figmentis, & blasphemijs scriptus est Iudæorum peruicacium odio in Christum, & Christianos capitali flagrantium, ac pleraque in eo scripta tacitè, & apertè christianæ fidei mysteria obscurant, vel euertere nituntur, & ad superstitionem ducere. Vtetque sæpè ab Ecclesia catholica iussus est comburi, idque aliquoties iustissimè factum. Quia plurimis grauissimisque contra Christum Dominum, diuinamque Maiestatem, & huius administros, & amicos, Angelos, & Testamenti veteris Diuos, Beatissimam Virginem Mariam, Christianosque omnes, immò & contra Moysis legem, ius gentium, atque omnem naturæ legem, & rectam rationem erroribus, mendacijs, contumelijs, & blasphemijs scatet.

Quo circa Gregorius IX. omnia Thalmudica volu- 64
mina flammis adiudicauit anno 1230. & Pontificium decretum instaurauit Innocentius IV. anno 1244. Clemens IV. Honorius IV. & Ioannes XXII. Cùm autem eadem volumina à Iudæis pristino nitori restituta fuissent, & artis typographicæ præsidijs in infinitum propè numerum propagata, Iulius Papa II. nouo edicto promulgato, inquiri iussit, & anno 1553. cùm festa Tabernaculorum à Iudæis Septembri mense celebrarentur, per omnes Italiæ Vrbes exuri iussit. Posteà Paulus Papa IV. vnà cum Sacrosancto Inquisitionis Senatu anno 1559. idem fieri imperauit, & Thalmudicos libros inter scripta ab Ecclesia Catholica damnata connumerari voluit. Extat etiam ea de re Pij V. decretum anni 1566. & Gregorij XIII. quo statuitur, vt ab Inquisitoribus procedatur contra Iudæos, huiusmodi volumina retinentes. Et tandem Clementis VIII. contra impia scripta, vt loquitur Constitutio anni 1593. & libros Hebræorum Thalmudicos, Kabalisticos alios, opera, tractatus, volumina, & scripta quæcunque, tam lingua Hebraica, quàm quavis alia lingua conscripta, aut versa, edita, impressa, ac in posterum conscribenda, aut vertenda, edenda, vel imprimenda, continentia, seu continentes tacitè, vel expressè hæreses, vel errores contra sacras veteris legis scripturas, necnon contumelias, impietates, blasphemias contra Deum, Sanctissimam Trinitatem, Saluatorem nostrum, Beatissimam Virginem, Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apostolos, aliosque Sanctos Dei, Sanctissimam Crucem, Sacramenta nouæ legis, Sacras imagines, Sanctam Catholicam Ecclesiam, Sedem Apostolicam, ac contra Christi fideles, præsertim Episcopos, Sacerdotes, & alias Ecclesiasticas personas, atque etiam contra neophytos, & aliàs contra Catholicam Religionem, vel in quibus impudicæ, & obscenæ narrationes habentur, etiam sub prætextu, quòd expurgatæ fuerint, vel donec expurgentur. Item impij Thalmudici, Kabalistici, alijque nefarij Hebræorum libri omnino, damnati, & prohibiti maneant, & censeantur. Idem fecerunt Principes sæculares. In Gallijs S. Ludouicus Rex Francorum anno 1240. In Hispanijs Ferdinandus, & Isabella, & anteà Liuigius, ac demum Carolus V. In Dominio Veneto Benedictus Vale-

rus, Marcus Centanus, & Franciſcus Longus Senatores anno 1553. Immò Conſtitutio Iuſtiniani Imperatoris contra Iudæos, & eorum ſcripta, intelligitur de libris Thalmudicis. Adeò vt omnino prohibiti ſint, nec eorum correctio per Bullam Clementis Octaui admittitur, licèt per regulam quartam Indicis id videatur conceſſum. Idemque tenendum eſt de libris Machiauelli, & Reipublicæ Bodini. Hinc Petrus Galarinus Clementis V. decretum malè intellectum de prælegendis rudimentis hebraicis in ſcholis, detorſit ad Thalmud prælegendum. Tametſi reliqui Rabbinorum libri, dummodo ſint expurgati, & correcti, poſſint retineri. Et quamvis in Indice librorum prohibitorum ſecundæ claſſis prohibeantur commentaria Rabbinorum, id tamen ſolùm intelligitur de illis libris, qui deprauati ſunt ab hæreticis, & nominatim à Corrado, & Paulo Fagio, ita tamen, vt in reliquis ſint expurgati ad præſcriptum eiuſdem Conſtitutionis Clementis Octaui.

65 Ex quo Iudæorum odio fit, quòd ab eis honoraria accipientes, quo nomine in perſecutione Iudæorum ſub Henrico Quarto Imperatore facta, Spirenſem Præſulem redarguit Exſengr. *in Chron. Spirenſ. pag.* 198. contra fidem chriſtianam munere, aut fauore, ſuffragium eius præſtant, vt profani, ac ſacrilegi anathema effecti, ab Eccleſia habeantur alieni, ſtatuente Concilio Toletano 4. *cap.* 57. vbi etiam habetur, quòd à Chriſti corpore dignus ſit ſeparari, qui inimicis Chriſti efficitur defenſor. Eaque de cauſa Iudæi, etiam antiquiorum legumlatorum ſanctionibus, ab omnibus dignitatibus repelluntur *l.* 1. *C. de Iud.* Vbi lex eos appellat Inſultores fidei noſtræ Socin. *conſ.* 70. *vol.* 1. & facit textus *in cap. Conſtituti* 17. *quæſt.* 4. *& cap. Nulla, diſt.* 4.

66 Atqui perſonæ odioſæ non ſunt recipiendæ. Quia in beneficijs generaliter conceſſis non comprehenduntur perſonæ odioſæ *l. Lucius*, §. *Lucius Titius*, vbi Bart. *ff. de leg.* 2. Dec. *conſ.* 286. *col.* 2. *& conſ.* 338. *n.* 6. Et in terminis, quòd Iudæi non contineantur in diſpoſitione legum fauorabili, tradit Salicet. *in l.* 1. *C. de Epiſcop. aud.* Eo quòd leges non extendant ſuos fauores ad eos, qui ſunt eis rebelles *l. generaliter, C. de Epiſcop. & Cler. l.* 1. *cum auth. ſeq. C. de heret. & Manich. l. Milites, C. de quaſt. l.* 2. *de tabel. l. ſed & reprobari, C. de excuſ. tut.*

67 Præterea Iudæos non eſſe recipiendos, deduci videtur ex eo, quòd ad Chriſtianorum Eccleſias confugientes, illarum immunitatibus non potiantur, vt expreſsè poſt Abbatem *in cap. Inter alia, de immun. Eccleſ.* Archid. *in c. diffinivit* 17. *q.* 4. & Oldrad. *conſ.* 54. *n.* 2. accumulatis aliorum auctoritatibus, nuncupatim decidit Salicet. *in l.* 1. *C. de his, qui confug. ad Eccleſ.* vbi dicit, Eccleſiam non eſſe nutricem eorum, qui non ſunt ſub lege ſua. Idem tenet Gloſſ. *auth. de mand. Princip.* §. *Sed neque alios, v. Cogentur.* Et eamdem ſententiam, dicendo communem, firmauit Hippol. de Marſil. *in l. Senatus conſul. num.* 7. *& ſeq. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* & ſequitur Marquard. de Suſan. *in tract. de Iudæis par.* 1. *cap.* 8. *n.* 2. vbi infert, Synagogas Iudæorum non gaudere priuilegio illo immunitatis ſecundùm Ioannem de Anania *in cap. Iudæi extr. de Iudæis, & Sarac.* Cuius ſententiæ illa affertur ratio, quòd ipſi ſua infidelitate beneficio eius ſe indignos faciant, vt pulchrè notat Iul. Clar. *in pract.* §. *vlt. q.* 30. *num.* 14. Vbi etiam dicit erga Iudæos perfidiſſimos chriſtiani nominis hoſtes, nulla humanitate vtendum eſſe. Et licèt pietas chriſtiana eos acceptet, ij tamen miſericorditer in protectorum familiaritatem admiſſi, plerumque illam retributionem ijs impendunt, ac poſt ſe relinquunt, quam iuxta vulgare prouerbium mus in pera, ſerpens in gremio, & ignis in ſinu ſuis conſueuerunt hoſpitibus exhibere, præmonente Innocentio Tertio *in cap. Et ſi Iudæos* 13. *extr. eod. tit.*

68 Denique Iudæorum receptio prohibita eſſe videtur publicis Principum Chriſtianorum, & Rerumpublicarum edictis, quibus cauetur, ne Iudæi omnium maximi fœneratores in ditionibus ſuis ferantur, ſed auferantur, Alex. de Neu. *conſ.* 100. Oſaſch. *deciſ.* 137. Iacob. *in tr. feud. v. Dux q. vlt. in fin.* Vveſembec. *in paratit. C. de Iudæis n.* 3. vbi ad lubitum eos expelli, atque adeò etiam bonis deſpoliari poſſe, adſtruit, Menochium *conſ.* 100. *n.* 225. alligans, apud quem tamen hac de re nihil ibi habetur, & Oldrad. *conſ.* 264. *n.* 1. qui tamen ibidem totus contrarium conſulit, licèt *conſ.* 87. ſibi contrarius cum Menochio conſentiat. Quod ipſum etiam voluiſſe videtur Gaill. *lib.* 2. *obſ.* 5. *n. vlt.* Petr Royz. *dec. Lituan.* 5. *num.* 220. Parthen. Litig. *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 25. Vnde expulſiones eorum, ne Chriſtianis lites illicitas mouere, & ipſum ſanguinem exugere poſſint, meritò probare videntur Marquard. de Suſan. *tr. de Iud. cap.* 11. *n.* 11. Ioann. Boniſ. *tr. de furt.* §. *fraudul. num.* 39. Et quòd à Regno Galliæ ſint extorres, teſtatum faciunt Gaguin. *lib.* 2. *hiſtor. Franc.* Petr. Greg. Tholoſ. *ſyntag. iur. lib.* 22. *c.* 3. *num.* 23. Molin. *tr. de vſura num.* 581. Vbi Principes cum Iudæis colludentes vocat infideles, & ſocios furum.

Ad quorum comprobationem pertinet, quòd tradunt quidam non licere cum eius generis hæreticis, ac ſimilibus paciſci, vt liberè in damnata ſua ſecta viuant iuxta *Exod. cap.* 23. *ac penul. & vlt.* Eo quòd Iudæorum mores cum noſtris neutiquam concordent; tum maximè quod ob continuam conuerſationem, & aſſiduam cum ipſis familiaritatem ijdem facilè ſimplicium animos ad ſuam ſuperſtitionem, & perfidiam allicere, ac pertrahere poſſint iuxta textum *in cap. Adhæc* 8. *extr. de Iud.* cum ibi alleg. *l. Cælicolarum* 11. *C. de Iud.* 6

70 Verùm licèt huc uſque adductæ rationes id ſuadere videantur, ne Iudæi facilè recipiantur, ijs tamen non obſtantibus, nihil obſtare videtur, quin illi recipi poſſint. Et ita pronunciandi fiduciam præbet textus expreſſus *in l. Nullus* 12. *C. de Iud.* vbi Iudæis tutela à iure data eſt, ne Chriſtiani inſultent in eos, Bald. *conſ.* 315. *in princ. vol.* 1. Roland. à Vall. *conſ.* 25. *num.* 12. *vol.* 3. Et Iudæis, nihil tentantibus turbulentum, legique contrarium, iniuriam fieri non debere, dilucidè etiam ſtatuit lex Chriſtianis 6. *C. de pagan.* quam ad hoc notat eleganter Bald. *conſ.* 428. *vol.* 3. Marth. *de iuriſd. p.* 1. *cap.* 24. *num.* 20. Gaill. *lib.* 2. *obſer.* 30. Vaſquez *lib.* 1. *illuſt. controu. cap.* 8. *n.* 12. text. *in l.* 15. *ff. de excuſ. tut. l.* 3. §. *vlt. ff. de decur. l. circumcidere ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Cuiac. *lib.* 7. *obſer.* 30. & humaniter eoſdem tractandos, patienterque ferendos eſſe, tradiderunt Hoſtien. *in Sum. tit. de Iudæis*, Ripa *in l. Si inſulam num.* 20. *& a* 1. *ff. de verb. oblig.* Gondiſalu. *in tr. de heret. q.* 9. *num.* 9. Oltrad. *conſ.* 78. *num.* 264. Alex. *conſ.* 99. *n.* 14. *vol.* 6. & poſt Pariſ. Bonacoſ. inter *com. opin. v. Iudæos de ciuitatibus*, Menoch. *remper. remed.* 9. *num.* 288. Thom. Michael *de iuriſd. conſul.* 49. *in fin.* Nam ſi Iudæi nullum hoſpitium inueniant apud Chriſtianos, cateruatim confluent ad Turcas, ſicut fama eſt, olim ad centum millia Iudæorum ad Turcam migraſſe, memoriæque traditum eſt, Turcicum Imperatorem dicere ſolitum, ſe mirari Chriſtianorum Regum ſtoliditatem, quòd tantam multitudinem potius in propriam perniciem expellere, quàm ad ſuum emolumentum retinere maluerint, vtpotè quòd ſi interficere non voluiſſent, tamen mancipiorum loco ad varia ſeruitia præſtanda ſeruare potuiſſent. Et ſanè memorabile eſt, quod hiſtorici annotant, Iudæos illos, qui à Chriſtianis expulſi fuerunt primò omnium ad Turcas attuliſſe varia artificia, & perfectiorem vſum machinarum bellicarum, aliarumque multarum rerum, quibus anteà barbara Turcarum gens deſtituta fuerat, id quod incredibili Chriſtianæ Reipublicæ damno accidit.

Subſcribit bis nominatim Io. de Citier. *in tr. de primog.* 71 *q.* 16. *num.* 16. *lib.* 1. expreſſim ſtatuens, quòd Iudæi ſint ſub protectione Summi Pontificis, & Imperatoris, ſequiturque Pariſ. *conſ.* 2. *num.* 12. *vol.* 4. Roland. à Valle *conſ.* 25. *num.* 11. *vol.* 3. Bec. *conſ.* 84. *per tot. lib.* 1. *vbi num.* 8. Papam Iudæorum Tutorem eſſe, dicit per rationem, quia cum Petro dictum fuit, *paſce oues meas*, hoc de omnibus, adeòque etiam de illis, de quibus *Io.* 10. *v.* 16. agitur, quales vocatione, gubernatione, & redemptione ex parte Chriſti ſunt Iudæi, intelligendum eſt, quomodo Florianum de S. Petro ratiocinari, refert Tuſch. *pract. concluſ. iur. tom.* 4. *lit. I. concl.* 368. *n.* 5. *& concl.* 371. *n.* 40.

Hinc & Iudæos offendere, vel perſonaliter, vel in bonis 72 prohibet textus *in cap. Sicut* §. *fin. de Iudæ.* Id quod notat Corſet. *in addit. ad Oldrad. conſ.* 72. Abb. *in cap.* 1. *de conuerſ. infid.* alijque concludentes, Iudæos, ceteroquin innocentes ſolo Iudaicæ ſuperſtitionis intuitu, neque in

per-

persona, neque in bonis offendendos esse, & Principem absque legitima causa Iudęos nobiscum pacificè degentes, & quietè viuentes de suis Terris expellere non posse post Albert. *in rubr. C. de Iudaeis*, & Archid. *in cap. Fraternitatis d. 54.* tradit Mart. Lauden. *in tr. de Principe q.* 101. Quinimmò eosdem diligendos esse in quantum sunt humanæ naturæ participes, monemur per textum *in cap. Charitas, de pœnit. d. 2.* & tempore necessitatis eis succurri debere probat *Can. Quiescamus, d. 40. cap. Si cupis* 17. *q.* Oltrad. *cons.* 87. *num.* 3. Io. Andr. *in addit. ad Specul. in rubr. de Iudaeis*, Aretin. *in l. Mutuum ff. verb. oblig.* Anton. Natt. *cons.* 620. *num.* 22. *vol.* 3. & Principem secus facientem, peccare *l. Bene à Zenone, C. de quadr. praescr.* Quia licèt sit Dominus quoad protectionem, non tamen eos sine iusta causa expellere, aut bonis spoliare potest, notante Innoc. *in cap. Quia plerique, extr. de imm. eccles.*

73 Præter hæc iuris fundamenta solidè etiam ex sequentibus rationibus id stabilitur. Primò, quia cum fides eorum sit primordium veritatis, *l. Cùm filius §. hæres, ff. de leg.* 2. ipsique sint testes legis antiquæ, in qua de Messia venturo scriptum est, quem Christiani ex eadem lege venisse etiam probant, & ostendunt eleganter Petr. Gug. Tholos. *in tr. de vsur. cap.* 7. *num.* 12. *lib.* 2. sicque secundùm Theologos sint memoria maximi fundamenti fidei nostræ, eique apprimè vtiles; Vnde D. Augustinus super *psal.* 40. *Iudaei*, inquit, *tanquam capsarij nostri, nobis seruiunt, quia per eorum codices alios infideles conuincimus.* Vide Oldrad. *d. cons.* 87. *num.* 1. *in med.* Nec non per eorum consortium eos Deo lucrari possimus, *arg.* 11. *q.* 3. *C. Ad mensam, cap. Infideles* 23. *quaest.* 4. Oldrad. *d. cons.* 87. *per tot. & cons.* 264. Natt. *cons.* 620. *num.* 12. *tom.* 3. Roman. *cons.* 489. *n.* 2. Surd. *decis.* 133. Anchar. *q.* 27. *lib.* 2. Pacian. *de probat. cap.* 7. *n.* 36. Soarez *thesaur. recept. sent. lit. I. n.* 203. Vasquez *illust. contr. cap.* 8. *n.* 12. *lib.* 1. Nam & Iudæi inter oues Christi creatione, gubernatione, redemptione computantur, Roland. à Vall. *cons.* 25. *num.* 11. *vol.* 3. Vnde *Io.* 10. *alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili*, scilicet Ecclesiæ.

74 Deinde confirmatur etiam ex eo, quòd Iudæi sint fideles, & deuoti, idest non rebelles S. Ecclesiæ Romanæ, vt luculenter scribit Anchar. *cons.* 261. *col.* 2. vbi dicit expressè statutum loquens de fideli, & deuoto S. Romanæ Ecclesiæ, comprehendere etiam sub illis verbis Iudæos. Et hinc est, quòd Iudæi obedientes legibus non sint molestandi *c. dispar.* 33. *q.* 8. *cap.* 1. *de nat. ex lib. Ven. l. die Sabbati C. de Iudaeis*; Quod item notat Innoc. *in cap. Quod super his de vot.* ac sequitur Felin. *in cap. Consuluit, not.* 3. *de Iuda.* Hostien. *in d. cap. Quòd super.* Et Ecclesia eos in suis ritibus, & ceremonijs tolleret *d. l. Die Sabbati, C. de Iud.* Potest ergo Iudæus esse fidelis Sanctæ Matri Ecclesiæ, quia eius protectioni se subijciens, misericorditer ab ea sustinetur, & iniuriam ei fieri inhibet, eumque tutatur, *cap. Si quis, de Iuda.* Plura Anton. Natt. *d. cons.* 620. *num.* 9. Quinimmò ipse Apostolus Gentium Paulus nos monet, ne animo elato gloriemur aduersus detractos eiusmodi ramos, sed id perpendamus, cùm Deus naturalibus ramis non pepercerit, euenire posse, vt nec nobis parcat, illique rursus inserantur, nos verò excidamur, cum ex parte tantùm cæcitas contigerit in Israel, donec plenitudo gentium intraret *Roman.* 11. *v.* 19. *&* 20. Quò egregiè concernit, quæ habet Oldrad. *cons.* 264. *num.* 5.

75 Præterea eos à Christianis opprimendos, atque arcendos non esse, vult ipse Deus, quod haud obscurè colligitur ex eo, quod dictus Apostolus docet ad *Roman.* 11. *v.* 25. *&* 26. Iudæos ante finem mundi cùm inter gentes electorum numerus completus fuerit, ad Christum conuertendos esse. De qua conuersione Sophonias quoque Propheta vaticinatur *in cap.* 3. *v.* 8. Hos. 3. *v.* 4. & Christus ipse *Luc.* 11. *v.* 24. Inde ergo sequitur, Iudæos, dum tempus illud conuersionis diuinitus definitum, ac determinatum adueniat, inter Christianos ferendos, & tolerandos esse. Sed & hæc diuini Numinis voluntas clariùs etiam inde colligitur, quòd Regius Propheta Dauid sub persona Christi, *psal.* 59. orat, ne gens Iudaica prorsus aboleatur, sed per orbem terrarum dispersa passim vagetur ante oculos Ecclesiæ, siue populi Dei, Christianorum, & fidelium. Et imprecatio ista vim habet vaticinij, & prædictionis. Prædictio autem, quæ sit voluntas Dei, ostendit. *Ii enim*, ait Lipsius *in monit. & exempl. polit. cap.* 3. *de superstit. sparsi per Europam, Africam, Asiam, quaqua versus colunt, pertinax natio, & qui vmbram pro luce, pro veritate imaginem tenuerunt, & tenent. Quàm multa etiam priscis illis suis, sacrisque libris vana, superflua, inepta addiderunt? Ad Thalmudem appello. Sed isti, quod mirum, & ter mirum est, toties attriti, vel excisi potius, viuunt, & vigent, & corpus illud gentis seruant, atque adeò propagant. Legat qui volet ab Hierosolymis captis, quoties à Principibus Romanis, Græcisque pulsi, vel cæsi, quoties à Christianis etiam Regibus sint, mirabitur, & vix credet, vel paucos superesse in semen. At illi, vt dixi, frequentes sunt, & florent. Frequentes? Bellonium audi, fidum obseruatorem. In omni imperio Turcico, inquit, vix opidum, aut pagus est, in quo non plurimi Iudæi agant, atque ij ferè variarum linguarum periti, quod magno vsui est exteris, aut peregrinis. Nec in illo tantùm imperio, sed in Oriente, in Septemtrione apud Christianos etiam agunt, & quanquam sic districti, vnionem, & puritatem gentis seruant, à coniugijs alienigenarum decreto auersi. Quid Deus in istis struat, aut moliatur, nescio. Nulla quidem gens ab orbe condito, aut frequentiam, aut sinceritatem suam seruauit opinor, præter istam.*

76 Prædictis accedit quartò, quòd Iudæi viuant iure Romanorum, *l. Iudaei* 8. *C. de Iudae, & cap. Gaudemus*, ibique Anan. & Doctores *de diuort.* & notat *in cap. Ius Quiritum d.* 1. Innoc. *in d. cap. Quòd super his, de vot.* Myosing. *cent.* 5. *obser.* 6. Hinc dicuntur habere in filios ius patriæ potestatis, quæ est de iure Romanorum, vt obseruat Gloss. *in cap. Iudaeorum* 28. *q.* 1. *& in d. cap. Ius Quiritum*, Bald. itidem *in l. Nam & ciuium, ff. de his, qui sunt sui, vel al. iur.* Cardin. *in Clem.* 2. *in vlt. q. de Iuda.* Et hanc esse magis communem conclusionem asseuerant Alex. *cons.* 99. *num.* 6. *lib.* 6. Bursat. *cons.* 127. *num.* 6. *vol.* 1. Hinc Iudæus minor restituitur in integrum, quando læditur, quæ restitutio in integrum ex æquitate introducta est, *l.* 1. *ff. de minor. l. denique, & l. nec vtilem, ff. ex quib. caus. mai.* Mascard. *de probat. concl.* 944. *num.* 26. *&* 27. *vol.* 2. Et hinc etiam immunitas incolis alicuius loci concessa etiam complectitur Iudæos, vt notatur per Bald. *in l. Spadonem, §. Iam autem ff. de excus. tut.* vbi se ita in contingentia facti resoluisse, tradit, eò quòd in huiusmodi actibus Iudæi nobiscum participent, & Baldum sequitur Alex. *cons.* 75. *col.* 2. *vol.* 5. Socin. *cons.* 61. *col. penul.* quibus subscribit Angel. *in l. Vtimur ff. de sepulc. viol.* asserens, securitatem concessam pro se, & socijs includere socium Hebræum, tenetque Barbat. *in cap. Sedes, &* ibi Felin. *col.* 7. *de rescript.* Abb. *in cap. post miserabilem* 2. *not. de vsur.* Atque adeò secundùm legum dispositionem iustitia eis non minus exhiberi debet, quàm Christianis, & per consequens ab ijs sunt recipiendi *l.* 2. *ff. de probat. l. Actor, C. eod.* Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 36.

77 Quin & vetus Christianorum Ecclesia, vt & iura Canonica, & Cæsarea Iudæos, & eorum collegia, synedria, & synagogas non modò tolerant, atque sustinent, sed etiam in protectionem Christianorum receptos testantur, in quibus etiam plerumque grauissima pœna in eos constituta, qui vel ipsos, vel eorum synagogas iniustè, & sine causa offendere præsumpserint, reperitur. Idque etiam colligitur ex Augustino *de Ciuit. Dei lib.* 4. *&* 18. *& lib.* 2. *quaest. euang. q.* 33. & super *psal.* 59. & alibi passim, totoque titulo *Cod. de Iudaeis, & Caelicol.* Item ex constitutionibus Summorum Pontificum sub *tit. de Iudaeis, & Saracenis.*

78 Restat tantùm, vt ad præmissas dubitandi rationes respondeam, quas ad fundandam contrariam sententiam parum firmitatis habere, statim apparebit. Quod enim ad primum obstaculum attinet, quo obiectum fuit, Iudęos Christianorum facultates exugere, ac propterea tolerandos non esse, incommodis illis facilè occurri potest, si certis quibusdam conditionibus, ac legibus denuncientur, antequam recipiantur, sicuti Romæ sola arte stracciariæ, seu cenciariæ contentos esse prouidè sanciuit Pius IV. in sua *Const.* 3. §. 1. quam Pius V. approbauit. Quem in modum illorum prauitati alijs plerisque ferè locis obuiatum est legibus, ac Constitutionibus peculiaribus, quibus cauetur, vt non aliter recipiantur, nisi eo, quo Christiani obstringuntur iure, quoad politica, vtantur *lib.* 7. *&* 8. *C. de Iuda*, ex Deciano, & Alex. *cons.* 13. *numer.* 1. *vol.* 7.

alijs-

alijsque certis viuendi legibus adstringantur, io quibus est hæc, vt discreto vestitu vtantur *arg. l. 15. §. 27. & l. 39. de iniur. l. Mima 4.* vbi Bald. Castr. & Doctores, *C. de Episc. aud.* textus *in cap. In nonnullis 15. de Iud.* & arg. traditorum à Mascard. *concl. 264. num. 6. vol. 1.* & signa aperta portent, per quæ à Christianis dignoscantur, Decian. *lib. 5. prax. crim. cap. 12. n. 16.*

79 Quod autem secondo loco dictum est, Iudæos esse personas odiosas, & peiores Saracenis, & per consequens à generalibus beneficijs iuris excludi, id nooo nisi secuodùm qoid, & quoad forum animæ, atque æterni Iudicis tribunal, verum est. Respectu autem fori temporalis non procedit. Quia hac consideratione personæ odiosæ non dicuotur, vt venustè distinguit Natt. *cons. 62. num. 23.* Et sic, quamvis Iodæum esse sit crimen, & delictum, vt tradit Accurs. *in l. Sed si res de leg. 1.* habito nimirum respectu ad Deum æternum, & pœnam, quam ratione reprobatæ superstitionis suæ incurrunt, vt declarat idem Accurs. & Doctores *in l. Non erit §. Diuus ff. de iureiur. & in l. 1. C. de Sum. Trin.* Adeò vt qui Christianum appellat Iodæum, atrocem iniuriam ei iotulisse dicatur, annotante Peguera *quæst. crim. 13. num. 10.* Id tamen quoad Iudicem, & forum contentiosum omoi delicto caret, nec est punibile, vt sentit idem Accurs. *in l. Multùm interest ff. de verb. oblig.* & diffusè prosequitur Roman. & Alex. io fine, Felin. *in cap. Multorum num. 5. de Iuda.* Barthol. & Iasoo *in l. apud Iulianum, §. Constat num. 28. de leg. 1.* Marquard. de Susan. *tr. de Iuda par. 1. cap. 2. num. 2.* Ideoque pietate christiana sustinentur inter Christianos, conuersantes in his, quæ prohibita non sunt, vt non incultè id pluribus edocuit Tholosan. *in d. tr. de vsur. cap. 7. numer. 9. in med. lib. 2.*

80 Vnde etiam textus *in cap. Iudai extr. de testib.* nos monet, eos ratiooe bumanitatis à nobis esse fouendos, & propter implementum legis charitatis *Matth. 5. diligite inimicos vestros.* Et cùm sint participes naturæ nostræ, tanquam proximos nostros à nobis diligendos, *de pœnit. dist. 2. can. Charitas est, §. Item proximos* cum Gloss. *v. Participes.* Et nooesse perturbandos in eorum solemnitatibus, & cæremonijs, vult textus *in cap. Qui syncera cap. Iudæi, Clem. 1. de Iuda, l. Die sabbati, C. eodem.* Nec eis molestiam iosetendam, sed in eorum bonis conseruandos, notat textus *in l. Nulli C. eod. tit. cap. Sicut extr.* etiam *eod.* & per Apostolum *1. Corinth. 9. & factus sum Iudæis, tanquam Iudæus, vt plures lucrifacerem, & cap. 10.* circa finem, *sine offensione estote Iudæis, & gentibus.* Nam & Romani sustinebant, Iudæos posse filios circumcidere absque pœna, secus in alijs gentibus, *l. Circumcidere ff. de Sicar.* Et de tolerandis ijs in eorum ritibus vide D. Thomam 2. 2. q. 10. *art. 11.* Item Imperatores Honorius, & Theodosius condiderunt specialem prouisionem pro Iudæis, & Paganis contra Christianos, rapientes bona eorum mobilia, de qua *in l. Christianis, C. de pagan. & eor. templ.* Quod non reperitur specialiter statutum pro Chri-
81 stianis contra eos, vt per Roffredum in libellis suis super *comm. d. Constit.* Vbi dicit, quòd non sine caosa sic statuerint, scilicet propter raritatem Iudæorum, & Paganorum. Quia multi Christiani sunt io eorum terris, & pauci Iudæi habitant inter Christianos. Ideo voluerunt Priocipes illi, quòd ipsi ita pauci essent tuti inter Christianorum cętus, & subdit etiam intellexisse à multis quotidie partibus vltramatinis in Hispania apud Saracenos, quia ibi sunt pauci Christiani, similiter speciali lege prouisum sit de ipsis Christianis non offendendis, & atrociùs puniatur Saracenus offendens Christianum, quàm Paganum, refert & sequitur Marquard. de Susan. *d. cap. 2. num. 4.*

82 Nec omnis Iodæorum Kabala legibus Ecclesiasticis vetita est, sed illa solùm, quæ est falsa, improba, superstitionibus referta. Et quoniam talis ferè est omnis, quæ voluminibus Rabbinorum continetur, Romanæ Inquisitionis decreto libri ad Kabalam pertinentes damnati sunt. Certè Kabala etiam illa olim purior, & sincerior per posteriores Rabbinos, non solùm variè aucta fuit, verùm etiam nugis, fabulamentis, ac erroribus deprauata, vt probat Nicolaus Serarius *in cap. 10. Iosue* ex ijs, quæ de miraculis per certos characteres, & voces, ac litteras faciendis, docent Kabalistæ apud Capnionem *lib. 3. Kabala fol. 546. & seqq.* ex septuaginta duobus Angelis, ab ipsis ideo effictis, quia quinquaginta sunt portæ Sapientiæ, vt aiunt, & vigintiduo hebraici Alphabeti elementa, è qoorum coniunctione nascuntur septuaginta duo. Ex alijs item Angelis, qui Adami, & aliorum præceptores fuerint. Ex lege in globo igneo scripta, eiusque literis variè posteà confusis, & permutatis. Vide Ioseph *lib. 13. c. 18.* & Gr. Gorionid. *lib. 4. cap. 6.* Demptis verò ex Kabala Rabbinorum hodierna erroribus, ac fabulis, quæ cum Dei verbo, Ecclesiasticis Canonibus, & Christiaois dogmatibus pugnant, reliqua vsum habere possunt, nec repudianda videntur. Sunt enim vel vera, vel verosimilia, certè à veritate non aliena, nonnulla quoque antiqua, iucunda, ingeniosa. Pro antiquitate adducitur illud *lib. 4. Esdræ cap. 14. v. 45. & 46. Altissimus ait: Priora, quæ scripsisti in palam pone, & legant digni, & indigni, nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos Sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & Sapientiæ fons, & Scientiæ lumen.*

Et licèt Thalmud apud Iudæos summæ sit aoctoritatis; 83
Siquidem, vt Sacras literas, ita & Thalmudem appellant *Michtebhe hakkodesch*, idest *Scripta sanctitatis*, seu, *Scripturas sanctas.* Io præfatione autem ipsius Thalmudis sic scribitur: *Si quis negauerit libros Thalmudicos, in quibus scripta continentur prædicta sanctissima præcepta, Deum ipsum negat.* Attamen ex Christianis tanti fit, quanti par est figmenta Rabbinica, ociosorum somnia, nugas delirantium. Non tamen inde negauerim, quin ad multos vsus conferat, saltem Theologo Christiano theologia fabularis Iudaica. Primò ea vtitur ad Iudæos conuincendos. Magnam illi habent de Religione sua, iam non amplius religione, sed superstitione, opinionem. Æstimant Rabbinorum suorum scripta, vt Oracula, Thalmudem suspiciunt, vt Scripturam diuinam. A tanto errore commodiùs liberari non possunt, quàm si ex ijs libris adferaotur aniles fabulæ, quibus pleoi sunt, & contra legem Dei, ac Naturæ errores grauissimi. Nec desuot istiusmodi Iudæorum ad Christum conuersiones, quæ documento sint, non inutiliter fabulas hoc fine consuli. Vnam do, quæ cootigit anno Domini 1592. Calissæ in Polonia, quam sic narrat Ioannes Franciscus Carettonius. Princeps quidam insignis diuitijs, atque scientia, cùm egregiè calleret hebræa, atqoe apprimè versatus esset io Thalmudis doctrina, & Rabbinorum, Deo tollente velamen, inspicere cœpit, quàm luteis fundamentis Hebræa expectatio niteretur, quàm solidiora essent, quæ de aduentu Messiæ à Sacerdote Societatis Iesu proponerentur. Sex totos menses, qoos ad deliberandum sumpserat, consumpsit in atteotissima meditatione illius veritatis, eam diligentissimè ad Hebræorum scripta, atque doctrinam examinaoit: Vt oeque ab ijs, neque à Senioribus, & Legisperitis, qnos sedulò consuluit, nihil contra eam adferri vidit, nisi Perfidiam, Odium, Tenebras, quæ gemmulæ sunt Thalmudicorum Codicum, clam vxore hebræa, & soismnibus venit ad Collegium, confessos dare se manos veritati, cuius splendorem amplius negare non posset, imbutus catechismo diebus quindecim, ablutus fonte sacro, magna gratulatione totius ciuitatis, magno mœrore Iudæorum.

Secondò vsus est theologiæ Iudaicæ fabularis, vt Chri- 84
stiani agnoscant Iudæorum odium, & blasphemias in Christi Religionem, eiusque sectatores.

Tertiò eliciuntur nonnulla ex eorum Theologia fabu- 85
lari. Nam non omnia, quæ in ea continentur sunt meræ fabulæ, quæ ad Christianorum mysteriorum, & rituum sactorum confirmationem cootra aduersarios faciunt. Quem fructom ex Thalmode, & similibus scriptis decerpi posse, docuit egregiè Petrus Galatinos, opere de arcanis Catbolicæ veritatis aduersus Iudæos, & ante illum Porchetus; nam pleraque penè omnia, quæ habet Galatinus, præter Kabalistica, nonnulla leguntur in Porcheti volumine, quod inscripsit: Victoria Porcheti aduersus impios Hebræos; in quo tum ex sacris literis, tum ex dictis Thalmudis, ac Kabalistarum monstratur veritas catholicæ fidei.

Quartò. Ad Scripturæ Diuinę interpretationem, & 86
an-

antiquitatis Iudaicæ notitiam, quæ Theologo catholico est pernecessaria, conducit fabularis eadem Hebræorum scientia. Contioentur enim in ea multa, quæ veteris synagogæ statum, politiam, & varias Religionis cæremonias ponunt ob oculos, quæque loquendi modos, & receptas io foro, sacrisque locis formulas declarant. Quod apprimè in Bibliorum literalem sensum iouestigandum confert. Ob quam caosam antiqui in Ecclesia Doctores versabant illos Rabbinorum libros, in quibus non veræ solùm, sed & fictitiæ, fabulosæque expositiones habebantur. Seligebant autem, quod ad rem facere existimabant, & veritatis confirmationem, reliquis figmentis hostes ipsos oppugnabant, vel ridendos exponebant. Audiatur Hieronymus, qui operam dederat Rabbino Barhaniæ, ab eoque arcana Theologiæ Iudaicæ, vt ea vteretur ad fidelium commodum didicerat. *Testis est mihi Dominus*, inquit, *me omnia, quæ secundùm Hebraicum disſere, non de proprio sensu loqui (quod arguitur in Pseudoprophetis) sed Hebræorum sequi expositionem, à quibus modice tempore eruditus, debeo meis simpliciter indicare, quæ didici*. Et *lib.1.* contra Ruffinum idem eruditissimus Doctor accusnti, quòd viros hebræos, suos magistros nominaret Hieronymus, ita respondet: *Ipse Origenes, & Clemens, & Eusebius, atque alii complures quando de Scripturis aliqua disputant, & volunt approbare, quod dicunt, sic solent scribere: Referebat mihi Hebreus: Et: audiui ab Hebræo: Et: Hebræorum ista sententia est. Certè etiam Origenes Patriarcham Hullum, qui temporibus eius fuit, nominat, & trigesimum tomum in Isaiam, in cuius fine edisserit: Væ tibi Ariel, quam expugnauit Dauid, illius expositionem concludit, vt cùm aliter priùs sensisse se dicat, doctum ab illo, id, quod verius est, confiteatur. Octogesimum quoque nonum psalmum, qui inscribitur: Oratio Moysis, hominis Dei, & reliquos vndecim, qui non habent titulos secundùm Hulli expositionem, eiusdem Moysis putat; nec dedignatur Hebræam scripturam interpretans, per singula loca, quid Hebrais videatur, inserere*; Veterum vestigijs insistuot recentiores, & Sacræ Scripturæ Interpretes, & Scholæ Magistri. Certè S. Thomas Aqoinas, qui fabulis nunquam se delectatum satis vbique demonstrat, rigori scholastico semper deditus, fabularem Iudæorum Theologiam peruolnit non indiligenter, vt ex eius scriptis constat, in quibus ex Rabbinis ducuntur nonnunquam sententiæ, & nominatim citatur Rabbi Moyses Ægyptius, magni nominis inter Iudæos auctor. Nicolaus Lyranus, Paulus Burgensis, Andreas Masius, Episcopus Abulensis, Hieronymus Oleaster eruditis suis commentarijs in sacros libros passim Rabbinorum dicta proferunt, ijsque vtitur non raro Tostatus. Fabulas quoque tum hi, tum alij ex ijsdem producunt, vt quaotum à solidis inania, vera à falsis differant, oppositione contrariorum innotescat.

87 Et licèt etiam nefas esse Theologo Christiano Iudaicæ Theologiæ fabulari operam dare videatur affirmare Paulus Apostolus, Theologum instituens tribus potissimùm locis 1. *ad Timoth. 1. 4.* vbi monet Episcopum, vt denunciet fidelium Doctoribus, ne intendat fabulis, quod de Iudæorum fabulis Augustinus, alijque explicant 1. *ad eundem Timoth. 4. 7.* vbi præceptum continetur Theologis commune, *Ineptas & aniles fabulas deuita*. Quod ad Iudaica figmenta referri iorerpretes opinantur. Ad *Titum* 1. quem cùm Cretensibus dedisset Episcopum, hortatur, vt suos increpet durè, vt sani sint in fide, Non iotendentes Iudaicis fabulis. Itaque suot nonnulli, qui eam partem Theologiæ Iudæorum penitus abolendam censent, nullique cuiusvis tandem sit sortis, & eruditionis permittendum, libros ad vnum omnes flammis absumendos, nec sine piaculo legi posse. Plerique contaminari se, atque scelere adstringi putant, inqnit, Ioaones Mariana in opusculo de Editione vulgata *c.27.* si Rabbinorum commentarios aut legant patienter, aut audiant; religiosi nimium inhærentes persuasioni volgati, hostes esse nominis Christiani; lethale venenom in ijs libris contineri, vtilitatis parum graue periculum ex ea lectione, incautis homioibus imminere; neque minus esse fugiendos, quàm hæreticorum libros. Alij, quorum maior eruditio est, & linguarum cognitio maior, Hebraicæ, atque Græcæ contratendunt, negante eorum librorum lectione arcendos esse Theologos, vnde magna commoda veniunt, periculi parum, aut nihil.

Nihilominus assero Theologiam fabularem, quæ libris 88
Thalmudicis, alijsve eius generis, continetur, non videri planè præscribendam, ita vt eius lectio Theologis non permittatur. Primò, quia vt loquitur sanctus Augustious *lib. 11. de doctr. christ. c. 11. Latina lingua homines duabus aliis ad Scripturarum diuinarum cognitionem habent opus, hebræa scilicet, & Græca, vt ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit latinorum interpretum infinita varietas*. Quum itaqoe concedantur latinitatis studiosis libri ab Ethnicis conscripti propter sermonis elegantiam, & proprietatem, quamvis conuitia in Religionem Christianam, calumnias, & mendacia quamplurima habeant, res etiam obscœnas tractent, narrent, aut doceant, cur aboleantur omnino Scripta Rabbinica, licèt fabulosa, cum ex ijs linguæ hebrææ peritia, Theologo vtilis io paucis hauriatur? Quis excutiat è manibus Christianorum Tacitum *lib. 15.* quia Religionem nostram *exitialem superstitionem* vocat, *Christianos per flagitia inuisos*? Fabulas quoque idem de Moyse Hebræorum duce, comminiscitur, vti & Iustinus *lib. 36.* qui figmenta anilia de Moyse commemorat. An Suetonius proscribitur, quia in Nerua *cap. 16.* Christianos dicit esse genos hominum *superstitionis nouæ, ac maleficæ*?

Huc facit, quod *in Clem. de Magistr.* sancitum est, vt 89
in omnibus scholis publicè professores linguæ Hebraicæ, & Chaldææ constituantur vectigali de publico designato. Immò additur, vt ex ijs linguis transferantur in idioma latinum. Vbi illud prudeoter obseruat Nicolaus Serarius *lib. 1. de Rabbin. cap. 33.* Pontifici Maximo propositum fuisse, curare, vt viri hisce linguis instructi possint cum infideles alios, tum Hebræos ipsos eorum armis expugnare, Christique Domini obsequio addicere.

Dices, Pontificium decretum intelligendum solùm 90
esse de Grammaticæ rudimentis, dictionariis, & lexicis, nullum autem inde patrocinium adsciscì posse pro fabulari Theologia Rabbinorum, in Thalmude præsertim comprehensa. Ita sanè Xistus Senensis, qui incitatior in Galatinum. *Non possum*, inquit, *non magnoperè mirari inane studium Petri Galatini ex Ordine Minorum, qui cùm in primo de Arcanis Catholicæ veritatis libro defensionem Thalmudicorum Voluminum suscepisset, in eam vanitatem deuenit, vt non solùm adfirmauerit, Thalmudica opera in latinum verti oportere, & publicè in scholis Christianorum explicari, sed hoc ipsum quoque conatus fuerit adstruere auctoritate Clementis Papæ V. qui in Concilio Viennensi, eadem Sancta Synodo approbante, statuit vt in scholis Christianorum essent præceptores Hebrææ, & Chaldaicæ linguæ periti, qui libros Iudæorum in latinum transferrent, & ipsorum linguam publicè docerent. Hoc quidem Clementis decretum (inquit Petrus) cùm intelligi nequeat de Hebraicis Scripturæ diuinæ libris, quia iam toties traducti fuerant, consentaneum est, ipsius verba intelligenda de Thalmudicis Iudæorum operibus, nondum latinè versis. Lepidum sanè argumentum* (subdit Senensis) *& defensore tali dignum, qui non animaduerterit Clementis Canonem loqui de primis rudimentis, & institutionibus linguarum Hebraicæ, & Chaldaicæ, quæ magis petenda sunt ab iis, qui inter Iudæos grammaticas traditiones, & Hebraica, atque Chaldaica dictionaria conscripserunt, quàm ab eis, qui Thalmudica scripta collegerunt*. Approbat Senensis censuram Antonius Posseuinus *in Appar. v. Thalmud.*

At enim primò Pontifex non loquitur tantummodo de 91
grammaticalibus ioitiis, sed linguarum, dogmatumque illa notitia, quæ satis sit ad conuincendum peruicaces; eosque conuertendos; hæc autem è dictionariis, lexicisque haberi non potest. Quocirca dum librorum translationem præscribit, non potuit designare grammaticas solùm traditiones, & linguarum rudimenta. Fabulas ergo Iudaicas intelligit, & Rabbinorum deliramenta, quæ scire Theologum expedit, vt refellantur. Seotentiæ huius adstipulatorē nomino Nicolaum Serariū io Rabbino priore *cap. 33.* & Ioannem Marianam opusculo pro editione vulgata *cap. 27.* qui hoc adiungit, & dictionariis absolutam

alicuius linguæ cognitionem non contingere, nisi aliorum librorum multa, & assidua lectio accesserit, diligensque obseruatio.

92 Item hæc quoque. Commoda, quæ ex ijs libris proueniunt, leuia profectò non sunt. Linguæ Hebraicæ phrases, vnde nisi ex Rabbinorum libris? Num ex dictionarijs? At qui ex dictionatio sapit, parum in linguis omnibus sapit; neque omnia possuot lexicis comprehendi, & frequenti potius Variorum librorum lectione, linguarum peritia comparatur. Vocum hebraicarum reconditas significationes ex Rabbinorum libris eruimus, quæ passim nostræ causæ fauent, Ritus Iudaicos, & mores, quorum magna pars in veteris Testamenti libris comprehenditur, vnde commodiùs, quàm ex ea gente haurias, atque eorum libris? Quemadmodum Græcorum ex Græcis auctoribus eruimus, Romanorum ex Romanis. Qoid de mensuris, & ponderibus, & numismaris Hebræorum commemorem? Quarum rerum inscitia passim laboramus? Scimus in veteribus Patrum libris id genus quædam tradi, sed pauca nempè in confirmanda Religione magis, quàm id genus rebus explicandis districti erant.

93 Addo secundò, Galatinum dictis suis cautiooem adhibuisse, quæ sinceram viri mentem prodit. Sic enim scribit; *Luce meridiana clarius constat, Thalmud ipsum à Christianis recipiendum esse, non tamen in omnibos, nisi in iis tantùm, quæ bona sont.* Qui ita de fœdissimis Ethnicorum libris, eorumque commentarijs loqueretur, an reprehendi meritò posset? Lucianus legitur, Religionis nostræ sacra subsannans; Zosimus Christianorum virulentus insectator, & Constantini nominatim; Ammianus, gentilitiæ superstitionis patronus, & ea propter Christianitatis vbique hostis manifestus; plura autem commoda Theologus ex fabularis Iudaicæ perscrutatione, quàm Antiquarius recens ex illorum lectione Gentilium educit. Et hæc sit ad assertionem, initio datam, appendix.

94 Probatur secundò. Vtile est, vt in Ecclesia sint viri docti, qui reconditas artes, librosque perspectos habeant, tum ad ferendum de ijs in prudentum consessu è comitijs sincerum iudicium; tum ad refellendum ea, quæ aliena à Religione, ac veritate inuecta fuerunt à perniciosis hominibus, & incautis, curiosisque instillata. Quo studio, vel ipsas Magicas artes nosse velle, vt confutentur, & reprobentur, licitum esse docent Theologi.

95 Certè S. Thomas in quæstionibus quodlibeticis *quodl. 4. q.11. art.16.* quo quærit, *Vtrùm homo possit sine peccato appetere scire scientias Magicas?* ita disputat. *Actus humanus bifariam dici potest bonus, nempè ex genere, vel ex circumstantia. Ex genere is est bonus, qui versatur circa debitam materiam; debita autem materia appetitus est bonus; vnde appetere quodcunque bonum, est bonum genere. Omnis autem scientia, siue quæcunque cognitio bonum aliquod est; alioqui Deus, cui nihil mali inest, non haberet omnem scientiam, tam bonorum, quàm malorum. Quapropter appetere quamcunque scientiam, vel notitiam quarumcunque rerum siue bonarum, siue malarum est bonum genere suo; Sed tamen secundùm diuersas circumstantias additas potest esse bonum, vel malum, maximè ex intentione finis. Itaque si aliquis appetat scire scientias Magicas, vt iis etiam vtatur, est malum. Si autem appetat eas scire, vt eas confutet, & reprobet, sic est bonum, & licitum. Similiter etiam ex conditione personæ potest hoc diuersificari, vel etiam ex modo appetendi. Si enim sic aliquis appetat scire huiusmodi scientias, vt earum notitiam præferat aliis vtilioribus rebus, inordinatus est appetitus: & similiter si sit talis persona, ad quam non pertineat hoc scire, inordinatè hoc appetit.*

96 Addit Beatus Doctor: Artes Magicas, & similes esse prohibitas quantum ad suum vsum, quòd, si etiam prohiberetur alicui earum studium ob periculum vtendi, tunc fore studium quoque malum, quia prohibitum. Lege, odes, in vltima editione Disquisitionum Magicarum ab Horatio Cardonio concinnata, vltimis autem curis ab Auctore recognitarum, auctarum, & castigararum, Delrij depulsionem, seu epistolam apologeticam contra cuinsdam suggestionem ad Congregationem Inquisitionis generalis sacræ fidei Romæ.

97 Robur hæc accipiunt ex sententia Hieronymi, quam profert scribens *in cap.1. Danielis*, & habetur *dist.37. Can. Qui si de mensa*, quamvis mutatis quibusdam. Sic autem inquit ipse. *Si Daniel, & tres eius socii quæ cibis regiis, ne pollurentur, vesci noluerunt, in vitio esse, & contra Religionem, nosse doctrinam Chaldæorum, & libros eorum legere existimassent, nunquam id facere sustinuissent. Ea igitur didicerunt illi, non vt sequerentur, sed vt ea vanitatis, & falsitatis, atque impietatis conuincerent, & damnarent. Nam si quis aduersus Mathematicorum, quos Genethliacos vocant, dogmata disputaret, Matheseos eorum ignarus, risui omnium pateret. Itaque tres illi pueri Sapientiam Chaldæorum ea mente didicerunt, quæ Moyses doctrinas Aegyptiorum didicerat. Et alioqui quomodo eius exemplo Theologi Aegyptios spoliabunt auro, argento, veste preciosa, nisi eorum Thesauris contrectatis?*

Consonat his Oecumenius *Act.7.* vbi in laude Moysis ponitur, quòd profanis disciplinis eruditus fuerit, & Cassiodorus *in expos. Psalterii*, nec dissidet Ambrosius *in c.2. epist. ad Colos.* quamvis dubitantis aduerbio prudenter vtatur: *Neque*, inquit, *Moyses, neque Ananias, aut Daniel peregrinam didicerunt eruditionem, nisi necessitate, atque coactione dominorum: in nulla etenim ea vsi sunt, nisi fortè quis dicat, quòd bonum sit eas discere, ad euertendas illorum fraudes.* Iustinus quoque *quæst.25. ad Orthodoxos*, ait, *laudari Moysen non propter vsum Sapientiæ fabularis Aegyptiorum, sed propter scientiam.* Quam sententiam etiam habet Beda *lib.2. Reg. cap.9.* citatus in decreto *dist.37.* 98

Tertiò rem planè conficit Pontificia concessio, quæ sic habet: *Thalmud Hebræorum, eiusque Glossa, Annotationes, & Expositiones omnes, si tamen prodierint sine nomine Thalmud, & sine iniuriis, & calumniis in Religionem christianam, tolerabuntur.* Verba sunt Indicis Romani librorum prohibitorum auctoritate, & constitutione Clementis VIII. editi anno 1595. Semper tamen adeundam esse censuerim Sedem Apostolicã pro licentia legendi huiusmodi libros. 99

Verum, quamvis Theologi promiscuè, & linguæ hebraicæ professores, alijque viri docti à Theologia fabulari Iudæorum arceri non debeant, meritò tamen cauetur, ne in scholis eadem prælegatur, aut vulgò exponatur. Patet. Nam nulla inde sperari potest vtilitas, periculum crearetur curiosis, nec satis in fide, & Religione firmatis ingenijs; maius certè malum, quàm bonum ex promiscua lectione fabulosorum commentorum existeret. Itaque prouidi est Magistratus Ecclesiastici, cùm id expedire iudicauerit librorum istiusmodi vsum quibusdam interdicere, ipsamque illam Theologiam certis è locis proscribere. Rursus. Nulli fas est *intendere Theologiæ fabulari Iudæorum*. Hoc Pauli enunciatum est, & sensum habet; non licere aoimum adijcere, non credere, vt res veras, non magnificare. Fabulis intendere, siue attendere dicuntur ij, inquit rectè Gulielmus Estius *in Epist. ad Timoth.* qui eas studiosè, & seriò, vel narrant, vel audiunt, velut rem alicuius momenti, & quæ ad pietatem faciat. Insuper dedecorum fore, ac minimè ferendum in Theologo Christiano, si ita deditus esset Theologiæ fabulari Hebræorum, vt idcircò minus æstimaret veram, diuinamque Theologiam Apostolorum, & Patrum; si ex cœnosis illius lacunis hauriret putidas sacræ Scripturæ interpretationes, ijsque, vt pestilentibus vndis, florentem Ecclesiæ hortum inficeret; si fabulatoris Rabbini nomen auctoritatemque pluris, quàm Concilij Sacrosancti, aut scholastici Doctoris faceret; si lethale superstitionum venenum inde hauriret, & incantis auditoribus, lectoribusque propinaret; Si peruersas de Religione opiniones ex ijsdem fabulis induceret, firmaret; Si Iudaicis rebus, & placitis idcircò plus æquo faueret; veterum Ecclesiæ Doctorum senteotiam contemneret, maiorum dicta conuelleret, cùm literæ Codicis Sacri inhærendum esset, ad allegoticos explicatus, ex Rabbinorum præscripto confugeret; qui perniciem, arrogantiam, peruicaciamque sibi ex Theologia illa compararet. Denique qui immoderatè fabulis Iudaicis, Kabalisticis argutijs, commentis Rabbinicis vteretur. Quod in quibusdam non tam Theologis scholasticis, quam vulgaribus Concionatoribus, & Sacræ Scripturæ minus solidis Interpretibus reprehenditur, qui ea propter Hebraizantes appellati solent, & plusquam oporteret fabulari Theologiæ Iudæorũ tribuunt. Quo vitio maximè laborant inter Sectarios Scioli Nouatores, qui à suis etiam doceri pos- 100

possent quantum deferre debeant fabulis Iudaicis, & quam sobriè ijs vti. Certè Iosephus Scaliger, vt hominem nullius inter eruditos notæ exprimam, *Iudæum*, inquit, *agnoscas, siue impudentiam, siue inscitiam spectes*, *Elench. pag. 40. & lib. 3. Isag. pag. 117. & 216.* vocat *Thalmudistas fabulatores*, *Asinitates Sycophantiarum Thalmudicarum*. Fatetur Lutherus & se, & Sanctem Pagninum, & Munsterum crebro in sua ex hebræo translatione errasse, cuius rei causam dat, quòd Rabbinorum glossis nimium crediderit. Iunius, & Tremellius; Nouatores ambo Rabbinos audaces fabularum auctores vocant.

101 Lubet audire Ioannem Forsterum, quem Beza hebraicæ linguæ professorem longè doctissimum vocat. Is ità dictionario suo præludit. *Vidi multis iam annis post instauratam Euangelij doctrinam non minus regnare in scholis Christianorum commenta Rabbinorum, cùm inuersione, tum etiam enarratione Scripturæ Sacræ, quàm in ipsis Iudæorum Synagogis, atque ipsorum Peruschim, quasi sacrosancta mysteria Dei ab omnibus summa reuerentia, ac religione coli, & adorari. Hinc factum est, vt certum sensum nequaquam assequi poteris.* Et mox quæ frequenter occinenda essent Nouatoribus: *Sæpè vehementer admiratus sum Nostratium* (Lutheranorum, & Caluinistarum) *vt pace ipsorum dicam, socordiam, qui absque vllo iudicio commentaria Iudæorum, in quibus nulla lux, nulla notitia Dei, nullus spiritus, nulla vllius disciplina, seu artis vera, ac solida scientia, nulla linguarum, ac nequidem hebrææ linguæ, est cognitio, amplecti maluerunt, quàm vt ipsi considerarent voces, ac earum significationes. Quid, obsecro, Iudæi intelligerent, quorum cordibus, vt Paulus Apostolus noster testatur, velamen Mosi in lectione veteris testamenti vsque ad diem hodiernum impositum manet, sensusque eorum obcæcati sunt, vt in finem legis intendere non possint? Qui verò finem legis, Filium Dei, natum secundùm carnem ex Virgine, verum Messiam, Mediatorem, Victimam, & Liberatorem humani generis non cernunt, neque agnoscunt, eumque subiectum, & scopum vniuersæ scripturæ esse ignorant. Insuper regnum ipsius tantùm externum corporale, & temporaneum somniant, non Spirituale, nec æternum esse credunt; neque inter promissiones legis, & Euangelij de gratuita remissione peccatorum propter Mediatorem Christum discernunt, quid, & quomodo docerent alios Mosen, & Prophetas? Quare rectè Christus eos vocauit cæcos, & duces cæcorum, vt interim taceam virulentiam ipsorum, & odium, quo flagrant in Christum, vt pauca inuenias de Christo vaticinia, quorum, vel verba aliqua, vel integram sententiam non sceleratissimè deprauarint. Nihil igitur profecerunt, nisi quod velut bibliothecarij libros tantùm sacros, quos Biblia vocamus, ac aliquos grammaticos nobis Christianis suppeditarunt. At quod ad Sacræ Scripturæ intelligentiam, vt iam dixi, atque etiam hebrææ linguæ cognitionem attinet, præstiterunt, quod laudem mereatur, omninò nihil. Nam dictionaria, & Commentaria ipsorum plus obscuritatis, & erroris in Ecclesiam Christi inuexerunt, quàm lucis, & veritatis. Id, quod in nostratium* (Lutheranorum, & Caluinistarum) *commentarijs videre licet, cum, vt ipsis videtur, vox aliqua ambigua, aut obscurior sententia occurrit, allegant aliquos Rabbinos, &, vt ipsi variè exposuerunt (raró enim, aut nunquam inter ipsos conuenit) ita referunt, postea lectorem dubium relinquunt. Quis verè ipsorum rectè senserit, & quem sequi oporteat, minimè indicant, aut si indicant, quia vim vocabulorum ignorant, facilè falsum pro vero amplectuntur, vt non ipsi tantùm errent, & fallantur, verùm etiam lectorem fallant, & ita Christi dictum accidat, Cæcus si Cæco dux fuerit, ambo in foueam cadunt. Commemorarem plus mille themata, quorum significationem veram, ac genuinam, nec dictionaria, nec Commentaria ipsorum ostendunt, quin potius studiosum eius linguæ miserè à veritate abducunt.* Hæc Lutheranus suæ sectæ homines magis, quàm Orthodoxos Theologos perstringens.

102 Eo tamē nomine malè à quibusdam audit Andreas Masius, quem acriter reprehendit Leo Castrius *lib. 4. Apologetici.* Illudque in primis carpit, quòd sepositis Sanctis Patribus, quos nunquam ferè citare putatur, nisi cùm eos est vituperaturus, nominet Rabbinos, nec nominet tantùm, sed citandis ijs se iactet, atq; operum suorum marginibus adscribat horum nomina, quibus in locis Patrum, qui citabantur nomina solebant adscribi. Quo circa Inquisitionis in Hispania Theologi è Masij commentarijs eradi nonnulla iusserunt, quæ, vt loquitur Posseuinus *lib. 2. biblioth. c. 8.* non tam Rabbinismum, quàm hæreses sapiunt. Sed idoneum, propitiumque nominis sui patronum nactus est Masius Nicolaum Serarium, qui Iosue *to. 1. & to. 2. cap. 20.* non semel eum ab hæresis suspicione eximit. Monet autem prudenter Posseuinus, hac in re sobrios esse oportere, qui sese lectioni Rabbinorum addicūt, quibus id præcipuè cordi fuit (*inquit*) vt à fide in Christum, atq; ab eius aduentu, ac redemptione generis humani homines auerterent.

103 Itaque viro sapienti non displicebit, quòd legibus nostris, vbi de sacrarum literarum Interprete præscribunt, est sancitum. *Si quid sit in Hebræorum Rabbinis, quod vel pro latina editione vulgata, vel pro catholicis dogmatibus vtiliter possit adferri, id ita adferat, vt ijs propterea non conciliet auctoritatem, ne ad eos aliqui afficiantur, præsertim si fuerint ex ijs, qui post Christi Domini tempora scripserunt. Ita reg. 9. & reg. 10. In cæteris Rabbinorum rebus conquirendis, aut etiam erroribus exagitandis, nisi valdè celebres sint, non laboret; idemque seruet in legendis quibusdam Christianis interpretibus, qui plus nimio Rabbinos sequuti sunt.*

104 Consulendi, qui contra Iudæos, & Mahumetanos scripserunt. Contra illos, Patres Chrysostomus, Cyprianus, Tertullianus, Iulianus Pomerius, Rabbi Samuel, qui duo habentur *to. 4. Bibliothecæ Patrum*, Gregorius, Hieronymus à S. Fide, Paulus Burgensis, Adrianus Finus, Porchetus, Petrus Galatinus. Contra Mahumetanos, Dionysius Carthusianus, Ioannes de Turrecremata, Balthassar Chauasius in notis contra Mahumetanos, & quibus ea potestas, Nouatores aliqui, qui temeritatem suorum castigant.

105 Quare non obstat decisioni præmissæ, quod ex Concilio Toletano adductum fuit, suffragantes nempe Iudæis per corruptionem, anathematizentur, & patroni illorum à Christi corpore separentur. Quia id eo sensu accipiendum est, si nempe contra fidem Christianam ipsis suffragia, & patrocinia præstentur, secus autem si in nudam protectionem, quæ cum fide nihil participat, recipiantur.

106 Neq; obiectum tertio loco nos remoueat. Et si enim concedamus, Iudæos, ac infideles propter commissum aliquod delictum ad Ecclesias confugientes illarum immunitate non potiri, à quo tamen doctissimi Iurisconsulti alieni sunt, nominatim Gloss. *in ca. Inter alia* Host. Innoc. Cardinal. *de imm. Eccles.* ibique Io: Andr. *n. 8.* Archid. & Io: de Fantar. *in cap. Definiuit 17. qu. 4.* Gulielmus de Monte Laud. Anchar. & Imol. *in Clem. 1. de pœnit. & remis.* & ibi etiam Vitalin. *num. 8.* Felin. *in cap. Iudæi de Iud. num. 2.* Marsil. *in l. vn. num. 114. C. de rapt. Virg.* Boer. *dec. 110. num. 4.* Faber *in l. 2. C. de his, qui ad Eccles. confug. & in §. sed & hoc instit. de his, qui sunt sui.* Rimin. *iun. cons. 119. num. 6. lib. 2.* Tiraquel. *de primog. quæst. 65. num. 8.* quam sententiam receptiorem appellat Couar. *var. resol. cap. 20. num. 11. lib. 2.* Syluest. *v. Immunitas 3. num. 2.* Tabien. *nu. 7.* Armil. *num. 9.* D. Antonin. *p. 3. tit. 12. §. 1.* Gauant. *in Enchir. Episcop. v. Immunitas num. 9.* Fagundez *de præcept. Eccles. lib. 4. cap. 4. num. 49.* Portell. *v. Ecclesiastica immunitas nu. 10.* Bobadill. *tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 51.* Dian. *p. 1. tract. 1. resol. 22.* Azor. *p. 2. lib. 9. cap. 1. quæst. 9.* Zambell. *in repert. mor. v. Ecclesia quoad eius immunitatem nu. 2.* Maranta *in contr. iur. p. 2. resp. 51. num. 3.* Hieron. Taball. *quæst. 269.* Ludouic. Correa *in relect. de Immunit. Eccles. p. 3. cap. 3.* Suar. *de relig. lib. 3. cap. 10. num. 9. & 11.* eamque defendit Mar. Italia *de Immun. Eccles. cap. 3. §. 3. nu. 33.* vbi subdit hanc opinionem præualuisse coram Regia Cæsarea Maiestate Carolo V. cum apud eundem hoc negotium ventilaretur ad consultationem Episcoporum Indiarum, ac probat, & declarat Riccjull. *de iur. personar. lib. 2. cap. 12. à nu. 2.* penes quem multa insigniter de Iudæis. Nam *in cap. Inter alia, cap. Miror, cap. Frater, cap. Si quis inuentus, & cap. Si quis contumax*, indistinctè omnibus conceditur hoc priuilegium, adeò, vt non sit tam personale, quàm locale. Priuilegium autem loco concessum, extenditur ad omnes, ibi existentes, sicuti notarunt Barthol. *in C. Cunctos populos C. de Sum. Trin. & Fid. cath. & in l. fin. C. de testa.* Bald. *in l. Si non speciali, C. eod.* Atque ita declarauit Sacra Congregatio Immunitatis mense Februario 1631. & passim obseruatur Romæ,

vbi Iudæi confugientes ad Ecclesiam, siue ex delicto non excepto, siue ex debito ciuili gaudent immunitate. Ex eo tamen non consequitur, eos pariter, etiam omni protectionis subsidio priuandos esse. Argumentum enim ab vno particulari ad aliud nihil infert, l. quod vero 14. ff. de legib. l. pen. ibi: neque enim sicut illud receptum est, ita hoc quoque receptum, ff. de reb. credit. Nec quod in vno casu speciali constitutum est, ad alios quoque, qui dissimiles, rationisque diuersæ sunt, sine legis authoritate tradendum est, Crott. ad rubr. ff. sol. matr. num. 12. Riminald. cons. 386. nu. 10. lib. 2. Cranet. resp. 2. pro gen. 20. num. 22.

107 Quòd denique de licita Iudæorum expulsione, nimirum eos ad libitum Principum, ac Dominorum Christianorum ditionibus eijci posse ex Doctoribus adductum est, id non simpliciter, sed secundùm quid, quatenus scilicet Christianis periculum, vel scandalum ex cohabitatione eorum, vt prædictum est, imminet, accipiendum est. Ita communiter responderunt Doctores, Iason in l. apud Iulian. §. constat nu. 29. ff. de leg. 1. Iacob. de S. Gregorio v. Dux nu. 11. Oldrad. d. cons. 264. & cons. 87. Camil. Borel. de præstant. Reg. Cathol. cap. 69. n. 42. Tholos. lib. 22. syntagm. cap. 3. num. 23. Io. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de Iudæis, Panorm. in cap. Quod super num. 5. de vot. Marsil. cons. 101. num. 56. Anchar. in cap. peccatum num. 12. de reg. iur. in 6. Aretin. in l. Multum interest, ff. de verb. oblig. Soccin. cons. 86. lib. 4. Alex. cons. 99. num. 18. lib. 6. Rip. in l. si Insulam num. 11. ff. de verb. oblig. Natt. cons. 120. num. 22. Roland. cons. 25. num. 19. lib. 3. Paris. cons. 2. num. 15. lib. 4. Becc. cons. 84. nu. 8. & per tot. Corsett. de potest. Reg. quæst. 81. Hermes. in tr. de instaur. Relig. lib. 2. cap. 12. Simanc. de cathol. instit. sub tit. de Iudæis num. 16. quorum magna pars testatur de communi, & æquiori, estque verissima. Nam, cessante ista causa politica, nulla alia remanet causa expellendi Iudæos, vel Infideles, nisi causa Religionis, scilicet quia Princeps zelo Religionis adductus vellet eos ad fidem conuerti. At ista causa non est legitima, tum ex l. Christianis, C. de pagan. & Sacrif. eor. ibi: Non audeant manus inferre, Religionis auctoritate abusi. Tum etiam quia Iudæi, vel Infideles neque directè, neque indirectè possunt ad fidem compelli, D. Thomas 2. 2. qu. 10. art. 8. Vbi communiter Theologi, & tradunt Innoc. in d. cap. Quod super num. 8. de voto, ibique Cardinalis, Abbas, & cæteri Canonistæ, nec dissentiunt Bald. cons. 316. num. 4. lib. 1. & nouel. de dot. p. 11. num. 47. alijque per textum in cap. Sicut Iudæi, vbi notat omnes, extr. de Iuda, & in cap. Maiores, §. Item quæritur, de baptis. & in c. Qui syncera, & c. de Iudæis 45. d. & in cap. Ad fidem 23. quæst. 5. Ex quibus ad literam docemur, Iudæos, vel Infideles adhuc non baptizatos ad fidem cogi non debere. Quia qui cogitur inuitus venire ad baptismum, non præsumitur habere fidem, d. cap. Sicut Iudæi de Iud. Baptismus autem non debet conferri, nisi ei, qui fidem habere præsumitur, vt diffusè post alios Sot. in 4. d. 5. q. vn. art. 8. & 10. in 3. concl. subdens, quòd esset Sacrilegium infidelem baptizare. Quomodo autem à dicto secundùm quid ad dictum simpliciter rectè efformabimus ratiocinationem, cùm hæc fallacia argumenta, quibus inest, omnino destruat, & vitiosam reddat connexionem, Euerhard. in præamb. top. num. 24. ad fin. Coler. in tract. de alim. lib. 1. cap. 2. num. 4. Coras. miscel. lib. 3. cap. 19. num. 8. disertè docent. Alij tamen, qui Iudæorum expulsionem vrgent, id, non nisi ea lege faciendum existimant, vt si manere velint, Christianam amplectantur Religionem, sin minus emigrent, cùm in hoc non simpliciter vis inferatur, sed vt vel Christianorum intra certum tempus deserant Prouincias, vel Christiani fiant, libera eis detur optio, Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 8. c. 24. q. 4.

108 Ex quibus ita resolutis euidenter patet, quòd quamvis sint, qui tum propter textum Exod. 23. 32. tum propter blasphemias, execrationes, vsuras, aliasque rationes supra allatas, Iudæos in Christianorum terris non tolerandos existiment; contraria tamen sententia, præter superius adducta, non solùm per manifestos textus iuris ciuilis tot. tit. C. de Iudæis nou. 146. nou. 45. nou. Leon. 55. & Canonici tot. tit. extr. de Iud. & Sarac. sed etiam per Constitutiones Imperij text. cap. 9. Aur. Bull. Caroli IV. ac frequentiori Doctorum calculo recepta, vsuque communi, & moribus omnium gentium recepta sit, dummodo ij pacificè secundùm leges viuant, Decian. in prax. crim. lib. 9. cap. 11. num. 4. & seq. Paris. cons. 2. num. 10. & seq. lib. 4. Roland. à Vall. cons. 25. per tot. lib. 3. Becc. d. cons. 48. alijque supra citati. Quòd ampliatur, vt, qui semel Iudæos recepit contra pacta, & priuilegia pro lubitu, eos amplius expellere non possit, eò quòd securitas semel alicui concessa sine causa, & culpa violari non debeat, arg. l. Sicut, C. de oblig. & act. Maximè si pacificè, & secundùm leges præscriptas viuant, nec quicquam turbulentum tentent d. l. Christianis 6. C. de pagan. l. Nullus 13. cap. de Iud. Becc. d. cons. 48. à num. 3. vbi ex Alexandro, & alijs refert, quòd Princeps sine peccato non possit expellere Iudæos, nobiscum quietè, & pacificè degentes, sed quòd eos teneatur diligere in quantum sunt humanæ naturæ participes. Et notant Doctores, quòd solus Summus Princeps de plenitudine potestatis possit expellere Iudæos, Innoc. in cap. Super his, de vot. Coriet. de potest. Reg. p. 5. num. 11. & 13. Et ita in Regnis Hispaniarum vsu seruari, testatur Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 440.

109 Declaratur tamen præcedens ampliatio, vt tunc locum non habeat, si Iudæi iam recepti contra recipientis præceptum à blasphemijs in Christianam Religionem sibi patere, vt & aliàs Christianorum Principum, & Magistratuum legibus politicis (nam Ecclesiasticis, cùm de Ecclesia non sint, eos non ligari, respondit Alex. cons. 13. n. 2. vol. 7.) viuere nolint; Si Christianos ad suam superstitionem traducere præsumant. Si cum hostibus Christiani nominis, vti quandoque factum, historia loquitur, proditoriè colludere animaduertantur, & omnino ex causa imminentis periculi, vel ad amouendum scandalum, non grauiter modò coerceri, & durioribus conditionibus subyci, ac quasi seruituti colonariæ, seu adscriptitiæ mancipari, sed & omnino expelli, ac bonis quoque dispoliari possunt, l. 11. in fin. l. 14. in fin. l. 16. & 18. C. de Iud. nou. 146. Ias. in d. l. apud Iulian. §. Constat, num. 29. ff. de leg. 1. Innoc. de Hostien. & Ioan. Andr. in d. cap. Quod super his, de vot. Oldrad. cons. 87. & cons. 264. Mart. Lauden. tract. de Princip. qu. 9.

110 Prima igitur eos expellendi causa sit, si versaremur in Regno nouiter ad fidem conuerso. Nam quò faciliùs ibi Christiana Religio propagaretur, posset indici Iudæorum cæterorum, ac Infidelium expulsio, vt Constantinum fecisse in Ecclesiæ primordijs, testantur Hostien. in cap. Consuluit, de Iud. Oldrad. cons. 87. num. 2. pro quibus facit textus in can. Sæpè malorum 28.

111 Secunda, si in Christianam Religionem euadant contumeliosi, argum. d. cap. Quia super, & cap. Et si Iudæos de Iud. Ob hanc causam exularunt ab Anglia, propterea quòd Vuoruici puerum Christianum in die Parasceues in nostræ Religionis contemptum cruci affixerunt. Idemque fecerunt Iudæi Nordouici degentes, vt refert D. Antonin. p. 2. histor. tit. 17. cap. 1. §. 6. & Polidor. Virgil. lib. 16. histor. Anglic. Et ob similem causam anno 1510. Marchiæ Brandeburgensi generali edicto sub pœna capitis proscripti sunt, ac quadraginta ipsorum exusti, ex eo quòd vnus ipsorum Sacratissimam Christi hostiam, quam pharisaica infidelitate coemerat, crebris pugionum ictibus confodere nixus erat, Hostia semper integra permanente, reliqui verò plurimos Christianorum infantes actibus, & punctionibus peremisse, fassi sunt, Surius de reb. in Orbe gestis sub anno 1510.

112 Tertia, si seditiones excitent, aut aliter in nos detegantur iniuriosi, vt rectè colligitur ex d. l. Christianis, C. de pagan. Hac de causa imperante Phoca exacti fuerunt Antiochia. Ingentem enim Christianorum multitudinem ferro conciderant, vel igne excusserant, necnon & Anastasium eiusdem ciuitatis Antistitem fœda morte affecerant, Nicephor. lib. 18. cap. 44.

113 Quarta, si in tam magnum numerum excreuerint, vt inde timeri posset proditio, d. l. Christianis, ibi: nihilque turbulentum tentantibus. Quam ob causam abire coacti sunt è Regnis Hispaniarum, vt patet ex Constit. Granat. pragm. 5. & 6. anno 1492. & 1499. & ex Concilio Toletano cap. 8.

Quin-

114 Quinta, si leges non seruent, vt probat textus *in d. l. Christianis*, ibi: *Nihilque tentantibus turbulentum, legibusque contrarium*. Quapropter erecti fuerunt Parisijs anno 1180. per Philippum Francorum Regem. Nam contra Ecclesiastica decreta in domibus suis seruos Christianos, & ancillas habebant, eosque ex aliqua parte cogebant iudaizare, vt testatur Naucler. *gener*. 40.

115 Sexta, si ita diuites euaserint, vt ex facultatum augmento, aliquid inconueniens suspicari possit. In his enim casibus possunt, vel in facultatibus ea aliqua parte mulctari, vel in parte eijci, prout casus qualitas exquirit. Quia potest Princeps ea causa publicæ vtilitatis tollere dominium rerum à subditis, *l. Si quis sepulchrum, ff. de Relig. & sumpt. fun.* Roman. *cons.* 310. *sub num.* 2. Angel. *cons.* 139. *n.* 3. Fulgos. *cons.* 143. *n.* 3. Felin. *in cap.* 2. *post princ. de const.* Dec. *cons.* 352. *sub ini. & in cap. Quæ in Ecclesiarum, num.* 19. *de constit.* Grammat. *cons.* 8. *num.* 8. *in fine. & cons.* 160. *num.* 11. Tum etiam quia Iudæi tolerantur ex commiseratione, & vt ipsi tandem conuertantur ad fidem, non tamen, vt officere possint Christianis, Isern. *in constit. Si quis in posterum tit. de Iudæis*.

116 Et generaliter quidem expulsionis exempla suppeditant superiorum temporum Annales. Nam sub Imperio Caroli IV. anno 1348. Iudæos, eo quòd ex fontibus per ipsos veneno infectis, pestis vniuersalis orta diceretur per totam fermè Europam, flammis, alijsque supplicijs assumptos ex Nauclero recenset Seb. Franc. *Chron. Germ. fol.* 198. *&* 199. & præcipuè 205. Plura expulsionis Iudæorum exempla ex historicis refert Masquard. de Susan. *tr. de Iudæ p.* 1. *cap.* 7. *num.* 2.

117 *Secundò* declaratur eadem ampliatio, si ad certum tempus recipiantur Iudæi. Quia tunc, permissa ad tempus, eo elapso, censentur prohibita.

118 Tertiam declarationem eadem extensio admittit, Si Iudæi certis conditionibus recipiantur, quas ipsi temerario ausu violant. Quia tunc securitatis auxilio frui non debent, cùm in leges securitatis commiserint, *l. Auxilium ff. de minor.*

119 Intermittere nequaquam possum, quin saluberrima statuta Concilij primi Mediolanensis sub Sanctissimo viro Carolo Borromæo de Iudæis proponam, quæ planè à generalibus Concilijs, Pontificum Constitutionibus, ac Sacris Canonibus excerpta sunt.

120 Vt quantum possumus Iudæis corrumpendi Christianorum mores, & eis bona per fraudem auferendi occasionem adimamus, ipsosque ad viam salutis traducere studentes, ex Sacrorum etiam Canonum decretis edicimus.

121 Vt Iudæi semper, & quòcunque iter faciant, viri pileum, seu biretum crocei coloris, mulieres impositum reliquo capitis integumento, pannum eiusdem coloris ferant.

122 Ne Christiani ad conuiuia, nuptias, vel dies festos, & Synagogas Iudæorum accedant, aut cum eis ludant, vel quod detestabilius est choreas cum Iudæis agant.

123 Ne Iudæis Christiani in famulatu esse possint.

124 Ne Christiani, si in diem, vel horam Iudæis operas suas locauerint, apud illos cibum capiant.

125 Ne Christianæ Mulieres, Iudæorum nutrices in earum domibus esse vllo pacto possint. Ne verò earra eorum domos, nisi cum necessitas, Ordinatio probanda, postulat it.

126 Ne Christiani Iudæos medendi causa ad se accersant.

127 Ne in coniungendis inter se matrimonijs eorum opera vtantur.

128 Ne Christianæ Mulieres Iudæis fuci, pigmentorum, aut ornandi se causa adhibeant.

129 Agros, prædia Ecclesiastica Iudæis locari, vestes, vasa, aliaue sacra, vel ad vsum Ecclesiæ destinata, vendi, aut pignori dari non liceat.

131 Ne in ædibus, quæ Ecclesiæ vicinæ sint, Iudæi habitent; & si qui in eis nunc habitant intra certum tempus omnino migrare cogantur.

132 Ne Christiani cum Iudæis in diebus festis emptionis, venditionis, vel alio nomine contrahere audeant.

133 Ne tribus ante Paschæ diebus, Iudæi in publicum prodeant, neque quicquam palàm, vel secretò in contemptionem Christianæ Religionis facere audeant.

134 Ne dignitatem, vel publicum Officium, quod ad Christianos pertinere aliquo modo possit, Iudæi obtineant.

135 Hæc, & reliqua, quæ de Christianorum cum Iudæis consuetudine sacris Canonibus constituuntur, curent Episcopi, & Principes, ac Magistratus pro suæ quisque auctoritatis munere, pœnis contra Christianos, & Iudæos acrioribus constitutis, vt inuiolatæ seruentur.

136 Vehementer etiam à Principibus petimus, vt in singulis Ciuitatibus certum locum constituant, vbi Iudæi separatim à Christianis habitatum conueniant. Et si quas proprias ædes Iudæi in Ciuitate habent, intra sex menses, eas verè, non autem simulato contractu Christianis vendi iubeant.

137 Illud præterea pro sua pietate Principes statuere debebunt, vt Iudæi quibusuis contractibus, & negotiis, quæ cum Christianis habuerint in libris suis conscribendis, literis, & lingua vulgari nostra, non autem sermone, & characteribus hebræis vtantur. Si secus fecerint, seuerè puniantur, nullumque inde ius eis esse possit agendi, vel excipiendi.

138 Omni denique diligentia illos in eo eniti æquum erit, vt fraudulentam, & insidiosam Iudæorum cum Christianis contrahendi rationem, & eorum facultatibus inhiantem auaritiam comprimant, & coerceant.

139 Monemus verò Episcopos, vt ab hominibus piis, ac peritis linguæ hebraicæ, & rituum Iudæorum, vel si huiusmodi nõ reperiantur, ab aliis doctis, ac bonis viris curent, fidem, ac doctrinam Christianam Iudæis prædicandam.

140 Ad eas conciones Iudæi omnes iussi conueniant, sed pueri, ac puellæ seorsum à parentibus, atque illis maioribus natu concionatorem audiant, qui ipsos familiariter instituat, & interrogantibus benignè satisfaciat.

141 In quo signum aliquod conuersionis cognitum fuit, is ab aliis separetur, & in domum aliquam catechumenorum, ad id paratam deducatur, vbi diligentiùs omnia, quę scire Christianum oporteat, doceatur.

142 Catechumeni ne baptizentur, nisi priùs diligenter instructi, & examinati fuerint, præsertim si grandiores sint.

143 Baptizati curæ alicuius probi viri, saltem per annum committantur, qui vitam illorum iis rationibus regat, ac moderetur.

144 Vt diebus festis Missam, conciones, ac vesperas adeant.

145 Aliis diebus aliquo artificio, quo victum quærere possint, vtantur.

146 Ne cum Iudæis vllam omnino consuetudinẽ habeant.

147 Neve cum Christianis, quorum vita flagitiosa sit.

148 Curet Episcopus, vt Iudæus, qui ad fidem se conuerterit, omnia bona sua habeat, ac si filius familias sit, legitima, & quæcunque alia bonorum pars ei iure debita à patre etiam viuente, detur. Vel si mulier fuerit, ei dos à marito restituatur, vel à patre constituatur, vnde ali possit ex præscripto Constitutionis Pauli III. Summi Pontificis, præsertim in iis, quæ ille statuit de iis facultatibus, quæ ex vsuris comparatæ sunt.

149 Placet etiam adducere quædam proloquia, siue decreta, quæ ea variis declarationibus, resolutionibus, atque responsis S. Inquisitionis Romanæ congessi, quæque forsan nusquam alibi reperiuntur, suntque huiusmodi.

150 Iudæi tenentur ex se suos libros expurgare, aliàs puniendi.

151 Ferè semper est ipsis deneganda licentia medendi Christianos.

152 Non debet eis permitti, vt à Christianis accendatur ignis in suis domibus, præsertim die Sabbati, etiamsi offerrent Eleemosinam locis piis erogandam.

153 Prohibentur cum Christianis promiscuè laruatas adire Comœdias tempore baccanalium, ac simul tripudiare, & contra eos potest procedi per Inquisitores.

154 Fingentes se christianos, & sumentes Eucharistiam, vel tradendi sunt Curiæ sæculari, vel, si recipiant Sacramentum baptismi, admittendi sunt ad pœnitentiam, vel videndum priùs est, quo animo id fecerint.

155 Retinentes pro suis seruitiis puellas Christianas, quæ non accedunt ad Missam, puniuntur in S. Officio, ad quod eiusmodi causæ spectant, & non ad Iudicem sæcularem.

156 Deferentes arma Algerium, vel ad alia loca Infidelium sub prætextu illa deferendi ad aliquem locum Catholicorum, puniuntur in S. Officio.

157 Amplectentibus fidem catholicam conceditur tertotio ſuorum bonorum, dummodo conſtet non fuiſſe ſęnore acquiſita. S. tamen Congregatio de Propaganda fide 15. Iunij 1646. approbante Sanctiſſimo, non ſolùm dixit obſeruari poſſe *Conſtit. 32. ſa. me. Pauli III.* quæ incipit, *Cupientes Iudæos*, quoad licitè acquiſita, vel illicitè ab incertis, ipſis conuerſis tanquam pauperibus applicanda, ſed etiam aliàs fuiſſe factam gratiam filijs hebræorum ad fidem chriſtianam conuerſis, etiam de bonis illicitè acquiſitis à certis perſonis.

158 Teſtes abſque tortura non faciunt fidem in cauſa contra Chriſtianos, itavt poſſit procedi ad torturam contra reum.

159 Retinentes libros prohibitos puniuntur ab Inquiſitoribus ex Conſtitutione Clementis VIII. etiam cum confiſcatione. Vnde Inquiſitores ſi habent ſufficientia indicia, quòd eiuſmodi libros retineant, & præcipuè Thalmud, qui corrigi non poteſt, debent contra eos procedere. Nec ijdem Inquiſitores debent illorum correctionem acceptare, vel libros expurgatos ſubſcribere.

160 Transferentes cum pompa, & luminaribus Arcam ab vna in aliam domum puniuntur in S. Officio.

161 Non poſſunt abſque licentia Sedis Apoſtolicæ nouas Synagogas conſtruere.

162 Accedentes ad hoſpitia Chriſtianorum non puniuntur in S. Officio.

163 Infantes, quos nutrices chriſtianæ baptizare faciunt, inſcijs eorum parentibus, illis non reſtituuntur, quia ſunt verè baptizati, & eorum patres tenentur ad præſtandum alimenta.

164 Ipſis conceditur per Breue expeditum die 2. Iunij 1593. licentia accedendi ad quæcunque loca Status Eccleſiaſtici occaſione mercaturæ, dummodo in illis non contrahant domicilium, quod in nullis Ciuitatibus, ac locis ditionis Eccleſiaſticæ poſſunt habere, niſi Anconæ, Romæ, & Ferrariæ, & ex Breui Vrbani VIII. in Ducatu Vrbini.

Dantes Chriſtianis panes azymos, quos in Paſchate cõficiunt, puniuntur extra Vrbem in S. Officio, in Vrbe per Eminentiſſimum Cardinalem Vicarium.

165 Perſoluunt pœnas, vel pœnitentias, ſibi impoſitas, non quidem manendo præ foribus Eccleſiæ, ſed ante Synagogam.

166 Circumcidentes Infantem Chriſtianum ſeuerè puniuntur ab Inquiſitoribus.

167 Exiſtentes in triremibus, volentes amplecti fidem Catholicam, inſtruuntur, & baptizantur, ſed remanent in triremibus.

168 Habentes commercium carnale cum mulieribus Chriſtianis non puniuntur in S. Officio, ſed ab Ordinarijs. Aliquando tamen ſimul procedunt.

169 Non poſſunt eorum Synagogam, licèt combuſtam, in alio loco ædificare, ſed debent illã in eodem loco reficere.

170 Percutientes, vel corrumpentes Imagines Sanctorum puniuntur à S. Officio, etiam priuatiuè quoad Iudices laicos, idque, etiamſi præuenerint.

171 Deſcendentes ex eorum progenie admittuntur ad Canonicatus, ad dignitates in Collegiatis, ad beneficia curam animarum habentia, nec etiam ad munus Vicarij, & curæ etiam amouibilis. Quod item ſeruandum eſt à Regularibus in Eccleſijs, in quibus habent curam animarum. Ad Ordines verò promouendi non ſunt, niſi viri probatæ vitæ, & ij, quibus merita vitæ ſuffragantur.

172 Diuites coguntur ad ſubminiſtrandum expenſas Victus ſuis filijs neophitis, ad fidem conuerſis.

173 Non poſſunt vti nutricibus Chriſtianis, etiam extra Ghettum, nec de licentia Epiſcopi. In caſibus tamen neceſſitatis, itavt aliter eorum filij educari non poſſint, niſi à nutricibus Chriſtianis, poteſt Epiſcopus ea ſe id permittere, ita tamen, vt omnino prohibeat quodcunque commercium cum ipſis Iudæis, & omnino ſeparatæ exiſtant, & infantes in proprijs domibus Nutrices retineant, prohibendo Iudæis, ne ad illas accedant. Quo in caſu Inquiſitores ſe ingerere non debent.

174 Pro exercendo fęnore debent petere licentiam à Summo Pontifice.

175 Nequeunt occidere ſua animalia in macellis Chriſtianorum cum ſuis ſuperſtitioſis obſeruationibus.

Non poſſunt vti opera Chriſtianorum in lauandis pannis; Verùm ob penuriam aquæ poteſt ob bonum publicum permitti, vt ipſimet deſerant pannos lauandos mulieribus Chriſtianis ad locum, in quo dealbantur, & lotos ad ſuas domos reportent. Neque ipſis expreſsè permittitur, quòd vti poſſint ſeruitijs baiulorum in conducendis ſibi lignis, frumento, & vino, ſed toleratur per conniuentiam. 176

Procurantes liberationem Turcarum à triremibus, vt iudaizent, puniuntur in S. Officio. 177

Non poſſunt vti opera Chriſtianorum in addiſcendis literis latinis, vel ſcientijs, aut artibus. Quòd ſi concedatur licentia, poteſt concedi, vt doceantur in aliqua domo priuata extra Ghettum, in qua non interueniant pueri chriſtiani, & exceptis diebus feſtis, atque habita priùs diligenti informatione de ſufficientia, & pietate præceptoris. 178

Nequeunt docere Chriſtianos ſcientiam aliquam, vel artem. 179

Prohibentur accedere ad Cauponas Chriſtianorum cum meretricibus. 180

Non poſſunt promoueri ad gradum aliquem Doctoratus in Vniuerſitatibus Catholicis. 181

Prohibentur apponere ſuis ſepulchris epitaphia, & inſculpere nomina, & cognomina, ac patriam defunctorum, & appoſita amouentur. 182

Permittitur ipſis vti opera Chriſtianorum quoad frumentum, ligna, & vinum aduehendum tantùm, cętera denegantur, & vtentes alijs ſeruitijs Chriſtianorum puniuntur in S. Officio, ſicut & Chriſtiani illa exhibentes. 183

Nequeunt vocari nominibus Chriſtianorum. 184

In vendendis, ac emendis libris tenentur ſeruare ordines bibliopolis chriſtianis datos. 185

Debent ſubſcribere ſuum examen, licèt examinentur die Sabbati. 186

Cum Medicis, & Chirurgis ad eorum domos cauſa eos medendi accedentibus Epiſcopus conniueat; annuum tamen ſalarium ijs prohibeat. 187

Barbitonſores debent ab Epiſcopo prohiberi, ne accedant ad illorum domos, pro illis tondendis. 188

Cum puellis vltrà ſecundum gradum diſpenſatur, vt ingredi poſſint Religionem, & habilitantur ad officia, & munera. 189

Occaſione peſtis permittitur ipſis vſus Medicorum Chriſtianorum, ſi non habeant medicos Iudæos. 190

Nullo modo eſt ipſis concedenda licentia conducendi prædia à Chriſtianis, & conceſſa reuocanda. 191

Eorum Synagogæ erectæ abſque licentia Sedis Apoſtolicæ ſupprimendæ, ac deſtruendæ. 192

Eorum filij infantes, baptizati in Lazareto, edocandi apud Chriſtianos, & à ſuis parentibus, ſi poſſident bona, ſubminiſtrentur alimenta, ſin minus Epiſcopus ſuo zelo paſtorali illis prouideat. 193

Ad Chriſtianiſmum conuerſi per conuerſionem, & pęnitentiam ab anterioribus, & priſtinis delictis in Iudaiſmo perpetratis, etiam in foro ſæculari quoad pœnam corporalem impunitatem non conſequuntur. Idque etiamſi cum tota familia baptizentur. 194

Prohibetur ipſis mercatura librorum Eccleſiaſticorum, & illos apud ſe retinere. Nec permittitur typographia idiomatis hebraici. 195

Baptizati, & relapſi in Iudaiſmum, non ſunt iterùm baptizandi, ſed abiurare debent de formali. 196

Non poſſunt deferre proceſſionaliter per Ghettum Bibliam. 197

Eorum ſpontaneas comparitiones volentium ſuſcipere baptiſmum, debet Inquiſitor remittere ad Ordinarium. 198

Ipſorum filii minores ſeptem annorum poſſunt baptizari ad iſtantiam patris, vel matris conuerſorum ad fidem Catholicam: Sed ii, qui excedunt ſeptem annos, ſuntque doli capaces, ſunt relinquendi ſuæ voluntati. 199

Filii eorum, quamvis non poſſint, inuitis parentibus baptizari, ſi tamen de facto baptizentur, valet baptiſmus, & apud Chriſtianos alendi ſunt. Non licet tamen huiuſmodi baptiſmum conferre, eorum parentibus inuitis. 200

Quia,

Quia, tametsi finis sit bonus, media tamen sunt illicita, præsertim ex Constitutione Iulij III. imponentis pœnam mille ducatorum, & suspensionis baptizantibus filios Iudæorum, inuitis parentibus.

201 Contra hortantes eorum filios neophytos ad redeundum ad Iudaismum non deuenitur ad confiscationem bonorum, sed ad mulctam pecuniariam.

202 Amplectentes sectam Turcarum, & inquisiti in S.Officio expediendi, ac si essent spontè comparentes cum abiuratione, vel retractatione erroris, in quem inciderant iuxta formam præscriptam à Pegna *in commento qu. x46. Directory*.

203 Pronuntiantes blasphemias hæreticales puniuntur in S.Officio.

204 Puellæ, quæ confugiendo ad Christianos pluries asserunt se velle fieri Christianas, collocantur apud aliquam nobilem mulierem Christianam, ipsæ, earumque parentes examinantur, & nolentes fidem amplecti, restituuntur suis parentibus.

205 Non licet Christianis pueros Iudæos in articulo mortis constitutos baptizare, nisi vbi nulla spes adsit, quòd huiusmodi pueri possint superuiuere, nec adsit scandalum.

206 Iudæa, quæ ante baptismum nupserat Iudæo, restituenda est viro fideli, cui postea nupsit, attento quòd tunc non constabat dictum Iudæum suum primum virum obijsse. Faciendæ tamen sunt diligentiæ, an præfatus Iudæus adhuc viuat, & monendus, an ad Catholicam fidem conuerti velit, vel saltem cum ipsa cohabitare sine iniuria *Saluatoris*, & absque eo, quòd traheret illam ad peccatum mortale. Quòd si dictus Iudæus moneri legitimè non poterit, id sufficiens videtur pro causa dispensationis iuxta Breue Gregorij XIII. in hac materia, vt scilicet dispenssetur cum dicta muliere ad cohabitandum cum viro fideli, cui nupserat.

207 Infans Iudæus, cuius pater consensum, vt baptizaretur, præstiterat, & posteà, pœnituit, retinetur sub custodia Christianorum, examinantur testes super consensu, & in casu periculi ordinatur baptismus.

208 Qui à lege hebraica apostatant ad Mahumetismum damnantur ad reuocandum, & detestandum sectam Turcarum iuxta formulam præscriptam, damnantur ad carceres ad tempus arbitrio, & interim benignè suadentur ad suscipiendum baptismum.

209 Si talis inuenitur esse *ille*, qualem oportet, qui fidem expetit christianam, & in proposito permanere, faciendum est, vt is coram Notario, & testibus det nomen suum, declarans voluntatem suam, atque profitens, se spontè christianum *fieri*, & Ecclesiæ mandatis parere velle, ac si liberos habeat, aut alios suæ curæ commissos infantes, seù rationis vsum non habentes, se illos Ecclesiæ offerre, quandocunque illa voluerit baptizandos, etiamsi ipsum à Sancto proposito, quod absit, deficere contigerit. Ita ex S.Clem. *lib.* 3. *recogn.* S. Dionys. *de Eccles. Hier. cap.*2.S.Sytic. Pap. *in Epist. ad Himer. Taracon. cap.*2.*tom.*1.*Concil.*

210 Quòd si habuerit vxorem, aut liberos, siue alios similiter suæ curæ commissos in discretionis ætate constitutos, siue maiores infantibus, siue proximos pubertati, siue etiam puberes, minores tamen viginti quinque annis, qui adhuc de suscipienda Christi fide non deliberauerint, ij ab Iudæorum, aliorumque infidelium cohabitatione, & consuetudine amoueantur, & apud fideles Christianos moribus, & vita probatos, seiuncti ab inuicem in domo aliqua, vel alio loco tuto sequestrentur, quò Iudæi, siue Infideles quicunque accedere, aut ipsos quouis obtentu alloqui prohibeantur, sed ibidem à presbyteris, & religiosis personis sæpè visitentur, eisque veritas fidei christianæ ex scripturis sacris, ex Religionis ipsius sanctitate, & miraculorum gloria aperiatur, & prædicetur.

211 Super huiusmodi autem de suscipienda fide deliberatione non est præfiniendum certorum, aut quadraginta dumtaxat dierum spatium. Cùm enim ad conuersionem proliziori tempore plerùmque opus sit, eorum iudicio, ac prudentiæ, qui in illorum conuersionem incumbunt, relinquendum est, vt pro eorumdem dispositione, longiori, aut breuiori eos tempore detineant, prout secundùm Deum, viderint expedire. Quòd si interim conuertantur, & declarauerint, se Christianos fieri velle, tunc ab huius declarationis die numerandi sunt quadraginta pœnitentiæ, seu instructionis ante baptismum dies, aut plures, prout ad eum suscipiendum idonei censebuntur.

Si antequam conuertantur aliqua signa, seu indicia proximæ conuersionis dederint, quamuis aliquandiu sic detenti fuerint, non facilè postulantibus, aut vrgentibus parentibus, aut consanguineis, dimittantur, sed adhuc per aliquot dies retineantur, quoad de eorum salute benè sperari potest. 212

Dum autem sic ad conuersionem detinentur, præsertim qui Iudæi sunt, legitima sua, & cæremonias seruare non prohibeantur, dummodo non propter Pascha, nec propter alias superuenientes solemnitates legales, ad Iudæos, siue Infideles redire, aut Iudæi, siue Infideles ad ipsos accedere permittantur; Sed si ea seruare voluerint, domi, vbi detinentur, soli seruent; ita tamen, vt nec azyma, neque alia edilia prohibita à Christianis eis administrentur. Et interim ex Scripturis Prophetarum ipsis ostendatur, ad ea seruanda Iudæos amplius non teneri, quòdque huiusmodi obseruationes legales Messiæ aduentu, velut vmbræ, exoriente Sole, euanescere debebant, & euanuerunt. Cœteris autem cuiuscunque sectæ infidelibus, ex ipsius sectæ falsitate cæremonias illas impias, & inanes esse superstitiones, quibus alligatos eos Satan in errore detinet, demonstretur. Proponaturque eis verus Dei cultus in spiritu, & veritate, non in mendacijs, & erroribus colant, & adorent eum. 213

Dum etiam sic detinentur, nulla eis, vt ad fidem conuertantur, vis, aut iniuria inferatur, neque durè, aut asperè, sed humaniter, ac benignè tractentur, ac eis omnia necessaria largiter administrentur. Quin & ab eis cum omni benignitate, mansuetudine, & charitate potius voluntas exquiratur, quàm coactè extorqueri videatur. Ita ex Concil. Tolet. *4.ca.56.tom.2.Concil.* & habetur *dist.* 45. *c.de Iudæis*, S.Gregor. *lib.2.Regist.ep.*15. *ad Pammach.ead. dist.c. Qui sincera*, idem S.Gregor. *lib. 7. epist.5.seu c.5. ad Ianuar.* 214

Vxor conuersi, si post omnem adhibitam diligentiam ad fidem venire noluerit, sed obdurata in infidelitate permanserit, dimittatur. Caueat autem vir, ne ei vnquam libellum repudij secundùm legem Mosaicam tradat; alioquin si id faceret, tanquam iudaizans, puniri deberet. Neque cum ea cohabitet propter periculum subuersionis fidei, & blasphemiæ, ac contumeliæ in Creatorem; nisi propter spem, & indicia certa futuræ conuersionis vxoris, Prælatus sincera mariti fide, & stabilitate confisus, id ei ad tempus indicauerit concedendum. Quod etiam seruandum erit, si vxor conuersa fuerit ad fidem, & vir permanserit infidelis. Concil. Tolet. 4. c. 26. & habetur 28. *quæst.*1.*Can. Iudæi*. *Et c. si Infidelis ead.qu.*2.*& cap. Quanto, de diuort.* docetque D.Thom. *in* 4.*d.*39.*q.*1.*art.*3. 215

Neque filij infantes, aut lactentes apud matrem, quæ à viro fideli decesserit, relinquantur propter periculum, ne eorum scilicet saluti, aut vitæ insidietur, neue eos educando ad infidelitatis errorem adducat; sed partis conuersi, aut eorum, qui catechuminis præsunt, cura sit, vt apud mulieres christianas, non suspectas alantur, atque in fide educentur, Greg. Pap. *9. decret. cap. Ex literis de conuers. infid.* Concil. Tolet. 3. *cap.*14. *tom.* 2. Concil. Tolet. 4. *cap.*62. quod habetur 28. *qu.* 1. *d. c. Iudæi*. 216

Si autem Vxor conuertatur ad fidem, & vir maneat in infidelitate, ipsa quoque dabit nomen, & coram Notario, & Testibus se christianam fieri declarabit, ac filios, & alios, si quos habet suæ curæ relictos infantes, seu nondum vsum rationis habentes, Ecclesiæ, vt supra, offeret baptizandos. Qua quidem declaratione facta, statim filij, & alij prædicti, opportuna adhibita cautela, auferantur à patre, vel alijs infidelibus, & apud eam, vel in domo Catechumenorum, vel alibi apud fideles edoceantur, ac fidei mysterijs, quantùm per ætatem licebit, 217

initien-

initieotur, atqoe vnà cum matre, cùm opportunum fuerit, baptizentur, *cit. c. Iudæi*, Concil. Tolet. 4. c. 59. & habetur *ead. 28. q. 1. c. Iudæi*.

218 Lactentium verò puerorum ratio & diligens eura habeatur, vt propter ætatis imbecillitatem, ac periculum eorum baptisma non differatur, sed citius etiam ante matrem ipsam baptizentur.

219 Minores etiam filij, alijque illius curæ concrediti, itidem sequestrentur, vt eorum de fide suscipienda voluntas exploretur, quemadmodum viro, veniente ad fidem, faciendum esse superiùs dictum est.

220 Pueri autem, qui parentibus infidelibus sunt orbati, si consanguineos proximiores ex linea paterna, vel materna Christianos habeant, veluti fratrem, sororem, patruum, amitam, auunculum, materteram, aut alium vlterioris gradus masculum, vel fœminam, apud eos, gradus tamen inter ipsos fideles prærogatiua seruata, educentur, & baptizentur.

221 Denique illud generaliter seruandum est, vt in pari gradu, fauore fidei, nulla habita sexus ratione, potior sit conditio consanguineorum fidelium, quàm infidelium. Itaut verbi gratia, amita, vel matertera christiana patruo, aut auunculo Iudæo, aut alterius sectæ infideli semper præferatur.

222 Ad hæc pueri in septimo, vel circiter ætatis anno constituti, qui se vsu rationis pollere ostendunt, ad fidem spontè venientes, recipiaotur inter Catechumenos, & aliquandiu probentur, eorumque voluntas coram Episcopo, vel personis non suspectis, si parentes eorum infideles vrgeant, aut ipsorum conuersioni contradicant, exploretur. Qui si io proposito permanserint nullo modo illis reddantur, sed baptizentur, & in Christiana pietate instituantur *c. Iudæorum 28. q. 1.*

223 Si in fide dignorum testimonio pueros huiosmodi, aut aliquos adolescentes, vel puellas, vel alios quoscunque fidem expetere, & à parentibus prohiberi, vel propinquis, aut propterea domi inclusos teneri, vel quouis modo impediri constiterit, ab eis abducantur, & in domo Catechumenorum, aut alio tuto, & honesto loco sequestrentur, vbi in fide instruantur, & ad eos non permittantur accedere infideles, oeque aliæ quæuis suspectæ personæ.

224 Mulieribus etiam, quæ Christianam fidem suscipere cupiunt, sed ob parentum, vel consanguineorum infidelium timorem, vel reuerentiam, aut ob fœmineam verecundiam non audent domo egredi, aut accedere ad Ecclesiam, & declarare se velle fieri Christianas, si per literas, aut internuncios, ant alio quouis modo suam voluntatem indicauerint, auxilium afferatur, & de propria domo, etiamsi, vt se prodant suis, aut alia de causa renuerent, vel reclamarent, amoueantur, & in domum Catechumenorum, aut in alium tutum, & honestum locum ducantur, vbi apud pias, & honestas personas teneantur, & explorata deinde, atque comperta earum libera voluntate suscipiendæ fidei, in ea diligenter, & religiosè instruantur.

225 Solicitè inuigilandum erit non modò catechistis, & præfectis Neophytorum, verùm etiam Parochis, & Præsulibus Ecclesiarum, & quibusuis Ordinarijs locorum, ne Neophyti siue recèns, siue pridem baptizati, diaboli, aut impiorum hominum suasu, insidijs, tentatione aliqua, aut animi imbecillitate superati, à fidei constantia, & veritate deficiant, aut auertantur, & ad priores vitæ ritus, superstitionesue redeant, aut declinent. Quare & eis maximè curandum est, vt his Neophytis in errores huiusmodi relabendi omnis occasio tollatur, & præcidatur, eosque, eorumue mores, vitam, consuetudines, amicitias, & societates explorent, & obseruent, atque ab alijs faciant explorari, & obseruari.

226 Expedit autem, vt & ipsi edoceantur, quòd iuxta sacras constitutiones contra Christianos, qui ad ritum transierint, vel redierint Iudæorum, etiamsi ipsi redeuntes, dum erant infantes, aut mortis metu (non tamen absolutè, aut præcisè coacti) baptizati fuerint, erit tanquam contra hæreticos, si fuerint de hoc confessi, aut per Christianos, seu Iudæos coouicti, procedendum. Et sicut contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum, sic contra fautores, receptores, & defensores eorum similiter procedetur. Bonifac. VIII. *in cap. Contra Christianos de hæret. in 6.* Ita & Gregor. X. *in liter. ad Inquisit. hæret. Ord. Prædic. & Minor. incip. Turbato corde audiuimus* sub datum Lugduni Kal. Martij Pootif. sui anno 2. Clemens IV. *in liter. ad Inquis. hæret.* sub datum Viterbij 7. Kal. Augusti, Pontificatus sui anno 3. Patres Concilij Basilicensis *sess.* 19. in decreto de Iudæis, & Neophytis §. *Contemptores cum duob. seqq.* Paulus III. in literis de Iudæis, & Infidelibus *ad fid. ven. incipien. Cupientes Iudæos*, §. *Contemptores cum tribus seqq.* Gregor. XIII. *in Constit. 7. de blasphemijs, & sceleribus Iudæorum* per Inquisitores puniendis, *incip. Antiqua Iudæorum improbitas* sub datum Romæ apud S. Petrum anno 1581. Kal. Iunij Pontificatus anno 10.

227 Quodque Iudæi, qui Christianos ad eorum execrabilem ritum, seu perfidiam inducere comperti fuerint, iuxta easdem constitutiones suot pœna debita puniendi: *cit. cap. Contra Christianos*, & expressius Gregor. X. *in præcit. liter. §. Iudæos autem*, Clemens IV. in ijsdem liter. §. *eod.*

228 Sed & Neophyti, qui ex Agarena, seu Saraceoica, ac Turcica gente, & Mahumetana secta veneront, pariter edocendi sunt, idem statutum esse de ijs, qui ad christianam fidem conuersi ad pristinam redeunt impietatem, vel de christianis, qui fidei veritatem abnegantes, se damnabiliter ad Mahometicam sectam transferunt, & contra ipsos, tanquam contra hæreticos, & contra fautores, receptatores, & defensores hæreticorum procedatur. Et Saraceni, seu iofideles prædicti, qui christianos vtriusque sexus ad huiusmodi eorum perfidiam inducunt, pœna legitima puniantur: Gregor. XI. *in suis lit. incipien. Admodum dolenter audiuimus*, datis apud Villam nouam Aueniooensis diœcesis, 3. Non. Augusti Pontif. an. 2.

229 Porrò si Neophyti in prædictis deliquisse, aut se suspectos reddere deprehendantur, ipsis locorum Ordinarijs, vel Inquisitoribus aduersus hæreticam, & apostaticam prauitatem per Ciuitates, diœceses, & Prouincias institutis deferantur, qui pro sua prudentia, & pietate rationem habentes, quòd recèns christiani effecti, & nonnullæ sint plantæ, eos ad rectam fidem melioremque frugem reuocare studeant, & iuxta excessom factorum, aut personarum qualitatem, vel in eos procedant & animaduertant, vel illos leuiùs, aut actiùs, vt res postulat, ipsorumque saluti magis expedire cognouerint, castigent, corripiant, & emendent. Patres Concil. Basilien. *in præcit. decr. §. Contemptores, & §. de his omnibus, & §. Neophyti verò*, Paul. 3. *in præd. liter. §. Contemptores, & §. Et insuper de ijs omnibus, & §. Neophyti.*

230 Atque ea ratione his non modò semel in pristinæ infidelitatis errores lapsis, sicut & cœteris parcitur, verùm etiam sæpius lapsis, seu recidiuantibus in eosdem, vel alios errores, si tamen verè ipsos pœniteat, & ad veritatis lumen redeuntes sinceræ pœnitentiæ manifesta signa dederint, atque in gremium sanctæ matris Ecclesiæ recipi humiliter postulauerint, ex auctoritate, & indulgentia Sanctæ Sedis Apostolicæ, ab Episcopis, vel Inquisitoribus pœna relapsis debita, clementer remitti, & vel in perpetuam, vel in temporalem custodiam, aut io aliam leniorem pœnam, vel in pœnitentias salutares, factorum, & personarum qualitate pensata, mutari consueuit, aut aliàs cautè prouidetur.

231 Quod maximè obseruandum est in ijs, qoi ingenio rudes, & mente imbecilles sunt, aut ex gentibus natura varijs, & inconstantibus progeniti sunt, quales putantur Maori, Arabes, Indi, atque alij similes, cum quibus eadem Sancta Sedes super eorum receptione ad pœnitentiam, & pœnæ condonatione sæpè dispensari mandauit, vt in *lit. Apostolic. in form. Breu. facultat. absoluen. huiusm. apostat.* præsertim in Hispan. Clementis VII. datis die 16. Iuoij 1525. Pontif. sui an. 2. & alijs eiusdem Clementis datis die 2. Decembris 1530. Pontif. sui an. 8. & alijs Pauli IV. datis die 23. Iunij 1556. Pontif. sui an. 2. & alijs Pij IV. datis die 6. Nouembris 1561. Pontif. sui an. 2. & alijs eiusdem Pij datis 25. Augusti 1565. Pontif. sui an. 6. &

alijs

alijs Pij V. datis 6. Septembris 1567. Pontif. sui an.2. & alijs Gregorij XIII. datis die 6. Aug. 1574. Pontif. sui an.3. & alijs Clementis VIII. datis die 31 Maij 1594. Pontif. sui an.2.

232 Et si quando Neophyti ex Iudæis, qui posteà blasphemantes io Christum, Iudaicus ritus perpetrare, & abominandas circumcisiones exercera dicuntur, diligenti inquisitione præcedente, per Episcopos, & Inquisitores locorum ecclesiastica auctoritate correcti ad cultum christianæ Religionis reuocentur, vt quos propria volunras non emendat, aoimaduersio sacerdotalis coerceat. Et si moniti se corrigere neglexerint, & ad vomitum iudaizantes redijsse comperiantur, contra eos tanquam contra hæreticos procedator, & si in apostasia, & perfidia pertinaces fuerint, post consuetas moniriones, & inducias ioxta canonicas Sanctiones sæculari potestati relinquendi sunt, debita animaduersione puniendi. Concil. Toler. 4. *cap.28.* apud Gratian. *de conser. dist. 4. cap. Plerunque*, & apud Duraod. *lib.6. ration. diu. offic. cap.83. sub num.23.* Patres Concil. Basil. *in cit. decr. de Iud. §. Neophyti verò*, & Paul.III. *in præd. liter. de ven. ad fid. §. Neophyti, cit. cap. Contra Christianos de hæret. in 6.* & concordant litteræ diuersorum Pontificum, *cap. Conuenientibus, vers. Item Petrus Apocrisarius 1.q.7.* & facit *cap. Ad abolendam, & cap. Excommunicamus, de hæret.* Concil. Toler. 4. *cap.90. to.2. Concil.* & apud Gratian. *1.q.2.c. Iudæi baptizati.* At de hæreticorum filijs *cap. Vergentis de hæret. cap. Quicunque, cap. Filij, & cap. Statutum 2. eod. tit. lib.6. liter. apostol.* Nicol.V. *approbat. & confirmat. ordinat. & decret.* Alphonsi, Henrici, & Ioannis Castellæ & Legionis Regum anno 1449. Pontificatus sui an.3. *incip. Humani generis inimicus.*

233 Legenda ipsa Constitutio 7. Gregorij XIII. *Antiqua Iudæorum* improbitas.

234 Tandem haud pigebit boc afferre Edictum pro Iudæis, quod iussus ab Eminentissimo D. Cardinali Ginetto S. D. N. Vicario Italicè composui. Illud est huiusmodi.

Editto per gli Ebrei.

235 QVantunqoe con diuerse Costitutioni di Sommi Pontefici, e con varij decreti del Tribunal supremo del S. Officio, come anche coo altri nostri Editti, e del nostro Tribunale si sia pienamente proueduto à quanto bisogna per togliere a' Giudei ogni occasione di corrompere i costumi de' Chtistiani, e di schiuare gl' inconuenienti, ne' quali s'incorre per la pratica intrinseca con essi; con tutto ciò desideraodo la Santità di N. S. che per corso di tempo non si possa pretendere ignoranza, ò dissimulatione veruna, d'Ordine espresso daroci dalla Sanrità sua à bocca, e per l'autotità del nostro Officio, noo ricedendo da' bandi, altre volte fatti, ma qoelli di nuouo innouando, s' ordina, e comanda.

236 Che niun Christiano dell' vno, e dell' altro sesso di qualsiuoglia qualità, e dignità, che si sia ardisca d'entrare nelle Sinagoghe, ò Scuole degli Ebrei ad vdire le lor prediche, ad assistere alle loro circoncisioni, ò ad altre ceremonie, à riceuer da essi azimelle per qualsiuoglia pretesto, sotto pena di scudi 25. d'oro per ciaschedunа volta, & altre pene ad arbitrio Nostro, nelle quali incorreranno anche gli Ebrei, da quali il Chtistiano sarà ammesso alle Scuole, ò riceuerà azimelle.

Edictum S. Officij 21. Decembris 1600. Edictum Rusticucij 1592. Decretum S. Officij 9. Augusti 1605.

237 E similmente che oiun Chtistiano tanto maschio, come femmina possa entrare in casa d' Ebrei ad effetto di dar latte a' putti, seruire, ò aiutar donne partorienti, accoociar letti, scopar case, lauar piatti, ò panoi, ò portargli, accender fuoco, ò lume, particolarmente il Sabbato, ò fare qualsiuoglia altro seruitio, sotto pena di scudi 50. per ogni volta, e della frusta da eseguirsi inuiolabilmente ranto nella persona del Christiano, quanto dell' Ebreo; Si tolera però solamente, che i facchini Chtistiaoi portino loro legua, vioo, e pane.

Decreta S. Officij 8. Nouembris 1595. 9. Octobris 1597. 27. Iulij 1628. 17. Martij 1616. 15. Martij 1612. 12. Aprilis & 17. Maij eiusdem anni, & 1. Settembris 1616. cap. & si Iudæos, & cap. ad hæc de Iud. Gregor. XIII. const.70. & Nicol. V. constit. Super gregem §. Nec possint.

Che niono Stufarolo, ò Barbiere possa lauare, nè tosare Ebtei sì dentro come fuori della propria stufa, ò bottega sotto le medesime pene da eseguirsi nella persona dell' vno, e dell' altro, come sopra. 238

Decreta S. Officij 11. Ian. 1629. c. Nullus 28. q.1.

Che niuno Ebreo sotto qualsiuoglia pretesto, etiamdio di mercatantia, ò altro più giusto titolo, ardisca d' entrare di giorno, nè di notte io casa di doone christiane disoneste, sotto pena di scudi 200. d'oto per ogni volta, e della frusta, & esilio di Roma, da esseguirsi tanto nella persona dell' Ebreo, quanto della Chtistiana, dalla quale sarà ammesso, dichiarando, che per questa pena non s' intenda mitigata la pena della lege commune, quando fra loro si prouasse commercio carnale. 239

Cap. in Nonnullis, §. Vnde, de Iud. l. Nequis Christianam, C. de Iud. Pius V. decreto suo die 20. Maij 1566.

Che niuno Ebreo possa riceuere nella sua casa, ò bottega neofiti, ò catecumeni tanto maschi, come femmine, ancorche fussero loro fratelli, ò figlie, ò sorelle, e di tenera età, nè praticare con esso loro, etiamdio fuori del Ghetto, e sotto qualsiuoglia altro pretesto, sotto pena di tre tratti di corda, e di scudi 50. per ogni volta. 240

Edictum Cardinalis S. Seuerinæ ex mandato Clementis VIII. sub die 28. Iulij 1592. & 17. Iulij eiusdem anni. Item edictum Card. Vicarij iussu Pij V. sub die 30. Iulij 1569. Paulus III. const.23. §.5. & 6.

Che niuno Ebreo ardisca di dar lettione à Christiaoi tanto di lingua, quanto di qualunque altra scienza, ò facoltà, ò arte, ancorche fusse di musica vocale, ò instrumentale, ò di qualsiuoglia altro mestiere, ancorche meccanico, sotto pena di scudi 25. e d' altre ad arbitrio, nelle quali egualmente incorrerà il Christiano, che riceuerà, ò darà lettione all'Ebreo. 241

Decreta S. Officij 9. Ian. 1620. 25. Iun. eiusdem anni, 16. Martij 1622. Edictum Rusticucij.

Che niuno Ebreo ardisca di mangiare, nè di bere, nè di nuotare, nè di giuocare con Christiani, ancorche fussero giuochi per altro leciti, nè di pernottare negli ospitij, ò nelle locandæ, se non fosse per viaggio, sotto pena di scudi 50. per ogni volta, da esiggersi irremisibilmente tanto dal Christiano, quanto dall' Ebreo. 242

C. omnes 28. q.1. c. Quam sit de Iud. Turrecr. in d. c. Nullus

Si prohibisce espressamente a' medici Ebrei tanto fisici, quaoto cirusici, espetiali, che non ardiscano, ancorche chiamati, & inuitati di preparar medicine, nè di medicare Christiani, ancorche fussero chiamati in compagoia d'altri medici Cristiani, sotto pena di scudi 25. & altre à nostro arbitrio per ogni volta, da esigersi tanto dagli Ebtei, quanto da' Cristiaoi. 243

Decreta S. Officij 14. Maij 1615. & 17. Iulij 1618. c. Nullus 28. q.1. Gregor. XIII. vbi supra.

E sotto le medesime pene s' ordina, e comanda a' medici, e a' cirusici, e agli Spetiali Cristiani, che oon debbano obligarsi à condotta dell' Vniuersità degli Ebrei, nè medicargli senza licenza da darsi ne casi necessarij da Noi, ò dal nostro Vicegerente, che sarà pro tempore gratis, e senza ioteresse veruno. 244

Eadem decreta S. Officij.

Che essi Ebtei non ardiscano di comprare, barattare, nè pigliar pegni da persone minori d' anni 14. sotto pena della perdita della robba, ò del valore di essa, e d' altre pene riseruate al nostro arbitrio. 245

Edictum Card. Rusticucij.

Che niuno Ebreo possa tener magazzeno, ò bottega fuori di Ghetto, oè iui dormire di notte, sotto pena di scodi 200. d'oro. Nè andare in carozza sotto la pena di scudi 100. e di tre tratti di corda ogni volta. 246

Abusus recentissimus extirpanius.

Che

247 Che tutte le robbe, che saranno da essi comprate, ò cambiare di valore d'vno scudo in sù, si debban da essi loro notificare nell' Officio di Cesi, Notaro del nostro Tribunale per tutto il giorno seguente, designando essi la persona, dalla quale saranno state vendute, ò cambiate, il luogo, e la qualità della robba, sotto pena della perdita di essa. Oltreche in caso, che non sia notata, se si trouerà rubata, si presumerà contro di essi, e si procederà contro di essi nel medesimo modo, che se fusse stata rubata con loro participatione. Delle quali robbe non ne possano disfare, guastare, tingere, fondere, nè in qualsiuoglia modo trasformare alcuna per dieci giorni doppo che l' hauranno compre, nè in detto tempo possano venderle, nasconderle, ò in qualsiuoglia modo trabalzarle, ma tenerle in mostra sotto le medesime pene, e presuntioni; eccettuaodo però i corpi de' suppellettili, e altre robbe, che compreranno all' ingrosso, i quali possano publicamente vendere à lor piacere.

Edictum Rusticucij.

248 Che niuno Ebreo dell' vno, e l'altro sesso sotto pretesto di comprare, ò di veodere, ò di qualsiuoglia altra occasione ò colore ardisca d'entrare in Palazzi, Case, Vigne, ò Botteghe di Cristiani, eccetto che di persone publiche, come di Giudici, Auuocati, Procuratori, Notari, e Officiali per cose spettaoti all'officio loro, sotto pena di scudi 50. e di tre tratti di corda agli huomioi, e alle donne della frusta da incorrersi ipsofacto, e l'istessa pena pecuniaria incorrano tutti i Christiani maschi, e femine, che li chiameranno, ammetteraono, ò faranno entrare in detti luoghi, e le meretrici, e donne disoneste nelle pena aoche della frusta. Nè meno entrino in Parlatorij, Oratorij, e Chiese di Monache, e Ospedali di donne, sotto dette pene, ò maggiori ad arbitrio nostro, permettendo però loro, che possano entrare nell' altre Chiese, Oratorij, Monasterij, e Conuenti di Religiosi, e nell'Ospedale degl' Infermi.

Edictum Rusticucij sub Clemente VIII.

249 Che essi Ebrei non chiamino, ammettano, nè faccino entrare nelle Case, ò botteghe loro donne Christiane, nè di giorno, nè di notte, nè huomini Christiani doppo le 24. hore; nè permettino, che quelli, che vi sono entrati, vi stijno doppo detta hora, ò vi pernottino, sotto pena agli Ebrei di scudi 50. e della frusta, e a' Christiani dell'istessa pena pecuniaria, & alle meretrici, ò donne disoneste anche della frusta.

Edictum Rusticucij.

250 Che niuno Ebreo dia, venda, baratti, ò doni carni da essi sciattare, ò con le loro ceremonie vccise, sotto pena di scudi 25. tanto à chi le darà, come à chi le riceuerà. Et ogni volta, che con l'istessa carne non si dia anche il bollettino del Cristiano, dal quale l' Ebreo l' haurà l' hauuto, si presuma sciattata, e vccisa da essi, & incorra nell' istessa pena tanto chi la dà, come chi la riceue.

Decreta S. Officij 8. Iulij 1615. C. omnes 28. q. 1. Edictum Rusticucij.

251 Che non possano gli Ebrei fare ammazzare alcuna sorte d'animali da' Christiani per loro seruitio, nè essi ammazzarli in macelli di Christiani, sotto pena di scudi 100. da incorrersi anche da' Christiani, che controueranoo.

Decreta S. Officij vt proximè, & 4. Ioan. 1629. Edictum Rusticucij.

252 Che non possano andare à lauar panni in luogo alcuno, se oon nel fiume tanto, quanto si distendono con il loro serraglio, e non in compagnia di Cristiani sotto pena della frusta, & a' Christiaoi, che anderanno con loro compagnia, ò da sè per quanto si distende la Riua di detto Serraglio di scudi 25.

Edictum Rusticucij.

253 Che non sij loro lecito d' hauer tutori, Curatori, ò esecutori testamentarij cristiani sotto pena di scudi 100. à chi se ne valerà, ò chi darà, ò accettarà tal peso.

Edictum Rusticucij.

254 Che non prendano danari da' Christiani ad impresto, ò sotto alcun altro titolo, per dar poi loro parte certa, ò incerta dell' vsure, ò di guadagni, che ne traggono sotto pena della frusta, & a' Cristiani della perdita del danaro, & altrettanto di pena.

Edictum Rusticucij. Et elicitur ex Concilio Tolet. 4. & Melhensi c. 58. Vbi qui eorum vsuras adiuuat, eorum perfidiam fouet, qua sibi persuadent, fœnerari licitum esse.

Che non portino alle berette, e a' cappelli coperta 255
gialla leuariccia, nè appuntata, ma ben cuscita sopra il Cappello, e beretta, e l' vna, e l'altra dalla banda di dentro siano foderate dell'istesso colore, ò almeno la salda, e non vi portino velo, ò fascia nera, ma sia dell' istesso color giallo. E l'Ebree portino il segno scoperto in testa senza metterui sopra il fazzoletto, ò altra cosa sotto pena di scudi 50. e della frusta, e delle pene altreuolte imposte.

Decreta S. Officij 21. Iunij 1629. cap. Nonnullis, de Iud. Paulus IV. & Pius V. in suis constit. 3. & 7.

Che non comprino, tengano, vendano, ò contrat- 256
tino in qualsiuoglia modo, ò colore per sè stessi, ò mediante altre persone, Agnus Dei, ò Reliquie de' Santi con ornamento, ò senza, Croci, Quadri, Figure, Immagini di Nostro Signore, della Madonna, ò di Santi, Officioli, Diurni, Breuiarij, Missali, Biblie sagre, ò altri Ecclesiastici libri, e di Religione Cristiana, touaglie, paramenti d'altare, nè qualsiuoglia supellettile sagra, ò spettante al culto diuino, ancorche guasta, stracciata, ò rotta, ancorche per abruciare, ò cauarne oro, ò argento, sotto pena di scudi 200. e della Galera agli Ebrei, e a' Cristiani di detta pena pecuniaria, & altre ad arbitrio.

Decreta S. Officij 28. Maij 1614. 7. Nouembris 1613. & 1634. & Edictum Rusticucij.

Che quelli, che vanoo comprando per Roma, non 257
portino le robbe, che comprano nascose, ma scoperte, e volendole portare in saccoccie, siano di rete con maglie larghe, in modo che si veda ciò, che vi è dentro sotto pena della perdita della robba, e di 25. scudi.

Edictum Rusticucij.

Che non possano tagliare, nè far di pezza vestiti nno- 25
ui di sorte alcuna, ma solo rassettare i vecchi, sotto pena della perdita de' vestiti, e di 25. scudi, concedendo noi loro quattro mesi di tempo à vender quei lauori, che fin quì si troueranno fatti, ò tagliati, purche ne diano nota frà il termine di otto giorni nell' officio del sudetto Notaro, il quale debba spedire ogni cosa gratis, eccettuandoi vestiti che faranno, ò taglieranno per vso proprio.

Edictum Rusticucij; licet Rota in Romana artis sutoria sub die 20. Martij 1620. coram sacrato censuerit hebraeos in Vrbe commorantes posse conficere indumenta etiam ex noua materia.

Che in tutte l'arti, che essi sanno, habbiano da rego- 259
larsi con i capitoli di tale Arte, e contrauenendo, incorrano nell' istesse pene contenute in tal Capitolo di dette Arti, e maggiori ad arbitrio nostro, nè per questo s' inteodano sottoposti à i Consoli dell' Arte.

Edictum Rusticucij.

Che i loro Fattori procurino con effetto di mandare, e 260
mandino con effetto almeno il numero di duecentocinquaota Ebrei da 12. anni in sù alla predica dell' Oratorio, e del luogo solito della Santissima Trinità de' Conualescenti sotto pena di 25. ducati d'oro in oro di Camera, & altre pene riseruate al nostro arbitrio per ciascheduna volta, e quelli, che manderanno vna volta, non debbano mandar nell'altra, ma vadi per torno sempre l' istesso numero di 250. finche sarà fioito il numero di tutti, il qual si ricominci da' primi, che saranno andati la prima volta, seguitando il medesimo ordine inuiolabilmente, & in modo, che i giouani, e le giouani infino all' età d'anni 20. debbano sedere, e star separati da loro padri, e madri, e da altri loro maggiori d' età, sotto alle medesime pene.

Edictum Rusticucij 14. Octobris 1593.

Che tutti gli Ebrei la sera ad vn' hora di notte debbano 261
serrarsi dentro del Ghetto, e la mattina noo ardiscano vscire, se non per il Portone maestro sotto pena di scudi 25. & altre à nostro arbitrio per ogni volta.

Edictum Rusticucij.

Che

262 Che per qualsiuoglia pena apposta a' sudetti Capitoli non s'intendano diminuite le pene, che secondo la ragion commune si debbono per tali delitti, non ostante qualsiuoglia priuilegio da' Sommi Pontefici Predecessori fosse concesso a' detti Ebrei, & ogni altra cosa, che facesse in contrario, de' quali fosse anche bisogno farne spezial mentione di parola in parola, e con qualunque clausule derogatorie, anche delle derogatorie, le quali si habbino qui per espresse.

Edictum Rusticucy.

263 Et accioche le suddette cose habbiano la douuta osseruanza, deputiamo esecutori de' nostri ordini N. N. N. e vogliamo, che la copia del presente editto publicata nel Ghetto degli Ebrei, & affissa ne' Portoni di esso habbia l'istessa forza, che hauerebbe, se fosse à ciascuno di essi Ebrei personalmente intimato. Dato nel nostro Palazzo, &c.

CONSVLTATIO XV.

An occidens inimicum reconciliatum per dexterarum porrectionem, committat proditorium?

1 ITa sanè. Eiusmodi enim dexterarum complosione fidem sponderi solitam antiquitus obseruatum esse, certum est, teste Cælio Rhodigino *lib.4. cap.3. antiq. lect.* & Io. Pierio *in Hieroglyph.* Coniunctione verò manuum simul, ex qua efficitur numerus denarius, qui prima quadratura à Pythagora dicebatur, perfectam animorum consensionem symbolo quodam significari, tradit idem Cælius *lib.22. cap.14.*

2 Et quod eiusmodi dexterarum coniunctio euidens perfecti consensus, perfectæ pactionis, ac plenæ fidei symbolum, ac signum sit, habetur expresse *in cap.1. in fin. extr. de spons. duor.* ac tradit Aretin. *cons. 13. num. 3.* Decian. *cons. 64. num. 14. vol. 3.* Oldendorp. *in class. sua in act. ex stipul.* quod latius deducit Io. de Cirier. *in tr. de primogen. q.3. lib.2. num.31.* Vbi ex sacris literis, alijsque scriptoribus probat, quòd per dexteram pignus pacis, & testem fidei, nec non dona, & munera dari, atque etiam iungere dextras signum concordiæ esse soleat, de quo etiam Philip. Camerar. *centur. 2. horar. succis. cap.46.* plura, agens de symbolis, & significatione dextræ, & sinistræ manus. Et dextram datam apud Persas in primis firmissimi fœderis signum fuisse, firmat Gemistus Pletho. *lib.2. de reb. Græc. Persarum*, inquit, *Rex Memnonem, quòd dextram dedisset (maxima enim hæc apud Persas fides) conseruauit.* Et apud Romanos concordiam exprimebant duæ dexteræ in tesseram fidei, & vnionis, vt videre est in vetusto numismate, quod apud me est, vbi Nerui Cocceij nobilissimi, & humanissimi Principis lauro redimiti, vultus cernitur, qui inter optimos recensetur. Dicere solebat, se nihil commisisse toto Principatu, quominus posset priuatus, Imperio deposito, tutò viuere. Magnum præclarè conscientiæ, & clementiæ testimonium. Ob hanc causam Alex. ab Alex. refert religionem quandam in dextris esse. *Nameam*, inquit, *porrigimus, si quid data fide futurum pollicemur*. Vnde etiam sedem fidei in dextris sacratam collocabit Numa Pompilius apud Liuium *1. Decad. lib.1.* Hinc Ouidius *lib.6. Metamorph.*

Vt pignus fides dextras vtrasque poposcit,
Inter seque datas iunxit.

Et in eamdem sententiam Virgilius inquit *lib.3. Æneid.*

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus
Dat iuueni, atque animum præsenti pignore format.

Et Æneid.7. Latinus ait:

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

3 Veteres enim singulis partibus humani corporis singulos Deos præfecere. Caput Ioui deferebant, Neptuno pectus, cinctum Marti. Frontem Genio facit Seruius, vnde, inquit, Deum venerantes frontem tangimus. Supercilia in Iunonis tutela fuisse ait Sextus Pompeius, quòd ijs protegantur oculi, per quos luce fruimur, quam à Iunone tribui putabant, Lucina inde dicta. Oculos Cupidini Veneris filio, in quibus excubet, eo ù specula quædam, tribuit Philostratus. Mineruæ os sacrum tradit Fulgentius. Aurem Memoriæ consecratam, refert Seruius. Locus retro aurem dextram Nemesi attributus fuit, quo referimus, vt Plinij verbis dicam, tacto ore proximum à minimo digitum veniam sermonis à Dijs, ibi recondentes. Dorsum, & posticæ partes Plutoni propriæ adscribuntur ab Artemidoro. Renes & inguina Veneri adiudicantur. Pedes Mercurio. Genua misericordiæ consignauit antiquitas, quòd ea supplices attingant, ad manus tendant, hæc vt aras adorent, vt inquit Plinius. Tali, plantæue pedum in Thetidis potestate fuerunt. Digiti Mineruæ consecrati. Dextera verò Fidei sacra est; Nam in fide porrigitur. Vide Lilium Gregorium Gyraldum *Syntagm. 1. Deorum gentilium*, & Hadrianum Iunium *lib.4. Animaduers. cap.12.*

Sic *Reg.4. cap.10. v.15. & 16.* Iehu obuiam factus Ionadabo, & dubius de animo eius, postquam interrogasset, *Estne cor tuum rectum, sicut cor meum est erga tuum?* illo respondente, *Est*, iubet sibi ab illo dextram porrigi, tanquam fidelitatis tesseram. Iacobinus verò *in tr. de homag. num.5.* putat primò firmitatem, seu soliditatem dextræ porrectione significari, *arg. §. 1. v. stipul. de verb. oblig.* quod in idem recidit. Quid enim aliud est fides, quàm dictorum, conuentorumque constantia, & veritas, teste Tullio *lib.1. Offic.* Vnde & simplex promissio à nobili viro facta penè vim habet iuratæ. Vide Mysinger. *cent.1. obser.17.* vbi eitat permultos auctores. Intellige tamen quoad contrahendam dumtaxat obligationem, quam æquè, ac si iurasset, promissor tenetur seruare, ac adimplere, non etiam ad incurrendam periurij pœnam, vt rectè Couar. *p. 1. Com. in cap. Quamuis, de pace lib.6. §.2.* & Mysinger. *de obser.17. num.6.* 4

CONSVLTATIO XVI.

An quis suffragijs eligitur, votorum maioritas, vel sanioritas potius attendenda sit?

CVm autem in Concilijs plerumque accidat, vt maior pars meliorem vineat, *Liu. lib.21.* ideò non abs re quæstionem hanc proposui, in qua absque ambagibus affirmandum censeo. Ratio decisionis inde manifestè constat, quòd iura ciuilia in actibus Collegijs maiorem numerum dumtaxat, non etiam sanioritatem requirant, *l.19. ff. ad municip. l.4. quod cuiusque vniu. nom.* Et hinc in actibus Vniuersitatis sæcularis non attenditur sanioritas, sed sola sufficit maioritas, vt testatur Pacian. *de probat. lib.2. cap.43. num.72. & seq.* licet iura Canonica vtrumque copulatiuè in electionibus requirent, *cap.fin. de ys, quæ fiunt à maior. par. Capit. c.53. de elect. & elect. potest.* Menoch. *cons. 96. numer. 12. & 16.* Modest. Pistor. *cons.45. num. 87. lib.2.* & Euerhard. *cons.39. num.3.* Quomodo autem id intelligatur alibi diximus. 1



CON-

CONSVLTATIO XVII.

An quando Clericus ex beneficio* l. fin. C. de edict. D. Adrian. *seu alio remedio, possessionem à Iudice laico obtinuit purè, ac simpliciter absque aliqua reseruatione, atque à dicto Iudicis facto non fuit appellatum ita, vt illud iudicium terminauerit, ac deinde alter sui commodi causa super eadem re nouum Iudicium auocatorium instituit, reuocari possit coram Iudice laico?

1 *ET quid vbi Iudice laico nulliter, vel iniustè spoliante laicum possessorem eius possessione, illamque tribuente Clerico, spoliatus non acquiescit, sed vel per viam appellationis ad Superiorem, vel per viam nullitatis coram eodem, habens se pro non spoliato, atque eamdem causam, & instantiam prosequendo, instet in sua antiqua possessione manuteneri?*

2 Ad primum, communior, atque receptior sententia est, quòd Clericus conueniri non possit, nisi coram suo Iudice Ecclesiastico. Ratio autem est, quia primum iudicium iam expirauit, & quia agitur de iudicio nouo. Vnde locum habet dispositio textus *in cap. fin. de iudic.* vbi Pontifex animaduertit Iudicem laicum sententiam diffinitiuam promulgasse, per quam functus erat officio suo. Quod præter alios admittunt Carleual. *de indic. tom.* 1. *disp.* 2. *num.* 961. Salgad. *in laber. par.* 2. *cap.* 6. *num.* 43. *& seqq.* Capic. Latr. *decis.* 123. *num.* 7. alijque laicæ iurisdictionis fautores, ac firmatur apud Rouit. *decis.* 44. & Sanfelic. *decis.* 2. Probatque de Marin. *resol. quotid.* 206. *vol.* 6.

3 Ad secundum; In hoc casu Clericus potest conueniri coram Iudice laico, vt *ex Peregrin. de fideic. ar.* 48. *num.* 62. *& seqq.* & Carol. de Grass. *effect.* 1. *num.* 947. Et rectè quidem. Quia idem est iudicium, ac eadem instantia, neque Clericus verè possessor dici potest. Quare Iudex laicus, decernendo actum à se, vel inferiori gestum, fuisse nullum, & non priuatiuum antiquæ possessionis, potest decernere laico eius antiquæ possessionis continuationem, cùm non dicatur mutari instantia, neque variari Iudicium, neque Clericus sua possessione perfecta spoliari, aut laico noua possessio tribui, sed tantùm ei, ab ipsomet Iudice indebitè impedito, remoueri impedimentum, vt latè adstruit Carleual *d. disp.* 2. *num.* 947. *& seq.*

4 Neque Martha, & alij contrarium asserunt, sed omnes loquuntur in casu, in quo primum iudicium, cuius vigore Clericus possessionem obtinuit, fuerit validum, & absolutum, itaut non ab eodem collitigante eamdem instantiam, ac priorem suam possessionem prosequente, sed ab alio in diuersa instantia, atque in nouo, ac separato iudicio possessionem iam perfectè assecutam, auocare volente, Clericus molestias patiatur.

5 Id tamen limitandum est, vt non habeat locum in casu, quo Iudicis laici reuocatio eorum, quæ gesserat pro executione, postularet aliquem actum positiuum districtionis, seu coactionis Clerici in persona, vel in bonis proprijs; quemadmodum contingere solet, quando Clerico nulliter liberata fuit pecunia debitoris, quam consumpsit, vel commiscuit adeo, vt debitori concedi non valeat manutentio in possessione rei suæ, sed oporteat Clericum cogere ad tantumdem. Tunc enim partes Iudicis laici erunt decernere nullitatem liberationis pecuniæ, ad Ecclesiasticum verò spectabit districtio personalis, vel realis Clerici ad illam exhibendum. Quia laicus hanc iurisdictionem exercere non potest. Vbi tamen ipsa species extat, ita quòd absque necessitate deueniendi ad aliquem actum positiuum coactionis, possit antiquus possessor, tanquam ex remoto obstaculo, ab eodem suo Iudice illato, suam antiquam possessionem licitè continuare, eo casu, cùm ad nullam districtionem, vel iurisdictionis exercitium in personam, vel bona propria Clerici procedi dicitur, non videtur hæc necessitas subesse.

Ad summum autem dici poterit, quòd super mandato de manutenendo à Iudice laico, tanquam in causa competente, concessum, debeat ab Ecclesiastico, præuia Clerici citatione, obtineri exequatur, iuxta ea, quæ dicuntur de bonis litigiosis, seu in fraudem paratæ executionis Clerico alienatis ex deductis à Sperel. *decis.* 9. Quod sanè hisce terminis non videtur aptari. Quia non agitur de faciendo aliquo actu positiuo executionis. 6

CONSVLTATIO XVIII.

Quot requirantur miracula pro Canonizatione Sanctorum?

MIraculorum multitudo requiritur ab Archid. *in can. non mirum num.* 7. 26. *quæst.* 5. à Troylo Maluct. *de canon. Sanct. dub.* 3. *num.* 6. à Mascard. *de probat. volum.* 1. *concl.* 262. *num.* 46. Præsertim ad tutius in ea procedendum iuxta animaduersionem Auditorum Rotæ *in relat. S. Andreæ Corsini p.* 2. *post consul.* 1. *Lezana num.* 203. 1

Verùm, licèt Apostolica Sedes non consueuerit quempiam per Solemnem canonizationem catalogo Sanctorum adscribere, cuius excellentem vitæ Sanctimoniam, præter egregia virtutum merita non nouerit miraculorum frequentia admirabilem, vt tradunt communiter Doctores *in cap.* 1. *de reliq. & ven. Sanct.* nullibi tamen cautum reperitur, quot miracula ad comprobandum huiusmodi frequentiam requirantur. Neque enim talis esse debet, vt canonizandus Thaumaturgus dici possit, sed indefinitè sufficere plura miracula, fuit dictum *in relat. S. Andreæ Corsini p.* 3. *tit. de mirac. vers. occurrit*, traditque Mascard. *vbi supra concl.* 261. *num.* 46. *&* 94. vel aliqua miracula, vt per Panuin. *in relat. S. Bonauentura par.* 1. *art.* 3. vel etiam duo, aut tria concludenter probata, *vt in relat. S. Hyacinthi tit. de mirac. fol.* 36. Plura enim non sunt pauciora quàm duo; multa non sunt pauciora quàm tria. Illud patet per *l. vbi numerus de testib.* hoc per *l.* 1. *§. hoc rescriptum de S. C. Silanian.* Bartol. *ad l. Prætor, num.* 1. *ff. vi bonor. rapt.* Gæidd. *à d. l.* 85. *in fin. ff. de verb. signif.* & frequenter fieri dicitur quod bis fit *in auth. de defen. ciuit. ad fin.* terue iuxta Albericum, & generatim pluralis locutio duorum numero contenta est, Vlpian. *de testib. d. l. vbi numerus*, licèt aliquando de tribus accipiatur, idque fauore Religionis, prout fauore vltimæ voluntatis accipitur *in l.* 1. *ff. de adopt. leg.* 2

CONSVLTATIO XIX.

Quantum temporis à beatificatione ad canonizationem elabi debeat.

MVltum. Quoniam cùm negotium canonizationis arduum, & sublime dicat Alexander Tertius in litteris super canonizatione Eduardi Regis Angliæ relatis à Baronio *Annal. tom.* 11. *an.* 1161. *sub lit. D.* ideò maxima cum maturitate fieri debet. Tum ob miraculorum raritatem, quæ Sanctitatem præseferunt. Tum ob operis arduitatem, fideique firmitatem, resoluit August. *Triumph. de potest. Eccles. q.* 16. *art.* 2. inferendo, quòd cùm sit opus summè arduum, differenda est per annos, & mox ait, quòd sit expectanda frequens operatio miraculorum, vt fides de eius sanctitate in cordibus christiani populi firmetur, ac roboretur. Ex quibus Angel. Rocch. *de canoniz. Sanct. cap.* 6. *pag.* 11. annotat rem tanti momenti in annos plurimos differri solere, ac iure debere. Quod repetit *cap.* 31. *pag.* 63. *in princ.* statuen- 1

do

do pro regula, quòd Sanctorum canonizatio longa temporum ac sæculorum serie differri solet ac debet.

2 Vnde videmus in Ecclesia militante receptum esse, quòd, licet plures Beatificationes fiant, quibus Romani Pontifices serui Dei vitæ sanctitate, virtutibus, ac miraculis conspicui, præuia ex processibus causæ cognitione, nomen Beati, & particularem cultum, ac venerationem certis in Ecclesijs, & locis, ac penes certas familias, & Religiones tantùm concedant per viam simplicis Indulti, ratissimè tamen deueniunt ad solemnē canonizationem, sistentes in primo actu Beatificationis indultæ, per quam non terminatur iudicium diffinitiuum Ecclesiæ, sed illud dicitur adhuc pendere, & res integra esse respectu canonizationis, quæ sola in hoc continet supremum illius iudicium, vt aliàs dixi.

3 Nec propterea ob indulta, ac priuilegia à Pontificibus concessa super beatificatione celeri gressu deueniendum est ad solemnem canonizationem, sicque danda Remissoria ad effectum probandi ea, quæ superuenerant, sed potius sistendum, vt diuturnitas temporis, quæ, teste Gellio *lib.12. cap.11.* solet esse magistra, & lucerna veritatis, magis firmet, ac roboret venerationem Beati in cordibus fidelium, si miracula in dies augeantur, sicque cum maturitate ad illam procedatur ex ponderatis ab Angel. Rocch. *loc. cit. cap.31.*

4 Quod præcipuè locum habere videtur in canonizatione confessoris, in qua multa desiderantur miracula ab Innoc. *in cap.1. sub num.1. de reliq. & ven. sanct.* quem cæteri sequuntur iuxta verba Ecclesiastici *cap. 44. laudemus viros gloriosos in generatione sua; multam gloriam fecit Dominus, magnificentia sua à sæculo.* Ac ideò non videntur sufficere duo.

5 Denique cùm hoc pertinere videatur ad multiplicationem Sanctorum colendorum in Ecclesia, videtur potius differendum ex ratione ponderata per Host. *in d. cap. 1. num.10.* quòd non expediat multiplicare eorum numerum, ne fidelium charitas, & deuotio erga illos frigescat, ipsaque sanctitas incipiat vilescere, quam raritas speciosiorem, ac venerabiliorem reddit apud mortales. Nimirum non ita facilè videtur concedenda facultas parandi nouissima ad perfectam absolutionem causæ indigentis diligentiæ tarditate ex annotatis per Rocch. *d. cap. 31. sub principio.*

6 Nihilominus cùm decretum Vrbani VIII. innouans, & statuens modum ante solemnem canonizationem, & post concessam Beatificationem seruandum, contineat prohibitionem procedendi ad canonizationem Beatorum, nisi præcedat plena, & distincta Cardinalis Ponentis ad suam sanctitatem relatio, quæ ad tria capita reducitur. Primò ad ea, quæ in processibus, & alijs scripturis continentur. Secundò ad illa, quæ per Summos Pontifices intuitu venerationis canonizando concessa fuerunt. Tertiò ad ea, quæ superuenerunt post concessam Beatificationem, cum præcepto, vt de his omnibus constet ad effectum, vt ex prædictis Summus Pontifex deliberare valeat, an sit procedendum ad canonizationem. Cùmque verbum illud *constet*, seu *constare possit*, inuoluat probationem legitimè factam *ad text. in cap. Michael. de fil. presbyt.* quæ quidem probatio fit per testes, vel per Scripturas, *cap. Tua de cler. peregr.* Ideò, ad satisfaciendum huiusmodi decreto, testes debent examinari, & scripturæ produci seu compulsari.

7 Et quoad primum fieri debent processus tam authoritate ordinaria, quàm Apostolica, & à Rota examinari, atque à S. Congregatione admitti, & approbari, ex illisque declarari, constare de virtutibus, & miraculis. Similiter quoad seruandum fieri debet processus coram Cardinali Ponente, ac probare per exhibitionem litterarum Apostolicarum, & per Indultum Pontificium nuncupationem Beati, Missam, & Officium fuisse concessa. Et quoad tertium constare debet de his, quæ post concessam Beatificationem superuenerunt: Quæ sunt continuata populi deuotio, frequentia ad sepulchrum, & etiam miracula, si perdurabunt, non quòd necessaria sint, sed vt ex illis faciliùs populi deuotio comprobetur. Ex hac enim probatione resultare debet, quòd cultus, & veneratio Beati multam conferat ad bonum animarum, & fidelium, ipsum Beatum inuocantium vtilitatem, necnon ad propagationem fidei, & honorem Dei. Ex maiori enim, vel minori deuotione, frequentia, fructu, ac honore respectiuè Summus Pontifex deliberare poterit, an ad solemnem ipsius Beati canonizationem sit procedendum. Quod ex eo liquet, quia canonizatio solemnis ad honorem fit Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, ad exaltationem fidei catholicæ, & christianæ Religionis augmentum, vt ex decreto canonizationis apparet, cuius tenor ponitur in Ceremoniali Romano *lib.1. sect.6. cap.2.*

8 *Si* igitur Summus Pontifex cognouerit ex concessa beatificatione, ac cultu in determinato loco, & per determinatas personas maximum emanasse diuini cultus incrementum, & multos ex Beati veneratione, & inuocatione in Dei seruitio se confirmasse, vel à peccatis cessasse, tunc faciliter deliberare poterit ad solemnem canonizationem procedi posse, vt meritis, & intercessione ipsius Beati plures ad Deum conuertantur, & ad illius virtutem imitandas excitentur. Et versa vice, si non constaret de notabili populorum deuotione erga Beatum, nec daretur spes maioris honoris Dei, & profectus animarum, faciliter Summus Pontifex deliberare posset, à tali solemnitate, donec aliud Sua Diuina Maiestas attenderet, esse supersedendum.

9 Hinc conceditur, quòd negotium canonizationis sit arduum, ac in tota Ecclesia nihil maius, nihil angustius habeatur, vt ipsa decreta declarant *fol.51.* quodque fieri debeat cum magna maturitate, & per temporis diuturnitatem. Ex hoc tamen inferri non potest, quòd non liceat in causa procedere, & diligentias, ac processus necessarios explere. Esset forsitan alicuius ponderis argumentum, si peteretur ad canonizationem procedi absque nouo processu, stante præcipuè decreto S. Congregationis, quòd iam omnia completa sunt, & quòd possit Sua Sanctitas quandocumque ad solemnem canonizationem procedere.

10 Quod verò ad miracula, respondetur, quòd in Confessoribus pluralitas requiritur miraculorum, quæ tamen saluatur in duobus, vel tribus, vt latè Contilor. *cap.20. num.9.* Neque distinguunt Doctores, quòd hæc necessitas sit in vita, vel in morte. Immò de iure verior sententia est secundùm D. Thomam, & alios à nobis alibi allegatos, & ab eodem Contil. *d. cap.20. num.2.* adductos, quòd miracula solummodo requirantur post mortem contra opinionem Canonistarum.

11 Et quoad multiplicitatem Sanctorum respondetur, quòd ex illa Deus magis laudatur, & S. Ecclesia Catholica exaltatur, ipsaque multiplicitas, & continuatio Sanctorum in Ecclesia Dei spectat ad articulum nonum Simboli. Sancta enim dicitur Ecclesia multifariè, & præcipuè quia habuit in omni sæculo, habet in præsenti, & vsque ad finem sæculorum habebit Sanctos cum Deo regnaturos. Præterea Host. *loc. cit.* non tradit absolutè, Sanctos non esse multiplicandos. Id enim esset contra bonum vniuersale, & gloriam militantis Ecclesiæ; Sed reddit rationem, quare Alexander III. in eo *cap. 1.* ad Sedem Apostolicam ab Episcopis auocauerit facultatem canonizandi, dicens inter alias rationes, non fuisse hoc negotium Episcopis permittendum, ne propter multorum Episcoporum simplicitatem populum decipi contingat, illosque in infinitum multiplicari, ac vilescere. Hæc autem ratio cessat modò, quando omnes canonizationes coram Sede Apostolica, & sub vno eodemque Iudice fiunt, reque ipsa edocemur, quòd propter illarum subtilissimam trutinam extra numerum non sunt.



CONSVLTATIO XX.

An recuperatio visus, quæ paulatim succedit, sit miraculosa ope alicuius serui Dei implorata?

1 MInimè; quia non est instxntanea, sicut ad essentiam miraculi tertij generis, cuius operatio naturaliter fieri potest cum aliquo temporis spatio, exigunt *in cap. nec mirum* x6. *q.* 5. Archid. *num.*8. & Bellam. *num.*5. Tostat. *in Matth. cap.*8. *num.*15. Scriptores *de canon. Sanct.* Maluet. *dub.*3. *num.*51. Castell. *quæst.*6. Angel. Rocch. *cap* 25. *& cap.*26. Contilor. *cap.*17. *n.*9. Luc. Castel. *cap.*8. *num.*30. & in suis praxibus Genuen. *cap.*50. *num.*1. Zerol. *v. Miraculum q.*2. Piasec. *p.*3.*c.*3. *art,*3,*num.*7. Ricc. *p.*4.*resol.*280.*num.*4. & tradunt Dian. *p.*x.*tr.*17.*resol.*48. Zacch. *quæst.medicoleg. lib.*4. *tit.*1.*q.*3. *num.*8. Bordon. *contr.* 13. *num.* 26. & Nouar. *tit. de sanct. non canon. num.*3. arguendo *num.* 10. ex his non esse vera miracula, quando quis progressu temporis sanaretur. Quod etiam Rota pluries respondit in suis relationibus, nominatim in relatione S. Raymundi *p.*x. *art.*5. S. Caroli *p.*2. *in princ.* S. Andreæ Corsini *p.*2. S. Theresiæ *in* x. *mirac.* & Beati Paschalis Bayloo *in* 4. *mirac.* Quippe sanatio paulxtim xdepta, eliminat qualitatem instantaneæ. Quoniam, vt obseruat Barbario. *in cap. cùm consuetudinis num.*61. *in addit. margin. lit. B. de consuetud.* Instans secundùm Theologos, & Philosophos est quoddam tempus præseos indiuisibile, nec perceptibile sensu, sed sola imaginatione, & intellectu. Quare Glossa *in l. fin.* §. *vlt. v. Momento C. de bon. quæ liber.* momentum appellat quoddam tempus, quod magis intellectu percipi potest.

2 Præsertim quia ipsa cæcitas naturaliter curatur. Nam Pausanias *in Mesen.* siue *lib.*4. memoriæ prodidit, cæcitxtem solo capitis dolore discussam fuisse in Ophione vate. Et Alex. Benedictus *lib.*2. *cap.* 28. *de cur. morb.* testatur, nonnullos, cùm aliquandiù nihil vidissent, absque vlla euidenti caosa, repentina alui profusione lumen recepisse, ac vtrunque refert SchenK. *rubr. curatio cæcitatis obs.* x. *&* 3. *pag.* 150. qui alias curationes *ibidem* congerit, Bonfin. *lib.*1. *de Cad.*2. meminit Sebastiani Strigonensis Archiepiscopi, quo cæco effecto, Colaciensis Episcopus Summi Pontificis permisso eius officium suppleuit. Verùm tertio post anno instauratis luminibus ad pristinxm dignitatem restitutus fuit. Et Cromer. *lib.* x. *ac* 3. Metislaum, Polonorum Principem cęcum à natalibus septimo anno visum recepisse, absque vlla medicorum, aut cuiuspiam ope. Quio amplas Lucius Marinæus gaudio tribuit recuperationem visus amissi. Nam *lib.* 7. *de reb. Hispan. sub init. pag.* 454. ait Ioanni, Aragonum Regi, oculorum cæcitate impedito, visum, quasi diuinitus redijsse, audita victoria Ferdinandi filij ad Clusum Oppidum de Petro Lusitano Regni æmulo.

3 Etenim in gratijs sanationum, tanquam non excedentibus per se vires naturæ, quia possunt naturaliter fieri, licèt cum aliquo temporis spatio, vt sine aliqua deceptione seu fallacia dignoscantur, esse miracula, necessaria est qoxlitas operatioois miraculosæ in ipso instanti, aliàs pro talibus minimè videntur habendæ. Contraria verò possunt domtaxat admitti extra sanationes infirmitatum in ijs, quæ nollatenus fieri possunt per causas nxturales, qualia sunt miracula primi, & secundi generis.

4 Neque obstat Molphes. *cons.*46. *num.*53. *& seqq.* asserens, quòd, licèt miracula fieri soleant in instanti, si tamen fiant, adhuc habenda esse pro miraculis, tribus copulatiuè concurrentibus. Primò, vt sint impetrata à Deo. Secundò, vt sit opus insolitum in effectu, vel modo. Tertiò, quòd minimè fieri potuerit per causas oaturales. Nam distinguendum est cum Maluetio *d. dub.*3. *num.*51. & Contilor. *cap.*17. *num.*8. inter miracula primi, & secundi generis, quæ fiunt contra, vel supra naturam non valentem priora vllo modo facere, posteriora verò in tali subiecto, ac miracula tertij generis, qualia sunt gratiæ sanationum. Quia cùm hæ possint ab ipsa nxtura paulatim fieri, concurrente opportuno temporis spatio, in primo, & secundo genere tantùm videtur posse tuto admitti, non esse necessarium, quod fiant in instanti, cùm semper constet, illa excedere vires naturæ creatæ; at in tertio pernecesse debet exigi, quòd sint facta io instaoti, vt inde certò constet de excessu virium naturæ io modo sanationis, sicque nollatenus valeant adscribi causæ naturali. Quod etiam distingoendo sensit Rot. *in relat. S. Andreæ Corsini impressa post Lezan. cons.*1. *num.* 19x. *& seqq.*

Illudque obseruandum, quòd pro miracolosa saoxtione infirmitatum, quæ diligenti examine indiget, cùm, vo plurimùm erroneè prædicetur, teste Zacb. *lib.*4. *tit.*1. *q.*8. *num.*1. requiritur ex parte morbi sanati, vt illius curatio esset impossibilis, vel saltem maximè difficilis, tum inspecta natura, ac pertinacia ipsius morbi sanandi, tom ratione temporis, attenta illius breuitate, tum etiam respectu modi curandi penitus diuersi à naturali. Quia miracula suot circa ardua, & difficilia, non circa leuiora. 5

Quare Maluet. *eodem dub.*3. *num.*15. *& d. num.*51. statuit pro regula, quòd hoc, vt miraculum dicatur illud, quod fieri potest naturaliter, necessarium esset, quod fiat io instanti iuxta exempla euangelica *Matth. c.*8. *cap.*15. *c.*17. *& c.*20. *Marc. c.*5. *c.*7. *ac* 10. *Luc. c.*5. *c.*8. *Ioan. c.*5. *Act. Apost.* 6

Item quòd sanatio sit vndequaqoe perfecta, & absoluta, non manca, seu concisa, vt alibi diximus. Aliqui enim interdum ex multa fide ac vebementi imaginxtione ad tempus sanantur à morbis, teste Carrar. *inquisit. de vement. ad temp. concl.*1. Verùm quia non est id adeò potens, vt valeat omnem mortificam causam à corpore ægrotantix omnioo abigere, ideò morbus facillimè reuertitur. Aliqui etiam, licèt ex vno morbo perfectè sanentur, in alium tamen incidunt, vtpotè ex longa febre in quartanam, ex acutissima in lentam, ac diuturnam, ex maligna in aliquem abscessum, aut ex apoplexia in paralysim, aut ex epilepsia in melanchoniam, & versa vice. Quæ sanationes cùm secundùm naturam veræ sint, prorsus differunt à miraculosis, quæ debent esse perfectæ, non mutilæ, & imperfectæ. 7

Insuper vt sanatio miraculosa diuerso, ac interdum contrario modo, & per alia media procedat, quàm naturaliter fieret, puta solo manoum, seu vestimentorum contactu, vel corporis vmbra, vel solo verbo, aut illius imperio. Nam si quis post longum remediorum vsum, quæ fuerint proportionata morbo, postea sanetur, huiusmodi effectus sanitatis, qoantumuis longè ab eorum applicatione receptus, cùm ipsis remedijs correspondeat, ad illorum virtutem, non autem ad miraculum referendus est, prout etiam si intercedat aliqua insignis euxcuatio, nempè per vomitum, hæmoragixm, alui fluxum, sudorem, vrinam, aut aliam quamconque, sanatio quantumuis subita, ad naturæ opos referri, non xutem miraculo adscribi poterit. Nxm, teste Galen. *lib.*3. *chrysib. c.*9. aliqoi interdum subitò, & quasi instantaneè per crysim naturalem à morbo euadunt. 8

Deoique ex parte ægrotantiom necessè est morbos, à quibus curantur, non esse consuetos, boc est non consueuisse ægros aliàs eisdem morbis affici, & ex illis, quamquam difficilibus, sese recolligere. Sicut eoim qoi morbos magnos, exitiales, & horribiles pati, & ex illis præter spem oon semel, aut iterum, sed multoties sanati consueuerunt. Quod frequentiùs accidit in mulieribus, quæ licèt difficiliores, & atrociores morbos patiantur, quàm viri, sese tamen ab illis faciliùs explicant. 9

CON-

CONSVLTATIO XXI.

An sit necessarium in processu, de mandato Pontificis iuxta nouissima decreta, faciendo in causis eorum, qui, seruatis seruandis, habent indultum beatitatis, probare miracula?

1 NOn censeo, sed sufficit probare continuationem deuotionis populi, & concursus ad illius sepulchrum ac intercessionem, vel ad summum præfata adaucta esse post concessam beatificationem. Quod hisce suadetur. Primò quia id nullibi decreta Vrbani disponunt, sed solùm mandant per D. Cardinalem Ponentem fieri relationem Sanctissimo de ijs, quæ superuenerant, non per se, sed coniunctim vnà cum his, quæ præcesserunt beatificationem, & quæ intuitu venerationis elargita fuerant. Quia non ex ijs solùm, quæ superuenerunt, sed ex omnibus præfatis simul sumptis Summus Pontifex deliberationem ad canonicandum intendit desumere. Nam, cùm hic processus sit de iure nouo; antea enim sine huiusmodi processu canonizati sunt, quotquot canonizati existunt, non est in illo facienda extensio, vt minus censeatur recessum à dispositione iuris antiqui. Quod magis conuincitur: Quia decreta Vrbani sunt pœnalia ad tollendum abusus, vt ex eorum proemio apparet, & ideò de iure sunt restringenda *ad tex. in cap. statutum de elect. in 6.*

2 Secundò, quia, si necessarium esset probare miracula post beatificationem, esset etiam necessarium probare Sanctitatem. Quia miracula per se non sufficiunt ad canonizationem, sed vnà cum miraculis debet probari Sanctitas, vt patet ex vniuersali consuetudine Ecclesiæ. Si igitur in hoc processu non est necessarium denuò probare Sanctitatem in Beatis; qui, seruatis seruandis, beatitatis titulo sunt insigniti, neque erit necessarium denuò probare miracula, cùm eadem sit, ac par ratio vtriusque, atque adeò eadem dispositio esse debet.

3 Immò maior ratio est in Sanctitate. Quia miracula per se, & simpliciter ad canonizationem non sunt necessaria, sed tantummodo ad probandum Sanctitatem. Vnde, si aliundè Sanctitas probari posset, non esset opus miraculis, vt post multos, quos adducit, dixit Contilor. *tot. cap. 19.* qui etiam dicit *cap. 21. in fine.*

4 Ideò in martyribus non esse necessaria miracula, quia eorum Sanctitas ex martyrio probatur. Cùm ergo in beatificato formiter sit probata Sanctitas, euincitur, quòd non sunt necessaria miracula pro illius canonizatione, sed sufficiunt ea, quæ ante beatificationem probata fuerunt.

5 Neque obstat, quod in causis quorundam Beatorum non solum de miraculis ex integro disputatur, sed etiam de virtutibus. Quia cùm illorum processus, non formiter, nec seruatis seruandis fuerint facti ante concessam beatitatem, sed post eam, ideò ex integro examinari debent, & in specie, an ex illis, & alijs authenticis documentis Sanctitas, & miracula probentur. Secus autem est in beatificatis formiter. Quia in ijs præcesserunt processus super sanctitate vitæ, ac miraculis, & ex illis beatitas concessa fuit. Vnde non est opus alia probatione, sed dumtaxat requiritur processus de ijs, quæ superuenerunt, vt ex hoc, & illis valeat Summus Pontifex deliberare; an sit procedendum ad Canonizationem.

CONSVLTATIO XXII.

An in causis Canonizationum quoad inquisitionem deputari possint in Iudices Episcopi Titulares?

1 ITa puto. Nam, quamuis Host. *in cap. 1. num. 5. de reliq. & ven. Sanct.* dicendo inquisitionem committi Episcopis Patriæ, vel Conuinciniæ illius, qui dicitur Sanctus, intellexerit de Episcopis residentibus in sua Diœcesi, & habentibus populum, & Clerum, non vtroque carentibus, idemque senserint noua decreta *pag. 37.* ibi: *Committit aliquibus Episcopis Patriæ, Viciniæ, seu Prouinciæ illius, qui petitur canonizari*, nihilominus respondeo, etiam Episcopos titulares esse veros Episcopos eorumque appellatione contineri ad tradita per Aluarez. *in Specul. Sum. Pontif. cap. 31. num. 1.* Barbos. *de offic. Episc. tit. 1. cap. 6. num. 15. & seqq.* Petr. Bellus. *in acon. canon. clas. 3. cap. 2. §. 4.* & Azeued. *de præexcel. Episc. p. 2. cap. 1. num. 5.* Nec decreta eos reijcere, dum *pag. 37. sub §. Huiusmodi* in eo tantùm insistere videntur, quòd litteræ remissoriales, si fieri potest, dirigi omnino debeant Episcopis, & non minus quàm tribus.

2 Vnde, quamuis credam, sensum Hostiensis, & decretorum esse, quòd deputentur habentes populum, & Clerum in Patria, vicinia, vel Prouincia serui Dei, cuius canonizatio petitur, ne tamen assentire videamur placito illius Doctoris, qui in Concilio Constantiensi negauit, Episcopos titulares, vti carentes administratione iurisdictionis in sua diœcesi, posse admitti, ac votum emittere in Concilio generali, cùm subscribam contrariæ aduersus Doctorem præfatum, defensæ per Cardinalem Iacobatium *de Concil. lib. 2. art. 2. num. 72. & seqq. tom. 13. p. 1. fol. 212.* ponderantem in Episcopis non haberi rationem Ecclesiarum, quibus præsint, sed Dignitatis Episcopalis, quæ inest eorum personis. Immo nec titulares carere habitu iurisdictionis, quam etiam in aliena diœcesi exercere possunt de licentia Ordinarij. Atque hinc est, quòd Episcopus titularis potest sibi eligere confessarium vigore priuilegij *cap. fin. de pœnit.* Quia priuilegium non conceditur ratione iurisdictionis, sed ratione dignitatis, & proinde dicitur concedi Episcopis, significando dignitatem, propter quam conceditur. Episcopus autem titularis est verè Episcopus, habens veram dignitatem Episcopalem, & ideò cùm comprehendatur nomine Episcopi, non est excludendus à participatione priuilegij, præsertim cùm fauorabilia sint amplianda. Illud tantùm moneo, quòd deputentur solùm in locis, vbi sunt Coadiutores, & suffraganei Ordinariorum, ad quem finem eos creari per Summum Pontificem, annotat Barbos. *d. cap. 6. num. 7.*

3 Neque obstat, quòd specialis inquisitio committenda sit Episcopis, vel alijs, prout magis expediens iudicabitur à S. Rituum Congregatione, vt habetur in nouis decretis *pag. 50.* ac proinde quòd dictio *alijs* intelligenda sit de habentibus similem qualitatem viciniæ, vel Prouinciæ, requisitam in deputandis pro inquisitione generali, Bar. *in l. Quidam relegatus in pr. ff. de reb. dub.* Dec. *in l. quicunque in 2. lect. num. 15. C. qui admit.* Rot. *decis. 200. num. 14. par. 7. rec.* Nam quandoque sumitur pro diuerso à Superioribus, vt *in l. vn. C. vt actio, & ab hered. & contra hered.* & sic excludit.



CONSVLTATIO XXIII.

An omninò fieri Sanctissimo debeat relatio deputationis Iudicum, & quo pacto illam fuisse factam probetur?

1 AFfirmatiuè respondeo iuxtà dispositionem decretorum *in §. Permutat fol.24. & §. Decreta fol.61.* Immo *in vers.* Aliter, exigunt, quòd Secretarius in actis Congregationis annotet declarationem, quidue Sanctissimus responderit, & consequenter etiam quòd sub decretis einsdem S. Congregationis, quæ partibus tradit registranda in processu causæ, citato Promotore, dicat, *& facta relatione Sanctitati Suæ die tali, Sanctissimus annuit.* Nam, paria sunt non esse, & non apparere Sodoc. *in enchir. Parum, vers. non apparens, & vers. esse inapparenter*, certumque est, dictam relationem exigi per modum conditionis, necessariò implendæ ad perfectionem resolutionis per S. Congregationem factæ super deputationem Iudicum, sicut dictum fuit in Romana B. Felicis, præsertim, quòd eadem decreta *d. fol.61, sub eod. §. Decreta* in vnoquoque negotio seruant Sanctitati Suæ supremam determinationem post relationem ei factam, ac proinde, ad hoc, vt ipsa decreta appareant perfecta per executionem dictæ conditionis consistentis in præcedenti relatione, & subsequuta determinatione Summi Pontificis, non autem imperfecta, quia conditione pendente, actus dicitur imperfectus, Bald. *in l. pradium 4. num.10. in fin. & 11. C. de edil. act.* cum alijs congestis à Carolo de Graff. *except.33. num. 15.* vtriusque mentio fieri debet, tam in actis Secretariæ, quàm in ipsis decretis, partibus tradendis perfectè, non autem imperfectè.

2 Hac necessitate supposita, negatur, præsumendum esse pro officiali, quòd dicta relatio facta sit, ei Sanctissimus annuerit, dum nullam eius mentionem fecit. Nam, quod dicitur præsumi pro Officialibus publicis in ijs, quæ spectant ad eorum officium, intelligendum est, quando id asserant, vt eis credatur, ac stetur eorum assertioni iuxta Specul. *tit. de instr. edit. §. Restat num.10.* Bart. *in l. Si librarius 90. num.7. ff. de reg. iur.* Bald. *in l. Errore 7. num.2. C. de testam.* non autem, quando nihil fuit ab eis assertum, Quia tunc suppleretur, quod non legitur, ac de forma requiritur ad perfectionem actus, alioquin imperfecti. Ac proinde obstat nullitas, quæ respicit defectum iurisdictionis, cum decretum deputationis Iudicum nequeat dici perfectum, vt valuerit eam deputatis tribuere.

3 Verùm hæc prætensa omissio relationis probanda concludenter est, cùm sit fundamentum intentionis aduersariæ ad inducendum nullitatem deputationis, & totius processus, licèt consistat in negatiua, *l. ab ea parte, ff. de prob. l. hoc iure* vbi plenè Bart. *ff. de verb. oblig.* Innoc. Host. & alij communiter *in cap. super his, de accus.* latè Mascard. *concl.5. de probat. per tot.* & Hercul. *in tr. de negat. num.2. & 3.*

4 Eòque magis si vigeant præsumptiones pro validitate actus, sique deputatio fuerit palam, & publicè executioni demandata, & stante qualitate Officialis, qui debuit facere huiusmodi relationem, pro quo præsumitur, quòd rectè adimpleuerit, quæ spectant ad suum officium. Quæ præsumptio si habet locum in officialibus ordinarijs *ad text. in cap.60. ne. §. Porro, de elect.* traditque *Castr. cons.20. num.1.* Achill. *decis.412.* aliàs vna super regula *de mutat.* ac latè Mandos. *ad reg.27. q.20. num.9. &* 10. Alciat. *præsumpt.15. reg.3.* Menoch. *præsumpt.83. in prin. lib. 2.* Bertaz. *cons. crim.180. num.15.* Mascard. *de prob. concl. 1137. in princ.* Cardin. Tusc. *v. Officialis concl.96. per tot.* Rot. *decis.496. num.5. p.4. rec.* Couar. *contr.486. n.46. & seqq. p.3.* qui omnes loquuntur de præsumptione circa modum se gerendi in officio, non autem de fide adhibenda assertioni Officialis, multò magis admitti debet in Officiali Eminentissimæ qualitatis. Nam cùm relatio fieri non debeat per D. Secratarium, sed iuxta stylum, qui hodie obseruatur per Eminentissimum Cardinalem Præfectum, tantò magis præsumi debet, quòd non fuerint illius auctoritate expeditæ litteræ deputationis, & subrogationis respectiuè, nisi præuia huiusmodi relatione, tanquam actu necessariò antecedente ad tradita per Doctores *in rubr. C. de eden.* Menoch. *præsumptione 7. lib.6.* & stante insigni qualitate personæ, quæ actum exercere debuit, præsumi debet huiusmodi solemnitas, quamuis extrinseca ipsi actui *ad text. in l. si res pupillaris* ibi; *cùm fuisset celeberrimus ff. de adm. tut.* Abb. *in cap. Nisi essent in 1. notab. de preb.* Iason. *in l. Sciendum num.19. ff. de verb. oblig.* Felin. *in cap. Sicut num.24. de re iudic.* fuse Brun. *de fam. tit. de probat. & præsumpt. form. limit.11.* Tiraquel. *de pæn. temp. num.51. in fin.* & faciunt tradita per Doctores *in c. Nobilissimus 97. d.* Gabr. *de probat. concl.3. num.10. & per tot.* Mascard. *concl.268. num.24. & seq.* Cùm igitur hoc dependeat merè èx officio Eminentissimi Cardinalis Præfecti, quia circa id agentes pro canonizatione, nihil possunt, si deficeret citatio, intimatio, vel aliquid aliud, ad quod agendum concurreret pars actrix, obiectio haberet quidem locum, sed cùm agentes nihil possint, & habeant decretum expeditum, illiusque effectum, credere sanè possunt ipsum Præfectum, vel Secretarium ritè fuisse officio suo functos.

5 Neque dicatur, Negatiuam omissæ relationis huiusmodi satis probari ex inspectione actorum, & decreti ipsius deputationis, vbi non legitur adnotata, prout adnotari consueuit in alijs decretis, quando verè facta fuit per illa verba; *Et facta relatione per me &c. Sanctissimo, Sanctitas sua annuit.* Nam quoties aliquid apponi consueuit in actis sub scriptura, illius omissio rectè probatur per inspectionem actorum, vel scripturæ ad tradita communiter per Doctores *in l. in illa, ff. de verb. oblig.* Gabr. *de prob. d. concl.6. num.56.* & copiosè Surd. *cons.28. num.110. & seqq.*

6 Nam id procederet, si actus relationis, & approbationis Sanctissimi necessariò probandus esset ex regesto actorum, vel ex tenore decreti deputationis, vel etiam ex dispositione dictorum decretorum, tunc enim omnino esset in acta redigendus, vel in ipso decreto adnotandus. Quod non admittitur. Quia in decretis solum cauetur, quòd fieri debeat relatio Sanctissimo, vt *in d. §. Permutari fol.24.* Et generaliter, quòd intelligatur reseruata determinatio Summi Pontificis post factam relationem, vt *in d. §. Decreta fol.61.* Quod non controuertitur. De regerendo autem acta relationis, vel de modo illa comprobandi ne verbum quidem, Et ideò nihil prohibet, quin tam approbatio, quàm relatio Sanctitati Suæ possit aliunde probari. Licèt ergo frequentiùs consueuerit adnotari in ipso decreto, vel etiam in acta regeri, inde tamen non sequitur, si non fuerit regesta, vel adnotata, quòd facta non fuerit. Quia quoties affirmatiua non est pernecesse probanda ex tali scriptura, tunc ex illius scripturæ inspectione non probatur sufficienter Negatiua, Bald. *in l. fin. num.7. C. de reb. cred.* ac pulchrè ad rem Castr. *d. cons.20. num. 1. lib.1.* Vbi, licèt in instrumento sententiæ, semper apponi consueuerint illa verba: *Visis actis, &c.* si tamen omissa fuerint, non ex hoc probatur negatiua, quòd Iudex acta non viderit, ex quo visio huiusmodi aliundè probari potest, vt ibi ex eo Coru. *cons.149. num. 8. lib.1.* Ruin. *cons. 35. num. 19. lib. 1.* Rot. *decis.5. num.4. in fin. p.1. diu. & dec. 502. num.8. p.1. rec.* & coram Marr. Andr. *decis.32. num. 7.* Mant. *decis. 287. num.1.* & Pegna *decis. 84. num.4.*

CON-

CONSVLTATIO XXIV.

An, & quatenus Vicarius Capitularis procedere possit in ijs, quæ commissa fuerant Episcopo, qui in fata concessit, à S. Rituum Congregatione pro executione eius decretorum?

1 ET quidem, non posse, dicendum videtur. Quia commissa sunt Episcopo; Vicarius autem Capitularis non est Episcopus, & propriè loquendo Episcopo, tanquam summam dignitatem habens, non est de Capitulo, sed soli Canonici id constituunt, *cap. cum in cunctis, in fine*, ibi: *Capitulum, vel Metropolitanus de elect.* Franc. Marc. *decis. Delphin.* 271. *num.* 4. *tom.* 1. Nec Capitulum, sede vacante, potest de nouo conferre beneficia *cap. Quanto, cap. nosctur, extr. de his, quæ fiunt à Prælat. sin. cons. Cap.* 2. *ne sed. vac.* Azeued. *cons.* 9. *num.* 2. *& seqq.*

2 Vnde, & si Capitulum, sede vacante, gerat vices Episcopi, vt inquiunt. Dec. *in cap. eam te* 7. *num.* 35. *de rescript.* Rebuff. *in pr. benef. tit. de deuol. num.* 58. *cum pluribus seqq.* & Sbroz. *de offic. Vicar. lib.* 1. *q.* 15. *num.* 1. ac propterea dicatur successor Episcopi, idemque cum illo esse latè comprobat cum Feder. de Sen. *cons.* 30. *num.* 2. *&* 30. post Glos. *in cap. vn. de maior. & obed. in* 6. Sbroszius *d. q.* 15. *num.* 4. *cum binis seqq.* id tamen solum procedit in ijs, quæ competunt Episcopo de iure communi, non autem in ei delegatis, & commissis. Nam, vt rectè inquit Sbroz. *d. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 1. Capitulum, sede vacante succedit Episcopo in ijs solum, quæ illi competunt de iure communi, non autem si ei competant de iure speciali, seu delegato ad tradita per scribentes *in pract. cap. Eam te*, vbi Felin. *num.* 17. cum eis, inquit in mandato facto Episcopo non succedere Capitulum, eo mortuo, etiam litteris iam præsentatis, & in alijs iuribus. Quibus addo cum Archid. *in tr. de hæres.* & Feder. de Sen. *d. cons.* 30. *post init. & cons.* 136. *sub num.* 3. quòd, mortuo Episcopo, iurisdictio ei delegata non deuoluitur ad Capitulum, sed reseruabitur futuro successori. Idque etiam post Feder. de Sen. & alios animaduertit Dec. *in cap. Quoniam* Abb. *num.* 21. *de offic. deleg.* inquiens, quòd licèt Capitulum succedat in locum Episcopi, ea tamen, quæ competunt Episcopo ex iure delegato, non transeunt in Capitulum, Sede vacante; quæ enim specialiter Episcopis, & prælatis competunt, ea Capitulum expedire nequit, *cap.* 2. *ne sed. vac.* Marc. *decis.* 81. *num.* 7. Pacian. *cap.* 27. *num.* 25. *lib.* 1. *de prob.* vri neque ardua & reuerentialia, Picard. *cons.* 82. *num.* 98. ex quibus ad rem arguit Sbroz. *in fin. d. num.* 1. quod neque Vicarius Capituli poterit se ingerere in delegatis Episcopo. Quia non potest habere plus iurisdictionis, quàm ipsum Capitulum ex regula *l. nemo plus iuris, ff. de reg. iur.*

3 Verùm, ijs non attentis, censeo, satis superque satisfieri menti S. Congregationis super paritione suorum decretorum per litteras testimoniales Vicarij Capitularis, licèt id commissum fuerit Episcopo. Nam hoc intelligendum est, quatenus in humanis existat, cùm mors omnia soluat, Tusch. *pract. concl. to.* 5. *l. M. concl.* 112. Cùnque Capitulum, Sede vacante, habeat iurisdictionem Episcopalem, tanquam successor Episcopi secundùm Abb. *in cap. cum olim num.* 1. Feder. de Sen. *d. cons.* 30. *num.* 30. viceque gerat Episcopi, vt per Gloss. *in cap. vn. in* 2. *not. ab. extr. de maior. & ob. in* 6. & ex præscripto S. Concilij Tridentini *cap.* 16. *sess.* 24. *de refor.* debeat creare Vicarium, Sede vacante, qui illius vicem gerat, quia potestas Episcopalis residet penes Capitulum, *cap. cum olim, cap. his, quæ de ma. & obed.* Et Sede vacante Capitulum succedit tam in temporalibus, quàm in Spiritualibus, nec inferior est, sed par Episcopo. Hinc ab excommunicatione absoluit, *d. cap. vn. de ma. & obed. in* 6. Eligit, *d. cap. Cum olim* Statuta condit, *cap. Cum omnes, extr. de const.* Præbendas confert *cap. vn. in princ. ne Sed. vac. aliýque innou. in* 6. A iuramento absoluit, *cap. pen. & vlt. tit. de suppl. negl. Prel. in* 6. Gaill. *obser.* 30. *num.* 12. & iurisdictionalia exercet, Marc. *decis. Delphin.* 81. *num.* 6. Duar. *lib.* 3. *cap.* 6. *de sacr. Eccles. minist.* Quæ vel maximè in Capitulis Cathedralibus, tanquam in summa dignitate constitutis procedunt, Io. Picard. *in cons. Menoch. cons.* 52. *num.* 30. *vol.* 1. Vt non ineptè etiam illa, quæ dignitatis summæ sunt expedire posse, adseri queat: Sedes enim Episcopalis, & si vacet, attamen priuilegia, & dignitates non amittit; Capitulum verò, & per consequens Canonici, eorumque loco Vicarius Capitularis, qui in eo sunt, instar tutorum Sedis Ecclesiæ, & Prælaturæ vacantis sunt, quæ fruitur iure pupilli, & minoris, *cap. auditis, & ibid.* Glos. & Panorm. *extr. de rest. in integr. cap. fin.* Nou. *de ecclesiast. & tit. & priuil.* Ideoque sicut tutor sequitur forum pupilli, ita etiam Capitulum sequitur forum, & ius Sedis Ecclesiæ, *cap. Cum deputati extr. de iudic. cap. litteras extr. de ret. spol.* Ex quibus infertur, posse præfatum Vicarium conficere processum super huiusmodi paritione, vt S. Congregatio ex hoc valeat declarare, an ex legitimè in eo deductis menti suæ satisfactum fuerit. Obiecta intelligenda sunt, quando Vicarius Capitularis per solas litteras testimoniales certiorem redderet S. Gongregationem de huiusmodi paritione, non autem vbi per legitimas, & quidem iuridicas probationes remittit ad S. Congregationem ea, quæ inuenit, cùm mens S. Congregationis solummodo sit, vt executioni demandentur eius decreta, quæ mens magis debet attendi, quàm verba, præsertim in rescriptis, *cap. Si propter de rescript. in* 6. vbi Glos. *v. Intentiones, talisque* præsumatur, qualis de iure esse debet, Gram. *cons.* 34. *num.* 3. *& cons. crim.* 45. *num.* 33. & Dec. *cons.* 64. *num.* 7. *& cons.* 580. *num.* 1.

Attenta potissimùm necessitate docendi de huiusmodi paritione ad remouendum omne dubium de non executione mandati S. Congregationis. Culpa enim caret, qui facit aliquid necessitate iuris imminente, Cæphal. *cons.* 451. *num.* 283. *&* 284. *lib.* 3. vbi asserit, quod necessitatis tempore potest actus expediri absque consensu illius, qui debet requiri, cum faciat licitum, quod aliàs de iure licitum non esset. 4

CONSVLTATIO XXV.

An apponens diadema capiti Beati, vel eum vocans Sanctum, transgrediatur limites Beatificationis?

ITa sanè. Imago enim Beatificati velatur, aut pingitur cum radijs tantùm, canonizati verò cum diademate circum caput, vt inter eos appareat differentia, testibus Troylus Maluetio *de canon. Sanct. dub.* 1. *num.* 19. *&* 20. *tr. to.* 14. *fol.* 97. & Contilor. *eod. tr. cap.* 2. *num.* 10. *& seqq.* Cùmque Beatificatio, & Canonizatio differant essentialiter inter se, vt inquiunt Scacch. *de not. & sign. sanct. sect.* 1. *cap.* 8. *litt. B.* & Lezan. *cons.* 1. *num.* 60. *cum seqq.* non est beatificato tribuendum nomen Sancti, quod ab Ecclesia vsurpatur pro superiori respectu inferioris, prout *d. cap.* 8. animaduertit Scacch. *sub d. lit. B.* licèt quòd ad pronomen Sancti à Surio, Lippomano, & Sanctis Patribus promiscuè omnibus tum canonizatis, tum ijs, qui cum fama Sanctitatis obierunt tribuatur, vt proinde videatur posse præponi sub hac latissima acceptione nominis illius, qui à Sede Apostolica titulo Beati fuit insignitus, cum sub hac acceptione non sit additum ad significandam solemnem canonizationem, sed potius gloriam, qua in Cœlis fruitur, prout in quibusdam locis sumitur, quo casu inspicienda potius est significatio Regionis, quàm propria ipsius verbi, Alex. *cons.* 131. *n.* 4. *vol.* 6. Surd. *decis.* 227. *num.* 4. & Rot. *decis.* 390. *num.* 7. *p.* 2. *rec.* Tutius tamen est in re tanti momenti manere in rigore Decretorum Sumorum Pontificum, & Sacræ Congregationis Rituum. 1

CONSVLTATIO XXVI.

Ad effectum canonizationis, An requirantur miracula? Quanam sint admittenda? De probatione miraculorum sanationum, deque eorum conditionibus,

1 LIcèt ad huoc effectum ioxta antiquorum Patrum doctrinam, non ita necessaria videantur miracula, cùm absque illis possit etiam in terris Saoctitas abundare, hominibusque in exemplum, & imitationem propooi, vt dilucidè sermocinator D. Chrysostomus *homil. 47. in cap. 12.* Matth. loquens de Apostolis per hæc verba: *Non propter signa certè illi claruerunt; Vide Sanctorum chorum haudquaquam illis coruscantem miraculis. Quid igitur, inquies, fuit, quod præcipuè illos magnos efficit? Certè verus, & non simulatus gloriæ, atque pecuniæ contemptus, & quoniam nullam sæcularium harum rerum omnino curam habebant. Quod enim signum Ioannes fecit, qui tot tantasque Ciuitates erudiuit? Nam nihil miraculosè ipsum egisse testatur Euangelista, dicens, Ioannes quidem nullum signum fecit. Vnde autem Elias mirabilis factus? Nonne quia nihil possidebat? Nonne à zelo, quem habebat erga Deum? Nonne a melote, spelunca, & montibus? Nam signa hæc omnia secuta sunt. Iob autem illum, quibus clarum signis diabolus admiratus est? Certe quidem signo nullo, vitæ autem mirabili disciplina, & robore animi excelso, atque inuicto. Quæ signa Dauid adhuc adolescens effecit, vt Deus diceret inueni virum secundum cor meum? Abraham porrò, Isaac, & Iacob quos mortuos suscitarunt? Quem leprosum mundarunt? Ipse autem Dominus quando leges discipulis ferebat, quid eis præcipiebat? Non certè, vt signa facerent, vt viderent homines. Sed quid porrò? Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona*, & D. Thomas 2. 2. q. 178. *ar. 2. ad 4.* ex D. Augustino *lib. 83. quæstionum q. 79.* sic ait: *Sed ideò non omnibus Sanctis ista attribuuntur* (idest miracula) *ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, existimantes in talibus factis esse maiora dona, quàm in operibus iustitiæ.*

2 Itidem licèt concors sit Sanctorum Patrum doctrina, aliquos in terris extitisse Sanctos, quorum vita ita admirandis operibus insignita fuit, vt veluti prægrande miraculum omnibus stupori potius, quàm imitationi foret, Sanctom Ioannem Baptistam nullis externis miraculis condecoratum appellant tamen Sancti Patres, *gratiæ & naturæ miraculum*, quia, vt de illo ait Ambrosius, *supra naturam, supra ætatem à mensura cæpit ætatis plenitudinis Christi*. Quod etiam de plerisque alijs Sanctis, de quibus nulla recensentur miracula, affirmat Sancta Mater Ecclesia in eorum laudem decantando, illud Ecclesiastici: *fecit enim mirabilia in vita sua* non ob aliud, nisi quia eximia Sanctitas vitæ, & possessio virtutum heroicarum, atque operationes earundem virtutum, naturæ cursum, & ordinem superexcedentes sint plusquam mirabilia, seu miracula, vt Sacra pagina docet, & Saocti omnes.

3 Id ipsum apertè tradit D. Bernardus, qui scribens vitam S. Malachiæ Episcopi, & incipiens de miraculis tractare, sic ait: *Et meo quidem iudicio primum & maximum miraculum quod fecit, ipse erat. Vt enim taceam interiorem hominem eius, cuius pulchritudinem, fortitudinem, puritatem satis iudicabant mores ipsius, & vita; ipsum exteriorem, ita vno semper modo, ipsoque modestissime, & decentissime gessit, vt nihil prorsus appareret in eo, quod posset offendere intuentes. Quis vnquam in eo, etiamsi curiosius obseruauit, deprehendit otiosum, non dico verbum, sed nutum? Quis manum, pedemue mouentem frustra? Imo quid non ædificans in eius incessu, aspectu, habitu, vultu? Totum in eo disciplinatum, totum insigne virtutis, perfectionis forma*. Et post pauca: *Quid ergo mirum, si mira est operatus sic mirabilis ipse?* Io eandem sententiam venerabilis Gotfredus Abbas, scribens vitam S. Bernardi *lib. 3. cap. 1.* sic ait: *Innumeris quidem signis, atque miraculis, vt Orbis comperit vniuersus, fidelem famulum Deus Bernardum Clarauallensem glorificauit Abbatem. Cæterum sicuti Mathiam Sanctum idem ipse commendat primum, maximumque miraculum quod exhibuit, ipse fuit, magnanimus in fide, longanimis in spe, profusus in charitate, summus in humilitate, præcipuus in pietate*. Et statim aote miraculorum narrationem io Compendium redigit mirabilem eiusdem Sancti vitam, vt ostendat eamdem in oumero miraculorum meritò primum locum obtinere.

Nihilominus iure meritòque Sancta mater Ecclesia fidelium doctria, & veritatis magistra ad canonizationem Sanctorum miracula requirit. Quia regulariter, & vt plurimùm, nequit cognosci aliter Sanctitas, vel beatitudo canonizandorum, & examinata heroicitate virtutum, sunt veluti demonstratiuæ probationes, quibus eadem heroicitas dignoscitur iuata illud D. Gregorij *homil. de ascensione: Miracula Sanctum non efficiunt, sed Sanctitatem demonstrant*, & D. Bernardi *serm. de S. Benedicto, Sanctitatem miracula probant, doctrina pietatem, vita iustitiam*. Et colligitur ea sacra Scriptura 3. *Reg.* 17. vbi ea patrato prodigio Sarephtæ mulier Eliæ sanctitatem agnouit sic dicens: *Nunc agnoui quòd vir Dei es tu, & verbum Dei manet in ore tuo*, cognitionem virtutis Christi. Sic enim ait: *Scimus quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo:* 4

Quare cùm miracula præter ordinem totius naturæ creatæ sint media necessaria in causa canonizationis, vt inquit August. de Ancona *de potest. Eccles. quæst. 15. ar. 4. in resp. ad 3. arg.* & Castellin. *de dilat. canoniz. Sanct. p. 2. tit. de qualit. test.* Ideoque D. Thom. 2. 2. *quæst. 178. ar. 2. in conclus.* dixerit, illa virtute diuina fieri ad demostrationem Sanctitatis alicuius, quem Deus hominibus vult propooere in exemplum virtutis, subdens, non fieri miracula, nisi à Sanctis, ad quorum Sanctitatem denunciandam fiunt, vel in eorum vita, vel post mortem. *Et* 2. 2. *quæst. 43. art. 1. in corp.* ait, diuinitus concedi homini miracula facere ad ostendendam præsentiam Dei in illo per gratiam Spiritus Sancti, idem comprobaos *in quodlibetis ar. vlt.* cuius authoritate Castellin. *d. tr. tam q. 1. tit. de fin. multipl. miracul.* quàm *d. p. 2. loc. cit.* asseruit, esse signa, quibus regulariter Deus pandit Ecclesiæ militanti veram, certam, & emioentem sanctitatem suorum famulorum, qoos ille vult, seruatis seruandis, in exemplum, ac imitationem proponere ob heroicas virtutes, quibus ipse Deus eos ditauit, ac decorauit, adeo, vt ex miraculorum legitima probatione magna ex parte pendeat iudicium Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ de Sanctitate vitæ, & eximijs virtutibos, qui beatitatis, & canonizationis honore ab ea decorandi sunt in terris; vtique circa eorum qoidditatem, qualitatem, ac probationem magna præcautione, ac summa cum diligentia procedendum videtur, vt præunte Spiritus sancti lumine, certa inde eminentis Sanctitatis attestatio colligi possit, & Romanus Pontifex, cuius interest & Beatos decernere, ac Saoctos canonizare, illam exploratè cognoscat iuxta animaduersionem Bannes *ad* 2. 2. *D. Thomæ quæst. 1. ar. 10. dub. 7. in resp. ad 1. & 2.* Castellin. *d. p. 2. tit. Ratio diligentiæ miracul.* aliorumque, quos congessit Contilor. *de Canon. Sanct. cap. 19. num. 2.* 5

Cùmque tripliciter contingat aliquid excedere potestatem vniuersæ naturæ creatæ, miraculorum quoque tres gradus constituuotur cum D. Thoma *par. 1. quæst. 105. ar. 8. in corp. ac 2. sent. d. 18. q. 2. ar. 3.* D. Bonauentura *in comp. theolog. verit. lib. 1. cap.* 18. Gordio Romano, 2. *sent. dist. 12. quæst. 2. dub.* 13. Maluerio *de can. Sanct. dub.* 3. Contilor. *eod. tr. cap. 18. num. 7.* & Castellin. *d. par. 1. tit. de dict.* Vt scilicet primus gradus excedat facultatem naturæ, quoad ipsius facti substantiam, vtpote 6

quod

quod Sol retrocedat, duo corpora simol sint, aut corpus
humanum glorificetur per se, quæ nullo modo natura fa-
cere potest. Secundus, vt illam non excedat quantum ad
id, quod fit, sed quantum ad id, in quo fit, veluti mortuo-
rum suscitatio, cęcorum illuminatio, & similia, cum na-
tura possit date vitam, sed non mottuo; præbere visum,
sed non cęco. Tertios, & infimus, vt quoties aliquod opus
illam solummodo excedat, quoad modum, & ordinem fa-
ciendi, sicut contingit in sanationibus, cùm aliquis subitò
per virtutem diuinam sanatur à febre, nulla præcedente
curatione, & consueto processu naturæ. Quam ob rem
Zacch. *in quæst. medicoleg. lib. 4. tit. 1. q. 2. num. 2.* Miracula
trifariam diuisit in contra, supra, & prȩter naturam, exem-
plificans primum in exstasi, quòd corpus in sublime tolli-
tur, & in translatione Montium de loco ad locum. Alte-
rum in suscitatione mortui ad vitam, & illuminatione cę-
ci à natiuitate. Tertium si quis subitò, & incontinenti ab
aliquo morbo sanetur nulla præuia humorum alteratio-
ne, & concoctione.

7 Verùm non sunt indifferenter admittenda miracula
cuiuslibet generis, nisi inter illa adsint aliqua primi gene-
ris, & ad minus duo, vel tria secundi generis concluden-
ter probata, veluti suscitationis mortuorum, illuminatio-
nis cęcorum à natiuitate, & similium iuxta perpetuam
Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, patentem cuilibet le-
genti Bullas Canonizationum. Quod præ cæteris obser-
uat Castellin. *de dilat. canoniz. Sanct. p. 1. pun. 2. corol. 4. ac
pun. 2. in respons. ad 3. obiect. sub n. 3.* ponderata in hoc in-
super animaduersione Pauli Zacch. *quæst. medicoleg. lib. 4.
tit. 1. quæst. 2. num. 11.* Quòd multò pluris æstimanda sunt
miracula primæ classis, quàm secundæ, plurisque etiam
secundæ, quàm tertiæ, adeòvt maiorem, magisque indu-
bitatam fidem facere possint duo miracula primæ classis,
quàm quatuor secundæ, & hæc magis quàm duodecim
tertiæ, cùm in miraculis primæ classis nulla deceptio ca-
dere possit, sicut in alijs, quæ non sunt supra vires omnes
naturæ.

8 Miracula verò sanationum, quæ sunt tertiæ classis in-
digent maxima probatione, & exquisito examine, vt ad-
mittantur, cùm possint fieri per naturam, & multoties
prouenire ex præcedenti applicatione remediorum natu-
ralium, vel ex aliqua crisi, aut ex statu morbi vergentis
in declinationem, vt inquiunt Angel. Rocch. *de canon.
Sanct. cap. 25.* Castellin. *d. resp. num. 4.* & Gaspar à Reyes
Franeus *in Elys. iucund. quæst. camp. q. 24. num. 2.* Quare
Bartholom. Sybillan. *in Specul. peregr. quæst. decad. 3.
cap. 8. q. 5. ante med.* hoc à mortalibus incomprehensibile
fatetur, cum difficillima in eis quandoque discretio sit,
quæ non potest sufficienter haberi ex consideratione cir-
cumstantiarum loci, temporis, opportunitatis, modo-
rum faciendi, qualitate factorum, & finis.

9 Sanatio autem ipsa omnino instantanea esse debet, nem-
pè quòd, inuocato auxilio Seruorum Dei, statim illa se-
quatur in ea perfectione, ad quam natura, vel ars medica,
adhibitis etiam remediis eximiis, nullatenus valeat per-
uenire, non autem quòd posteà fiat cum aliquo temporis
interuallo, sicut post Maluet. *de can. Sanct. dub. 3. in
fine* dixit Contilor. *eod. tr. cap. 17. n. 10.* animaduertitque
Castellin. *in cit. n. 4. & nos alibi.*

10 Addito ex Gaspare à Reyes *d. q. 24. n. 1.* octo copulati-
uè requiri, vt in sanationibus diuinæ potentiæ virtus ad
intercessionem Sanctorum clarè dignoscatur. Primum,
quòd ægrorum sanitas non in corpore tantùm, sed in ani-
ma quoque appareat. Secundum, vt morbus, vel impossi-
bilis, vel difficillimus curatu sit. Tertium, vt ille sit gra-
uis, vtpotè febris ardens, & maligna: Quoniam miracu-
la sunt circa grauia, non circa lenia. Quartum, quòd ta-
lis morbus non sit in vltima status parte, vt non multò
post debeat naturaliter declinare. Quintum, vt sanitas
subitò, & incontinenti fiat. Sextum, vt ipsa sanatio sit per-
fecta, & absoluta, non manca, & concisa, adeòvt metasta-
sis de vno morbo ad alium, & si leuiorem, minimè sit ha-
benda pro miraculosa. Septimum, vt nulla euacuatio no-
tatu digna præcedat; nam si post illam sanatio contingat,
non erit dicenda miraculosa, sed in totum, vel ex parte
naturalis. Octauum, vt sublato morbo non subsequatur
recidiua. Quæ à Medicis, & alijs, inquit, obseruanda
esse, ne in asserendis sanationibus pro miraculosis facilè
decipiantur.

Quibus accedunt octo notabiles conditiones ex com- 11
muni Theologorum, ac Philosophorum placito requisitæ
à Zacch. *quæst. medicoleg. lib. 4. tit. 1. q. 3.* ad hoc, vt ali-
quis effectus miraculi nomen mereatur, qui propterea
seq. quæst. 4. num. 1. subdit, nullum effectum miraculosi no-
men sortiri, eis deficientibus.

Prima quidem, vt clarè appareat, illum esse supra vires 12
naturæ: Quoniam de essentia miraculi est, vt illius vires
exuperet. Non enim potest tale dici, quod per causas na-
turales fit, aut eo modo, quo per illas fieri posset.

Secunda, quòd fiat sola virtute diuina, non dæmonis 13
arte, seu aliter, quod Sybillanus *loc. cit.* incomprehensibi-
le putat à mortalibus.

Tertia, quòd non accidat ex vi verborum, sed ex homi- 14
num merito.

Quarta, quòd patens sit, non latens sensus humanus. 15
Quinta, vt sit ad corroborationem fidei, in hominum 16
salutem, ac Dei gloriam.

Sexta, quòd ipse effectus in his, quæ naturaliter fieri 17
possunt, puta sanationibus, appareat incontinenti. Non
enim miraculosè sanati dicuntur ij, qui in extremis, &
periculosis infirmitatibus natura morbum superante per
concoctionem, & adæquationem humorum sanantur
eo modo, quo non poterat ab hominibus sperari, cum
sanationes miraculosæ nulla prorsus intermedia conco-
ctione fiant, sed in instanti, confestim, subitò, statim,
illicò, quibus vocibus vtitur Sacra Scriptura ad miracu-
lorum euidentiam ostendendam.

Septima, quòd fiant sine dolore, licèt ipse Zacchias, 18
hanc præcisè non exigat, dummodo incontinenti mor-
bus ipse recedat.

Octaua, omnino necessaria, quòd opus miraculosum 19
sit vndequaque perfectum. Nec mortuus resuscitatus il-
licò remoriatur; cęcus, visu recepto, in cęcitatem rein-
cidat. Et sic de cæteris, cùm Deus operans miracula, illa
efficiat vndequaque perfecta. Vnde infert, quòd si ægro-
tans ad præsentiam, aduentum, vel tactum alicuius reli-
giosi viri, seu reliquiarum se à morbo recolligat, & sani-
tatem accepisse videatur, mox tamen in ægritudinem re-
incidat, id maximè eius fiduciæ in dictum virum, ac re-
liquias sancti adscribendum sit, non autem miraculo;
Ideoque subdit *q. 4. n. 1.* quòd, deficientibus hisce condi-
tionibus, nullus effectus miraculosi nomine decorandus
est; atque istæ conditiones recuperatæ sanitatis, præci-
puè verò grauitas infirmitatis, oratio præcedens, & sani-
tas in instanti, maximè comprobant miraculum iuxta
illud *Matth. 8.* de leproso per Christum mundato; *confe-
stim enim mundata est lepra eius,* & *cap. 9. Act. Apost.* mor-
tuus ille continuò surrexit, ac pluribus alijs in locis S. Scri-
pturæ adductis ab Archid. *in cap. nec mirum 26. q. 5. num. 8.*
à Iacobo Castelan. *de Canon. q. 6. princip.* & à Maluet. *eod.
tr. dub. 3. n. 24. & 26.* ac sæpius notarunt Auditores S. Ro-
tæ Romanæ in Canonizationibus Sanctorum, præcipuè
in relat. 1. Canoniz. B. Theresiæ mirac. 2. in vit.

Ponderando præsertim modum sperandi huiusmodi 20
miracula, nempè si per contactum manus, vel reliquiarum
Seruorum Dei super infirmis instar miraculorum, quæ
operatus est Christus per seipsum, & per manus suorum
Apostolorum, sicuti legitur *Marc. 5.* & tenens manum
puellæ ait illi: *Puella tibi dico surge, & confestim surrexit,*
& *Matth. d. cap. 8.* de leproso, quem Iesus extendens ma-
num tetigit, & confestim sanatus est, & *Luc. 22. & cum
tetigisset auriculam eius, sanauit eum,* & *cap. 4. Omnes qui
habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum,
at ille singulis manus imponens curabat eos.* Apostolis etiam,
quando misit eos ad prædicandum Euangelium, modum,
quo languores in signum euangelicæ veritatis curare de-
bebant, designauit dicens: *Super ægros manus imponent,
& benè habebunt Marc. vlt. & Act. 5.* dicitur: *Per manus
autem Apostolorum fiebant signa, & prodigia multa in ple-
be,* & *cap. 3.* dicitur de Beato Petro, *quod apprehensa manu
eius dextera eleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases
eius, & plantæ.* Et hunc modum operandi miracula fuis-
se humanitati Christi communicatum, docet D. Chryso-
stomos *hom. 5. in Marc.* & S. Cyrillus *lib. 2. in Ioann. cap. 4.*
vbi

vbi de filio viduæ Naim loquens, ait, quòd illum tetigit Christus, dicens: *Adolescens tibi dico, surge*, & concludit his verbis: *non ergo verbo solo, vt diximus, semper, verùm etiam tactu mortuos suscitauit, vt ostenderet suum quoque corpus viuificare posse, quod in solo tactu suo corrupta redintegrantur*. Et super illud *Luc.4. Singulis manus imponens*, ait idem Cyrillus: *Quamvis, vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos, tangit tamen eos, ostendens propriam carnem efficacem esse ad præstanda remedia*.

21 Sanctis autem quamplurimis hoc donum fuisse communicatum, tradit D. Gregorius 2. *dialogor. cap.4.* &, vt docet D. Thomas *quæst.3. de malo ar.3.* & 2. 2. *q.83. ar.1.* ille modus dicitur excellentior operandi miracula, qui ad illa procestatiuè, seu tanquam instrumentum physicum concurrit. Cùm ergo Deus per contactum manus seruorum suorum miracula hæc perfecerit, ostenditur illis suam virtutem communicasse ita, vt ipsi ei per veram, & realem actionem contactus, tanquam instrumentum physicum cooperaretur. Vnde quamvis istæ sanationes excedentes vires naturæ creatæ, quoad modum sint referendæ ad tertium genus miraculorum, tamen cùm intra illud adsint diuersi gradus, dicendum est aliquas mereri excellentiorem gradum contentorum in tertio.

22 Ac præsertim si non solùm in istis sanationibus inseruirent tactus manuum Seruorum Dei, sed etiam verba imperatiua. Qui modus non est dissimilis modo, quo Christus, & Apostoli miracula operabantur, sicut de Socru Petri dicitur *Luc.4. & Act.9.* vbi, & ait illi Petrus: *Sanat te Dominus Iesus Christus, Surge & sterne tibi, & statim surrexit*, & apud *Matth. cap.8.* de leproso, dicente, *Domine, si vis potes me mundare* (imperatiuè) & *Luc.8.* de cęco, cui dixit Dominus: *Respice, & confestim vidit*, & *Io.4. & Luc.7.* de eodem filio viduæ, cui dixit Christus: *Adolescens tibi dico, surge, & resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui*. Et in resurrectione Lazari dixit Christus: *Lazare veni foras, & statim prodijt, qui fuerat mortuus Io.11.* Et hic modus meretur excellentiorem gradum inter miracula tertij generis.

23 Neque aliquid huiusmodi miraculis detraheret, si, apposita manu, vel reliquia Seruorum Dei, dolores ęgrotantium creuerint, & magnam anxietatem causauerint, vt notat Archid. *in d. cap. non mirum numer.9. 26. 9. 5.* quem sequitur Castellan. *de canoniz. d.q.6.* & patet *Matth.9.* ibi: *Et exclamans, & multum discerpens exijt ab eo, & factus est sicut mortuus, itavt multi dicerent, quia mortuus est*, quidquid dicat Maluet. *loc. alleg. dub.3. n.54.*

24 Inter miracula verò, ea, quæ post mortem fiunt, esse magis certa, & indubitata Sanctitatis indicia, quàm miracula, quæ fiunt in vita, concors est Theologorum, & Canonistarum doctrina. In vita namque possunt aliquando fieri a peccatoribus modo, aliàs explicato cum D. Thoma 2. 2. *q.178. ar.2.* post mortem verò nequeunt fieri vera miracula ad intercessionem, & per meritum illius, qui non sit in gratia constitutus. Ideo D. Gregorius *lib.4. Dial. cap.6.* ait: *Quemadmodum vita animæ in corpore existentis cognoscitur per motum membrorum; ita quoque vita animæ de corpore egredientis ex miraculis cognoscitur*. Vnde meritò S. Mater Ecclesia ad effectum beatificationis, & canonizationis Sanctorum necessariò miracula, præsertim post mortem exigit: Quia ista vitæ Sanctitatem, & Deo gratam Sanctorum memoriam sine dubio testificantur. Sed quoniam, vt asserit D. August. *ser.39. cap. 5. Non cessat Deus Sanctis suis attestari, &, quomodo miracula sua debeat commendare, nouit, nouit agere, vt magnificetur, nouit agere, ne vilescat*, egit Deus ne vilesceret seruorum suorum memoria, illam post obitum innumeris, & quidem illustribus miraculis magnificando, quæ matura discussione examinanda sunt.

* * *

CONSVLTATIO XXVII.

An testes desumpti ex processu, auctoritate ordinaria confecto, sint attendendi in causis Canonizationum Sanctorum?

NOn videntur attendendi, quia in causis Canonizationum eiusmodi processus solùm inseruit loco denunciationis facti, quæ Summo Pontifici fieri debet antequam causa committatur, non autem vim probationis obtinet, reseruatæ soli Romano Pontifici ex notatis per Hostiensem, ac cæteros Canonistas in *cap.1. de reliq. & ven. Sanct.* 1

Nihilominus, licèt Episcopi nequeant *canonizare*, cùm ille actus sit reseruatus soli Pontifici, possunt tamen informationes capere de sanctitate vitæ, moribus, & miraculis eius, qui petitur beatificari, vel canonizari; quodque eorum processibus fides adhibita fuerit, & faciant plenissimam probationem, patet ex pluribus relationibus Rotæ, relatis à Contilor. *cap.4. n.20. & 21.* addito in specie in relationibus Sanctorum Hiacynthi, & Raymundi fidem præstitam fuisse processibus factis per Vicarios eorumdem. Quod repetit Lezan. *cons.1. num.312.* Quin etiam idem Contilor. *loc.cit.num.23.* asserit, hoc ipsum censuisse Sac. Congregationem Sacrorum Rituum die 7. Augusti 1596. & probasse Clementem VIII. ac propterea in causa canonizationis S. Didaci peractæ à Sixto V. habitum fuisse pro valido antiquum processum, Compluti factum auctoritate Archiepiscopi Toletani ante annos 170. circiter. 2

Idque dignè, atque iustè, quando huiusmodi testes morte præuenti non possunt repeti coram Iudicibus Apostolicis. Quo casu, etiam de iure, non solùm faciunt per se semiplenam probationem iuxta theoricam Bart. *in l. admonendi num.45. ff. de iureiur.* quam probarunt Ias. ibi *numer.98. cum seq. & in l.2. num.24. C. de eden.* Alex. *in l. sapè 63. n.71. post med.* vbi Bart. *ff. de re iud. & cons.156. num.7. vol.2.* Imol. *in cap. fin. num.7. de iureiur.* Felin. *in cap. Causam 11. num.19. de testib. & in cap. Quamvis 25. num.1. de sent. & re iud.* cum vtrobique notatis per Addentes, concludendo non esse ab hac opinione discedendum in consulendo, & iudicando Marsil. *singul.276. n.8. & singul.435. num.1.* Dec. *cons.42 num.14. & cons.109. n.2.* atque Aymon *cons.585. num.7.* 3

Sed etiam plenissimam, quando depositio prædictorum testium iudicialiter excepta fuit cum legitimo contradictore, in quo casu plenè probant æquè, ac sententia lata in causa status, *ad text. in l. Ingenuum 25.* vbi Doctores *ff. de stat. hom. & in l.1. §. penul. in fin. ff. de lib. exhib.* Glos. *vlt. in cap. Quamvis*, ibique Felin. *sub numer.9. de sent. & re iud.* Alex. *d. l. sapè num.60. ff. de re iud.* cum similibus. Etenim à pari procedunt sententiæ, acta, & probationes, Butr. *in d. cap. Causam num.4. de testib.* Alex. *d. l. sapè n.125.* Gratian. *discept. 869. num.16.* Achil. *decis.5. de iudic.* Gregor. XV. *decis. 535. num.9.* Rot. *decis.271. sub n.2. par.1. rec.* & coram Bisehio *in Britonorien. fideicommissi 24. Maij* 1642. 4



CON-

CONSVLTATIO XXVIII.

An, & quatenus mundatio à lepra miraculo sit adscribenda?

1 IN primis probandum est, quòd esset vera lepra, idest tumor totius corporis cancrosus ex atrabile, venenata qualitate infecta, & in totum habitum corporis effusa, exortus, multa sympromata inferens iuxta illius descriptionem, relatam à Ioanne Ionstono *in Idea omn. med. pract. lib.6. tit.1. cap.9. ar.vn.* eam in quatuor species diuidendo. Primam nomine Alopeciam, in qua rubedo est obscura, tumor faciei, rubor oculorum, & narium hæmorrhogia, quæ oritur à sanguine, cæterisque mitior est. Alteram Tyriam, ita nuncupatam à squamoso serpente tyro, quæ verè spolium exuit, in qua, orta à phlegmone Albedo, squammæ, & furfures inspiciuntur. Tertiam Leoninam dictam à rugis frontis leonis, quæ oritur à bile, citissimè perueniens ad augmentum; ideoque in ea sunt puncturæ, mordicationes, & impetigines. Quartam denique appellatam Elephantiasim, reliquis maiorem, & tardiorem, quæ ortum ducit à melancholia, & nigredine turbata, oodis, ac stupore se prodit. Nam fortè potuit esse simplex effectus cutis, quales dicuntur maculæ infantium volaticæ à Ionstono *d. lib.6. tit.2. cap.1. num.4.* subdente, ad earum præcautionem illinienda esse orificia aqua rosacea cum pauxillo croci. Præterquamquòd nec vera lepra hodie est morbus contagiosus, & incurabilis, prout illa, de qua sermo fit, *Leuit. cap.13.* sicut post Rooch, *in tr. de lepra*, & alios, quos refert, obseruat Gaspar à Reyes *in camp. Elys. quæst.60. sub num.11.* vt facilè poterit remedijs naturalibus sanari: Quod miraculi essentiam funditus destruit.

2 At verò cum ab Elephantiasi, quæ corrumpit formam, figuram, & membrorum compositionem, ac demum continuam soluit, squamulas piscium instar emittit, & proueniens à melăcholica materia per totum corpus conspergitur; vnde huiusmodi lepra cancer totius corporis nuncupatur à Bernardo Gordano in opere *lilium medicinæ* inscripto *par.1. cap.* 22. Eustach. Rud. *lib.1. de affect. extr. corp. cap.14.* Sennett. *medic. prac. lib.5. p. c.30.* Zaccuto *lib.6. de medic. Princip. hist. paraphr. 1. §. vtilissima*, qui inter signa Elephantiasis recenset vlcera fœtita, & insanabilia, cùm, inquam, ab elephantiasi contigerit curatio in instanti, illud miraculum esse instar illius, quod narrator Matth. *cap.8.* Marc. *cap.1.* & Luc. *cap.5.* pro certo statuendum est.

3 Et dato, non autem concesso, quòd lepra hodie non dicatur morbus contagiosus, & incurabilis, possitque curari, adhuc miraculum ratione instantaneitatis erit renunciandum. Natura enim non potest in instanti operari tam mirabilem curationem, neque in illo temporis momento arte humana, etiam validissimis artis medijs curari nequit, sed longo temporis interuallo, etiam ratione vlcerum. Quia non possunt illicò, & repentè, vel spatio vnius diei ad sanitatem perduci, sicque necessariò miraculum concurrere fatendum est. Quia vlcera nunquam curantur, nisi priùs abstergantur, & à sordibus purificentur, exsiccentur, & ad cicatricem perducantur, vt ex Hippocr. *lib. de vlcer.* Quæ omnia licèt à natura fieri possint, debito tamen tempore fieri debent; Ideoque ratione modi, quo huiusmodi curatio succedit, semper pro miraculo habenda est, saltem inter miracula tertij ordinis adscribendo, si est curatio difficilis, qualis est incipientis, secundi verò ordinis si est curatio confirmatæ, quia non est incurabilis, vt ex dicto Ionstono *loc. cit. §. causa.*

CONSVLTATIO XXIX.

An miracula fieri possint, etiam in rebus irrationalibus? vbi de dominatione Sanctorum in vniuersos animantes?

AFfirmatiuè, veluti si aues canentes ad imperium hominis sileant, vel quòd congregentur, & canant, vel quòd pisces extra fluuium, vel mare caput erigant, vt obediant, vel quòd figuræ factæ ex ligno, lapide, auro, vel argento, aliave materia moueantur, vel ambulent, ceu legitur de duobus Angelis ligneis, qui, iubente B. Iacobo à Marchia, incensum Domino offerebant, vel quòd lapides moueantur de vno in alium locum, prout similiter legitur euenisse ad preces S. Benedicti, & huiusmodi alia relata à Panuino *in relat. S. Bonauenturæ par.2. q.6. in fin.* & de consolidatione aquarum, vt hominem super ea deambulantem sustineant, quemadmodum proditur de S. Francisco de Paula, de S. Hiacyntho, qui expanso super vndas pallio, sicco vestigio ambulauit, sociosque secum traducens, de S. Raymundo, qui pallium extendens supra mare, & accepto baculo, quem manu gestabat signo Crucis se muniens, super illud ascendit, & è portu de Salla Maioricarum Barcinonam transfretauit. Sic etiam super aquas fluminis, quòd Vla dicitur, gradiuntur præcisa capita gerentes, S. Frontosios, & socij martyres. Nazarium, & Celsum super vndas etiam ambulasse cùm in mare proiecti essent, refert Marulus *lib.3. & 4.* Gloriosa Charitine anno 308. lapide collo eius alligato demersa in profundum maris, & per aquas, tanquam per terram solidam incedens ad littus peruenit, Sur. 5. Octobris. Quinnus martyr, Prudentio, & Eusebio *in Chron.* auctoribus anno 314. alligatus ad saxum, demersusque in flumen, enatauit, & placidè super aquas ambulauit; sustinentibus saxum, ferentibusque vndis. Sub pedibus Bessarionis Abbatis aqua solidata legitur in vita Patrum *lib.6. libel.2. num.2.* Beata quoque Oringa, siue Christiana virgo in Etruria fugit per fluuium siccis pedibus, ne nubere cogatur. Et Apollinaris Abbas Casinensis fluuium Lirim sicco vestigio superauit. 1

Hoc autem Imperium in creaturas ratione carentes esse Sanctitatis signum dicit Pauin. *in d. relat.* S. Bonauenturæ *par.2. q.6.* & sequitur Contilor. *cap.14. num.13.* casumque veluti memoria dignum narrat D. Ambrosius *lib.3. de virg. cap.10.* dicens: *Frequens sermo est cum plurima ranarum murmura religiosæ auribus plebis obstreperent, Sacerdotem Dei præcepisse, vt conticerent, ac reuerentiam deferrent sacræ orationi, tunc subitò circumfusos strepitus quieuisse*, & de D. Ioanne à Capistrano, dum Tyburi prædicaret, quòd imperauit silentium cicadis, quæ illicò strepere desierint, donec absoluta prædicatione, cantandi licentiam concessit, asserunt Fata, Varis. & Sedul. *in eius vit. cap.6.* 2

Præcipuè, quia id genus miraculorum, quibus Deus aliquos decorauit Sanctos, iam ab Ecclesia approbatum est, & in eorum Vitis recitantur, nempè præclarum illud factum S. Antonij de Padua, quando pisces conuocauit ad audiendum Dei Verbum, & ipsi voci eius obedientes capitibus extra aquam eleuatis, sermoni interfuere. Et illud S. Blasij Episcopi, quod canitur in lectionibus ipsius festiuitatis: Feræ syluestres ad eum confluebant, nec priùs inde abibant, quàm accepta ab ipso benedictione. Recordare vitæ insignis Eliæ, & coruorum ministerij, qui manè quidem panem, vespere autem ei carnem perpetuò afferebant. Similiter, & eorum, quæ in Vita Pauli primi Eremitæ referuntur, licèt soleant talia ista Sanctorum miracula nouatores hæretici exibilare. Et hoc est, vt D. Augustinus ait *lib.21. de ciuit. Dei cap.3.* eorum tota ratio, vt quod experti non sunt, nequaquam esse posse arbitrentur. Et ignorare videntur Sanctis viris à Deo non raro restitutum dominium in bestias ante peccatum primo parenti concessum. Vide Venerabilem Bedam *in Hexamer.* Philonem Iudæum *lib. de præm. & pæn.* Magnus Antonius etiam bestijs imperauit, ne paruulam messem suam læderent, vt Auctor est Athanasius *in vit. cap.25.* Pachomium 3

verò,

verò, vt in vita eius *cap. 19.* legitur, Crocodilorum ministerio fluuium transeuntem, qui eum cum summa subiectione portabant, exponentes ad locum quòcunque præcepisset. Simeon quoque priscus, vt refert Theodoretus in Philotheo *cap. 6.* duobus leonibus iussit, vt hospites ducerent. Miraris? Et rationem quæris? At nos qui sumus, qui arcanorum Dei operum rationem accuratam postulamus, vt nisi eorum se oobis causa statim offerat, quantumvis præclara, Dei opera sugillemus? Verùm ego abs te quæro, quo modo Heliam coruus in solitudine pauerit? 3. *Reg.* 17. Quomodo leones efferati fame, à Daniele deuorando abstinuerint? *Daniel* 15. Quomodo leo, qui Prophetam occiderat, cadaueri, atque adeò asino eis pepercerit, & occisi Prophetæ, donec sepeliretur, custos factus sit? 3. *Reg.* 13. An fortè de solo Christo, aut Apostolis scriptum putamus: *Super aspidem, & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem?* An solis Apostolis dictum: *Si credideritis, dicetis huic monti, transi hinc, & transibit?* Cuiusmodi miraculum Gregorius Romanus *dial. lib. 1. cap. 7.* de monacho sui sæculi, qui oratione rupem loco moueret, & Gregorius Nyssenus de Gregorio Neocæsariensi, referunt in eius vita.

4 Nonimus enim Deum homini in bestias, in volucres, in pisces potestatem dedisse. Quæ licèt aut sublata, aut valdè nostris peccatis auulsa sit, cur quod peccatũ amisit, & summa Sanctorum hominum innocentia non posset, Deo indulgente, recuperaret? Ruffinus certè *lib. 2. cap. 4.* & Palladius *in histor. Lausiac. in vit. Macar.* referunt, hyænam aliquando catulum cęcum ad Macarij cellulam detulisse, cui mox ille, oratione facta, visum dedit. Quod Palladius, Macario familiaris, à Paphnutio Macarij discipulo, se accepisse dicit, & Ruffinus inter cętera Macarij, & aliorum Eremitarum miracula ad fidem rei his verbis refert *Eccles. hist. lib. 11. cap. 4. Quæ præsens vidi loquor, & eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui.* Sed ego iam Athanasium, & post eum Hieronymum potissimùm propono, qui *in vit. Antony* post Athanasium scribit, Antonium in abditissima solitudine pomarium suis manibus, laboreque sibi comparasse, arbusculis consitum, & holeribus virens, quod cùm anagrotum grex aliquando vastaret, Antonius vnum è ductoribus eorum stare iussit, baculoque tundens latera: *quare*, inquit, *comedistis, quod non seminastis?* Et exinde, acceptis aquis, ad quas potandas ventitabant, nunquam eos ne arbusculam, nec holera contigisse. Hieronymus prætereà tradit in vita Pauli, mortuo iam Paulo in solitudine duo leones ad Antonium venisse, & adulantibus caudis circa pedes eius accubuisse, & cùm sarculum non haberet, quo terram foderet, ad demortui corporis sepulchrum eosdem leones pedibus terram egessisse, & vnius hominis capacem locum effodisse. Tradit item Athanasius *in vita Paul.* habitasse Aotonium in solitudine in deserto Castello, pleno venenatorum animalium, statimque ad eius aduentum, ingentem turbam serpentum, quasi persecutionem passam, profugisse. Tradit & Hieronymus ad Hilarionem, Camelum enormis magnitudinis, qui iam multos obtriuerat, per triginta, & eò amplius viros solidissimis funibus distentum, cum clamore adductum, statim corruisse, submissumque caput terræ coæquasse, mirantibus cunctis, qui aderant post tantam ferociam, tantam subitò mansuetudinem. Et ne dicatur, quod in Paulo Hieronymus nihil seriò narrat, Gelasius Papa inter vitas Patrum hanc historiam ex Hieronymi auctoritate non ioco, sed seriò posuit, *tom. 1. Concil. dist. 15. can. Sancta.* Clara est historia de Maria Ægyptiaca, quòd leones illi sepeliendæ inseruierint. Quòd Paulus sexaginta in solitudine annos transegerit, quibus nullo pane pastus sit, nisi eo, quem coruus illi quotidie suppeditauit. Quòd eadem Maria sine nauigio, aut natatione Iordanem, quasi volucrem siccis vestigijs transierit. Similia de Ammone Sancto monacho ad Lycum fluuium, refert Athanasius. Ecquid verò miri, si Iordanis tale iter Sanctissimæ mulieri præbuerit, vt immensi vndarum montes repentè obriguerint, cùm populo Israelitico, quamvis rebelli, & duræ ceruicis, siccum olim alueum reliquerit, quem pedibus seuerè calcaret? Credimus & id quoque verum, quod refert Euagrius *lib. 4. c. 7.* de Zosimo sui sæculi monacho, cuius asinum in itinere leo inuaserat, & occiderat. Leoni enim onus, quod asinus portauerat imposuit. Quod ille deposita feritate, adulantique cauda suscepit, leonemque ille secum toto posteà itinere ad Cæsariæ vsque portas duxit. Magnum ea in re loquit Euagrius, *diuinæ potentiæ argumentum Zosimus ostendit, quodque omnia nobis inseruirent, & parerent, si ad diuinam voluntatem vitam nostram institueremus, neque diuinitus nobis infusam gratiam corrumperemus, & deformaremus.* Alia plura occurrunt passim in Sanctorum historijs, vt proinde fabulæ loco habeam, quod de Augusto nugatur Suetonius *cap. 94.* dum ait: *cùm primùm fari cœpisset in auito suburbano obstrepentes fortè ranas silere iussit, atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare.*

5 Homo igitur factus est, vt dominaretur, & præesset piscibus maris, volatilibus Cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Tenuit hæc Dominatio dum viguit, ac regnauit Innocentia, postquam autem velum innocentiæ Adam exuit, non amplius animantes exhibuerunt obsequij reuerentiam. Multi tamen viri Sancti in Paradiso, Ecclesiæ, seu Religionis rursus Diuinæ Gratiæ clamyde regia ex Dei beneficio induti, ad antiquam illam gloriam dominationis aliqualiter peruenerunt, eisque ideò obtemperauerunt sæpènumero quævis animantes, seu compotes, seu expertes mansuetudinis, eæ demum fuerint.

6 Nouus Adam Christus Dominus innocentiæ, sanctimoniæque fons, & origo vix in Bethlemitica rupe erat natus cum *ecce cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui*, nempè paruuli membra fouerunt ambo halitu pectoris, & veluti quodam amore.

7 Abbas Ioannes à moderatore suo iussus leænam loro vincire, ac de saltu adducere, paruit miraculo obedientiæ. Cassianus. S. Simeon iunior Stylitæ pardum adducit. Sed quanta fuit auctoritas S. Epiphanij Episcopi Constantiæ? Is ad leonem se contulit, cùm is prædonem ageret in propinqua sylua monasterio terrori esset, & viatoribus passim necem inferret. Quia verò cauiam eius non reperit, pro imperio euocauit, & leo adfuit statim, atque in conspectu viri Dei, quasi non ferens maiestatem, momentò exanimatus est, iacuitque humi cadauer eius. Euagr. *lib. 6. cap. 22.* & Sur. *in Maio.* Sanctus Sola Abbas cùm obuiam habuisset lupum immanem, asello suo, cui tum insidebat, mandauit in nomine Iesu Christi, vt eum adoriretur, ac neci daret, nec mora, asellus lupum calcibus allisis, morsibusque statim enectum humi prostrauit. Sur. *in Decembri* Lupum alium, &c.

8 Alium tamen S. Franciscus Tudertinæ Ciuitatis magnopere incommodantem, veluti admonitione religiosa, mitissimum, ac planè innoxium reddidit. Nam ei commemorans damna, quæ intulerat, hortatus est, dedisceret feritatem, & reipsa in posterum ita vixit, vt nemori valè dicens, Ciuitatem coluerit. Vbi per compita ei alimenta, quandiu superstes fuit, tanquam catulo, pueri præbuerunt. S. Bonauentura *in eius vita.*

9 Sæpè numero etiam pro sui corporis custodia Sancti viri feras habuerunt. Sic B. Syluester Abbas lupo vsus est, fidissimo excubitore cellulæ suæ aduersus iniurias quascunque ferarum aliarum. Sur. *in Nouembri.* At S. Ioannes, cognomento Silentiarius, cùm amans solitudinis, ab ea noluisset auelli, tametsi ei suaderetur, vt in ciuitatem aliquam munitam se reciperet, dum infestis populationibus Alamandarus Saraceoorum Rex Palestinam incursaret, meruit, vt Deus, quem adiutorium suum posuerat, leonem ei dederit excubitorem, defensoremque, qui propulsaret pericula, & ab accessu arceret agmina Barbarorum. Baron. *ad ann. Christ.* 509. Quinimmò interdum feræ ipsæ, quasi agmine facto, auxiliares venerunt. Nempè dum Franciscus Vrbini Dux, vi belli, atque armorum recepta ditione sua, qua exutus fuerat à Leone Decimo Pontifice, cum infesto exercitu per agrum Picenum excurreret, prædæ quam religionis studiosior miles eius, deliberauerat S. Ædis Lauretanæ opes deprædari. Quo circa missi antecursores fuerunt, qui viam explorarent. Sed hi ex parte obuiam habuerunt gregem immanium luporum ex propinquo nemore, qui cùm aliquos laniassent, fugæ necessitatem alijs dederunt. Tursellin. *in hist. Laur.*

10 Libet

10 Libet insuper commemorare obsequia ferarum iure priuata etiam, & ad omnem Regni domestici vsum. Quis crederet, custodem ouium agere potuisse, aut lupum, aut vrsum, qui ouium earumdem tamen soleut peruicies esse? Lupus quadam die Præmonstratensium oues, sicuti iussus fuerat, iu pascuis custodierat, & inde ad stabulum, cùm iam aduesperasceret, reduxerat, singulasque intrare ostium coegerat. Ostio dein clauso, institit pulsando, vt pro custodia obita mercedem aliquam acciperet, & tum S. Norbertus iussit panem adferri, qua ille stipe contentus pro labore diurno, ad syluam remeauit. Sur. *in Iunio*. At S. Florentio vrsus erat ordinarius ouium custos ductare nimirum solitus ad pascua, & ad ouile hora præscripta reducere. *Iniungebatur vrso cura pastoris*, inquit S. Gregorius Papa *lib. 3. dialog. cap. 15. & quas emanducare consueuerat, pascebat oues, bestia ieiuna. Cùm vir Domini ieiunare volebat ad Nonam, præcipiebat vrso, eadem hora cum ouibus reuerti, cum verò noluisset, ad Sextam. In omnibus itaque mandatis Viri Dei obtemperabat vrsus, vt neque ad Sextam iussus venire, rediret ad Nonam, neque ad Nonam iussus venire, rediret ad Sextam*. Ægrè aut vix aliquis rationis composita exactè seruierit, sicut hic Vrsus verna omnium horarum.

11 Aliquando vrsi etiam equi sarcinarij obiuerunt vices, eaque pœna damuum illatum compensarunt. Peregrinationem Romanam susceperat S. Humbertus cum S. Amando, quæ celebris fuit, vel ideo, quia eum Vrsus immanis equum vorasset, qui sarcinolas eorum baiulauerat, S. Humbertus, *Tu*, inquit, *subsidium itineris, quod nobis dederat misericors Deus, sustulisti, oportet itaque, vt loco eius onera subeas, & Romam vsque proiumento sis cui necem intulisti*. Igitur mansuescere illicò fera, tametsi adhuc cruore manaret, suscipere onus sarcinularum, & procedere, aut morari quoties contingeret in via, Sanctos peregrinos aut progredi, aut hærere. Sur. *in Septembri*. Obsequium verò idem vrsus alius præstitit S. Corbiniano Episcopo Frisingensi; dum is perinde Romam peregrinaretur. Sur. *in eod. mense*.

De Leone Zisimi supra dictum est.

Leonem alium S. Quiriacus anachoreta in solitudine, veluti famulum habuit, eique custodiam olerum aduersus feras demandaoit. Paruit verò cibum horis constitutis de manu eius sumere solitus, & mox ad hortuli tutelam remeare. Sur. *in Septembri*. Inseruiuit perinde leo familiarissimè S. Sabæ Abbati in Palæstina, custos agri erat, asellum etiam ad pascua, ad fontem ducebat, qnando aberat monachus curator eius. *Sed quia hic incontinentia se* iuquinauit, cessauit leo ab obsequio, & Mouachi asellum deuorauit. Adeò manifesta res est, in feras solam iunocentiam, sanctimouiamque dominari. Sur. *in Decembri*. Ideo S. Columbanus in eremo feras quascunque accersere, dum per oemora deambularet solitus semper fuit, easque manu blandiens attrectare, atque hæc illi, sicut catuli solent, videbantur adulari. Sur. *in Nouembri*.

12 Par fuit quoque ferarum obseruantia erga Sanctos viros mortuos; custodierunt enim frequeuter eorum exuuias, & ab iniuria eas viudicarunt. Quo pacto S. Victoris Mauri martyris corpus, feris proiectum, dies omnino sex inuiolatum seruarunt bestiæ duæ, altera ad caput eius, & ad pedes altera ex aduerso assidentes. Cum verò aduenit S. Marinos Episcopus, vt illi tumulum daret, cesseruot loco, uon tamen penitus recesserunt, hæseruntque, donec iusta persoluerent. Sur. *in Maio*. Houorificentiùs adhuc leones quatuor fueruot custodes corporis S. Pelagiæ Tarsensis virginis, & martyris, eius oimirum, quæ pudicitiæ, ac martyrio postputauerat nuptias cum Imperatoris filio. Sed & obuiam processerunt venerabundi S. Clinoni Episcopo, quando is admonitu Dei ad locum venit, vbi iacebat inhumatum corpus eiusdem S. Pelagiæ, siquidem in fide christiana eam instruxerat, & in propinqui montis eliuo, non sepeliuit modò, sed marmoreum insuper sacellum ei dedicauit. Sur. *in Maio*. Molossi totidem corpus S. Alexandri martyris, qui, imperante Maximiano passus est, ex flumine ad ripam retraxerunt, lambentesque officiosissimè, assederunt ei, donec illuc mater aduenerit. Tum duo ex ipsis obuij occurrerunt, adhærentesque lateri, ad filium deduxerunt, quem alij duo custodiebant; sed lambere desierunt, vt in hæc officia matri erga filium sua exsetere oscula liceret. Sur. *in Maio*. Leones duo parant sepulturam S. Paulo Eremitæ. *Breu. Rom. in Ian.* & nos supra. In quo genere adhuc mirabilius videtur id, quod accidit Rauennæ ante celeberrimum illud Templum SS. Apostolorum Petri, & Pauli, quod olim fuerat Capitolium Iouis, habueratque aras trecentas. Venerat eò vir solitarius ex Ægypti eremo, vtpotè qui didicerat cœli admonitu, imaginem Christo Domino simillimam ibi esse, desiderio enim magno tenebatur intuendi veros Christi vultus, antequam è viuis excederet. Adduxerat porrò viæ comites leones duos, qui cùm feritatem omnem exuissent, spectaculo, quàm terrori vulgò erant. Vix Sacratissimam eam iconem præ foribus Basilicæ est conspicatus, cùm procubuit, vt eam de genu veneraretur, & statim persusus iucundissima voluptate ibidem sanctissimè obijt. Tum leones duo, asseclæ atque alumni eius vltima obsequia persoluturi falculis egerere humum, vbi sepeliretur, nec temperare à mœrore, ac demum rugientes cum fremitu etiam ipsi non ita multò post ibi expirarunt. Populus hæc admirans, vt rei fama, & recordatio conseruaretur, feras easdem sepeliuit iuxta tumulum eius. Hier. Rub. l. 3. *hist. Rauen.*

13 Possem æquè multa, & plura, etiam de auibus Cœli, & quædam insuper de piscibus maris commemorare, nisi ad alia festinaret calamus. Erit occasio iterùm; iam ne de ijs silere penitus videar, refero vnum, aut alterum quàm breuissimè. Cùm proiectum esset S. Vincentij Martyris corpus iuhumatum, coruus tum à volucribus alijs, tum à lupo etiam vnguibus, rostro, alis, illud fide optima tutatus est *Breu. Rom. in Ian.* Mirabilius est aquilas corpus S. Stanislai Episcopi Cracouiensis, & inclyti martyris, membratim concisum, & per agros dispersum, à feris defendere studuisse, donec tumulo mandaretur. Etenim diuino instinctu didicerunt prædam diuisam, & equiparatam venerari, quā priùs consueuerant esurire, *Breu. Rom. in Maio*. Aquila item obsequio gratiore, instar vmbraculi fuit S. Medardo puero innocentissimis moribus, qui posteà fuit Episcopus Nouiomensis. Siquidem dum vndique vbertim plueret, ab ea imbrium diffusione immunem seruauit Aquila super ipsum in aere librata, vt ne guttula quidem eius fuerit irroratus, Sur. *in Iunio*. S. Franciscus cum sodali suo perlegens horas canonicas impediebatur importuno auium garritu, quæ circum obstrepere volitabant. Sileutium itaque imperauit, & illæ confestim oris plectro canere desierunt, steteruntque, ne vel solo alarum agmine sonitum cierent. Posteà vir Sanctus, cùm immolasset Deo Sacrificium laudis, potestatem fecit, vt denuò canerent, & conditorem suum etiam ipsæ laudarent; tum verò illæ argutulæ suo rursus concentu syluam omnem exhilararunt. Adeò præcipua res est, Innocentiam dominari piscibus maris, volatilibus Cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.

14 Hoc autem miraculum adscribendum puto inter miracula primi generis, cùm sit contra naturam creatam, quòd feræ cæteræque animautes, deposita feritate, fiant rationabiles in obsequium Seruorum Dei, illisque obediant, inseruiantque in eis, & cùm eis circumstantijs superiùs relatis.

15 Quod verò ad arbores, & plantas non est insolens Deum frondium, ac florum miraculis capita suorum seruorum ornasse, ac honorasse. Peculiariter enim Deus, volens sibi vni adscribi Aaronis electionem, vt obtrectandi finem facerent Israelitæ, Moysi mandauit, peteret virgas duodenas inscriptas nomine Principum, qui erant capita Tribuum, nomen autem Aaronis scriberetur iu virga Tribus Leui, adderet verò ijs virgam aliam communem, quæ conctas seorsum familias contineret. Has omnes virgas deinde Deus in tabernaculo fœderis iussit collocari, & postero die sola virga Aaronis reperta est virens, ac florens, immò frugifera etiam, & amigdalis referta, cum arescerent aliæ, nulloque, aut floris gaudio, aut fructus penu viderentur exhilarati. Ita Deus Aaronis electionem confirmauit, &, vt miraculi fama iugis esset, iussit eam etiam ita floridam, ita frugiferam intra testimonij tabernaculum in annos consequentes custodiri.

16 Espi-

16 E spinis illis, quæ Sacrosanctum Christi Domini caput in eius passione coronarunt, aliquæ nunc supersunt, quæ quotannis feria sexta maioris hebdomadæ virent, ac florent, & ex quibus insudat quidam sanguineus humor, vti eo rore cœli aliquando fuerunt irrigatæ. Earum vna est in Vmbriæ Oppido inter Perusiam, & Angubium, quod Montone vulgò appellatur. Hæc quotannis feria sexta hebdomadæ maioris ab hora sexta vsque ad horam nonam semper floret. Spectarunt viri grauissimi, & Bozius id fide publica sibi constare affirmauit.

17 Altera Spina eiusdem serti Christi Domini est in Samnio, & eo die pariter illius cuspis protuberat, atque effloreſcit.

18 Spina' quæ est Barij non floret ea quidem, sed rubescit pariter sexta feria maioris hebdomadæ. Id verò in spina, quæ est tum Canosæ, tum Anuersæ oppido, ac ciuitate Regni Neapolitani, contigit solùm, si ea sexta feria incidat in Martij diem vigesimum quintum, quo die multi putant filium Dei, & genitum de Virgine, & Cruce peremptum esse.

19 In Vrbe orientalis Calabriç Policastro habetur alia item spina eiusdem coronæ, accinctusque intra reliquiarum thecam cuspide deorsum inuersa, ex qua pendet guttula cruoris teres, & mouetur, atque agitur, quasi recens flueret ex capite iam consauciato. A cunctis verò spectari potest; cùm ipso die Virginis Deiparæ in Cœlum assumptæ palam ostendi consueuit.

20 Virgæ duæ, hoc est, vt alij interpretantur, scipiones duo viatorij S. Gummari, & Sancti Rumoldi Confessorum in loco, in quo ij conuenerunt, vt se mutuis, ac pijs colloquijs recrearent, dum solo infigerentur in digressu flores, & folia tulerunt. Surius *in vita S. Gummari in Octobri*.

21 Scita est historia pali arefacti, quem religiosus vir, à Præsule iussus, vnius anni spatio irrigare, in spem floris, & frugis virentem, reddidit florentem, atque frugiferum, & eo Deus ostento declarauit, à Religionis viris nunquam Prælato inutiliter obtemperari. Cassianus.

22 Qua nocte S. Theresia virgo ad superos migrauit, arbor arida, cellulæ ipsius propinqua, statim floruit, *Bren. Rom. in Octobri*.

23 Multò ante idem euenerat in Brabantia, quo die S. Gudula virgo sepulta est. Etenim populus arbor, & si bruma antecesserat, atque hieme erat, illicò frondescere cœpit, & ramorum virentium iucunditate ver quodammodo præseferre. Surius *in Ianuario*. Sed & in translatione reliquiarum eius ad Sedes alias dissitas leucis denis, translata eadem arbor, nihil passa est detrimenti, mansitque immò in ea pristina viriditas.

24 Lhora vrbs est Germaniæ ad Mænum sita inter Francofurtum, atque Herbipolim; iuxta eam vrbem in loco, vbi aliquando vixit S. Gertrudis virgo ex prosapia Regum Francorum, est monasterium S. Benedicti, nomine Neustadium, in quo, quia S. Gertrudis consueuerat, dum appeteret brumæ tempus, surculos pomorum sua manu inserere, intra hortulum ob diuinæ Incarnationis venerationem, (inserta enim diuinitati nostra humanitas fuit, quando Verbum caro factum est, & habitauit in nobis,) ex eodem tempore continuata semper propago est huiusmodi arbuscularum.

25 Sed & propè ante dictam Vrbem ipsa nocte diuinorum Natalium, dum omnia ex hieme, ac gelu inarescunt, arbusculæ aliquæ, videlicet ex earum numero refertæ pomis inueniuntur colore, ac sapore haud absimili pomis, quæ produci solent tempore suo. Discrimen est tantummodo, quod secta ea poma, nullum seminis indicium faciunt. Porrò eæ arbores iussæ ab Archiepiscopo Moguntino, iuxta nostrum Calendarij vsum esse frugiferæ, paruerunt, ac tempus immutarunt admirandæ istius fęcunditatis.

26 Bruxellis Vrbe nobilissima Barbantiæ arbor est, quæ toto anno arida, ac veluti emortua, ipso die Natiuitatis Domini virere, ac vigere incipit, & gaudia frondium, florumque præsefert vsque ad purificationem Deiparæ Virginis, deinceps verò sensim inarescit. Vocatur flos Hierico, atque hęc arbor etiam iuxta emendationẽ Calendarij quotannis renouat suā frondium, & florum hilaritatem.

27 Non procul Bethlemio adhuc viret Terebinthus, quam appellant Beatæ Virginis, quoniam cum puerulo Iesu recreari eius vmbra nonnunquam insueuerat, vt propterea sit ei honor ab adeuntibus Palæstinis iuxta, & Europæis; sed & visa est aliquoties arbor eadem die Sabbati ardere incombusta, quemadmodum olim rubus Moysis, Euseb. Nieremb. *de mirac. natur. cap. 35.*

28 In Lugani Valle diœcesis Comensis nux prægrandis nomen habet S. Ioannis Baptistæ, propterea quod, & si est in agro, vbi nuces arbores complures virent, & sunt frugiferæ tempore suo, illa singulariter solùm ipsa nocte Natiuitatis S. Ioannis Baptistæ frondibus inuestitur, nec profert modò fructus suos, sed ad maturitatem quoque omnino perducit.

29 In Apuliæ Vrbe Traneo, vel extra illam, vbi condita ossa S. Stephani Papæ aliquandiu fuerunt, festo eius die innascuntur flores suauissimi odoris, & qui vim cœlestem habent ad ægritudines pellendas, nec alibi, aut alio die tam fragrantia, tam salubria germina aut spectantur, aut leguntur.

30 Arbores tres ante aram consitæ, in qua sunt sacra lipsana diuæ Eulaliæ virginis, & martyris, anniuersario die martyrij eius penitus virent, ac florent, iam anteà, quippe Decembri mense nuda frondibus, & floribus ramalia, sterili inarescere hieme videantur. Gregor. Turonens. *lib. 1. de glor. mart. cap. 91.* & Surius *in Decembri*.

31 Sancta Brigitta, virgo illa, quæ cùm ad nuptias expeteretur à plurimis, impetrauit à Deo vitium in formæ suæ venustate orbata oculo, tantùm ideò, ne plus nimio alijs placeret, & si posteà oculus est ei restitutus, postquam velo sacro ritè fuit initiata. Hæc, inquam, Virgo procumbens in preces, vti consueuerat aliquando, manu attigit pedem altaris ligneum, & is virescere illicò cœpit, itaque semper mansit sine carie, aut tabe.

32 Inter alia S. Columbani signa admirabile illud videtur, pisi legumina spontè nasci per eas rupes, quas ipse olim frequentauit. Germinant verò nonnunquam è scissuris petrarum, quibus neque humus, neque humor suppetere videtur, sed & vicissitudine quadam herbescunt, & vbi proueniunt vno anno, ibi proximo anno semper desiderantur, ne videlicet ex relicto ibi semine oriri credatur id, quod oritur duntaxat ex virtute, ac merito S. Columbani.

33 In Sublaci specu, vbi moratus est S. Benedictus Monachorum in Occidente Institutor, & legislator, præter alia Sanctitatis eius ornamenta, adhuc spinæ illæ supersunt, in quas se nudum iniecit, ac volutauit, vt ex corpore suo virgineo stimulum expungeret libidinis, & incontinentiæ. Eas aliquantò post S. Franciscus Seraphicus religionis ergo specum inuisens in rosas inseruit, hodieque culturam præseferunt, retinentque duntaxat auctore Deo. Frondes roseæ ipsæ, atque expressa ex his aqua rosacea sunt vsui magno ad ægros in morbis iuuandos. Sed illud mirum omnino videtur frondescere illa rosarum germina perpetuò, vel dum hieme ibi omnia inhorrescunt, & si arent penitus ramalia in virgultis alijs, vti regio, ibi acri gelu hiemali tempore vrgetur. Experti etiam sunt, ac transferri, & consitæ alibi vigere possint, nec succrescit, quia in eo duntaxat solo germinant, quod S. Benedictus sui cruoris rore studio castitatis irrigauit.

34 In Hispania apud Vrbem Arcitanam die martyrij sancti Torquati discipuli S. Iacobi Apostoli, florebat oliua, vt tradit Ado *in martyrol. die 15. May*. Et Cordubæ iuxta sepulchrum Sanctorum martyrum Asciecli, & Victoriæ quintodecimo Kalendas Decembris, quo die martyrium passi sunt, ob commendationem eorum prætiosæ mortis, rosæ diuinitus ortæ colligebantur, Vsuardus, Ado, & Æquilinus *in suis martyrologijs*.

35 Contra, virentes interdum arbores sancti viri fronde, ac vita omni exuerunt. Ita nimirum Christus Dominus ficulneam arefecit. Ita S. Eligius Episcopus Nouiomensis, cùm in itinere fessus de via in coloni agrum diuertisset, quoniam ibi eius asseclæ nuces iuglandes aliquot excusserant ex arbore, herum eiusdem agri appellatum humaniùs, hortatus est à querimonijs cessare. Sed cùm ille nihilominus lingua procaci adhuc iurgaretur, erogari quidem ei aureos nummos tres ab Oeconomo iussit, sed arbo-

borem momento aridam ac perpetuò sterilem reliquit. Ex S. Audeono Episcopo Rothomagensi Surius *in Decembris*.

36 Iustiores alterius coloni querimoniæ meruerunt, vt S. Gummarus, de quo paulò ante meminimus, succisam arborem à famulis, causa fulciendi tentorium eius, (nam erat adhuc vir primarius in Aula Pipini Regis, & Romam peregrinabatur) restituerit rursus vegetam, & pomiferam. Quippe noctu in preces fusus eam cingulo alligauit, & trunco statim adhærescere visa est. Quæ res tantam hero illius agri admirationem peperit, vt arborem, & agrum etiam Sancto viro deinceps addixerit ex Theobaldo Surius *in Octobri*.

37 Notabile fuit occulto imperio, & arcana vi Romæ anno Neronis quarto arborem ruminalem in Comitio, quæ ante octingentos, & quadragiota annos ibi Romuli, ac Remi infantiam texerat, mortuis ramolibus, arescente trunco defuisse. Tacit. aonal. *lib.* 13. quod prodigium ita est ioterpretatus Cardinalis Baronius anno Christi 60. *An ficus olim in arefacta ad Christi imperium apud Hierosolymam ficus arbore Synagoga infructuosa & præmonstratus interitus, ita quoque non sine Dei consilio exsiccata Romulea ficu veteris superstitionis abrogatio eo prodigio est significata? Cum id manifesto experimento probauerit euentus Petro, & Paulo nouis Romanæ Vrbis futuris Principibus, qui sanguine suo hanc nationum omnium patriam Christo pepererunt. Et bene versa vice rerum magno sane prodigio fatalis arbor, eademque illis felicissima Remi, & Romuli cunabulis consecrata, tunc aruit, cùm aridum Crucis lignum à Petro, Pauloque Romæ plantatum, virescens fæcundo germine propagari cæpit.* Ita ipse, non ex leui vtique coniectura; nam eo tempore Petrus, & Paulus Romæ Christianam Religionem superstitione abolita, fundaruot.

38 Hæc autem, & similia recentes ponunt inter miracula in honorem Sanctorum Dei ab eius omnipotentia perpetrata inspectis circumstantijs, quòd arbores, & plantæ aridæ, & nunquam antea, vel posteà flores, nec fructus, nec frondes protulerant, & quòd hæc eueniant tempore hyemali, quo iuxta ordinem naturæ arbores floribus non solent fulciri, & quòd in instanti floreant, & frondescant.

39 Hæc, aliaque maiora referunt P. Cretserus, P. Raynaudus, P. Syluester Petrasaocta *in Thaumasia tom.* 2. qui est de ritibus Ecclesiæ miraculis confirmatis, & *tom.* 3. qui est de miraculis perpetuis Ecclesiæ catholicæ, edita Romæ anno 1646. cum approbatione Superiorum.

40 Ex quibus huiusmodi miracula ad secuodum gradum censeo referenda esse, cùm hoc opus excedat facultates Naturæ, non quantum ad id, quod fit, nempe arborem, vel plantam frondibus, ac floribus amiciri, quod & Natura facit, sed quantum ad id, in quo fit, nempè in arbore, vel planta arida, quæ nec aotea, nec postea flores, nec frondes, nec fructus tulit, prout Natura potest præbere vitam, sed non mortuo; & visum, sed non cæco ex doctrina D. Thomæ *p.* 1. *q.* 105. *ar.* 8. *in corp.*

41 Addo & hoc de garritu passerum intellecto à Fr. Benedicto à Saofratello, de quo hæc amœnando animo audite. Degit ille Panormi apud S. Mariam à Iesu, cuius loci peristilio insistens habuit aliquando circumfusos ciues qui Sanctitatem etiam in Mauro æstimabant. Ibi ille cæteroqui toruus, & ad lætitiam obstinatus, temerè protupit in visum, oeque præbita causa, neque accepta, nisi quòd interim in ambitu, passeres aliquot vltra ordinem strepuerunt. Hic enimuero circumspicere se ciues, & innuere nequaquam negligendum esse tam intempestiuum cachinnum, quippe non posse rationem deesse ei, qui supercilium Fratris Benedicti soluisset. Vnde & sciscitati ipsum sunt, quid causæ? Vnde ausam acceperit tam exotici risus? Ille diuerticula captare, moras nectere; summa, recusando, excusandoque horam triuit. Sed instabant illi repulsa irritati, & cùm ipsum flectere non possent P. Prælatum adierunt, obtestati, vt si quid ab ipsis expectaret vnquam, imperaret F. Benedicto prodeodam causam risus. Fecit ille oratus, & accersitum quem dicimus Benedictum, actuit vltra suspendere auditores, quin vltro aperire quid ei tam lepidè labra soluisset. Ille autem non ausus obstare: Passeres, inquit, erant, qui colloquentibus nobis per auras siderunt, canorum stridentes inde inde. Sed ciues: Benedicte, aiunt, maledictum caue; religio est Prælato Imperanti deesse. Et verò quid nos reputas transalpinos fungos, qui credamus seueritatis tuæ fibulam eo murmure soluendam? Immò, retulit ille, reapse sic soluta est: nempe illi inuicem loquebantur, & miscebant hinc inde sermones. Fremitus ille, & præcipitatio notarum, externorum passerum erat, qui sic cœteros monebant, vt si pasci vellent, sese sequereotur. Esse enim ad cataractas centum passibus ab Vrbe sparsum abundè granum, quod molitori decidit, dum saccos aliquot ad molam deferret tritico oppletos, sed pertusos; per rimas enim caduca grana longissimam lineam duxisse. Illi hoc responso, noo iam mirari risum eius, sed augere, & comitari suo, ac planè pleoèque gaudere, hilari, & hianti ore. Sed ne deinde ipsi riderentur, si à quoquam imponi sibi siuissent, eorum vous accito famulo imperauit, vt è vestigio, nemine interim salutato, ad cataractas curreret explorator, num ibi decidua aliqua tritici grana prostatent. Cucurrit, explorauit, & recurrit, assereos, quod erat, scilicet, offeodisse se ibi & sparsa grana, & circumfusos passeres, sed & molitorem querulum granum omne imprudenti sibi decidisse, neque redimi posse tanto agmine passeres accurrerunt, vt viderentur tota Panormo, & territorio eius aduocati. Ita ex Barono Minorita.

CONSVLTATIO XXX.

An donum prophetiæ sit inter miracula recensendum?

1 NOn videtur. Nam præter ea, quæ *alibi* diximus Plato *in dialog. de natur.* Socratis animæ adscripsit munus diuinandi. Quia scilicet illa ex suis priocipijs vim quandam adiunctam habet præscieodi futura, & Tullius ex sententia Aristotelis scripsit *lib.* 1. *de diuinat.* Ergo & hi, quorum animi, spretis corporibus, euolant, atque excurruot foris ardore aliquo ioflammati, atque excitati, cernunt illa profectò, quæ ratiocinantes pronunciant. Quod etiam enarrat Augustin. *narrat.* 12. *super Genes. ad lit.* Pluta que in idem congessit Maiolus *dier. canic. tit. Vaticinia*, Anton. Beneuen. *lib. de abol. cap.* 10. Alijque plures. Additurque cum Torreblanca *lib.* 6. *iur. spir. c.* 5. *n.* 1. & infra, difficillimum esse inter prophetiam, & diuinationem verum discrimen dignoscere, asserendo *n.* 9. & 10. D. Chrysostomum *in ep. D. Pauli* 1. *ad Cor. hom.* 29. *in com.* hanc probationem difficillimam esse, & humanis humeris formidandam, nisi mens nostra à Deo fulciatur, qui ad hoc discretionis spiritum Ecclesiæ suæ seorsim à prophetia solet communicare.

2 At verò affirmatiuè respondendum est; Nam, vt ait D. Thomas in diuinissimo opere 2.2. *q* 171. *ar.* 1. ad prophetiam pertinet operatio miraculorum, quæ confirmatio quædam est propheticæ annunciationis. Vnde dicitur *Deuter. vlt. Non surrexit vltra Propheta in Israel, quasi Moyses, qui nosset Dominum facie ad faciem in omnibus signis, atque portentis.* Prophetia itaque cum miraculorum operatiooe coniungitur, & inter miracula numeratur, cum omnem humanæ naturæ facultatem excedat, vt dicitur 2. *Petr. c.* 1. *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirante locuti sunt Sancti Dei homines.*

3 Quod etiam patet ex Sanctorum Patrum doctrina. Nam D. Thomas *loc. alleg. qu.* 176. *ar.* 1. loquens de linguarum dono Apostolis in die Pentecostes concesso, affirmat, esse miraculum ex authoritate Glossæ *ar.* 2. dicentis, quòd maiori miraculo factum est, quòd Apostoli omnium linguarum generibus loquerentur, & postea *ar.* 2. loquens de dono prophetiæ, docet excellentius esse, quàm donum linguarum ex doctrina Apostoli 1. *ad Cor.* 14. diceotis: *Maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis.* Vnde certum remanet prophetiam inter miracula, & quidem maiora, esse computandam.

4 Idem D. Thomas *qu.* 178. *ar.* 2. quærens, vtrum mali possint miracula facere, sic ait: *Sed vera miracula non possunt fieri, nisi virtute diuina. Operatur enim ea Deus ad hominum vtilitatem, & hoc dupliciter; Vno quidem modo ad veritatis prædicatæ confirmationem. Alio modo*

ad demonstrationem Sanctitatis alicuius, quem Deus hominibus vult proponere exemplum virtutis. Primo autem modo miracula possunt fieri per quemcumque, qui veram fidem prædicat, & Christi nomen inuocat, & secundum hunc modum, etiam mali possunt miracula facere. Vnde super illud: *Matth.7. Nonne in nomine tuo prophetauimus?* dicit D. Hieronymus: *Prophetare, vel virtutes facere, & demonia eijcere interdum non est eius meriti, qui operatur, sed inuocatio nominis Christi hoc agit, vt homines Deum honorent, ad cuius inuocationem fiunt tanta miracula. Secundo autem modo non fiunt miracula, nisi à Sanctis, ad quorum sanctitatem demonstrandam miracula fiunt, vel in vita eorum, vel post mortem.* Ecce quomodo inter miracula annumeratur prophetia.

5 Confirmatur ex doctrina D. Ambrosij *lib.2. Com. in Luc. c.1.* expendeotis propherica illa verba B. Virginis Mariæ, & cognatæ Elisabeth. *Istæ*, inquit, *gratiam loquuntur, illi intus operantur, pietatisque mysterium maternis adoriuntur profectibus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu paruulorum.* Vtraque prophetauit, ac proinde duplex miraculum fecit, quia duplex prophetia. Et ideo S. Mater Ecclesia etiam inter miracula Sanctorum prophetiam approbat & recenset, vt legere est in Diplomatibus Canonizationum, ac lectionibus, quæ in eorum festis recitantur.

6 Nam præcognitio futurorum potest causari in mente humana dupliciter. Vno modo ex hoc, quòd futura præcognoscat in mente diuina, & secundùm hoc prophetiæ donum Spiritus Sancti ponitur, & hæc non est naturalis. Illa enim, quæ fiunt diuinitus, sine causis naturalibus medijs, non dicuntur esse naturalia, sed miraculosa. Huiusmodi autem futurorum reuelatio fit absque medijs causis naturalibus, cùm hoc modo non reuelentur, prout rationes futurorum sunt in causis creatis, sed prout sunt in mente diuina, à qua deriuantur in mente prophetæ. Alio modo ex virtute causarum creatarum, & de ea D. Thomas, à quo multa tempestiuè depromere possem *in quæst. disput. qu.12. de prophetia ar.3.* cuius locum monstrasse, dignum, solumque par pretium tanti laboris censeo.

7 Quæ verò adducuntur ex Platone, ac Tullio, cæterisque nihil commune habent cum prophetia, quæ propriè definitur cognitio ex diuina reuelatione indita, qua res occultissimæ alicui manifestantur, vt alijs illas annunciet, vt ex Suarez *tr. de fid. disp.8. sect.3. num.2. & 9.* Nomine autem cognitionis intelligitur cognitio supernaturalis & diuina, cùm sit gratia gratis data, quæ debet esse donum supernaturale, & diuinum. Vnde, cùm dicitur ex diuina reuelatione indita, vt ex D. Thoma *2.2. qu.171. art.3. ad 3.* Suarez *vbi supra sect. 4. num.10.* & colligitur ex Sacra Scriptura *Luc.1. loquutus est Deus per os Sanctorum, qui à seculo sunt Prophetarum &c. & 2. Petr.1. Spiritu Sancto inspirati loquuti sunt*, & ad *Hebr.1. Olim Deus loquens patribus in Prophetis*, denotatur, prophetiam solùm à Deo communicari posse, itaut quæcunque alia cognitio rerum occultarum ab homine, quantumuis sapiente, proueniens, vel etiam à Magis, à Dæmone, aut similibus, nullatenus prophetia vocari possit, etiam si diuinationis nomine aliquando comprehendi soleat, cùm sæpius ænigmaticè, amphibologicè, & obscurè loquantur, vt ita suas prædictiones in vtranque partem inflectere, ac interpretari possint, vel ex crebra alienatione, & abstractione à sensibus cum deordinatione prædictionis. Quod frequenter contingit in arreptitijs, & furiosis, veluti de Pythia Delphio tradit Rhodigin. *lib.13. antiq. lect. c.33.* & de Nicostrate, matre Euandri, quæ ex furore vulgò dicebatur Carmenta, vt inquit Plutarchus *in Romulo*, cæterisque exemplis relatis tempore Ethnicorum, de Anabaptistis nostro sæculo apud Campanos, & Magdalena de la Crux apud Bæticos, Cordubæ, vt refert Ribadeneyra *in vit. S. Ignatij lib.5. c.10.* huiusmodique diuinationibus Indorum, qui, sumpto gahobæ semine, externuntur, & mox, cessante furore, vaticinantur, de quibus Petrus Chieza *p.2. histor. Peruan. c. 17.* Quæ non fit in Prophetis iuxta D. Thomam *qu. 173. art. 3. in corpore*.

Prætetea, quod dicitur, quæ res occultissimæ alicui manifestantur, denotat ad prophetiam spectare cognitionem futurorum, præsertim contingentium eorum maximè, quæ ex libera Dei, aut hominis voluntate pendent. Dicitur quoque, *vt alijs illas annuncient*. Quia cùm gratia gratis data sit in vtilitatem aliorum iuxta doctrinam Apostoli, superius relatam, oportet, quòd res reuelata à Deo illis communicetur sermone, vel opere, aut alio signo externo. Vnde, si esset naturalis, in potestate haberet anima, quandocunque vellet, futura præcognoscere, quod manifestè apparet esse falsum, vt iccirco id improbet D. Augustinus *d. narrat.12.* Quia natura mentis humanæ nullius cognitionis naturaliter potest esse principium, in quam non possit peruenire per principia per se nota, quæ sunt prima instrumenta intellectus agentis, ex quibus principijs in cognitionem futurorum contingentium peruenire non potest, nisi fortè per inspectionem aliquorum signorum naturalium, vt Medicus, vel Astrologus, quæ futurorum cognitio non dicitur esse diuinationis, vel prophetiæ, sed artis.

Ex quo euidens signum Sanctitatis maximè in ordine 9
ad Beatificationem, & Canonizationem desumitur, teste Scaccho *de not. & sign. Sanct. sect.8. c.2. §. de prædictionibus*. Contilorio *de can. Sanct. c.14. nu.28.* corroboratum ex Diplomatibus Summorum Pontificum circa canonizationes Sanctorum, præsertim Bonifacij IX. *in canoniz.* S. Brigittæ viduæ *Bullar. tom.1. pag.227.* de ipsa dicentis: *Meruisse spiritu prophetico multa prædicere, quorum nonnulla effectu completa fuere*, & Pauli V. *in canoniz.* S. Franciscæ Romanæ *d. Bullar. tom.3. pag.171.* ac Beati Andreæ Auellini apud Contilor. *cap.25. nu.94.* Ideoque concludendum videtur, Spiritum prophetiæ solùm concedi à Deo hominibus vitæ probitate claris, quales in veteri testamento fuerunt Iob, Samuel, Dauid, Deipara Virgo, Prophetarum Regina, Elisabeth, cæterique relati à Lezana *tr. de grat. gratis data disp.4. qu.7. pag.397.*

CONSVLTATIO XXXI.

An, & quatenus testes singulares probent miraculum?

AFfirmatiuè. Ita declarando dictum Vincentij *in* 1
cap. Venerabili 52. de testib. ac Butrij *in cap. cum oporteat 19. de accusat.* in terminis tradit Marianus Soccin. *in cap. qualiter, & quando de accusat. num.583.* inquiens, quòd si volo probare, quòd frater Bernardinus fecit miracula, scilicet quòd fuerit vir miraculosus, itaut in eo fuerit hæc virtus faciendi miracula, sufficiunt in quolibet testes singulares simul iuncti, inferentes ad vnum totum plenè probandum. Idem repetit *num.587.* cuius dictum probauit Felin. *in cap. licet ex quadam 47. sub nu.2. de testib.* firmans, testes singulares super duodecim miraculis, licèt nullum concludentes in indiuiduo, & quoad singula, attamen probare aliquem fuisse miraculosum, in illoque fuisse qualitatem ad miracula facienda, nempè quòd fama sit de miraculosis, & sequuntur Castellan. *de canoniz. Sanct. qu.7. princip. Contilor. eod. tr. qu.18. nu.28.* Pauin. *in relat.* S. Bonauenturæ *p.2. ar.4.* asserens, ex diuersis actibus probatis per testes singulares resultare frequentiam miraculorum, Riminal. *iun. cons.7. n.132. vol.1.* firmans, in Sancto canonizando testes singulares deponentes de miraculis, vnum scilicet de vno, et alium de alio inferre ad Sanctitatem. Pleniùs verò Molphes. *cons.46. nu.63. & seqq.* vbi ait, famam miraculorum, seu aliquem fuisse virum miraculosum probari per testes singulares. Quia, sicut coniunguntur ad probandam infamiam, seu malam vitam alicuius, pari ratione iungi debent ad probandam bonam famam miraculorum, & bonam hominis sancti vitam.

Atque ita fuit obseruatum à Leone III. anno 803. in 2
canonizatione S. Suuiberti, cùm super vita & miraculis eiusdem fidem adhibuerit vitæ, conscriptæ à Marcellino, eius socio, sicut testantur Sur. *to.3. die 1. Martij*, & Azor.

instit.

institut. mor. p.2. lib.5. c.6. qu.2. ac meminerunt Beda Vsuardus, & Baronius *ad an.* 804. *num.* 8. & Cardinalis Bellarm. *contr. tom.1. lib.1. de Sanct. beatitud. cap.* 8. Ab Ioanne XV. anno 993. in canonizatione S. Vldarici, Episcopi Augustani, cùm fidem adhibuerit Leopoldo, eius successori, qui libellum super vita, & miraculis eiusdem exhibuerat, vt in Constitutione prima eiusdem Pontificis §.1. *&* 2. & fidem adhibuerit vnico Oberto presbytero per viginti, & amplius annos confessatio dicti Sancti. Quemadmodum ex actis eiusdem à Bermone Abbate conscriptis testantur Surius *tom.4.* ad diem 4. Iulij, Trithem. *de vir. illustr. S. Benedicti lib.3.c.223. & lib.4.c.22.* & Baron. *ad dictum annum* 993. *nu.1. & seq.* Ab Alexandro III. qui anno 1161. die 5. Februarij Sanctum Eduardum Angliæ Regem in cathalogum Sanctorum retulit, libro miraculorum inspecto, quæ dum in carne viueret, & postquam de præsenti sæculo est assumptus, Omnipotens Deus per suam misericordiam declarauit, Bullar. *nou. constit.* 1. *eiusdem Pontif.* §.2. & apud Baron. *ad d.* 1161. *nu.1.* ac Surium *tom.1.* ad diem 5. Ianuarij. Et multò nuperius ab Innocentio IV. qui viso miraculo à S. Clara coram se facto, quòd scilicet cùm illa benedixisset aliquot panibus, singulis illis insculptæ fuerunt Cruces, iussit pro illa, paulò post mortua, Missam de Sancta Virgine celebrari loco missæ mortuorum. Tot testimonia, tot argumenta huius veritatis suppetunt. Et ab Ioanne XXII. in canonizatione S. Thomæ Aquinatis, cùm fides adhibita fuerit vnico socio Fratri Reginaldo, deponenti de auditu à D. Thoma, solito dicere, quicquid sciret, non tam studio, aut labore suo peperisse, quàm diuinitus traditum accepisse; in cuius etiam Canonizatione, licèt idem Pontifex *Constitut.*11. §.8. testatus fuerit, eundem Dei virum post suum de hac vita transitum multis, magnisque claruisse miraculis, speciatim relatis *sub* §.9. *& seqq.* nihilominus miraculorum in vita solummodo genericè meminit sub dicto §.8. ibi: *licet, & antea nonnulla fecisse memoretur.* Quod nouissimis temporibus etiam obseruauit Paulus V. in Canonizatione S. Caroli *constit.* 67. Vbi, licèt *sub* §.32. *& seqq.* in specie retulerit miracula post obitum, attamen *sub* §.31. genericè solùm meminit miraculorum in vita, ibi: *Excellentem verè famuli sui Sanctitatem comprobare etiam voluit Altissimus testimonio miraculorum, quorum complura, & si ab eo viuente facta in actis recensentur, insigniora tamen post eius beatam obdormitionem edita probantur.*

3 Non ex eo igitur, quòd testes in hac re sint singulares, minorem fidem illis esse adhibendam, censuit Rota in *relat.1. de mirac. B. Theresiæ ar.*3. Tum quia non desunt graues Auctores, tenentes miracula probari per testes singulares, vt Iacobus Simonetus Sac. Rotæ olim Auditor *in relat. super Canoniz. S. Francisci de Paula*; videndum est, & quampluribus ornat, ac refert, eandem tenuisse sententiam Franciscum de Pauino *in relat. Sanctorum Bonauentura, & Leopoldi de Austria*, à qua sententia non omninò fuit recessum *in relat. Canoniz. S. Raymundi ar.*8. neque *in relat. S. Francisca ar.7. in 8. mirac.* quin ibi illud miraculum vnico teste fuit probatum, & difficultas in prædictis Canonizationibus fuit sublata, & resolutum, quòd quoties ex miraculi natura illud non potest, nisi vnico teste probari, vt sunt reuelationes, apparitiones, & huiusmodi alia, tunc illo vnico teste probatur, dummodo persona sit aliàs fide digna. Et nihilominus, si habeantur plura alia miracula per plures testes comprobata, censeo miracula per singulares testes confirmata, tanquam mirabilia, & notatu digna, & maximè ad Sanctitatem Seruorum Dei manifestationem conducentia esse recensenda, vt etiam censuit eadem S. Rota *d. relat.1. de miracul. D. Theresiæ ar.3. de mirab. vis. in fine.*

4 Quare, si quis illud protritum, & in foro profano validum intorqueat: Vnus testis, nullus testis, velim consideret quàm multa de Sanctorum vita, & rebus gestis vnius solius authoritate, scripto comprehensa nitantur. Vbi enim, quæ de Paulo primo Eremita, & Malcho captiuo, ac Hilarione, & muliere septies icta, apud omnes rata sunt, præter quàm in S. Hieronymi scriptis? Sophronius Hierosolymitanus vitam S. Mariæ Ægyptiacæ perpetuis contextam miraculis, vnus ac solus descripsit, quam postea Paulus Diaconus Neapolitanus latinè fecit, nec vacillet ob vnicum authorem eius historiæ fides. Metaphrastes verò quam multa omnibus alijs tacita ex vnius dumtaxat Scriptoris testificatione de varijs Sanctis proposuit. Quare alicuius quoque Serui Dei narrationis fides ex eo tantum, quòd vnici Scriptoris suffragio nitatur, non mutabit apud æquum æstimatorem. Neque etiam in hac re eo animo sum, vt quidquam remittere velim de grauitate iudicij S. Sedis Apostolicæ in miraculorum probatione. Sed ita à me hæc dicta esse volo, vt nullam authoritatem habeant, nisi illam, quam ipsa S. Sedes habere voluerit.

CONSVLTATIO XXXII.

An multiplicatio terræ, extractæ à sepulchris Seruorum Dei pro infirmis curandis, sit adscribenda miraculo? Vbi huiusmodi alia.

1 ETiam. Primò ex natura terræ. Nam contra eius proprietatem est crescere, & multiplicari. Ista enim propria sunt animatorum ex Aristot. *lib. 1. physic.*

2 Secundò ex loco, vbi multiplicatur. Cùm enim sit clausus & nullis ventis expositus, multiplicatio non potest tribui exteriori agenti, materiam nouam addenti, sed solùm diuinæ virtuti, huiusmodi effectum operanti. Equidem incrementum corporum duobus modis solùm contingit: Vel ab intrinseco per alimentum introsusceptum, quod cum sit motus vitalis, solùm corporibus animatis tribui debet. Vel ab extrinseco, quod fit per additionem partis ad partem, & ad id concurrere debent materia, quæ addatur, ac dispositiones, nempe humor, ambientis aeris apta temperies, & huiusmodi alia, quemadmodum in incremento lapidum, & metallorum. At non primò, quia terra est terra inanimatum, ideoque moueri vitaliter ab intrinseco, nequit per introsusceptionem alimenti ex humido radicali. Neque secundò. Nam id fieri potest, vel per accretionem, quando scilicet additur pars existens, iam in rerum natura. Vel per aggenerationem, quando pars, quæ additur, de nouo generatur. At non per accretionem. Quia sepulchra Seruorum Dei religiosissimè seruantur clauibus obsignata, itaut nulla materia ad illa asportari possit. Neque per aggenerationem. Quia deficit humor, qui alimenti, seminalisque virtutis defectum suppleat, aeris apta temperies, virtus Solis, & influxus syderum. Generatio verò metallorum, quæ fit in visceribus montium abditis, est mutatio vnius naturæ ad aliam, non autem augmentatio.

3 Tertiò ex terræ quantitate extracta. Nam cùm per extractionem naturaliter minui debeat, & omninò deficere, quia omne finitum per ablationem partium consumitur, nedum hactenus per tot annos non defecit, sed perpetuò multiplicata sufficit. Quod potentiæ diuinæ solum tribuendum est.

4 Hisce ferè rationibus vtitur D. Augustinus *tr.24. in Ioan.* ad probandam veritatem miraculi à Christo patrati, quando quinque panibus, & duobus piscibus saturauit quinque millia hominum per miraculosam multiplicationem panis. Sic enim ait: *Fecit ergo quomodo Deus, vnde enim multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinque panes. Potestas enim erat in manibus Christi, panes autem illi quinque, quasi semina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo, qui terram fecit, multiplicata.* Et ad illa verba Philippi: *Sed hæc quid inter tantos?* egregiè D. Ioannes Chrysostomus sic ait: *Existimabat, quod de paucioribus panciora, & de pluribus plura facturus esset, qui miracula faciebat.*

Sed hoc non erat verum. Similiter enim ei facile erat, de pluribus, & paucioribus pascere turbas (non enim materia subiecta indigebat) sed ne viderentur creatura aliena esse ab eius sapientia, ipsis creaturis vtitur ad materiam miraculorum.

5 Similia quoque passim leguntur in vitis Sanctorum. Diuus enim Gregor. *dial. lib.3. c.9.* narrat D. Benedictum vas oleo vacuum oratione plenum reddidisse. Bonfin *lib. 5. decad.* t. tradit, Genouefam Virginem Parisiensem in extructione Templi S. Dionisij cadum vino exhaustum Crucis signo aliquoties repleuisse. S. Pholibertum vasculum vino exhaustum benedictione sua repleuisse, testatur Vincent. Burgund. *lib.23. c.94. & 95.* Surius *tom. 6. ad diem 6. Decembris* narrat, frumentum in nauibus, quæ ad Lytiam regionem fame laborantem appulerant, ad preces D. Nicolai Myrensis Episcopi fuisse multiplicatum. Et de multiplicatione farinæ extat miraculum B. Theresiæ, approbatum à Rota in eius *relat. t. ar.2.*

6 Id verò, ne quis figmenti insimulandum putet, probatur plerisque alijs exemplis. Nam de terra à Christo extremum calcata, idem tradit Sulpitius in historia *lib.2. anno* 315. Miraculum affine circa S. Crucis signum Hierosolymis asseruatum, notauit S. Paulinus *epist.* 11. ad Seuerum, assiduè enim decerptum, semper integrum perseuerabat. Vnde Christi diuinitatem colligit S. Cyrillus Hierosolymitanus *catech.* 10. Exempla gemina colligit Ioannes Roborti *qu.5. nu.8.* Terra, ex sepulchro S. Eberardi decerpta, importatur in stabula, vel brutis admouetur ad ea seruandum à lue; quod autem maximè mirum est toties hausta, nonquam deficit, & quantum aufertur, tantum accrescit. Est in hanc rem luculentum exemplum baculi S. Augustini, quem scriptor vitæ sancti viri Ludouicus ab Angelis *lib.6. c.4.* ob contactum corporis. S. Augustini ab antiquo tempore semper in frustula sectum, & nunquam imminutum, testatur. In salis statua improuidæ vxoris Loth, cum mutatione passim decantata, Prudentius *in Hamartig.* & Tertullianus *in Sodoma* attritam cutem per damna reformari, & si quis mutilauerit aduena formam, protinus ex sese sugesta compleri vulnera, suo adhuc tempore, testantur.

7 Est porro hoc non imminutatum frequenti occisione rerum prodigium, è diametro oppositum alteri, quod Authores plerique notarunt, & ipse testis sum oculatus, in carceris mamertini alueo, in quo, quantumuis affundatur noua aqua, nec effluat, nunquam tamen exundat. Itemque illi, de quo meminit Gyraldus Cambrensis *in Hibernia Topograghia*, recitans, seruari in Parthennne illius Insulæ ignem perpetuum, quem vocant S. Brigidæ à Monialibus tanta sollicitudine curatum, vt semper adsit noctu diuque vna, quæ excubet, & igni fouendo ligna suffulciat. Concluditur igois virgis septo orbiculari, intra quem nullus mas intrat impunè. Huic igitur igni cum tot seculis, quot à S. Brigida ad Cambrensis ætatem iam decurrerant, tam multiplex lignorum strues sit admota, & in eo consumpta, nunquam tamen cinis excreuit. Addendum illod quoque, vel geminum, vel affine ex Sigismundo Herbestenio. In monasterio S. Trinitatis apud Moschos olla cuprea est, e qua quanticunque aduenïant hospites, hauritur in eorum cibum, nec aliquid vnquam deficit. Ac, tametsi pauci sint, pro quibus dapes ex olla petuntur, omnibus sua portione donatis, nihil superest.

8 Quartò redditur certum miraculum ex effectibus, applicatione scilicet, ac sumptione eiusdem terræ secutis, vtpote depulsinne morborum, & restitutione sanitatum multipliciter contingentibus. Quod nnn potest virtuti sterilis terræ attribui, quodque miraculi adauget fidem, & comprobat veritatem iuxta doctrinam Chrysostomi *serm. de martyribus*, sic dicentis: *Quàm multi siquidem ex quo plantatum est corpus illud in terra sexcentas sanationes ex hoc sancto loculo decerpserunt, nec fructus deficit, messuerunt segetem, nec consumpta spica, e fontibus hauserunt, nec exhausti sunt latices, sed perennis est quadam scaturigo, nunquam deficiens, sed eo quod haustum est copiosius semper manans miraculum effundit.* Et D. Gregorij Nysseni *serm. de S. Theodoro: Quod si quis etiam puluerem, quo martyris obsitus tumulus, ac conditorium est, auferre sinat, pro munere puluis accipitur, ac tanquam res magni pretij terra thesauro reponitur.* Et hoc est illud mirabile, quod idem Chrysostomus commendat *in serm. de laudib. Apostol. Omnes vbique omnibus beneficia conferre non cessant, puluerem immortalem in sepulchris reliquerunt.*

Tandem hoc miraculum iam approbatum remanet ab Ecclesia, vt liquet ex diplomate Canonizationis S. Raymundi de Pennafort, edito à Clemente VIII. & ex eiusdem festi lectionibus à S. Rituum Congregatione approbatis, vbi ex miraculis ipsius Sancti post mortem, hoc tanquam illustrius solummodo recensetur per hæc verba: *Post mortem etiam miraculis illustris. Nam è primo eius sepulchro puluis enascitur, qui licèt inde copiosè asportetur, nunquam tamen deficit, eoque multa, grauesque corporis infirmitates curantur.* 9

Comprobata igitur substantia facti, nequit dubitari de qualitate miraculosa, tribuenda precibus, ac meritis Seruorum Dei ad sanandas varias, & quidem graues infirmitates, siue ista terræ multiplicatio fiat per creationem nouæ materiæ, quæ veterem, ac præexistentem reformando multiplicetur, cùm in sui substantia excedat omnem potentiam, & facultatem totius naturæ creatæ: Siue etiam fiat per additionem alterius iam creatæ eiusdem speciei. Neque enim conducit ad probandam rationem miraculi discutere, quomodo hæc multiplicatio fiat, sed sufficit probare, quòd fit. Etenim ad rationem miraculi requiritur, quòd eius causa, siue virtus sit occulta, vt asserit D. Thomas 1. *p. 29.* 105. *ar. 7.* ibique Expositores, præcipuè Bagnes *in respons. ad 2. argum.*, vbi inquit, *Ad rationem miraculi requiri causam occultam; & intelligendum non quod illa sit omninò ignorata, sed sufficit, vt secundum ordinem, & cursum rerum naturalium non sit cognita.* 10

Haud dissimilia leguntur in vitis Sanctorum parrata fuisse ad eorum sepulchra Pontus Euxinus in die Natalis S. Clementis primi Papæ & martyris septem milliaribus à littore se retrahebat, vt viam præberet fidelibus, sepulchrum eius adituris, quod intra aquarum gurgites ex marmore Angelicæ manus construxerant. Cordubæ in Hispania iuxta sepulchrum Sanctorum martyrum Asciscli, & Vittoriæ 15. Kalendas Decembris, quo die martyrium passi sunt, ob cnmmendationem pretiosæ eorum mortis, rosæ diuinitus ortæ colligebantur, vt tradunt Vsuardus Ado, & Equilinus in suis martyrologijs. Item in Hispania in Vrbe Acutana in die solenni martyrij S. Torquati, discipuli gloriosi Iacobi Apostoli oliua florebat, vt recenset Ado in Martyrologio die 15. Maij. In ipso die, quo in Hispania ducenti Monachi martyres S. Petri de Cardegna palmam martyrij consequuti fuerunt, pauimentum, vbi sepulti fuerant, sanguineum colorem referebat. Et hora transitus S. Theresiæ arbor arida, cellæ suæ proxima statim floruit, vt canitur in lectionibus festi eiusdem. Stola sacerdotalis S. Huberti sæpius recisa, nunquam minuitur. Olei perennitas in vasculo S. Remigij, & eius miracula palam visuntur. Altaris fultrum ligneum viret ex contactu S. Brigidæ virginis. Vas lapideum ante Ecclesiam S. Michaelis in Insula quadam circa Regionem Orengiæ sponte vinum exudat quotidie pro sacrificio missæ. Sanguis S. Ioannis Baptistæ in phiala Neapoli, dum eius missa votiua celebratur solet colliquefieri. In S. Gertrudis monasterio arbores quotannis hyeme virescunt, & sunt frugiferæ. Eodem die Bruxellis arbor alia quotannis virescit. Spina coronæ Christi Domini in Vmbria floret quotannis feria sexta maioris hebdomadæ. Item rubescit, & floret alia eiusmodi spina in Samnio. Alia item non floret quidem, sed rubescit Barij, & alibi etiam. Alia item eiusmodi spina semper habet in cuspide guttulam sanguinis. Lac Deiparæ Virginis in phiala liquescit die assumptionis. Cryptæ Bethlemiæ lacteum sabulum lac puerperis confert. Flores in Apulia nati semper ipso die festo S. Stefani Papæ. Arbores tres virent 11

in festo

in festo S. Eulaliæ Virginis, & Martyris. Iuge lumen in lychno ante tumulum S. Thomæ Apostolis. Flores germinant forma Columbæ in die anniuersario eiusdem S. Eulaliæ. Nigri lapilli perennant ad sepulchrum Rachelis, & profunt puerperis. Doliolum manans oleo perenni in Hispania. Lapis, in quo assedit Christus Dominus nec deficit, nec minuitur, & si semper eius particulæ decerpuntur. Vasculum Olei S. Vvefridi non deficit, nec minuitur. S. Brigidæ pascua semper virent, & gramine nouo redundant. Candela Attrebatensis ardet aliquoties, & non imminuitur, & eius cera curat morbos. Candelæ Romanorum olim non consumebantur in die Assumptionis B. Virginis. Indusium Christi Domini sæpius abscinditur, & non minuitur. Sanguis Christi Domini Mantuæ in phiala liquescit feria VI. maioris hebdomadæ. Sanguis idem Christi Domini ter in anno liquescit in oppido S. Maximini. Sanguis S. Ioannis Baptistæ Neapoli, ac Genuæ liquescit quotannis in festis eius. Sanguis S. Bartholomæi Apostoli liquescit Neapoli. Sanguis S. Patritiæ Neapoli perinde solet liquesferi. Sanguis S. Stephani Protomartyris Neapoli liquescit. Sanguis S. Laurentij quotannis liquescit in oppido Columnensium. Sanguis S. Pantaleonis martyris in pluribus locis liquescit. Sanguis S. Francisci Seraphici quotannis Romæ liquescit. Sanguis S. Cornelij Papæ, & Martyris Neapoli liquescit. Sanguis S. Hiacynthi Neapoli liquescit. Adeps S. Laurentij martyris solet in festo eius colliquefieri Romæ, ac Neapoli. Adeps S. Vrsulæ id perinde agit Amalphi, & tandem Neapoli Sanguis S. Ianuarij, qui in ampulla vitrea concretus asseruatur, cum in conspectu capitis eiusdem martyris ponitur, admirandum in modum colliquefieri, & ebullire quasi recens videtur, vt *ex Brev. Rom. 19. Septemb.* & *Baron. in Annalib.* qui de hoc miraculo minus certa scribere videtur, quàm si scriberet de Sole quotidie coruscante. Subijcere vnum debeo, addit Petrasancta *tom. 3. Thaumasia cap. 12.* quod euincet, ex arcana veluti sympathia id minimè obuenire, quæ inter S. Ianuarij caput, & cruorem eius intercedat, quemadmodum aliqui, & si falsò, afferunt, tamen ex antipathia rursus fluere sanguinem hominis interfecti, & concretum in vulneribus degelare illico cum adest homicida eius, quasi efferuescere satagat ad vindictam. Nempe aliquando sanguis S. Ianuarij etiam quando capitis præsentia non vegetatur, hoc est sine illius obiecto, solutior, & omnino eliquatus inuentus est, credituique indicium fuisse aut imminentis alicuius calamitatis, aut rei, quæ minus religiosè perperam gereretur. Ita nuper ante vltimam Vesuuij exustionem, quæ Ciuitati Neapolitanæ, & regioni obiacenti minori visa est rogum, & interitum. Custodes cruoris eius admirandi, etsi solitariè habitum, reperere aliquo dierum spatio liquidum & solutum. Res mira etiam fuit toto eo tempore, quo Dux Albanus Protex aduersus Paulum IV. Pontificem copias duxit, semper beatissimum eum cruorem sponte liquidum fuisse, atque id quotidie Canonicus custos eius obseruauit, vt Proreginæ obsequeretur, quæ sola prodigij conscia erat. Quo autem die concrescere rursus, & constringi ex inopinato visus est, eo die, vt ex tabellarijs conijcere certò licuit, pax cum Pontifice inita fuit ab eodem Albaniæ Duce. Cæterùm, quando cruor S. Ianuarij iuxta caput eius ponitur, ita semper certò liquescit, vt miraculum maius existimaretur, si minimè, id succedat. Sunt ideo qui referunt, quasi irati Numinis argumentum fuisse, quòd non liquesceret ante annos aliquor, & si capiti erat admotus post iniuriam irrogatam Ecclesiasticæ seu immunitati, seu dignitati, adeo constanter etiam nunc Ecclesiæ suæ patrocinatur, videturque de integro noua sui profusione vindicare, ac tueri eiusdem Ecclesiæ honorem, & maiestatem.

12 Ad quem autem gradum, & ordinem miraculorum sint referenda huiusmodi miracula multiplicationum rerum videtur, quod iuxta doctrinam D. Thomæ *p. 1. qu. 92. ar. 3. ad 1.* à quo non dissentis Bagnes ibi *dub. 2. concl. 4.* & Valentia *to. 1, disp. 7. qu. 1. pun. 2. obiect. 5.* huiusmodi multiplicationes sunt secundùm probabiliorem sententiam per creationem nouæ materiæ, quæ forma rerum informata, & eis præexistentibus addita, illas multiplicat, referenda sunt ad primum gradum, ad quem refert D. Thomas, qui tres gradus miraculorum exhibet, ac declarat dicta *p. 1. qu. 105. ar. 8. atque adeo ad actus*, quoad ipsius facti substantiam, excedentes facultatem totius naturæ creatæ, qualis est in sui facti substantia actus rerum multiplicatarum.

Neque obstat, quòd ex aliorum sententia, quam refert Bagnes *loco cit.* huiusmodi multiplicationes non fiant à Deo per creationem nouæ materiæ, sed per additionem alterius materiæ iam creatæ eiusdem speciei, itaut illam separare ab alio corpore sit necesse, & rebus ipsis adiungere cum alterius corporis, à quo subtrahitur, corruptione. Nam his sufficit respondere, contrariam Sententiam probabiliorem esse, teste D. Thoma, & alijs supra relatis. 13

Minus obstat, quòd ait Bartolus *in tract. testim. v. qualitas n. 56.* vbi circa tres gradus miraculorum assentitur Theologis, & in secundo exemplo circa tertium gradum ait: *Cùm non consueto processu naturæ panis multiplicatur, potest enim homo naturaliter facere panem, sed non illo ordine.* Quo exemplo, ac ratione assignata, denotatur Bartholum non attigisse supradictam distinctionem Theologorum inter creationem, & additionem nouæ materiæ, nec considerasse sententiam probabiliorem D. Thomæ, neque animaduertisse, vt ipse dicit, hominem posse facere panem, attamen ex materia iam creata, & præexistente, non tamen posse multiplicare vnam met quantitatem absque additione nouæ materiæ, iam præexistentis, de qua additione facta ab homine in probatione huiusmodi miraculorum non constat, sed de contrario. Præterea non considerauit istam additionem à Deo, non ab homine esse faciendam; vt sit miraculum tertij gradus. Quare dicendum est iuxta D. Thomam, hanc multiplicationem fieri à Deo per creationem nouæ materiæ, atque ita hoc opus quoad facti substantiam excedere vires totius naturæ creatæ, ac proinde pertinere ad primum gradum miraculorum. Denique in hac re magis D. Thomæ, quam Bartolo esse deferendum, censuit eadem S. Rota *in d. 1. relat. B. Theresiæ in 1, mirac. in vita in fine.* 14

CONSVLTATIO XXXIII.

An sudor ex imaginibus Sanctorum sit supra, vel vltra natura vires?

RESpondendum videtur, ad essentiam veri miraculi nullam vim fieri posse in huiusmodi sudoris ostento per ea, quæ alias tradidi ex Polidoro *de prodig. lib. 3. pag. 228.* & Pomponatio *de natural. effect. admirand. caus. cap. 10.* Quare Cicero *de diuinat. lib. 2.* ait, ignotam causarum ignorationem mirationem facere in ostentis. Quod exemplificat in simulachris visis sudare, & lachrymare. Additurque prodigiorum causam non esse contra, sed secundùm naturam, licèt infuetiorem, & minus ordinariam, neque ideo posse miraculis adscribi, quæ, vt talia sint, debent esse supra vires vniuersæ naturæ creatæ, ex sententia Ciceronis *dicto lib. 2.* Ioachimi Camerarij *de ostentis. lib. 1. pag. 261.* & Pomponatij *d. cap. 10. & cap. 12.* 1

At nihilominus supernaturalem, ac miraculosum esse huiusmodi sudorem, nequaquam ambigi potest, non quidem quantum ad id, quod fit, sed quantum ad id, in quo fit. Nam licèt Natura producere soleat aquam, non tamen id præstare potest in tela, solis coloribus leuiter superinducta, vtpore carente vegetatiua, & sensitiua facultate, dumque eius causa efficiens, & præcipua est calor, vt ait Baricell. *de hydronos. natur.* siue *de sudor. lib. 1. c. 3.* in tabula, vel tela picta nulla potest esse humiditas. Ideò cum talis sudor sit forma inducta supra naturalem potentiam materiæ aridæ, & siccæ, secundum gradum tenet in miraculis, teste 2

teste D. Thoma *p.1.q.105. ar.8. in corp.* ibique Caietanus, & Bagnes, Quod repetit contra *Gent. lib.3. c.101.* & *1. 2. q.113. ar. 10. in corp.* ac sequitur Bart. *in tr. de testim. n. 57.* Maluet. *de Canoniz. Sanctorum dub.3. n.25, tr. tom. 14. fol.105, ac eod. tr.* Angel, Rocch. *c.23.* & Contilor. *cap.76. n.7. prope fin,* ac sæpe in similibus casibus decisum fuit in relationibus, præcipuè verò S. Isidori *de miracul. in vit, mirac.3.* de miraculoso fonte repentè in terra arida, ab stimuli ictu famuli Dei profluente, §. *fin.* S. Petri de Alcantara, quòd ex baculo ficulneo sicco, & arido per eum plantato, magna & viridis ficulnea promanauerit, *art.2. de mirac. in vit. mirac. 2.* Sicuti etiam pro maximo prodigio fuit habitum, quòd Romæ in Ecclesia S. Augustini statua S. Nicolai Tolentinatis sudauerit, vt ex Macquardo & alijs, refert Ioan. Cochier. *fac. hist. p.2. c.93.* & nos *alibi*, ac de oleo odorifero, quod per multum tempus manauit ex imagine B. Mariæ Virginis in Ciuitate Damasci, scribit Arooldus, & veluti mirabile refert Baronius *annal. tom.10. an.870. in fin.* Aliudque miraculum in Ciuitate Aureliana de imagine Saluatoris pro salute humana mortem patientis, à cuius oculis per aliquot dierum spatium effluxit assiduò, multis concernentibus, riuus lachrymarum, narrat idem Baron. *anno 888. n.11,*

3 Similemque rerum vegetatione carentium sudorem inter prodigia semper fuisse reputatum, apparet ex traditis pluribus in locis à Liuio *dec.3. lib.2. sub init.* vbi refert duo scuta sanguinem emisisse, & signum Martis sudasse. *ead. decad. lib. 1.* ait, signa Lanuuij ad Iunonis sospitæ cruore manauere. *ead. decad. lib.7. in princ.* scribit signa sanguine multo sudasse, *ead. decad. lib. 8.* post exordium testatur Aram Neptuni multo sudore manasse, *& 4. decad. lib. vlt. propè med.* fidem facit Romæ simulachrum Iunonis lachrymasse. Quæ omnia pro maximis prodigijs habita fuisse, vtpote hostijs maioribus, vt Romanis mos erat, expiata.

4 Ac præcipuè id esse miraculum, ac tribuendnm meritis Seruotum Dei, vt illorum Sanctitas agnoscatur, nullo modo hæsitandum est, si appareat, sudorem huiusmodi emanasse in conuersionem peccatorum. Siue dicamus illud fuisse portentum, siue prodigium, siue signum. Nam, vt ex D. Thoma *2.2. q.178. ar.1. ad 3.* distinguendo ait Angel. Rocch. *de Canoniz. Sanctorum cap.22.* miracula, si consideretur illod propter quod ad aliquid supernaturale indicandum fiant, tunc vocantur signa, quatenus per illa aliquid supernaturale significatur, quatenus verò aliquid præostendunt, per excellentiam Portenta vocantur, quasi præostensum, vel præmonstratum.

5 Idque amplius suadetur. Nam, vt inquit D. Gregorius *lib.2. dialeg. c.3. Sancti aliquando ex potestate, aliquando ex postulatione, siue deprecatione miracula exhibent, vtroque tamen modo Deus semper principaliter illa operatur*. Quod probat facto illo Iosue *cap.*10. vbi contra naturalem cursum stetit Sol, dicente Scriptura: *obediente Domino voci hominis*. Probaturque ex doctrina Caietani *1.a. q. 178. ar.1. dub.1.* vbi, post recensitum suprapositum Iosue miraculum, sic ait: *Ideo Deus dicitur vti priori effectu instrumentaliter, quia ordinauit se executurum effectum miraculi, quandoque mediatè, quandoque immediatè, mediante semper illo priori effectu ex parte hominis, siue ille effectus sit oratio, siue vox, siue locutio, siue contactus*.

6 Quod etiam à simili ostenditur. Nam inter principaliora Moysis, & Aaronis prodigia, illud est, quod narrat Sacra Scriptura *Num.*20. Etenim, deficiente aqua, & murmurante populo, ingressi sunt Moyses, & Aaron tabernaculum fæderis, & orantes clamauerunt ad Dominum, dixitque eis Dominus: *loquimini ad petram, & ipsa dabit aquas: cùmque eleuasset Moyses manum percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ*. Non minus enim repugnat emissio sudoris ex inanimata imagine, quàm egressus aquæ ex duro silice.

7 Probandum autem est hoc miraculum per testes de visu, ac tactu. Vtraque enim ratio scientiæ per se plenam, perfectam, ac concludentem probationem constituit, contra quam non admittitur præsumptio, nec possibilitas contrarij, cùm id, quod plenis probationibus constat, sit ipsa veritas perimens omnes præsumptiones, ac coniecturas ad textum *in l. continuus, §. cum ita ff. de verb oblig.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 31. n. 4. 5. & 7.* ac Pacian. *de probat. lib. 1. c. 11. n. 4.* Idque propter materiam, de qua deponitur, proportionatam vtrique sensui per ea, quæ alibi diffusè diximus.

Accedentibus etiam circumstantijs. Nimirum si ex imagine fluxerint guttulæ aquæ claræ, & absque vllo odore, cùm tamen in pictura fuerit adhibitum oleum. Si fluxus durauerit per multum tempus, & quamuis imago fuerit abstersa, denuo tamen sudorem emiserit. Si communi iudicio illorum, qui fuerint præsentes, id fuerit reputatum pro maximo miraculo, vt ponderatum fuit in relatione S. Thomæ de Villanoua post Contilorium, & Baronius quoque ad probationem supradicti miraculi Imaginis Crucifixi præcipuè considerat hanc circumstantiam, inquiens; *Plerique tamen cùm illud cernerent admodum animaduertentes quoddam esse diuinitatis præsagium*. Ac insuper si sudor iste adhibitus in infirmitatibus incontinenti eas sanauerit, quemadmodum de oleo, quod emanauit ex dicta Imagine Sanctissimæ Virginis pluribus profuisse, tradit Baronius loco dicto. 8

CONSVLTATIO XXXIV.

An probent testes, etiam singulares deponentes super miraculis ex simplici auditu ab ipsis Seruis Dei, qui miracula patrarunt?

NOn videtur probare. Primò, quia esset fidem adhibere attestanti id, quod proprium eius honorem, ac laudem concernit, quod est contra notata per Farinac. *de test. q.60. n.21. & q.63. c.4. n.210.* Secundò, quòd testes de auditu alieoo, quamuis plures sint, habentur pro vnico, cùm omnes ab vna, eademque persona idem audiuerint. Quæ sicut ob vnicitatem non sufficeret; ita nec ipsi satis sunt iuxta verba Innocentij III. *in cap. licet ex quadam 47 de testib.* ibi: *non vtique ab vno, cum non sufficeret ille*, iuncta Gloss. *v. ab vno*, dicente, *quasi ille non sufficeret, & omnes illi, qui causam habent ab vno, pro vno solo reputantur*, cum similibus, relatis à Farinac. *de testib. q.69. c.1. n.69.* Tertiò ob eorum singularitatem impedientem, ne valeant in simul iungi ad probationem faciendam, quoniam in eis deficit contestatio ac numerus, *cap. licet causam 19. de prob.* cum alijs. Ex quibus huiusmodi regulam negatiuam constituit Farinac. *de test. q.64. n.33.* quam ampliat *n.37.* etiamsi plures numero existant, cùm tantum probent mille singulares in suo dicto, quantum vnus tantùm iuxta Bald. *in l. iurisiurandi 8. n.4. C. de testib.* Felin. *in d. cap. licet ex quadam n.2.* Dec. *d. cap. Licet causam n.61.* & alios, quos ibi cumulat Farinacius, qui *n.65.* exemplificat in miraculis, vtpote si vnus deponat de vno, alius de alio ex sententia Vincentij *in cap. Venerabilis 52. de testib.* quam referunt Archid. *in cap. nec mirum 5. n.7. 26. q.5.* Felin. *in d. cap. licet ex quadam n.2.* Ias. *in l. admonendi n.356.* ibique Ripa *n.207. ff. de iureiur.* Iacob. de S. Georg. *in l. ob carmen §. fin. n.17. ff. de testib.* Gabr. *eod. tit. concl.2. n.59.* & Mascard. de *prob. vol.2. concl.1060. n.13.* qui alios enumerat. 1

At verò quod ad primum ponderandum est, auditum esse duplicem, proprium scilicet & alienum. Alienum autem esse illum, quo quis audiuit alium referentem audita; proprium verò dici illum, qui immediatè & in propria audientis persona percipitur, vt si quis præsens audiuit aliquid dici, & hoc casu testes plenè probare, tradunt Bart. *in l. 2. §. Idem Labeo*, ibique Cuman. *n.7. & 8. in fin.* Castr. *n.1. & 3.* ac notat Glos. *ff. de aq. plu. arc.* Curt. iun. *in l. 1. n.57. in fin. ff. si cert. pet.* Host. *in d. cap. Licet ex quadam, n.1.* 2

Abb.

Abb. *in cap. Praeterea n.* 3. *de testib.* Io. Andr. *in cap. Tam litteris n.* 10. *in fin. extra eod.*

3 Ad secundum, cùm non agamus de teste, deponente de suo commodo, honore consequendo, vel laude, sed de Seruis Dei, de quorum sanctitate vitæ ac virtutibus in ordine ad Canonizationem requisitis iam plenissimè constat, qui interrogati à præfatis testibus, ad vitandum mendacium respondent, quæ sibi accidebant. Nam Sancto asserenti miraculum fecisse, fidem adhibendam esse, refert Castellin. *de dilat. p.* 2. *tit. de qual. exam. pag.* 95. *sub vers. non tamen negandum col.* 1. hoc admissum fuisse ab Auditoribus Rotæ in relatione S. Thomæ de Villanoua *tit. de duob. mirac. in vita* ad corroborandum magnitudinem fidei, *sub* §. *Et prædictæ, vers. quæ assertiones*, & B. Paschalis Baylon, *tit. de fide, vers. Et hanc fidem*, considerando exemplum Sacræ Scripturæ, in qua fides adhibita fuit Iudithæ de se referenti, quæ in Holofernis cubiculo gesserat, & S. Paulo 2. *Cor. c.* 4. & 10. tribulationes enarranti, & ex Concilio Nicæno 2. *act.* 4. in quo fides pariter adhibita fuit historiæ S. Mariæ Ægyptiacæ, narrante pluta accepta ex sola eius relatione, quam græcè scripsit Sophronius, & in latinum sermonem transtulit Paulus diaconus, teste Baronio *ad an.* 525. *n.* 22. in qua etiam multa leguntur, quæ Abbas Zosimus sciuit ex relatione eiusdem, Et S. Gregorio *lib.* 18. *moral. c.* 5. aliàs 7. vt refert Contilor. *de canoniz. cap.* 18. *n.* 27. & S. Bernardo *ser.* 74. *in cant.* de se referenti ea, quæ sibi accidebant ad ædificationem fratrum, cùm de Seruis Dei, quorum vita probata est, comprobetur illud *Apocal.* 14. *in ore eorum non est inuentum mendacium.* Idemque Castellin. *eod. tr. col.* 2. *vers. Et idgeneris, cum seq.* quòd multa reperiuntur approbata per Ecclesiam, tanquam certa, quæ narrantur in litteris Canonizationis diuersorum Sanctorum, præsertim verò S. Catharinæ Senensis *const.* 6. Pij II. & S. Franciscæ Romanæ *const.* 45. Pauli V. Nam pluta in eisdem narrata ipsimet, dum viuerent, nacta opportunitate, tanquam vera ac certa patefecerunt, & sic earum sanctitatem & miracula manifestantia. Testes enim singulares dicuntur, quando diuersimodè deponunt respectu subiecti, vel obiecti, super quo deponunt secundum Abb. *in cap. bonæ memoriæ c.* 1. *extr. de elect.* & Farinac. *de testib. q.* 64. *n.* 27. Vel quando eorum dicta ex facti diuersitate separationem reciperent, vt post Bald. ait Lanfranc. *de testam. n.* 26. Sedè contra dici contestes, quando ex eorum depositionibus identitas facti infertur, Foller. *in prac. crim. v. Item quod, n.* 28. & alij, quos adducit Farinac. *supra n.* 31. Quando autem sunt contestes respectu finis, vt in hoc casu, non dicuntur singulares, quia sufficit concordare in substantialibus ad eundem finem tendentibus, vt docet Bald. *in l.* 1. *n.* 18. & *seqq. C. de testam.*

4 Ad tertium, neque ideò testes dicuntur singulares, etiam si seipsos in contestes non allegent, dummodo inter se concordent, secundùm Felinum, & alios relatos per Gabr. *de testib. concl.* 2. *n.* 5. & 6.

5 Itaque obiectiones locum habent, quando plures testes non de proprio, sed de alieno auditu ab vna tantùm persona deponunt, non autem quando omnes deponunt, se idem factum audiuisse immediatè ab ipsis Seruis Dei, & proinde verè sunt plures. Quinimò vnicum testem sufficere ad probandum miraculum, quod aliter probari nequiret, præcipuè in apparitionibus, & reuelationibus, tradit Contilor. *de Canon. cap.* 18. *n.* 18. & nos *alibi*. Et *in relat.* S. Theresiæ *tit. de aliquibus mirabilibus, vers. Tum quia non desunt*, fuit dictum, quòd, licèt de hoc fuisset dubitatum, semper tamen resolutum fuit, quòd vbi ex natura miraculi non potest illud probari, nisi vnico teste, tunc statur assertioni illius, in cuius persona casus euenit.

Hæc verò, licèt à me ita dicta sint, nihilominus non sum adeò indulgens, vt seueritatem iudicij, quo S. Sedes Apostolica in huiusmodi probationibus vtitur, laxare velim. Sed omnia relinquo præstantissimo eius arbitrio.

CONSVLTATIO XXXV.

De quibusdam sanationibus admirandis supra naturæ vim, atque ordinem. Vbi de dæmonis potestate in actus & affectiones vitæ vegetantis.

CVm in sanationibus concurrere debeant omnes conditiones effectus miraculosi, requisitæ per Canonistas, de quibus alibi. Nimirum quòd ex sola virtute diuina absque vllo vitium, & potentiæ naturalis, aut alterius humani operis subsidio, miraculum patratum fuerit. Quod denotant primò qualitates morbi, per se incurabilis, tam respectu naturæ ipsius morbi, quàm respectu modicitatis temporis. Quia supposita etiam possibilitate sanationis mediantibus potentijs naturalibus, non poterat tam breui temporis spatio eiusmodi curatio fieri; ac denique respectu modi, cùm nec in ipso actu sanationis, immò neque alio forsan tempore adhibita fuerint vlla remedia. Secundò sanationis. Primò, quia instantanea absque vllo artis medicinæ vsu, aut alio potentiæ naturalis subsidio, quam potissimùm conditionem in miraculorum cognitione considerandam esse, præ cæteris inquiunt Maluet. *de Canon. dub.* 3. *n.* 25. & 51. ac Contilor. *eod. tr. c.* 17. *n.* 8. iuxta exempla Euangelica aliàs adducta, & agnouit Rot. *in relat.* S. Raymundi *p.* 2. *ar.* 5. S. Caroli *p.* 3. *in princ.* S. Andreæ Corsini, & B. Paschalis Baylon *in* 4. *miraculo*. Secundò, quòd ipsa sanatio vndequaque perfecta, & absoluta ab inde citra continuò perseuerauerit. Tertiò, quòd ipsa sanatio processerit per solam diuinam potentiam meritis alicuius Serui Dei, quasi instrumentaliter, Pauin. *in relat.* S. Bonauenturæ *p.* 2. *ar.* 3. & Rot. *in relat.* S. Raymundi *p.* 2. *art.* 4. & S. Andreæ Corsini *p.* 2. §. 4. Ideò de aliquibus exemplorum documentis existimandum duximus. 1

Sanatio Cancrorum inter maiora miracula recensetur in lectionibus Sanctorum, & D. Bernardus in Vita S. Malachiæ inter principaliora eiusdem miracula adducit cancri sanationem per hæc verba: *Ibi adducta est mulier patiens morbum, quem cancrum vulgo appellant, ipso horrendum visu, & sanauit eam. Nam vbi aqua, cui benedixit*, aspersa sunt vlcerum loca, dolorem non sensit, dic verò sequenti vix vlcera apparebant. Estque approbatum ab Ecclesia in S. Petro martyre per Constit. Innocentij IV. super eius canonizatione his verbis: *Quædam cuius carnem cancer edax sedula corrosione vorabat, lintis huiusmodi terra vulneribus, est curata.* Simile miraculum fuit approbatum in Bulla Canonizationis S. Caroli §. 42. S. Theresiæ *in relat.* 1. *ar.* 4. *de miracul.* post mortem *mirac.* 5. Quorum quidem sanatio miraculum esse iudico, attenta eorum infirmitatis grauitate, quæ ex sui natura est incurabilis, teste Hipocrate *lib.* 6. *aphorism.* 38. dicente. *Cancros occultos*, idest magnos, *habentes, melius est non curare. Curati enim cito pereunt.* & Paulo *lib.* 4. *cap.* 26. *Hoc malum propter succi crassitiem non consanescit*, Galeno 2. *de crisib.* 12. *prognost.* 46. & 2. ad Glauconem *cap.* 10. Auicenna *in* 3. 4. *tr.* 2. *c.* 16. Maximè cùm accesserit & præcedens oratio Seruorum Dei, & instantanea salutis recuperatio. Ex quibus putandum est, hoc factum totius naturæ creatæ vires excedere, non tamen quoad facti substantiam, sed quo ad subiectum, in quo euenit. Nam, quamuis Natura possit corpori infirmo sanitatem restituere, non tamen infirmo, ægritudine incurabili laboranti, prout potest dare lumen, sed non cæco, vitam, sed non mortuo, atque ita secundo gradui adscribendum est cum Auditoribus Rotæ in dicta *prima relat. de Miracul. B. Theresiæ loc. cit.* 2

Sanatio miraculosa Squinantiæ, approbata in S. Thoma Aquinate, cuius Canonizationis Bulla edita à Ioanne XXII. sic loquitur: *Puella gutturis sui fauces squinantiæ habens infirmitate constrictas, intantum vt, ne quid sumere solidum, aut liquidum valeret, & anhelitus sibi meatus, vt vix respirare posset, intercluderetur, dum deuotè se beato viro, à matre persuasa commendaret, superpositis gutturi suo dicti viri Sancti reliquijs, confestim melioratam se sensit,* 3

ſenſit, panem comedit, perfectèque ſanata eſt. Huius verò Sanatio referri poterit ad tertium gradum miraculorum.

4 Sanationis à febre miracula, præcipuè quoad modum, in quo eorum magnitudo maximè apparet, plurimùm commendantur in Bullis Canonizationum, vt videre eſt in illa S. Thomæ de Aquino §. 14. S. Petri martyris §. 6. S. Caroli §. 34. & S. Catherinæ ſenenſis §. 19. de qua etiam in lectinnibus feſti dicitur. *Languoribus & febribus in Chriſti nomine imperitabat*, & in illa S. Ignatij de Loyola & in pluribus alijs. Commendantur item à Sanctis Patribus. Nam D. Chryſoſtomus *hom. 34. in Ioan.* loquens de filio Reguli à Christo ſanato ſic ait: *Quod autem Regulus non integrè crediderit, neque ſanè, oſtenditur per hoc quod ſequitur, interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerat. Volebat enim ſcire, vtrum caſu, vel ex præcepto Chriſti hoc factum eſſet, & dixerunt ei, quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Vide qualiter miraculum manifeſtum eſt. Non enim ſimpliciter, neque vt contingit, à periculo liberatus eſt, ſed repente, & ſimul, vt appareat, non eſſe ex natura conſequentia quod ſiebat, ſed ex actione Chriſti. Vnde ſequitur: cognouit ergo pater*. Et idem Sanctus *homil. 28. in Matth.* loquens de ſocero Simonis febricitante, ſic ait: *Chriſtus autem tangens corpus, non febrem extinxit ſolum, ſed & puram tribuit ſanitatem. Quia enim ægritudo curabilis erat, modo curationis ſuam virtutem oſtendebat, faciendo quod ars medicinalis non operatur, vt ſcilicet ſimul perfectam reſtituat ſanitatem*.

5 Ratione qualitatis morbi, nempe febris, & indigeſtionis approbata recenſetur ab Eccleſia. Sic enim ait Innocentius IV. in Bulla Canonizationis S. Petri martyris: *dum alius quidam per ſeptem hebdomadas, & vltra febre quotidiana, malo hepatis, & ſtomachi affligeretur, quadam die Veneris, cum peius haberet, auditis quibuſdam miraculis, quæ per virum Dei facta eſſe dicebantur, cùm ſe ad ipſum deuotiùs ſequenti die Sabbati de ſero vertiſſet, vxoris ſuæ ſuaſibus, eaque præſente deuouiſſet, die dominica proximo in mane ſe à præfatis infirmitatibus plenè reperit liberatum*.

6 Curatio apoſtematis cum circumſtantijs ſupradictis, nempe grauitate infirmitatis, temporis diuturnitate, præſertim ſi acceſſerit complicatio, & diuerſitas infirmitatum, oratione præcedente, ac reliquiarum appoſitione, & ſanitate in incontinenti recuperata. Nihil obſtante quòd curatio apoſtematis omninn non euenerit in inſtanti, nam reſpectu aliarum infirmitatum grauiſſimarum curatio apoſtematis dicitur inſtantanea, licèt ipſum remaneat, dummodo tamen eius malitia ceſſauerit, ac licèt eius tumor, & durities per paucos dies durauerint, non ideò aliquid de miraculo diminuitur, prout in vulnere curato miraculosè, quamuis cicatrix remanſerit per aliquod tempus ex traditis per Archidiac. *in cap. nec mirum n. 8. 26. q. 5.* ibique *n. 7.* & *in cap. 1. de reliq. & vener.* Sanct. Iacob. Caſtellan. *de Canon. Sanct. q. 6. princip.* & firmauit Rota *in 1. relat. ar. 4. de mirac. B. Thereſiæ mirac. 12.* poſt mortem, ac alibi ſæpius.

7 Lepram eſſe inſanabilem morbum non ſolùm Medici, ſed etiam plures Sancti Patres fatentur. Sic enim aſſerit D. Cyrillus *in catena Græcorum Patrum ad cap. 5. Lucæ*, in quo narratur leproſum dixiſſe Chriſto Domino, *Domine, ſi vis, potes me mundare*. Vbi ſic: *Nouerat enim lepram experimentis Medicorum non cedere, ſed vidit diuina poteſtate pelli dæmones, & cæteros ab alijs valetudinibus curari, quæ coniecit diuina dextera fieri*. Et ob hoc mundatio lepræ anoomeratur ſemper inter principaliora, & illuſtriora miracula. Quia tabis curatio non ſolùm dicitur miraculoſa quoad modum faciendi, ſed quoad ſubſtantiam facti, cùm morbus de ſe inſanabilis ſit. Vnde D. Ambroſius *ad d. cap. 5. Luc.* loquens de prædicta mundatione leproſi, hoc inter clariora Chriſti opera recenſet, ſic dicens: *Quarto ſigno, ex quo in Capharnaum Dominus venit, leproſus ſanatur. Si autem quartum diem ſole illuminauit & clariorem cæteris fecit, hoc clarius opus æſtimare debemus, de quo dicitur: Ecce vir plenus lepra, videns Ieſum, rogauit eum &c.* Ob id etiam idem Chriſtus Dominus, quando poteſtatem tribuit Apoſtolis faciendi miracula *Matth. 10.* de alijs curationibus locutus eſt genericè, dicens: *Infirmos curate*, & de curatione lepræ ſpeciatim adiungens, *leproſos mundate*, quaſi miraculum hoc reluceat inter cætera, vtpotè cadens ſupra morbum impoſſibilis ſanationis. Ideòque Sancta mater Eccleſia magni ſemper fecit hoc miraculum, vt videre eſt in Bullis Canonizationum Sanctorum, præcipuè S. Raymundi §. 44. Atque adeo eius ſanatio ad ſecundum gradum miraculorum eſt referenda, vt dixi de cancrorum ſanatione.

Sanationis claudorum, contractorum, ac ſimilium miracula non ſolùm in Scripturis ſacris commendantur, 8
vt videre eſt *Act. c. 3.* de claudo illo, quem ponebant quotidie ad portam Templi, cuius baſes, & plantæ ad iuſſum Apoſtoli Petri protinus conſolidatæ ſunt, ratione cuius impleti ſunt omnes ſtupore, ſed etiam in pleriſque Sanctorum vitis, ac Bullis Canonizationum Eccleſia facit magni. Nam in Bulla Canonizationis S. Thomæ de Aquino ſic ait Ioannes XXII. *Infans quidam quatuor annorum tumorem & ruborem in coxis, & cruribus vſque ad pedes patiebatur, adeo afflictiuum, vt nec à matre ſua, vel alio ſine læſione, & clamore ſuo aliquatenus tangi potuiſſet, mouere ſe non poterat, à Medicis ſpes curationis eius non inueniebatur, deficiente natura, artiſque ſuffragio non inuento, recurſum eſt ad Deum, qui glorioſus eſt in Sanctis ſuis, faciens prodigia. Nam mater infantuli, quæ ipſum diligebat, vt mater, eum B. Thomæ deuotius commendauit, delatus eſt puer ad monaſterium, poſitus ſuper tumulum Sancti, poſt aliquantulam moram ſanus inde ſurrexit*. Et libro de miraculis S. Bernardi *cap. 15.* inter eius opera commendatur illud. *Ingreſſa eſt puella clauda, & ſub oculis omnium adepta eſt ſanitatem, & liberè ambulauit*. Erat autem nota in ciuitate puella, & ex propinquis eius aderant eadem hora nonnulli. Hoc idem miraculum à Sede Apoſtolica approbatum fuit in Bulla Clementis IV. ſuper *Canoniz.* S. Heduuigis Duciſſæ Poloniæ §. 15. ibi: *Mulier fuit, quæ neruis contractis pedes habuerat inhabiles ad proceſſum, cùmque ad ipſum tumulum ſuffragio fuiſſet amicorum portata, inde ſana ſubſtentationis alicuius ſubſidio in domum reuertitur non adiuta*. Idem quoque dicitur de S. Abundio, quod refert D. Gregor. *lib. 3. dialog. cap. 25.* Meritò igitur cum Theologis reponenda eſt hæc ſanatio in ſecundo ordine miraculorum, vtpote omnino excedente facultatem totius naturæ creatæ quantum ad id, in quo fit. Quia licèt natura dare poſſit optimam, ac perfectam membrorum compoſitionem, non tamen ipſa effracta, ac manca poteſt denuo conualidare, & ad hunc ordinem retulerunt hoc miraculum Rotæ Auditores *in 1. relat. ar. 4. miracul. 4.* poſt mortem B. Thereſiæ. Porrò membrorum contractionem, maximè à natiuitate, eſſe incurabilem, teſtes ſunt Hipocrates *3. de articulis §. oportet autem & incurabilia cognoſcere n. 68.* & Galenus *3. prognoſt. 26.*

Sanationis brachij miraculum approbatur, & prædi- 9
catur de S. Thoma Aquinate. Sic enim ait Pontifex in Bulla Canonizationis illius: *Quidam præfati monaſterij Foſſæ nouæ Conuerſus, adeo grauem in brachio dextro & ſpatula dolorem patiebatur, vt ipſum brachium, quod per trium menſium cum dimidio ſpatium detulerat ſuſpenſum ad collum, ei eſſet inutile, dolore præſertim vehementer afflictum, quod cum requiſitum Medicorum remedium non haberet, & amplius dolore grauaretur, dum dicto Sancto pro ſua liberatione, ſe quodam emiſſo voto commendaſſet, ſeque ſupra eius tumulum poſuiſſet, ibidem obdormiuit, ac excitatus deinde à quodam dicti Monaſterij monacho, brachium, quod linteo prius habebat incumbens, collo adhuc dependenti, extractum ab eo reperit, excitatorumque à ſomno more, dum ambas manus capiti ſuo, vt ipſum ſcalperet appoſuiſſet, ſe liberatum intellexit, ac adſtantibus quod notum fuerat, miraculum reuelauit*.

Brachij ſicci, & aridi ſanatio, quam refert D. Bernar- 10
dus in vita S. Malachiæ accidiſſe in eius tumulatione his verbis: *Interim parantur exequiæ, offertur pro eo ſacrificium, conſummantur ex more omnia cum ſumma deuotione, ſtabat eminus puer, cui emortuum pendebat è latere brachium magis illi impedimento, quàm vſui, quo comperto innuit, vt accederet, & apprehenſam aridam manum applicuit ad manum Epiſcopi, & viuificauit eam, nempe viuebat in mortuo gratia ſanitatum, & manus eius fuit mortua manu, quod mortuo homini Eliſeus*.

Sana-

11 Sanationis herniosi ad iudicandam grauitatem morbi, medicamentorum inefficaciam, atque adeò miraculum considerauit Rota *in relat. S. Caroli miracul. 2. & 20.* S. Franciscæ Romanæ *mirac. 11. in vit.* S. Petri de Alcantara *mirac. 8. post obitum*, & Serui Dei Hieronymi Æmiliani *mirac. 7.* etiam post obitum, ac S. Thomæ de Villanoua *mirac. penul.* post mortem.

12 Generatim sit regula. Est nquòd Natura cum progressu temporis potuisset sanare hanc, vel illam infirmitatem, nihilominus considerato temporis momento, sanatio inter miracula videtur reponenda. Nam iuxta doctrinam Contilorij *cap. 18. de Canoniz.* in factis, quæ paulatim natura potest operari, vt pura in restituenda sanitate febricitanti, in tremoribus corporis sanandis, ac similibus, vt cognoscatur fuisse miraculosa, sufficit, quòd fiant in instanti. Nam vix alio signo cognosci potest, an sanatio facta sit per miraculum, quàm ex eo, quòd facta est in instanti, vt etiam aduertit Molfes. *conf. 46. n. 56.* & innuit Maluet. *dub. 3. n. 51.* ac sequitur Rota *in relat.* S. Andreæ Corsini *p. 2. in princ.* ponderando sententiam Rotæ *in relat.* S. Raymundi inquiens: *Verum est in his vulneribus, seu infirmitatibus, quæ vel à principio in suo genere lethalia sunt, vel ex subsequutis accidentibus lethalia efficiuntur*, itaut necessariò mortem sint allatura, qualia sunt inueteratæ paralyses, & membrorum, seu neruorum contractiones quando per miraculum sanantur, totam vim & naturam miraculi in eo consistere, vt virtute diuina in instanti auferatur illa malitia vulneris, vel infirmitatis. Atque assertionem Contilorij *c. 18. n. 13.* Si testes probent infirmitatem alicuius incurabilem esse, & ita quòd sanatio non potuerit fieri naturaliter, & deponant de sanatione secuta ad inuocationem illius Sancti, de cuius canonizatione tractatur, miraculum remanet concludenter probatum, & quidem secundi gradus, si est de curatione morbi incurabilis, tertij verò gradus si est difficilis curationis, & fiat curatio instantanea cum alijs circumstantijs, passim à me relatis.

13 De potestate autem dœmonis circa impedimenta, quæ adhibere potest ad impediendos actus vitæ vegetantis, quoad generationem quidem res est quotidiana, & iam olim factitata. Constat ex Herodoto in Euterpe cum de Amaside Rege, & Ladice, & ex Plinio *lib. 21. c. 21.* remedium ad id præscribente. Et verò impedimentorum huiusmodi inductionem non excedere motum localem, & applicationem actiuorum idoneorum, rectè declarat Binsfeldius *de confes. malef. p. 1. q. concl. 6.* & Petrus Mim. *in flagel. malef. cap. 7. & 10.* ac Bernard. Comens. *tr. de strigib. c. 15.* ex Paludano *in 4. d. 4.* Quoad nutritionem verò, & accretionem res est etiam perspicua, vt mox dicemus.

14 Potest etiam dœmon inhibere vim caloris naturalis ita, vt viuens sine vlla sibi assumptione possit ad longum tempus vitam prorogare, idque siue temperato interno calore, procurato effluxu spirituum, aut applicatione frigidorum, siue humoribus viscidis, qui in caloris pabulum cedere possint ex toto corpore collectis. Quo posteriori modo pleraque bruta vitam sine cibo vllo ad longum tempus transigunt, vt docet Aristoteles *8. hist. cap. 14. & 17. & 4. de part. cap. 5.* & Agricol. *lib. de animant. sub terra à cap. 13.* Nec aliter de quibusdam hominibus, quos longam inediam naturaliter tolerasse legimus, philosophati sunt Portius *lib. de puella Germanica c. 6.* Mercur. *6. var. cap. 12.* Medina *2. paren. c. 7.* Langius *lib. 2. Epist. 28.* alijque multi.

15 Non rarò tamen dœmon idem præstat immissa insensibiliter per modica aliqua ac tenui, sed maximæ efficacitatis substantia, vt legere est apud S. Prosperum in dimidio temporis *cap. 6.* Et idem censendum de longa illa inedia hominis, quem à se visum ad mare, rubrum testatur Cleombrotus apud Plutarchum *lib. de cessat. orac. n. 16.* Magum enim fuisse, & cum dœmonibus familiariter agentem, docet diuinatio futurorum, qua in speciem pollebat semel in anno, & odor suauissimus, qui ex loquentis ore diffusus vicina loca complebat, & alia narrationis illius adiuncta, quæ apud Plutarchum legere licet. Vitam ergo planus ille menstrua tantum amari cuiusdam fructus è quadam modica herba lecti sumptione tolerabat. Proindeque necesse est, fructum illum fuisse efficacissimam aliquam substantiam naturalem, vel ex parte artificiosam, à dœmone subministratam. Qua etiam ratione multas hypocritarum per longam inediam sanctitatis gloriam aucupantium strophas, plerumque deprehensas esse certum est, & propositis exemplis declarant Iouin. Pontan. *lib. 2. de serm. cap. 16.* & Petr. Gregor. *lib. 35. syntax. cap. 10.* & nos *tom. 4.*

Quod verò ad affectiones vitam vegetantem affectantes, nempè de sanitate, morbo, ac morte, potest dœmon sanitatem ac morbum inducere, facilè suadetur, quamuis de sanitate dubitare videatur Origenes *8. contra Celsum sub finem*; immo id disertè negare videtur S. Irenæus *2. contra hæres. cap. 56.* cùm agens de Magis virtute dœmonis operantibus, ait: *Eos non in beneficium hominibus facere ea, quæ faciunt, sed in perniciem, & errorem per magicas elusiones, & vniuersa fraude plus lædentes, quàm vtilitatem præstantes his, qui credunt eis in eo, quod seducunt. Non enim cæcis possunt donare visum, neque surdis auditum, neque omnes dæmones effugare, præter eos, qui ab ipsis immittuntur, si tamen & hoc faciunt, neque debiles, aut claudos, aut paralyticos curare, vel alia quadam parte corporis vexatos, quemadmodum sæpè euenit fieri secundùm corporalem infirmitatem, vel earum, quæ à foris accidunt infirmitatum bonas valetudines restaurare, &c.* 16

Verùm intelligendus est Irenæus de curationibus, quas Magi illi hæretici ope dœmonum tentarent edere in erroris sui confirmationem. Quo pacto indubitatum est, si aliundè non suppetat occasio prudenter detegendi authorem dœmonem, impediendam à Deo curationem. Aut etiam de curationibus editis absque idoneorum actiuorum naturalium applicatione, cùm nuda expulsio localis humorum noxiorum, alteriusuè substantiæ morbum inferentis non posset ad conciliandam sanitatem sufficere. Nec aliter intelligendus est Arnobius *lib. 1. n. 34.* verbis illis: *Age nunc veniat quis super igneam Zonam magus interiore ab orba Zoroastres, Hermippo, vt assentiamur authori, Bactrianus & ille conueniat, cuius Ctesias res gestas historiarum exponit in primo. Armenius Hosthanis nepos, & familiaris Pamphylus Ciri, Apollonius, Damigero, & Dardanus, Velus, Iulianus, & Bæbulus, & si quis est alius, qui principatum, & nomen fertur in talibus habuisse præstigijs. Permittant vni ex populo in officium sermonis dandi, ora coarticulare mutorum, surdorum auriculas reserare, siue luminibus procreatis oculorum redintegrare naturas, & in frigentia olim membra sensus, animasque reducere. Aut si ardua res ista est, neque alijs permittere talium possunt operum potestates, ipsi faciant, & cum suis ritibus faciant. Quicquid malefici graminis nutricant terrarum sinus, quicquid virium continet fremor ille verborum, atque adiunctæ carminum necessitates, non inuidemus, adijciant, non interdicimus, colligant. Experiri libet, & recognoscere, an cum suis efficere Dijs possint, quod ab rusticis Christianis, iussionibus factitatum est nudis.* Sic ille ijs tantùm, quos dixi, modis negans dœmonibus abigendi morbi facultatem, siuè per seipsos, siuè per interpositos magos, ac ministros suos, à quibus ne reduuiam quidem aut papulam, nisi interpositis herbarum, aut graminum succis, alijsvè idoneis naturalibus actiuis, curatam negat. Illis tamen interpositis fatetur *n. 30.* potuisse à dœmonibus sanari aliquos ægros, de quibus id fama ferebat. Quamuis rectè addat, id non esse in dœmone admiratione aliqua dignum, cum & Medici sic curent, sintque ista rerum admotarum beneficia, non curantium potestates. 17

Quod igitur dœmon vim habeat morbi inducendi, & sanitatem procreandi, facilè est ostendere illustri exemplo, quod memorant S. Augustinus *lib. 4. Ciuit. cap. 26.* & Lactantius *lib. 2. instit. cap. 8.* & latissimè Arnobius *lib. 7. num. 43.* *Tiberio Atinio*, inquit Lactantius, *homini plebeio per quietem obuersatus esse Iupiter, dicitur, & præcepisse, vt Consulibus & Senatui renunciaret ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod Antonius Maximus quidam, diuerberatum seruum sub furca medio circo ad supplicium duxerat, ideòque ludos instaurari oportere. Quod cum ille neglexisset, eodem* 18

die

die filium perdidisse, ipsum autem graui morbo correptum, & cùm rursus eandem imaginem cerneret, quærentem satisne pœnarum pro neglecto imperio pependisset, lectica portatum ad Consules, & omni re in Senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suisque pedibus domum rediisse. Vnde apparet sublatam subitò, & redditam sanitatem ope dæmonis, ludos illos eo quasi prodigio sibi deposcentis.

19 Idem dici posset de miraculis Vespasiani, & Hadriani, quorum ille cuidam oculorum tabe laboranti, & alteri manu ægro, restituit sanitatem; alterius oculos oris sui excremento respergendo, alterius manum pede calcando, vt Tacitus *lib. 4. hist.* & Sueton. *in Vespasiano cap. 7.* referunt. Alter verò duobus cæcis visum restituisse dicitur,

20 Posset, inquam, de his quoque dici dæmonem ad Christi miraculorum fidem eleuandam ab impedita per maleficium sanitate cessasse, atque ita visos sanitati redditos ad Vespasiani nutum, aut verius Apollonij Tyanæi, qui tunc aderat, vt benè aduertit Baronius *anno Christi* 71. nec aliter proportione seruata de Adriano dici posset, si res ferret. Sed nihil est necesse, ita philosophari, Nam quod ad Vespasianum attinet, Tacitus significat morbos illos humana arte fuisse curabiles, immò ipsam visus deperditi restitutionem, cùm modus operandi aliud sentire non iubet, posse naturalem esse, docent Vales. *cap. 42. sacra Philosophia*, & Serarius *in cap. 11. Tobia q. 2.* & iam olim Plinius *lib. 11. cap. 37.*

21 Quod verò spectat ad Hadrianum, Spartianus ex Mario historico affirmat, stropham fuisse, & simulatam cæcitatem, ab ijs ex composito excogitatam, qui persuadere Hadriano nitebantur, vt in summis, quos perferebat doloribus, vitæ voluntatem non abijceret. Tandem aliquo ex modis hactenus propositis philosophandum est quoad ægros, & in ijs duos cæcos, oraculo dæmoniaco præmonitos, quos exhibet tabella marmorea ex Romano Æsculapij templo, quam exscripsit Mercurial. *lib. 1. gymnast. cap. 1.* Itemque quoad Demetrium Phalareum, si vera sunt, quæ de restituto ei à Serapide visu scribit Laertius *lib. 5.* Iactatos ab Ethnicis hos paucos beneficio Æsculapij curatos, auctor est Arnobius *lib. 1. n. 31.* Confictas tamen fuisse has curationes, existimat Baronius *anno Christi* 139. *sub finem*. Conficta enim interdum ab Ethnicis fuisse miracula in Deorum suorum gratiam, docet factum Theotecni apud Eusebium 9. *histor. cap. 2.*

22 Ad eos ergo, qui verè à dæmone ægri, & sani fiunt redeo, de quibus fusè etiam agit Tatianus *orat. contra Græcos an. 27.* adducens *n. 31.* exemplum à Iustinn præceptore quondam suo in hanc rem adhibitum. *Comparabat ille dæmones latronibus: Siquidem, vt illi viuos aliquos capere solent, deinde pacta mercede familiaribus eos restituere; sic etiam qui ab Ethnicis existimantur Dij quorundam membris hominum se insinuantes, deinde per somnum suam in illis gloriam fabricantes, in publicum prodire iubent, & in conspectu omnium, postquam desideratis ex mundo rebus se expleuerunt, ab ægris auolant, & morbum suo dolo productum obliterantes, pristinæ valetudini homines reddunt.* Ita ex Iustinn Tatianus, qui quod præmiserat, Dæmones non sanare morbos, ne claté sibi intra paucas lineas contradicat, exponendus est, quòd non sanent, nisi adsint præsentes, & per motum localem, vel applicationem actiuorum idnneorum depellant morbum, qua eadem ratione paulò ante concesserat idem Tatianus, posse à dæmone immitti morbos, cùm ante id negasset, eodem proportionali sensu, quo nunc dico negari ab eo, inductionem sanitatis dæmoni esse possibilem.

23 Verùm quomodo hæc omnia à demonibus per applicationem idoneorum effici possint, luculenter explicat Eusebius *lib. 4. præpar. cap. 1.* Cùm enim aggressus esset conuellere eam Theologiæ Ethnicæ partem, quæ Ciuilis dicebatur, continebaturque oraculis, responsis, curationibus, vel inductionibus morborum, alijsque huiusmodi, præmittit vnam quandam responsionem, quam, tametsi præseferat, quòd ea vti nolit, reipsa tamen approbat. Est autem ea responsio huiusmodi, quantum quidem spectat ad sanationes à dæmonibus præstitas, de quibus nunc agimus. *Miracula, quæ simulachris attribuunt, diceret aliquis natura rerum fieri. Multa enim genera esse herbarum, multa lapidum, secreta quædam, & multis ignota, natura insita morbos quosdam pellentia, quosdam inducentia. Alia enim contrahere, atque densare, alia distrahere, & rarefacere, tendere, aut omnino mutare, & saluare, nata esse, quod alia breui tempore, alia longo efficiunt, & alia in longum durant, alia citò dissoluunt. Ita nonnulla conseruantia sanitatis inueniuntur, alia nonnulla è contra morbos inducunt. Multa etiam lucem Lunæ ita sequuntur, vt simul cum ea crescant, atque decrescant. Animalia igitur nonnulla, planetæ, lapides, aromata magnas virtutes insitas sibi natura possident, ad quæ omnia positio quoque locorum multum conducit.* Hactenus Eusebius accommodatè ad explicandum, quomodo applicatione idoneorum actiuorum possint dæmones sanitatem conciliare, aut viceuersa morbos inducere.

Quomodo autem per motum localem idem possint, humores scilicet commouendo, aut variè permiscendo, vel ab ea commotione cessando, facilè intelligitur. Et pertinent eò, quæ habentur apud Abdiam 8. *histor. Apost. initio*, & apud S. Cyprianum *lib. contra Idola n. 56.* Vtroque illo modo, hoc est & per motum localem, & per idonearum naturalium causarum applicationem potuerunt pestem depellere in illo exemplo, quod legitur apud Anastasium *q. 23. in script.* & cùm facta est adnectio serpentis Epidaurij, de qua fusè Arnobius *lib. 7. à n. 50.* & in eo casu, quem Laertius *lib. 1.* in Epimenide refert occasionem Atheniensibus præbuisse, statuendi aras sine nomine. Idem dico de illa epileptici curatione, quam interuentu primitiarum Dijs oblatarum factam, memorat Simplicius *in cap. 38.* Enchiridij Epicteti. Alia præterea innumera frequentissimè leguntur. 24

Obiter porrò moneo, tametsi dæmon possit verè morbos depellere, vt dictum est, tamen non esse vllo modo illi fidendum, tum ob Numinis offensam, tum quia morbos à dæmonibus curatos paulò post reuenire, etiam cum auctario, testatur ex sua in varijs ægris experientia Fernelius *lib. 2. de abdit. cap. 16.* Et hanc ipsam instabilitatem in conciliata per Magos sanitate, notauit S. Irenæus *lib. 2. adversus hæres. cap. 56. & 57.* patuitque in Hadriani Imperatoris curatione. Itaque rectè eos, qui à dæmonibus mediatè, aut immediatè huiusmodi beneficia expectant, monet S. Leo *serm. 19. de passione Domini: Beneficia dæmonis omnibus esse nocentiora vulneribus.* Cùm post damnum animæ certò illatum, constet, certam sanitatem à dæmone non conferri, sed volaticam tantùm, æternis incommodis, nisi iniqui pacti, aut initæ societatis rescissio interueniat, cumulandam. Et eòdem respexit S. Augustiuus 8. *Ciuit. cap. 24.* cùm dixit: *dæmones beneficia præstando esse magis nocentes, quàm magis decipientes.* Imitemur ergo Beatum Inb, de quo S. Chrysostomus sic ait eleganter. *homil. 28. in 1. ad Corinth. diabolus aduersus Iob, non perditis bobus, neque asinis, neque camelis, neque domo diruta, neque filijs ruina obrutis, sua vsus est fallacia; sed tacet adhuc, & cessat, considerata athletæ fortitudine. Sed cum vermium fons scaturiebat, & putrida cutis decidebat, & consumptæ carnes saniem grauiter fœtentem efflabant, & sartagine, & fornacibus, & omni flamma miserius eum diaboli manus consumebat, fera omni crudelius vndique eius corpus deuorans; cùm diutius is esset hac calamitate consultus, tunc vxorem subornat: nam si in calamitatis principio accessisset, non sanè eum inuenisset ita eneruatum, neque ita posset exprobrare calamitatem, & tanta loqui audacia. Nunc autem cùm videret ob temporis longitudinem, & sanitatis quàm cupidissimum, & malorum finem maiorem in modum desiderantem, tunc accedit, & ait. Quousque consumeris? Grauis Rhetor ad decipiendum eos, qui inconsultiores sunt. Quid igitur hic beatus? Adamante fortior.* 25

Teneamus id firmiter cum Cypriano *de simplicit. Prælat. Ea est dæmonis astutia, ea est circumueniendi hominis cæca, & latebrosa fallacia, ut afferere videatur noctem pro die, venenum pro salute, desperationem sub obtentu spei, perfidiam sub prætextu fidei, vt dum verisimilia mentitur, veritatem subtilitate frustretur. Nam transfigurat se in Angelum lucis.* Ideòque caueamus.

Cæterùm imperare Naturæ Dei solius est. Nnn enim

potest

potest esse oaturale. Reuocare ab inferis ad superos pertinet. Mederi siue tractu temporis, siue vso pharmacorum eius est, qui è nihilo res educit, non vllius, qui è nihilo ipse prodiuit.

CONSVLTATIO XXXVI.

An subdelegati in causis Canonizationum exprimere debeant in quolibet actu, quòd sederint pro Tribunali?

1 AFfirmandum videtur. Quia io Remissorialibus dicitur: *In singulis actis procedentes, & pro Tribunali sedentes, ad text. in l. fin. C. quemadmod. testam. aper.* ibi: *pro tribunali*, cui Glossa addit, *sedentem*. Quælibet autem inobseruatio formæ mandati in remissoria, ipsum processum nullum reddit, *cap. Cum dilecta* 22. *de rescrip. cap. prudentiam* 21. §. *illa quippè*, *in fine*, iuncta Glos. *v. contra formam, post med.* & *cap. venerabilis* 27. *de offic. deleg.* Glos. *in cap. fin. v. Irritum, de rest. spol.* Quod procedit, etiam si fuerit peccatum in modum taotùm, non autem in rei substantiam, *d. cap. fin.* §. *Porrò, circa med.* cum ibi notaris per Inooceotium & alios Canooistas. Qua ratione in hisce remissorialibus dicitur: *decernimus irritum & inane quicquid contra formam præsentis Remissoriæ scienter, vel ignoranter fuerit executum.*

2 At dicendum est, defectum huiusmodi solemnitatis potiùs attribuendam esse iocuriæ Notarij, id noo exprimeotis, cùm in quibuscunque actibus iudicialibus Iudices semper dicantur sedere, teste Prateio *in Lexic. iur. per text. in l. 1. C. de offic. ciuil. iudic. l. fin. C. de offic. diu.* §. *sedebunt, auth. de iudic. cap. fin. de sent. & re iud. in 6.* Quinimò dum ex ijsdenmet actibus apparet, dictos Iudices stetisse in loco sacro pro eorum tribunali deputato, & electo iuxta formam in Remissorialibus eis præscriptam, satis superque est de iure, quòd ibidem siue stando, siue sedendo, aut eundo ius reddiderint, *arg. l. pen. ff. de iust. & iur.* cùm locus faciat Tribunal, noo sedes, *vt per Specul. de dilat.* §. *vlt. vers. Quidam tamen*; vbi respondendo *ad text. in l. 4. C. eod. tit.* dicentem, quòd à procedente Iudice dilationem noo coouenit postulare, aduertit, hoc ideò fuisse cautum, quia Iudices plerumque sedere consueuerint, sed de cœtero actus benè valet siue stando, siue sedendo, siue eundo detur, dummodo id fiat in loco pro tribunali assignato. Nec sit de specialibus iudiciorum sedere, sed de solemnitate leuissima, quæ solummodo potest dici cautela superabundans, & noo necessaria appooi io omnibus actibus, cùm illius omissione facti substantia mutari non possit secundùm Ias. *cons. 26. n. 3.*

CONSVLTATIO XXXVII.

In quibus miraculis Episcopi adhibere debeant consilium Theologorum?

1 COnsilium Theologorum, quòd aliquid habendum sit pro certò & vero miraculo iuxta Trid. *sess. 25. in decr. de innoc. vener. & reliq. Sanct. sub fine* §. *nulla etiam*, adhibendum esse in miraculis Sanctorum, qui fuerunt canonizati, non autem ante illorum Canonizationem, aduertit Contilor. *de canoniz. Sanct. c. 5. n. 14.* de quibus Concilium loqui, ait.

2 At nihilominus quòd Tridentinum locum habeat tam in miraculis Sanctorum Canonizatorum, quàm personæ ooo canonizatæ iuxta decretum S. Coogregationis Concilij sub anno 1626. testatur Barbos. *in collect. ad d. decret. n. 8.* Quia possunt aliquando inseruire iudicio ferendo pro Canonizatione illius, qui noodum est canonizatus.

CONSVLTATIO XXXVIII.

Quid liceat, vel non liceat facere circa venerationem hominum mortuorum ante eorum canonizationem, vel beatificationem sine Sedis Apostolicæ licentia?

EXtat hac de re sctiptom Anonymi, editum Romæ 1
tempore, qoo agebatur de beatificatione Santi Patris Ignatij, Societatis Iesu fundatoris. Illius tamen authot fuit Franciscus Pegna, Auditor Rotæ, vir nomine suo celebris, qui per sequentes conclusiones respondit.

Sit prima conclusio. Nonquam fuit mos in Ecclesia 2
Catholica venerari homines mortuos, tanquam Sanctos, antequam publica authoritate legitimorum Iudicum Ecclesiarum essent recepit, & approbati. Hoc probatur testimonio S. Augustini *tom. 7. in breuic. collat. cum Donatist. in collat. 3. c. 13.* & Optati Mileuitani *lib. 1. contra Donatist.* Legitimi autem Iudices erant Romæ Pontifices Romani, in Prouincijs autem Episcopi & Concilia prouincialia, vt paulò post dicetur. Et propter hanc causam Romæ Clemens Primus, Antherus, & Fabiaous salubriter constituerunt septem Notarios fideles, qui acta martyrum diligenter inquirerent, vt Romani Pontifices ea perscrutarentur, & probaoda probareot. Damasus, & Anastasius Bibliothecarius in vita Clementis, Antheri, & Fabiani, & Fabianus ipse *Epist. 1.* ad Ecclesiam Catholicam, & ministros. In Prouincijs autem Episcopi, qui olim poterant Sanctos canonizare, antequam hoc Sedes Apostolica legitimis de causis sibi reseruaret, tum ex Apostolica traditione, tum ex constitutionibus Romanæ Ecclesiæ omoem etiam diligeotiam adhibebant, vt Sanctos probarent, antequam populis fidelium colendi proponerentur, vt colligitur ex Sancto Augustino, & Optato in locis allegatis. Idem præscripsit illis obseruandum Fabianus Papa in epistola prima ad omnes Ecclesiæ ministros, & ita oportuit coostituere, ne in cultu, & veneratione Sanctorum, quod est magni momenti io Ecclesia Dei, fideles deciperentur, eos pro Sanctis, & amicis Dei venerando, qui inimici Dei essent. Et hæc olim initio nascentis Ecclesiæ, & omnibus deinde sæculis inuiolabiliter obseruata fuerunt in martyribus recipiendis, in quibus minor, quàm in Confessoribus approbandis difficultas esse posset, cùm causa martyrij potissimùm, & charitas, & constaotia in perferendis tormeotis inspicerentur, causa autem hæc potissima esse solebat. Nam S. Augustini, Optati, & Fabiani testimonia supra relata de martyribus probandis agunt. Irreligiosus autem prorsus, & temerarius semper fuit habitus, qui publicum cultom alicuius martyris, oondum probati, & recepti in Ecclesia voluisset inducere. Præterea illud omninò certum est, & exploratum, probatos tantùm publica authoritate Ecclesiastica Martyres, & Confessores fuisse io Cathalogum Sanctorum, & in Martyrologium Ecclesiæ Sanctæ Romanæ relatos, & consequenter minus probabile videtur, quod asseruit D. Cardinalis Bellarminos *tom. 1. contr. lib. 1. de Sanctis cap. 8. circa fin.* videlicet Sanctos veteres cœpisse coli in Ecclesia vniuersali, non tam lege antiqua, quàm consuetudioe, cùm nullus voquam Sanctus fuerit aliquando in Ecclesia acceptus, & cultus sine certa Ecclesiæ lege, & legitimo decreto, vt verè existimauit & probauit D. Cardinalis Baronius *in not. ad Roman. martyrolog. die 2. Aprilis*, & latè etiam prosequutus docuit Ioannes Molanus *in lib. de martyrologijs*.

Sit secunda conclusio. Semper in Ecclesia Dei viguit, 3
& viget hæc doctrina, vt de præcauenda falsorum Sanctorum reliquiarum, & martyrum veneratione certæ leges & Sanctiones Ecclesiasticæ constituerentur, vt adulterini Sancti, aut commentitij, aut incerti à veris & probatis distinguerentur, vt falsis meritò deoegaretur cultus, qui veris Sanctis iure debetur. De hac enim re in primis Concilia salubres leges tulerunt, Concilium Carthaginense primum *cap. 2.* Concilium Laodicenom *cap. 9. & cap. 34.* Carthaginense quintum *cap. 14.* refert Gratian. *in c. Placuit de consecr. d. 1.* Concilium Epamense

mense *cap.25.* Concilium Bracharense tertium *cap.5. aliàs* 6. Concilium Maguntinum *cap.51.* Concilium Lateranense sub Innocentio III. *cap.62.* refertur *in cap.2.de reliq. & vener. Sanct.* Concilium Trid. *sess.25. de inuoc. vener. & reliq. Sanctorum.*

4 Sit tertia conclusio. In Confessoribus probandis maiorem diligentiam adhibendam constituit Sancta Romana Ecclesia, quàm in martyribus. Et ratio est, quam afferunt communiter Canonistæ *in cap. 1. de reliq. & vener.* vbi Innoc. *n.1. in fin.* Host. *n.6.* Io. Andr. *n.4.* & alij bos sequuti asseruerunt, Confessores non esse canonizandos propter solam apparentem vitæ sanctitatem, sed miracula per eorum intercessionem facta probare oportere, neque Romanam Ecclesiam consueuisse canonizare Confessores sine operatione miraculorum ad excludendam omnem prorsus fraudem, & deceptionem, atque penitus banc consuetudinem in actu practico retinuit, & retinere solet Sancta Romana Ecclesia.

5 Sit quarta conclusio. Sancta Romana Ecclesia antequam ad canonizandos Confessores deueniat propter vitæ sanctitatem, & miracula, multa alia exigere consueuit, videlicet multiplicatas preces magnorum virorum intercedentium pro canonizatione, continuationem miraculorum, constantem famam de sanctitate illius, qui petitur canonizari in vita & morte, & post mortem, & plura alia, quæ referunt Canonistæ *in cap. 1. de reliq. & vener.* vbi Host. *n. 3. & 4.* & sequitur Io. Andr. *n. 3.* Iacob. Castel. *tr. de canoniz. Sanct. dub.* 4. Franciscus Pegna, Rotæ Auditor. *in vit. S. Didaci lib. 2. & in vit. S. Raymundi lib. 3. cap.* 1. hanc tam exactam diligentiam adhibere consueuit Sancta Romana Ecclesia ad excludendas fraudes, deceptiones, illicita lucra, & ambitiones multorum, qui sæpè inani sanctitatis nomine suorum gloriantes, populorum simplicium, & præsertim fæminarum fauorem, & obsequium aucupantur, *cap.2. de reliq.*

6 Sit quinta conclusio. Quia veneratio hæc, & cultus Sanctorum vna est de maioribus Ecclesiæ causis, in qua cum multa cautela procedere oportet, ideò Sedes Apostolica, vt tutius omnia peragerentur, canonizationem Sanctorum specialiter sibi reseruauit, & propterea verè Doctores asseruerunt ad solum Papam spectare Sanctos canonizare, siue martyres sint, siue confessores. Ita Canonistæ communiter *in d. cap. 1.* vbi Innoc. *n. 2.* Host. *n.7.* Io: Andr. *n.5.* Rursus Canonistæ *in cap. 2. de reliq. & vener. in 6.* vbi Glos. *v. Sedis Apostolica,* Gemin. *n. 11.* Turrectem. *in cap.1. de consecr. d.3.* Troyl. Morluet. *tr. de canoniz. Sanct. dub.2.* Iacob. Castel. *eod. tr. dub.3.* vbi addit ex sententia Doctorum, neque Episcopos, neque Legatos de latere, neque Collegium Cardinalium, Sede Apostolica vacante, neque Concilia Prouincialia, neque Concilium vniuersale, non interueniente Romani Pontificis authoritate, posse Sanctos canonizare, neque illos proponere populis, tanquam Sanctos in Ecclesia venerandos. Hanc conclusionem probat text. *in d. cap.1.* qui est Alexandri Papæ III. qui præfuit Ecclesiæ anno Domini 1160. Nam cùm quidam hominem quendam in potatione occisum, tanquam Sanctum Martyrem venerarentur, ita constituit: *Illum ergo non præsumatis de cætero colere, cùm & si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro Sancto absque authoritate Romanæ Ecclesiæ venerari.*

7 Sit sexta conclusio. Non possunt Episcopi in suis diœcesibus inducere celebrationem festi alicuius Sancti non canonizati per Papam. Hanc conclusionem ponunt Canonistæ *in d. cap. 1. de reliq. & vener. in 6.* vt Gemin. *n.12.* Franch. *ibid. n. 3.* & ratio est, quia, vt dicetur in proxima sequenti conclusione, istum honorem consequuntur Sancti, postquam sunt à Romano Pontifice canonizati.

8 Sit septima conclusio. Postquam omnia fuerunt canonicè celebrata, & obseruata, quæ per sacros Canones in Canonizatione Sanctorum adhiberi iubentur, & postquam Sancti sunt canonizati per Romanum Pontificem, illos honores consequuntur, quos Romani Pontifices in sententia definitiua canonizationis illis decernere solent, videlicet, vt ab vniuersali Ecclesia colantur, & inuocentur, & vt ad sepulturam ipsorum decenter, & veneranter accedentes, eas indulgentias consequantur, quæ cæteris Sanctorum eiusdem Ordinis concessæ sunt. Hæc in libris ritualibus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ continentur, vt tradit Franciscus Pegna *lib.3. cap. 41. de vit.* S. Raymundi. Eandem ferè commemorant Canonistæ *in d. cap. 1.* vbi Innoc. *n.3.* Host. *n.10.* & Iacob. Castell. *d. tr. q.9. in princ.* dicentes, Sanctum per hanc canonizationem hoc consequi, vt Ecclesia pro eo, sicut pro Sancto dicat solemniter officium, & in litanijs inter alios Sanctos licitè enumeretur, & inuocetur, & in Cathalogo Sanctorum adscribatur. Addit. Iacob. Castel. prædicto loco, quòd Sanctus canonizatus hoc etiam consequitur, vt eius imago pingi, & sculpi possit cum diademate, seu corona, & quòd in eius honorem, & sub eius nomine possint Ecclesiæ, & altaria erigi, ædificari, & consecrari.

Sit octaua conclusio. Non licet alicui defuncto nondum canonizato preces solemnes, aut publicas fundere, aut reliquias Sanctorum nouorum, idest non canonizatorum venerari. Hanc conclusionem probat Concilium generale Lateranense sub Innocentio III. *cap. 66.* relatum *in cap.2. de reliq. & vener.* cuius verba sunt: *Inuentas de nouo reliquias nemo publicè venerari præsumat, nisi prius authoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ,* & Canonistæ *in d. cap. 1.* vbi Innoc. *n.3. in fin.* Host. *n. 21.* Panorm. *n.3. not. 2.* Glos. *in d. cap. 1. v. Sedis Apostolica, de reliq. & vener. in 6.* & ibi Anchar. *in fin.* dicens sic: *Et adde, quod notatur supra cap. 1. vbi nullus in publico venerari, nisi ab Ecclesia approbatus.* Signanter dictum fuit non licere neque solemniter, neque publicè nondum canonizatos colere, aut reliquias Sanctorum non probatas, quia hoc expressis verbis ita constituit præcitatum Concilium Lateranense, & tenuerunt expresse *Host. & Panorm.* præcitato loco, qui omnem prorsus cultum, tam solemnem, quàm publicum prohiberi dixerunt, & aliter interpretari verba Concilij generalis, est manifestè vim illi inferre, vt patet ex prædictis. Illud tamen verum est ex Host. & alijs præcitatis locis, vt notat Panorm. *in d. cap. 1. n. 3. not. 2.* à contrario sensu colligere, licere in secreto fundere preces ei, quem quis vidit esse virum bonum. Nam cùm *in d. cap.2.* ex Concilio generali dictum fuisset, non licere publicè venerari Sanctos, nondum canonizatos; aut nouas reliquias à Romano Pontifice nondum approbatas, à contrario sensu Doctores in præcitatis locis intulerunt, scilicet non negare, quin liceat in secreto fundere preces alicui defuncto, quem vidit Sanctum, vt pro ipso ad Dominum intercedat. Addunt tamen non licere, donec canonizatus fuerit ad talem publicè preces fundere. Idem dixit Glos. hic *in d. cap. 1. de reliq. in 6. d. v. Sedis Apostolica.* 9

Sit vltima conclusio. Quæ hactenus dicta sunt de Canonizatione Sanctorum, intelligenda quoque sunt de beatificatione, quæ cùm sit quædam species veræ canonizationis à solo Pontifice concedi potest. Est autem beatificatio concessio particularis, quam indulget Romanus Pontifex alicui Ecclesiæ particulari, vel monasterio, vel Ordini Religiosorum, vt aliquem virum, vel mulierem, quam Papa constituit esse sanctam, & fecisse miracula, possint fideles in illa tantùm Ecclesia, aut Religione venerari, & officium Deo facere. Et est obseruandum, quòd antequam Romanus Pontifex concedat ista indulta beatificationum, solet committi examen aliquibus viris doctis, & prudentibus, vt videant processum continentem probationes super sanctitate, & miraculis Beati, vel Beatæ, &c, nisi causa cognita, non consueuerunt beatificare, idest licentiam illum Beatum colendi concedere. Quia beatificatio solùm in hoc distat à canonizatione, quòd illa respicit vniuersalem Ecclesiam, beatificatio verò particularem locum. 10

Ex omnibus prædictis patet responsio ad dubium propositum videlicet circa nondum canonizatos à Papa non licere aliquem cultum solemnem, aut publicum eis exhibere, nec eorum festa publicè celebrare, nec nomina eorum in litanijs enumerare, nec in Martyrologio describere, neque in die obitus illorum campanas pulsare, neque pingere imaginem cum diademate, vel miraculis, neque illa omnia circa illos tam amplè præstare, quam videtur concessisse D. Cardinalis Bellarminus, *d. tom. 1. lib.6. de Sanctis. cap. 10.* Ista enim omnia sunt contra 11

sacros

sacros Canones, & receptum Romanæ Ecclesiæ morem. Neque aliquid in contrarium probant, quæ commemorari solent ex multis Sanctorum historijs ex relationibus Auditorum Rotæ in canonizationibus Sanctorum, vt S. Didaci, S. Hiacynthi, & S. Raymundi. Quia quando ad sepulchra illorum Sanctorum, & similium donaria offerebantur, & luminaria accendi permittebantur, iam per Episcopos locorum examinatis testibus, & receptis probationibus, cognitum fuerat de vitæ sanctitate, & miraculorum operatione; & magna differentia constituenda est inter spontaneum concursum populi ad aliquem honorandum, cuius viuentis nota erat, & explorata Sanctitas, & procuratum, & humana industria quasi exactum ad eos colendum, quos vix dum viuerent excellentis vitæ fama commendabat.

12 Postremo illud obseruandum, grauiter puniendos esse, qui inconsulto Romano Pontifice istas venerationes publicas defunctorum, nondum canonizatorum, audent introducere, vt rectè Zanchin. docuit *tr. de hæret. cap. 22. n. 8.* Nec dubitandum, quin aliquando similia præsumentes interrogari ab Inquisitoribus possint, quid sentiant de Romani Pontificis authoritate, qui iustis de causis hanc sibi facultatem probandi, & proponendi Sanctos Ecclesiæ colendos specialiter reseruauit.

13 Huic scripto respondit Cardinalis Bellarminus, vir maioribus clarissimus, & virtutibus suis, præsertim eruditione Ecclesiastica, cuius Pontifices consilio in negotijs, iudicio in studijs vtebantur. Nam plurimum fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præstabat. Eius hæc sunt verba.

14 Peruenit ad manus meas scriptum sine nomine Authoris, cuius titulus est: *Quid liceat, vel non liceat facere circa venerationem hominum mortuorum ante eorum canonizationem, vel beatificationem sine Sedis Apostolicæ licentia.* Quòd quidem scriptum non esset difficilè diuinare, cuius sit; sed quoniam latere cupit Author, neque ego prodam suspicionem meam; quia verò in eo scripto meum nomen apertè carpitur, & scriptum ipsum magna ambitione cubicula S. R. E. Cardinalium penetrauit, permittere non potui, nec debui, vt calumnia in Cardinalem sine responsione per aures, & ora Cardinalium volaret. Duo capita opusculorum meorum perstringuntur, quę capita si legerentur ab omnibus, qui scriptum anonymum perlegerunt, noua responsione opus non esset; sed quia plurimi ea fortè non legent, proferamus nos in medium scripti anonymi verba, atque ad ea breuissimè respondeamus.

15 Minus, inquit, probabile videtur quod asserit D. Cardinalis Bellarminus *tom. 1. controu. lib. 1. de Sanctis c. 8.* circa finem, videlicet Sanctos veteres cępisse coli in Ecclesia vniuersali non tam lege aliqua, quàm consuetudine, cùm nullus vnquam Sanctus fuerit in Ecclesia receptus, & cultus sine certa Ecclesiæ lege, & legitimo decreto, vt verè existimauit, & probauit D. Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum die 12. Aprilis, & late etiam prosequitur Ioannes Molanus *in lib. de martyrolog.* Hæc in eo scripto, cuius Author non mea solùm scripta reprehendere, sed etiam me cum Illustrissimo, & doctissimo Cardinali Baronio contromittere voluit, vt qui multis nominibus coniunctissimi sumus, scriptis saltem libris dissidere videamur; sed non obtinebit, quod cupit; calumniatum enim nubeculæ euanescent, & me id ipsum, quod Baronius scripsit, scripsisse luce clarius apparebit.

16 In opusculo meo de Sanctis *lib. 1. cap. 8.* distinguitur duplex canonizatio particularis, & vniuersalis: Particularis dicitur, qua Sanctus aliquis, siue martyr, siue confessor colendus proponitur vni particulari Ecclesiæ: Vniuersalis, qua toti Ecclesiæ colendus proponitur ita vt nemini christiano liceat de eius hominis sanctitate, & beatitudine dubitare, ac particularis quidem canonizatio antiquis temporibus Episcoporum particularium iudicio commissa erat, vt in eodem loco à me probatur testimonijs S. Cypriani, & Thomæ Valdensis; & hoc ipsum docent Optatus, & S. Augustinus, quos Cardinalis Baronius citat. Itaque non scripsi, neque sensi, vt iste author videri vult, me scripsisse, vel sentisse, licuisse olim sine vllo Episcopali iudicio, vel decreto Sanctos homines publicè colere. De vniuersali autem canonizatione docui, plurimos veteres Sanctos non certa lege, sed consuetudine vniuersalis Ecclesiæ non sine expressa, vel tacita Summorum Pontificum approbatione canonizatos fuisse. Integer igitur sensus verborum meorum hic est, eos sanctos, qui colebantur in particularibus locis decreto particularium Episcoporum, cæpisse paulatim coli in Ecclesia vniuersali, non certa aliqua lege, vel decreto, sed consuetudine à Summis Pontificibus consensu tacito approbata.

Quod quidem verissimùm esse non dubito, nec omninò video quid contradici possit. Quæro enim, quis fuerit, vt Sanctus Martinus, Sanctus Nicolaus, Sanctus Hilarius, & innumerabiles alij in vniuersali Ecclesia publicè ita colantur, vt nefas sit de eorum sanctitate dubitare? Id enim Summos Pontifices fecisse certo decreto non constat, neque Bullæ canonizationum, neque historiæ vllæ testantur. Episcopi autem particulares, neque seorsum in sedibus suis, neque in Concilijs congregati toti Ecclesiæ legem dare possunt, neque eorum iudicium certam fidem facit, nisi accedat illius confirmatio, vt Dominus ait: *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quærat igitur Author illius scripti solidum fundamentum, si ei nō placet vniuersalis Ecclesiæ consuetudo, quæ S. Augustino in eiusmodi obseruationibus pro lege semper fuit, vt videre est *in epist.* 118. 119. 120. & alibi. Quærat, in quam, solidum fundamentum super quo nitatur fides, quàm decreta, atque indubitata beatitudine habemus veterum Sanctorum, qui non leguntur à Summis Pontificibus nominatim canonizati. Quod enim author dicit in explicatione suæ conclusionis, Episcopos potuisse canonizare antequam Summi Pontifices id sibi reseruarent, nouum est, & periculosum. Vera enim, & absoluta canonizatio, quæ toti Ecclesiæ Sanctos colendos proponit, & quæ certam fidem facit, nunquam ad Episcopos particulares pertinuit; neque id sibi Summi Pontifices reseruarunt, sed ad eorum potestatem propriè pertinet, cui pertinent omnes aliæ causæ maiores, & qui contra sentit, vt certè videtur author scripti sentire, vel dubiam reddit canonizationem Sanctorum, vel Episcopos pares Summo Pontifici facit. Prohibuit quidem Alexander III. & postea Innocentius III. ne quis publicè tanquam Sanctus colatur sine consensu Sedis Apostolicæ, sed non inde colligitur ante hanc prohibitionem ius canonizandi penes omnes Episcopos fuisse, nisi fortè in sua particulari Ecclesia, vt supra diximus; sed ea canonizatio, neque absolutè canonizatio dici poterat, neque certam fidem faciebat, neque vniuersalem Ecclesiam obligabat. 17

Venio nunc ad alterum caput, quod author scripti vellicat in opusculo meo. Ex omnibus, inquit, prædictis patet responsio ad dubium propositum, videlicet circa nondum canonizatos non licere aliquem cultum solemnem, aut publicum eis exhibere, nec eorum festa publicè celebrare, nec nomina eorum in litanijs enumerare, neque in Martyrologijs describere, neque in die obitus eorum campanas pulsare, neque pingere imagines cum diademate, Vel miraculis, neque illa omnia circa illos tam amplè præstare, quam videtur concessisse D. Cardinalis Bellarminus *tom. 1. contr. lib. 1. de Sanctis cap. 1.* Hæc ille. 18

Ego verò non amplificasse, sed nimis in angustum redegisse mihi videor honorem, qui viris egregijs, nondum canonizatis debetur. Negaui enim, posse eos publicè prædicari tanquam Sanctos; negaui, posse publicè inuocari; negaui, posse in litanijs, vel diuinis officijs nominari; negaui, posse altaria, & templa in eorum memoriam erigi; negaui, posse imagines eorum cum diademate pingi, vel in templis collocari, quasi essent Sanctorum canonizatorum imagines, negaui, posse dies festos in eorum honorem celebrari; negaui deniq;, reliquias eorum publicè honorandas posse proponi. Estne aliquid, quod addi poterit? At dixisti, posse hominem non canonizatum appellari Sanctum. Ita est. Sed etiam S. Bernardus vocauit Sanctum Malachiam statim à morte, & vitam eius, vt verè Sancti descripsit. Sanctus quoque Thomas sanctum appellauit Bonauenturam adhuc in carne mortali viuentem. Sancta Catharina Senensis in epistolis suis Sanctam per- 19

petuò vocat Agnetem Politianam, recenter mortuam, & alia id genus exempla sine numero afferri possent. Et quid facio mali, si quem Sanctum esse piè credo, Sanctum etiam nominem? At dixisti, posse priuatim coli, & inuocari eos, qui cum sanctitatis opinione decedunt. Neque id nego, quia nullus negat, id iure fieri. Dixisti, posse priuatim alumnos alicuius sancti viri nondum canonizati in eius anniuersario die lætari peculiariter, & Deo agere gratias. Dixisti, posse imaginem viri nondum canonizati pingi, & in priuato cubiculo retineri, & honorari. Dixi omnino, & quod dixi, posse fieri, facio, nisi forte honorem picturæ magis mereantur viri clari litteris, aut prælijs, quàm religione, & pietate conspicui. Dixisti, reliquias hominum mortuorum, nondum Canonizatorum, posse priuatim haberi, & coli. Ita est, & qui negat id, valdè imperitum se ostendit historiarum, quibus vitæ Sanctorum continentur. Nam, non solùm mortuorum, sed etiam viuentium, qui cum opinione Sanctitatis inter homines versantur, fragmenta vestium, sudariorum, singulorum reliquias ciborum, capillorum, aquam lotionis manuum, & similia piè rapi solita, testantur historiæ de vita S. Bernardi, S. Francisci, & aliorum. Cœpit autem hæc consuetudo Apostolorum tempore. Deferebantur enim semicinctia, & sudaria à corpore Pauli super ægrotos, vt scribit S. Lucas *Act.* 19. & inde per vniuersam Ecclesiam hoc pietatis genus propagatum esse. Neque Concilium Lateranense prohibet priuatum reliquiarum nouarum cultum, sed publicum tantùm, vt ipsa verba per se fidem faciunt.

20 Illud autem fateor, me sine stomaco legere non potuisse, quod in extremo scripto auctor dicit, eos nunc honorari, qui, non solùm Canonizati non sunt, sed quos vix, dum viuerent aliqua excellentis vitæ fama commendabat. Hinc enim iam non ego solus pungor, sed punguntur ipsi viri præstantissimi, quorum vitæ plenæ virtutibus, atque hæroicis operibus scriptæ extant. Et certè neque pium est, neque tutum cum sanctis viris, quantumuis nondum canonizatis, bellum gerere, multò minus decet ijs detrahere, qui de christiana religione optimè meriti in Domino requiescunt, & cum ipso Domino, vt piè credimus, feliciter regnant. Quod si auctor scripti Ignatium Loyolam, vel solum, vel potissimum notare voluit, vt multi non sine causa suspicantur, sciat se iniuriam fecisse multis pijs, & religiosis viris, qui cum Ignatio, dum viueret, familiariter versati, & deinde legitimè examinati deposuerunt, Ignatium fide, spe, charitate, patientia, continentia, humilitate, orationis studio, alijsque christianis virtutibus ita enituisse, vt perfectionis exemplar meritò haberetur, qui certè falsi testimonij, & violati iuris iurandi rei essent, si Ignatium dum viueret, nulla excellentis vitæ fama commendassent. Iniuriam quoque fecisse Sacræ Congregationi Illustrissimorum Cardinalium, qui ritibus Ecclesiasticis præsunt, quæ Congregatio non censuisset, vt censuit, posse dari ab Apostolica Sede litteras compulsorias ad Episcopos pro informatione capienda de Ignatij vita & miraculis, si hunc virum nulla excellentia vitæ fama commendasset. Adde etiam iniuriam fecisse duobus Summis Pontificibus Paulo III. & Marcello II. quibus Ignatius summa veneratione, & vir Sanctus, & perfectus semper fuit, qui Summi, prudentissimique Pontifices nunquam in tanta opinione sanctitatis habuissent hominem, quem nulla excellentis vitæ fama commendasset. Addo iniuriam illam fecisse Deo, qui Ignatium mirabili vocatione à sæculari militia abstractum in ducem, & fundatorem Ordinis Religiosi ab Apostolica Sede confirmati dum viueret, elegit, & post mortem multis nobilitauit miraculis, ijsque Episcoporum iudicio examinatis & probatis. Deus enim, qui nec fallere, nec falli potest, nunquam testimonium excellentis vitæ per miracula daret illi homini, quem nulla excellentis vitæ fama commendasset.

21 Vtrum autem interrogati possint de fide, qui mortuos, nondum canonizatos plus iusto venerati videntur, non est meum diiudicare. Meum tamen erit monere, vt videant ad quos hoc iudicium pertinet, an sit interrogandus de fide, qui sine vlla distinctione absolutè affirmat, Episcopis olim licuisse Sanctos canonizare, quod communis Doctorum sententia habet, proprium esse Summi Pontificis, vt neque Collegio Cardinalium, neque Concilio generali tribui possit. Atque hæc sufficiant in præsenti. Non enim totum scriptum discutiendum suscepi sed ea tantùm, quæ ad me quodammodo pertinebant. Hactenus Bellarminus.

Cœterùm quod ad dubium propositum attinet, obseruanda sunt modò decreta Vrbani VIII. quæ passim à nobis explicantur. 22

CONSVLTATIO XXXIX.

An possit celebrari festum de aliquo Sancto veteris Testamenti, vtpotè de S. Elia, in Ecclesia latina, prout moris est apud Græcos?

An occasione dicti festi S. Eliæ concedi possit, & debeat Indulgentia à Summo Pontifice Ecclesiæ, vel altari, in quibus celebratur festum dicti Sancti veteris Testamenti?

AD 1. Negant Augustinus *Triumph. de potest. Eccles. q. 17. cap. 2.* & Turrecrem. *in cap. 1. n. 15. de consecr. d. 3.* Nituntur his rationibus. 1

Primò, quia non indicitur festum, nisi Sanctis Canonizatis à Pontifice. Summus autem Pontifex non potest Sanctos veteris Testamenti canonizare. Nam qui à Deo, tanquam superiore est canonizatus, & approbatus, non eget ab hominibus approbari, seu canonizari. Plures autem, qui ante Incarnationem Christi vixerunt, fuerunt in pluribus Scripturæ locis à Christo approbati. 2

Secundò, quia causa semper præcedit effectum suum. Sed causa, & fundamentum omnium Sanctorum est Christus, Nullus ergo debet canonizari, qui fuerit ante Christi natiuitatem, atque adeo neque festo aliquo celebrari. 3

Tertiò, quia canonizatio Sanctorum requirit plenitudinem gratiæ. Sancti autem Patres veteris Testamenti non fuerunt in tempore plenitudinis gratiæ, ac proinde non possunt eorum festiuitates fieri. 4

Quartò, quia claritas diuinæ visionis eis fuit clausa nondum soluto pretio humanæ naturæ per mortem Christi, hoc est nondum erat propalata Sanctorum via. Videndus Viguer. *instit. Theolog. cap. 10. de virt. fid. §. 3. n. 14. in fine.* 5

At nihilominus affirmandum videtur. Primò, quia publicè coluntur Sancti septem fratres Machabæi cum matre, de quibus *2. Machab. cap. 7.* & eorum festum celebratur Kal. Augusti. Item S. Hieremias, S. Daniel, & Elias Prophetæ, alijque in Martyrologio Romano descripti, quibus sunt ædificatæ Ecclesiæ, ac monasteria, & festum S. Ioannis Baptistæ, & SS. Innocentum, vt *in d. c. 1. de consecr. dist. 3.* & S. Annæ matris Beatissimæ Virginis Mariæ, & S. Iosephi eius viri. Et Venetijs coluntur SS. Iob, Hieremias, Simeon, Moyses, & Zacharias prophetæ. Et confirmatur ex inuocatione dictorum Sanctorum, quæ fit in commendatione animæ morientium, & ex Cantico Ambrosij, ibi: *Te Prophetarum laudabilis numerus*, ibi: *Omnes Sancti Patriarchæ, & Prophetæ*, ac ex ipso Martyrologio Romano, in quo descripti sunt. Quos igitur Ecclesia publicè veneratur, vel populo proponit imitandos, poterit Summus Pontifex festiuitate honorare. 6

Secundò probatur ex Ecclesiast. *c. 44. laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua.* Quo in loco Ecclesiasticus plures Sanctos veteris Testamenti canonizauit. Vnde Bellarm. *tom. 2. lib. 1. de Sanct. beatitud. c. 7. §. his ergo*, inquit, *Vtile esse Sanctos canonizari*, his argumentis demonstrari potest. Primò, quia Deus ipse voluit à Sanctis Scriptoribus annotari in particulari gloriosam vitam, & mortem eorum, qui tempore ipsorum floruerunt, vt patet de Ecclesiastico, 7

co, qui *cap.* 44. & sequentibus canonizauit plurimos Sanctos, vt Henoch, Noè, Abraham, Isaac, Iacob, Moysem, Aaronem, Phinees, Iosue, Chaleb, Samuelem, Dauidem, Eliam, & Eliseum. Quod etiam tenet Contilor. *de canon. Sanct. cap.* 3. & Gaspar Zanch. *ad d. cap.* 44. *Ecclesiast. ver.* 2. §. *Triplex hac gloria*, loquens de commendatione hac Sanctorum veteris Testamenti, his verbis: *Hac fuit prima martyrum, Sanctorumque canonizatio, quam deinde sequuta est particularis illa & solemnis, qua de more fit à Pontificibus. Ipseque Christus veteres illos Patres Sanctos appellauit, & nobis proposuit imitandos. Ergo possunt festo celebrari.*

8 Tertiò, quia si in Sanctis veteris Testamenti concurrat Sanctitas vitæ, vnà cum miraculis, ratio suadet, vt ipsi sicut Sancti noui Testamenti sint honorandi, *cap. translato, de constit.*

9 Non obstant initio deducta. Quia licèt Summi Pontifices non canonizauerint aliquem ex Sanctis veteris Testamenti, nihilominus mandarunt cultum exhiberi in Ecclesia vniuersali, vt de S. Anna, cuius diem festum indixit Gregorius XIII. *const.* 87. de S. Iosepho, *in const.* Gregorij XIV. de Visitatione B. Mariæ Virginis, cuius festum Bonifacius IX. instituit, & de ipso S. Elia pro tota Religione Carmelitana in latina Ecclesia festum indixere cum Officio, & Missa propria sub die 20. Iulij Summi Pontifices Gregorius XIII. Sixtus V. Clemens VIII. & Paulus V. ac S. Rituum Congregatio apud Lozanam *consult.* 3. *n.* 7. 13. & 86.

10 Ad 2. consequenter ad dicta respondendum censeo affirmatiuè. Ratio autem est, quia per huiusmodi Indulgentias coluntur Sancti, vel Beati cultu publico, & instituto authoritate publica Summi Pontificis, ac nomine Ecclesiæ, vt notat Bellarm. *tom.* 2. *contr. lib.* 1. *de Sanct. beatit. cap.* 10. Sanch. *in decal. lib.* 2. *cap.* 43. *sub n.* 3. Baldel. *tom.* 2. *disp.* 12. *sub n.* 1. infereos propterea *n.* 5. quòd Sedes Apostolica in honorem Sanctorum, seu in Sanctitate comprobatorum statuere, ac decernere consueuit, nedum quòd in eorum honorem Ecclesiæ & altaria, in quibus sacrificia Deo offeruntur, & officium celebratur, ædificentur, & consecrentur, sed etiam quod omnes merè pœnitentes, atque confessi, qui tali die accesserint ad visitandum eorum Ecclesiam, certas Indulgentias consequantur. Additque *num.* 17. hæc esse signa, & argumenta cultus publici præcepti, aut permissi solis Sanctis Canonizatis, aut ab Apostolica Sede in Sanctitate comprobatis. Id ipsum asserit Palaus *tom.* 4. *tr.* 24. *disput. vnic. pun.* 7. *num.* 8. inquiens causam, seu finem, quo mouetur Summus Pontifex ad Indulgentiarum concessionem præcipuè desumi ex promotione honoris, & cultus Dei, ac Sanctorum. Quod declarauit Bonifacius VIII. *in Extrau. Antiquorum, de pœnit. & remis.* & notat ibi Glos. *vers. Confitebuntur ante med. vers. peregrinatio*, & tradit Cardin. de Lugo *de pœnit. disp.* 27. *sect.* 8. *n.* 130. ac Bolognin. *de Indulgent. sub n.* 10. *tract. tom.* 14. *fol.* 142. inquiens, Indulgentiam concedi, vt magis honoretur Deus in Sanctis suis, & sic in commemorationem virtutum, ac meritorum ipsorum, vtque fideles imitari non pigeat, quos celebrare delectat.

11 Cæterùm, Cæsarius Heisterburiensis *in dialogo miraculorum dist.* 8. *cap.* 48. *tom.* 2. *Biblioth. Cisterc.* testis est, modicam, vel nullam Patriarcharum, Prophetarumque Testamenti veteris memoriam apud Latinos celebrari, apud Græcos verò solemnem. Quod Nicolaus Serarius *litaneut.* 2. *q.* 18. confirmat, & illius consuetudinis rationem affert his verbis: *Inuocantur quidem, vti dictum, à Christianis, qui è prisco fœdere sunt, Sancti, minus tamen frequenter nominatim, prout eorum etiam festi dies in Latina, & occidentali Ecclesia vix vnquam aguntur, quemadmodum notat Cæsarius.* Et infra: *Causa verò ea videtur, quòd christiana libentius in Christo iam nato, & passo, & resurgente, & in Cœlos ascendente Patres, ac filios amplectatur Ecclesia.* Hi enim nobis quodammodo, quàm illi, qui in venturum Dominum credebant olim coniunctiores. Horum nobis & fides, & imitatio sine vlla veteris legis vmbra; magis conspicua, vtilis, ac iucunda, dum in ijs, & per eos Christum Dominum, sanctissimaque ipsius merita, & beneuolentiam illustriùs intuemur, ac depredicamus.

12 Theophylus quoque Raynaudus in opere, quod Heteroclita spiritualia, & Anomala pietatis inscribit *sect.* 3. *pun.* 3. in vtramque partem propositis rationibus rem latissimè differit, & cum Cæsario, & Serario consentit. *In Ecclesia Catholica*, inquit ille, *Sanctorum Patriarcharum, & Prophetarum veteris Testamenti memoria nullo festiuo cultu celebratur, non recitatione Officij, non exhibitione Sacrorum Deo in eorum honorem, non vllo ex ijs indicijs, quibus cælitum vindicatorum memoria solet esse veneranda. Tantùm de Machabeis commemoratio nonnulla fit* Augusti. *Et n.* 15. Posset Ecclesia, id est Summus eius Rector, si ita videretur, quos honores Machabeis haberi voluit, eosdem decernere. Addit verò Raynaudus: *Sapienter nihilominus Ecclesia maluit Sanctos Christo anteriores, quamuis eximios, communiter loquendo missos facere quoad celebritates festiuas, & diuina officia.*

13 Quæ cum ita sint, in latina, & occidentali Ecclesia, in qua mos ille generatim inualuit, non agitandi festos dies Eliæ, aliorumque Sanctorum veteris Testamenti, rationi congruum videtur, vt non aliter Indulgentia concedatur in eorum festis, nisi vt in natalitijs Beatorum conceditur interdum, suppressis eorum nominibus, & pro die, in quo eorundem memoria celebratur. Nostrarum enim partium est, non ritus nouos in Ecclesiam inducere, sed ad receptos piè frequentandos Indulgentijs, tanquam præmio quodam proposito inuitare fideles.

14 Atque hinc ego esse puto, quòd in Canone Missæ non exprimantur nomina Patriarcharum, vel Prophetarum; quia licèt Patriarchæ, & Prophetæ in Christum crediderint, eundemque spiritualiter manducauerint, alium tamen offerendi ritum habuerunt, qui Christum in carne venturum prænunciaret, quem passione, ac morte sua genus humanum redemisse, Apostoli, & Martyres verbis, & oblatione noui Sacrificij prædicarunt.

15 Hìc minimè prætermittendum puto id, quod notat Raynaudus loco citato *n.* 11. Sanctos Innocentes, Ioannem Baptistam, Ioachimum, Annam, aliosque Christo præmortuos, qui nexum aliquem habuere cum Christo, non ad vetus Testamentum pertinere, sed ad nouum. Quibus iure, & meritò adijciam S. Simeonem, quem, Christo iam nato, defunctum esse, & Christi aduentum adnunciasse, eaque de causa sine honore à Sacerdotibus sepultum fuisse, author est Baronius *in Annalib. anno* 1. *n.* 40. De his proinde non quærimus, sed de Sanctis veteris Testamenti, an illorum dies festos agat Ecclesia latina, & nominatim Eliæ. Beletus, & Durandus apud Raynaudum *n.* 1. referunt, Græcos, & Venetos illis festa, & Templa constituisse. Carmelitas autem Eliseum, & Eliam officio, & festo colere, palam est. Sed Græci ad Orientalem pertinent Ecclesiam, non ad latinam, & occidentalem, & Carmelitas Gregorius XIII. ait in Bulla *Vt Breuiarij*, edita anno 1584. à multis sæculis Breuiario vti iuxta consuetudinem Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ac proinde Orientalium morem imitantur. Quare speciale nonnullis est Eliæ festum, vt Beatorum festa esse solent, at in communi latinorum vsu, & occidentalis Ecclesiæ more non est.



CONSVLTATIO XL.

An homines, abscisso capite, moueri possint absque miraculo ad magnam distantiam, vt legitur de capite S. Pauli, & S. Dionysij, ac aliorum?

1 Affirmatiuè respondeodum videtur. Nam ex seotentia Cleantis, ac Chrysippi, quos citat D. Gregorius Nyssenus *lib. 2. de anim.* omnis anima, etiam rationalis, est diuisibilis, & composita ex partibus correspondeotibus partibus materiæ. In quam sententiam videtur etiam inclinare Iandunus, Pomponatius, & quidam alij, relati à Sixto Seoensi *lib. 1. biblioth. annot.* 8. docentes secundùm rationem naturalem omnes animas, etiam rationalem, esse diuisibiles, de rationali verò sola fide teneri, quod sit indiuisibilis. Primò, quia constat experieotia, quòd non solùm in brutis, sed etiam in homine cùm vna pars abscinditur, aliquandiù se mouet & pars abscissa & reliquum corpus. Sed non posset vtraque se mouere, oisi vtraque esset viuens, & aoimata; forma verò indiuisibilis ooo potest saltem naturalitet informare partes separatas materiæ. Ergo diuersa pars animæ ratiooalis informat vtranqoe partem.

2 Item forma ioformans materiam dioisibilem, & exteosam, debet proportionari materiæ iodiuisibilitate, & in extensione, vt coostat ioductione in omnibus formis. Sed omnis anima, etiam rationalis, est forma informans materiam diuisibilem, & extensam.

3 Rursus si aliqua anima esset indiuisibilis, cùm quædam partes corporis moueotur motibus contrarijs, exempli gratia vna manus sursum, alia deorsum, etiam anima secundùm idem moueretur simul motibus contrarijs sursum ac deorsum, eùm abscinditur ab homine brachiom, deberet anima recedere à loco brachij, ac se contrahere ad reliquum corpus. Quæ videntur esse absurda, & inexplicabilia.

4 Confirmatur ex Aristotele *lib. 3. de partib. animal. c. 7.* vbi docet, posse animal, truncato capite, aliquantulum moueri. Ex quo textu intulit Pomponatius *lib. 10. de nutriente & nutrito*, omnem animam esse diuisibilem. Exempla ac historias de insectis, ac sanguinecarentibus, aut imperfectis aoimalibus, ac etiam de perfectis, quæ, præciso capite, viuunt, refert Gaspar à Reies *in Elys. iucund. quæst. q.* 31.

5 At nihilominus tenendom omnino est, quòd, si aliquando contingat hoioinem, abscissa aliqua parte, moueri secundùm vtramque partem abscissam, talis motus oritur ab impetu, quem homo dolore stimulatus tempore abscissionis imprimit neruis, & vtrique parti, qui impetus, saltem specie aliquaod iùdutans, potest causare motus similes ijs, quibus ab anima moueotur partes viuentes. Quod si contingat aliquando, vt longo tempore vtraque pars moueretur, quemadmodum narratur de S. Paulo, S. Dionysio, S. Proclo, de S. Quiteria, de S. Victore, ac de alijs, id accidit, Deo miraculosè disponente, vt tales partes moueteotur vel ab Angelis, vel ab ipsa aoima iam sepatata, sed extrinsecùs assistente vtrique parti, atque illas mouente.

6 Certum enim est ex commuoi seotentia Sanctorum Patrum, Theologorum, ac Philosophorum eum Aristotele, & ex principijs fidei, animam rationalem esse indiuisibilem. Primò, quia si anima rationalis esset diuisibilis, esset mortalis, ac materialis, atque à materia dependens: Sed est immortalis ac spiritualis, & independens à materia, vt docent omoes Catholici, & deffiniuit Concilium Lateranense sub Leone X. Atque adeo est indiuisibilis. Alioqoin cùm homini abscinditur digitus, illa pars animæ, quæ erat in digito corrumperetur, & periret. Neque enim posset remanere extra subiectum, & materiam, cùm sit absurdum, quòd vna pars eiusdem animæ sit in materia, alia sit extra materiam. Neque potest transire ad informandam aliam partem corporis, cùm pariter sit absurdum, quòd in eadem parte materiæ sint simul penetratiuè plures partes animæ, eo pacto, quo esset absurdum, quòd in eadem parte materiæ essent simul plures partes formæ ignis.

Secundò; quoniam anima libera debet carere parti- 7
bus. Anima autem rationalis est libera, ac proinde caret partibus. Etenim si anima libera constat ex partibus, vel singulæ partes sunt liberæ, vel non. Si singulæ partes suot liberæ, possunt se determinare ad oppositas electiones ita, vt vna pars eligat peccatum, alia pars negationem peccati, & victoriam tentationis. Atque adeo vna mereatur infernom, alia cœlum, eo pacto, quo si io aliquo Senatu plures sint Senatores liberi, possunt abire in voluotates oppositas. Nequæ dicas, quòd propter quandam sympathiam omoes partes animæ debent se determinare simul ad eandeio electionem. Hæc enim sympathia, per quam plura libera debent se determinare ad eandem electionem, quin vnum præcognoscat electionem alterius, est impossibilis. Et hinc etiam reijcitur à Sanctis Patribus, ac Theologis, & Philosophis pluralitas Deorum, qui propter sympathiam non possent esse discordes. Si non singulæ partes sunt liberæ, sed libertas est primò in tota collectione, contra est: Quia non potest esse liberum totum, cuius nulla pars sit libera, eo pacto, quo non potest esse liber Senatus, si nullus Senator sit liber: Quia collectio denominatur libera à libertate partium. Demum si dicatur, quòd vna tantùm pars animæ sit libera ac domina electiouis, infertur, ergo est indiuisibilis, alioquin rediret argumentum. Sed illa sola, quæ est libera, est intellectiua, ac rationalis, cùm ad rationalitatem, & intellectualitatem necessariò sequatur, libertas. Ergo anima rationalis est indiuisibilis. Neque dicatur, argumentum comprobare solùm, quòd voluntas, quæ est poteotia libera, sit indiuisibilis, non autem anima, & quòd idcirco omnes partes animæ debent se determinare ad eandem electionem, quia debent se determinare per eandem indiuisibilem voluntatem, seu poteotiam liberam. Nam si voluntas est potentia indiuisibilis, à fortiori, anima est indiuisibilis, cùm potentia accidentalis non possit excedere perfectionem suæ formæ substantialis.

Tertiò, quia ex modo operandi cuiuscunque formæ, 8
cognoscitur modus essendi eiusdem, cùm propriæ operationes ostendant qualis sit forma, à qua procedunt, eo pacto, quo opera artificialia ostendunt, qualis sit ars artificis. Sed anima rationalis per operationes intentionales intelligendi, atque appetendi, tota est in toto obiecto cognito, & tota in qualibet parte ipsius. Exempli gratia; cùm intelligimus aliquid palmare, sumus intentionaliter per animam toti in toto palmo, & toti in qualibet parte palmi, nec per vnam partem intellectionis attingimus alteram partem palmi. Igitur anima intellectiua ita est in corpore, vt tota sit in toto corpore, tota in corporis medietate. Atque adeo oon est diuisibilis, & extensa, sicut corpus.

Confirmatur, quia proportionaliter ad modum, quo 9
forma intellectiua coniungitur intentionaliter obiecto intellecto, coniungitur physicè subiecto formato. At coniungitur obiecto intellecto sine diuisione sui. Ergo etiam coniungitur subiecto formato sine diuisione sui. Suas alias rationes adducit Gaspar à Reyes *cit. loc. n. 6.* quas apud ipsum vide.

Ad primum, & ad confirmationem primæ Sententiæ, 10
siuè potius erroris, responsum est ex dictis supra §. *At nihilominus*. Ad secundum, forma debet proportionari materiæ, tanquam actus potentiæ, & tanquam perfectio suo perfectibili. Vt autem actus proportionatur potentiæ, non debet habere imperfectionem potentiæ, sed potius oppositam perfectionem. In casu nostro materia, vtpote diuisibilis, & coostans ex pluribus partibus secundùm se præcisè non habet sufficientem vnitatem. Atque adeo indiget forma, & acto, qui partes contineat, & det illis voitatem. Sed forma eò magis est proportionata ad dandam voitatem pluribus partibus materiæ, quò magis est vna. Ergo forma maximè vna, & indiuisibilis, est maximè proportionata ad actuandam materiam diuisibilem, & ad eius partes contiouaodas, dando illis vnitatem. Ergo tantum abest, quòd forma ad hoc, vt sit proportionata materiæ debeat esse diuisibilis, sicut

ficut materia; vt potiùs debeat habere oppositam indiuisibilitatem. Ergo anima rationalis propter suam indiuisibilitatem est aptissima formarum ad materiam formandam, continendo eius partes & redigendo ad vnitatem. Sicut etiam propter suam spiritualitatem est maximè apta ad materiam perficiendam, quia materia non indiget forma, à qua accipiat imperfectionem materialitatis, qua ex se abundat, sed à qua accipiat perfectionem actualitatis, qua maximè abundat forma spiritualis. Inductio non est ad rem. Nam cæteræ formæ, quia sunt diuisibiles, minus actuant materiam, & minus perfectè dant vnitatem eius partibus. Ergo, vt aliquæ formæ possint perfectè actuate, & continere, debent esse indiuisibiles.

11 Ad tertium, explicant Philosophi quo pacto anima rationalis non tam moueatur motibus contrarijs, quàm vniatur constitutiuè diuersis partibus corporis, quæ recipiunt motus contrarios. Rursus cùm ab homine brachium abscinditur, anima solùm desinit informare brachium abscissum, & non retrocedit per vllum motum ad reliquum corpus eo pacto, quo cùm anima cogitat de aliquo obiecto, vnitur intentionaliter illi obiecto: cùm verò desinit cogitare de obiecto, pure amittit vnionem intentionalem cum obiecto, non recipiendo vllum alium motum, quo ab obiecto redeat ad seipsam. Ergo etiam quoad hoc per modum operandi innotescit modus essendi.

12 Quid autem sentiendum sit de anima brutorum alij disputant, nominatim Scot. *in 4. dist. 44. q. 1. ar. 1.* Durandus, & Ægydius *in 2. dist. 8. q. 3.* Albertus Magnus *lib. 1. de anim. c. vlt. & lib. 2. c. 7.* Alensis *2. de anim. c. 10.* S. Bonauentura *in 1. dist. 8.* S. Thomas *1. p. q. 76. ar. 8. & 2. contra Gent. c. 72.* Caiet. Ferrar. & plerique Thomistæ, Conimbricenses, & Suarez *lib. 1. de anim. c. 13.* ac S. Augustinus integro *libro de quantit. animæ*, quem ij, ac alij sequuti sunt, quos adi, ac interim lege hoc Epigramma; cuius argumentum: Diuus Dionysius Areopagita, ceruice obtruncata, suum ipse caput manibus gestat.

Altiloquus vultu intrepido dat colla securi
Præsul, & immerita cæde cruore natat.
Dissectum caput ipse suum, mirabile dictu!
Arripit, illustri & pignore carpit iter.
At, nequijt tantus fœdari puluere vertex,
Id cauet, inuita morte, decora manus.
Atque triumphali caput insuperabile pompa,
Nec potuit curru nobiliore vehi.

CONSVLTATIO XLI.

An liquor instar olei, vel huiusmodi è corporibus eorum, qui obierunt cum fama Sanctitatis, sit miraculo adscribendus?

1 NEgatiuè respondendum videtur. Nam potest id euenire ex eliquatione carnis, siue cadaueris. Vnde dum potest talis liquor adscribi causæ naturali, non est recurrendum ad supernaturalem miraculi ex traditis de corpore humano à multis citra annis sepulto, repertoque incorrupto à Gaspare à Reyes Franco *in Elysio iucundar. quæst. q. 34.*

2 At nihilominus censeo, quòd, constito de prædicto liquore, præsertim odorifero, sit miraculo adscribendum. Certum enim est, hoc euenite supra ordinem naturæ, tanquam alienum à corporibus mortuis, quæ putrefiunt, & in cinerem soluuntur, & humiditate consumpta, & carne omnino corrupta, & reddita in cinerem, ossa arrida & sicca remanent, ex quibus naturaliter nullus humor, nec liquor generari, nec prodite valet. Quod cùm totum contrarium compertum fuerit, & huiusmodi liquorem conseruatum, quin & è dictis corporibus manentem, necessariò fatendum est, esse opus supernaturale, & in facti substantia omnes naturæ vires excedere, & sic miraculum primi Ordinis esse ex D. Thoma 1. 2. q. 105. *ar. 8. in corp.* quemadmodum illud fassi sunt, esse miraculum primi gradus Auditores S. Rotæ *in relat. 1. ar. 4. de miracul.* D. Theresiæ *mirac. 3.* post mortem.

3 Vnde meritò huiusmodi liquor, tanquam excedens naturæ creatæ vires in subiecto, in quo sit, insigni miraculo adscribendus est, cùm naturaliter cadauera omnia corrumpantur, & putrescant, putredinisque plures modi, seu gradus adsint, secundùm quos alia cadauera, in quibus calor multus porulentus, & humidum viget, in vermes, & alia insecta abeunt. Alia secundùm humidiores præcipuè partes in tabem conuertuntur. Alia situm contrahunt. Alia, in quibus carnes, ac viscera omnia diffluunt; omnia enim putrescere in maiori, aut minori gradu certum est, etsi aliqua diutinè, & quasi incorrupta seruari videantur; non sufficere tamen hoc ad miraculi prubationem; quia & ipsa exiccatio, putredo quædam est, vt testatur Zacchias *quæst. medicoleg. lib. 4. tit. 1. q. 10. sub n. 30.* innixus authoritati Aristotelis *4. Meteor. c. 2. tex. 5.* necesse est, quòd, si corpus mortuum non putrescat, cùm id præter naturam sit, peculiari aliqua ratione, vel medica arte, vel aliqua potissimùm causa id contingat.

Præsertim si corpus aliquod inuentum fuerit adhuc molle, partim imbuto liquore, ex eo in magna quantitate manante, puro, ac perspicuo, absque graueolentia, indubiè insigni miraculo adscribendum est, cùm huiusmodi liquores ex cadauere manantes incerta copia, statisque temporibus, nihil in se naturale habeant, vt idem Paul. Zacch. superius allegatus pluribus comprobat *d. n. 38.* 4

Neque est nouum, ac insolens, Deum in corporibus suorum Seruorum hoc miraculum sæpius operatum fuisse, sicuti legitur apud Marcum Antonium Marsilium Columnam de vita & gestis S. Matthæi, quòd è corpore istius Apostoli, quod Salerni asseruatur, huiusmodi liquor emanauerit aliquot centenis annis, & diuinitus edidit miracula sanè multa, sed ex arcano Dei iudicio sensim inaruit, cessauitque. 5

Hinc superuacaneum censeo scrupulosius inquirere, quomodo sensibiles materiæ è corporibus Sanctorum iam pridem vita functorum profluere possint. Cùm enim mouisset hoc dubium Io. Baptista Signius *tr. de reliq. cap. 6.* Sit, ad illud respondit. *Sicut aqua fontium in terræ visceribus, progignitur ex aere in aquam transmutato, ita posse ex aere diuina vi scaturire oleum è puluere, aut ossibus.* Hoc non profetur ab illo Authore, nisi ad manuductionem aliquam miraculi diuinitus in his Sacris exuuijs edicti, Nam siquis existimaret eodem modo ex sacris pignoribus promanare liquores, quo aquæ è radicibus montium naturaliter stillat, certè ille grauiter, ac fœdè hallucinaretur. Est enim patentissimum discrimen. Siquidem aquæ ad radicem montis iugiter erumpunt, quia vasti specus abditi aerem inibi contentum spissant, & in aquam commutant, vt Aristoteles est philosophatus *1. meteor.* vel vt alij malunt, estque verisimilius, cùm aqua est abundans, nec iam fonti modico, sed fluuio amplo sufficiens è mari per internas terræ visceribus tubas illuc partim attrahitur ac exugitur, partim propellitur. Et accedunt etiam accessiones à pluuijs, terram inebriantibus. At in exuijs Sanctorum nulla talis origo liquoris, de quo agimus, fingi potest, vt bene prosequitur Fortunius Licetus *poster. par. respons. ad quæsit. per epistol. cap. 44.* 6

Dimisso igitur illo naturali exemplo aquarum ad montis radices stillantium, ad quod aliquis minus cautus posset impingere, aliò in hac re est recurrendum. Itaque commodiùs Damascenus *lib. 4. de fid. cap. 16.* quod de aqua è silice educta attactu Virgæ Moysi, & de mandibula cadaueris asinini ad leuandam Sansonis sitim scriptum est, transfert ad hoc negotium. Quemadmodum igitur vnde extiterit ea aqua ex asini mandibula superuacuum est quærere, cùm facile fuerit Deo, siue per creationem, siue per eductionem è præiacente materia eam aquam producere de nouo; ita superuacuum est quærere quomodo Deus, cuius vnius id est opus, materias medicas sensibiles è Sanctorum clausis sepulchro corporibus, educat, cui facile est efficere, vt petra det riuos olei, & quodlibet ex quolibet enascatur. 7

Accedentibus etiam alijs circumstantijs, nimirum si liquor est clarus, pulcher, gratus, suaue, olens, potabilis, incorruptus, ac iudicio medicorum aliorumque miraculosus, vt ponderatum fuit *in relat. S. Thomæ de Villanoua* post Contilorum. Et Baronius quoque sub *anno 888. n. 1.* ad probationem similis miraculi præcipuè considerat hanc circumstantiam, vt alibi diximus. Ac insuper si liquor

iste adhibitus in infirmitatibus, illico eas sanauit.

9 Etenim, etsi miracula duas illas conditiones habere debeant, vt scilicet toto effectu, siue modo sint vsu rara, & viribus omnibus creatis maiora, atque adeo vt fiant præter ordinem totius naturæ creatæ; & hæc vniuersa diuidantur in ea, quæ sunt ab omni parte maiora, & sublimiora virtute quauis creata, vel quæ prodire quidem ab ipsa natura possunt, sed amissa cùm fuerint, non possunt ab illa restitui, vel quæ denium aliter fiunt, ac fieri naturæ vi, ac potestate consueuerunt; alijs tamen, vt doctissimo Maldero *de fid. q. 2. ar. 5. d. 4. sect. 3.* miracula libuit quadrifariam partiri, vt nimirum quartam classem eorum constituant effecta quædam, in quibus neque res ipsa, neque modus vim & potestatem naturæ, aut dæmonis superant, sed ex adiunctis, aut ex circumstantijs, quas vocant, liquet, ea Numini duntaxat adscribi debere. Descendunt videlicet flammæ de Cœlo ad imperium Eliæ. Potuissent eas immittere mali Genij; sed minimè tamen in ea occasione, quia probari debuit, & reddi comperta Dei maiestas, & vera eius diuinitas. Quia incumbit diuinæ prouidentiæ, dum res tam grauis, & tam pertinens agitur, prohibere, ne populo vtique illudatur.

10 Eiusmodi est aqua illa medica, quæ stillabat è templo S. Michaelis, vt est apud Surium 29. Septembris. Item aqua medica fontis apud Nicopolim, de qua Sozomenus *lib. 2. cap. 1.* causam sanationum inde prouenientium referens in ablutos inibi Christi Domini, & discipulorum eius pedes. Sic è sepulchro S. Laurentij Nouariensis, ac Sanctorum puerorum martyrum ab eo educatorum medicus liquor aqueus manabat, de quo est antiquum epigramma sepulchro marmoreo inscriptum. Ex S. Fælicis Nolani Episcopi tumulo, latex prodijt ad oculorum curationem percommodus, vt scribit Ambrosius Nolan. *lib. 2. de Nol. c. 11.* E' S. Narni capite, quod Bergomi in S. Alexandri sacra æde asseruatur, scaturit perlucida aqua curandis varijs ægritudinibus opportunissima. E reliquijs S. Modoaldi Episcopi Treuirensis, itemque S. Samsonis hospitis, ac S. Eligij Nouiomensis manasse humorem curandis morbis varijs vtilissimum, produnt eorum acta. Aquæ defluentes è tumulo S. Eustachij Patauinæ, quæ pota morbos depellit, meminit Scardeonius *in hist. Patau.* Fontis in S. Brunonis tumulo enati, cuius aqua ad omnes morbos depellendos valet, meminit in S. Brunonis actis Franciscus à Put. *cap. 31.* E' corpore S. Andreæ apud Amalphitanos asseruato ad omne morborum genus commodissimam aquam profluere, meminit Emanuel Imperator *in Nouel. de fer.* E' S. Barnabæ corpore apud Lacum Benacum tumulato festa S. Apostoli die vberrimam effluere aquam morbis depellendis salutarem, res est testatissima. Idem de S. Iulittæ, tumulo, aquam ægris leuandis, & sanorum incolumitati seruandæ opportunissimam fundente, scribit ex S. Basilio Marsilius Columna *sect. 1. hydrag. cap. vlt. n. 34.*

11 Adduxerim etiam medicam aquam defluentem è S. Iuonis Persæ tumulo apud Eastriam in orientali Anglia reperto, de quo sic Malmelburiensis in gestis Pontificum Anglorum *lib. 4. Ex ipsis Mansolei sinuosis anfractibus erupit vnda bullis vberrima fugacibus. Manat ad hunc diem fons dulcis potui, ac commodus omnium valetudini.* Aquam fontis perennis in carcere Mamertino varijs mederi corporum ægritudinibus, habet narratio præstans in antiqua ibidem affixa tabella, in qua etiam additur hanc vim aquæ medicam præter cæteras causas referendam esse ad Sanctorum Martyrum in eo carcere conditorum corpora. Ex sepulchro B. Catharinæ Senensis ros medicus assiduè effunditur, cuius cùm alij meminerint, tum nominatim Baron. *in actis ad 30. Aprilis.*

12 Olei è variorum Sanctorum reliquijs profluentis, & ad curationes morborum mirabiliter conducentis meminent varia Acta Sanctorum, quæ plerunque hoc oleum alio vocabulo, sed eadem sententia appellant vnguentum. S. Damascenus negat, fas esse de hoc effluxu vnguenti è Sanctorum reliquijs dubitare. Acta S. Ioannis Eleemosynarij in ipso fine, & ex eius S. Antistitis sacris lipsanis, & ex aliorum multorum Sanctorum in Cypro eam saniferam suauitatem fluere testantur. Hoc in genere notissimum est, quod de S. Nicolao habet Emanuel Imperator ea constitutione, quæ extat apud Balsamonem *tit. 7. cap. 1.* in Photij *Nomocan.* & à Theofrido *lib. 3. epitaph. Sanct. cap. 5.* egregie expenditur, ac plene ab Antonio Beatillo Barensi, & à Fortunio Liceto *ad poster. quæsit. per epist. cap. 44.* Hymnus Breuiarij Toletani breuiter rem expressit. Sic enim in eo canitur: *Cuius tumba fert oleum, matres oliuæ nesciunt. Quod Natura non protulit, Marmor sudando parturit*, quanquam is à Communi latice dissimili est natura; etenim etsi res fluida est, & cui aquæ color, aut nitor insit, attamen sapor quidam suauis hunc rorem à vulgari aqua discriminat. Diu etiam seruatur, neque vnquam putrescit, in frigore minimè conglaciat, conclusus longo temporis interuallo non olet grauiter; si verò vrceolis cera minimè obsignatis attineatur, in auras exhalat, & euanescit. Ex miraculo peti debere originem eius manifestum videtur. Si enim nudum elementum esset, ossa D. Nicolai diffluere pridem tot immersa sæculis, Myræ primum, hac deinde Barij debuissent. Similis liquor diù effluxit è corpore B. Fælicis à Cantalicio Capucini, odore suauis, colore candidus ad flauum vergens, substantia tenuis, incorruptibilis, variarum infirmitatum supra naturæ vires medicus. Quæ omnia adiuncta procul absunt ab effluxibus communium cadauerum, qui & odore graues, ac fœtidi sunt, & viscidæ ac liuentis, vel atræ sanici recrementa, quæ & candidissimum marmor fædant. Est igitur liquor supernaturali efficientia promanans. De Sancto item Geminiano Murinensi Antistite sic canitur: *Ab eius mausoleo - liquor exundat olei - Sanantur ibi languidi - A quocunque discrimine.* S. Demetrium martyrem Thessalonicensem Græci hac ex causa vocant Vnguentarium, quia fundit vnguenta omnis generis morbis perutilia. De S. Concordij sacris lipsanis Spoleti in Vmbria idem proditur.

E' sepulchro S. Tyllonis Pauli effluere oleum medicum, 13 narratur in calce vitæ eiusdem. Exasseruata ceruice iuuenis ab Amirano Saraceno pro fide cæsi fluxisse oleum flagrantissimum omnis generis morbos curans, narrat in Viridario Raderus 5. Octobris. Reperta sunt tempore Iustiniani sacra lipsana quatuor militum martyrum ad Melitonem Armeniæ. Ex illis, Procopio teste *lib. 1. de ædif. Iustin.* oleum manauit, quod perfundens arculam, qua sacræ reliquiæ continebantur Iustiniani pedes imbuit, & vestem eius purpuream perfudit. Eius olei adunctione ægrum genu Iustiniani curatum est. E' S. Euthanij Abbatis sepulchro oleum manabat, quo inuncti ægri sanitate donabantur. Quod etiam de S. Mena Elimaci in Rhytu decessore, idem Elimacus annotauit. Ad hæc in Apuliæ Vrbe Poliniana ex brachio S. Viti martyris extillant guttulæ quasi olei, eoque inuncti quotquot à canibus rabidis læduntur, dubio procul liberantur. Abellini Vrbe Campaniæ corpus est S. Hippolyti Episcopi, ex quo ad triduum quouis anno exudat humor maximè salutaris, morbisque omnibus medetur, nempe pridie festi eius, ipso die festo, ac postridie. Ex saxo, super quod Sancti pueri Iustus & Pastor securi cæsi fuerunt, manat oleum, quod medetur pluribus ægrotis. In Bauariæ monasterio Theghernstein ex loco, vbi aliquandiu exuuiæ sacræ fuerunt S. Quirini Episcopi Illyrici, statutis anni diebus oleum, seu manna solet scaturire, cui mira inest virtus ad morbos ex corporibus pellendos. In oppido Ebheshorp ditionis luneburgensis prodest languoribus quibuscunque oleum adsimile, quo iugiter madet S. Erlulphus Episcopus Verdensis & martyr à Normannis peremptus. Eychstadij Germaniæ Vrbi monasterium est Sanctimonialium S. Vualpurgæ Virginis, atque earundem olim Antistite, in cuius templi principe ara tumulus eius, quasi fons esset, quadam olei perennitate inmadescit perpetuò, & quotquot eo inunguntur si corpore fuerint, aut animo ægri, sanantur. Ex quo tempore translatum virgineum corpus eius ex communi sepulchro fuit ad primam Templi aram, cæpit hoc cælesti rore perfundi. De membris eius virgineis, inquit Philippus Episcopus Eychstadiensis, maximè tamen pectoralibus, sacrum emanat oleum, quod cæcos illuminat, surdos andire facit, & claudis gressum reddit. Lac equidem appellarem, siqui-

siquidem de pectore, ac papillis effluere vberius, consueuit. Liquor est limpidissimus, & seruatus est ad ducentos etiam annos absque vlla sui deprauatione. Vanescit verò, nisi castè & nitidè ac sine noxa piaculi habeatur. Peculiater illud est notatu dignum, maximè fluere & scaturire insolita copia, dum in ara perlitatur, ac præsertim dum perficitur Eucharistiæ Sacramentum, ritèque immolatur incruentum corporis Domini Sacrificium; adeout momentum illud soleant studiosiùs captare quicunque haurire cupiunt, atque in vsus ægrorum efferre. Cessauerat aliquando, ac toto vnius anni spatio veluti inaruerat, Ciuitate Eychstadiensi, atque vniuersa eius diœcesi subiecta censuræ interdicti ob iniuriam spretæ Ecclesiasticæ authoritatis. Sed vbi reparatione consentanea restituta Episcopo dignitas, & Clero asserta immunitas fuit, supplicatione publica itum est ad tumulum, seu aram S. Vualpurgæ, Episcopo ipso nudis pedibus, atque humili vestium schemate sine insignibus suis procedente. Qui omnium nomine supplicans, vt intermissa olei saluberrimi perennitas tam benigna Ciuitati restitueretur, operatus est sacris, ac vix corpus Domini enunciatis verbis consecrationis inter manus habuit, cùm vrna irrorari de integro cœpit, & liquor ille tam salutaris manauit deinceps in omnes ætates consequentes.

14 Multa in hanc rem habet Iacobus Gretserus in defensione dicti fontis Valpurgini *cap.7.* & qui ad id exempla constipat Matth. Raderus *tom.3. Bauar. Sanct.* describens res S. Vvalpurgæ Virginis, seorsum notans effluxum olei, & vnguinis medici è Sepulchris Sanctorum virorum, & seorsim de simili effluxu è Sanctarum mulierum Sepulchris, in quam secundam classem illustre omnino exemplum legitur in vita S. Theresiæ Carmelitarum excalceatorum parentis, cùm de sacro eius cadauere agitur. Et affinia scribuntur de corpore S. Elisabethæ Landgrauiæ Marpurgi apud Habsos conditæ, deque S. Heduige Poloniæ Ducissa in eius actis apud Surium, ac de S. Hermione Philippi diaconi filia, Ephesi sepulta, e cuius tumulo profluens vnguentum è pia Virgine, postea martyre, inde Myrope dicta collectum ad varias ægritudines erat Saluberrimum, vt est in Menæis Græcorum 3. Decembris. Multa etiam in hanc rem prostant apud alios: Mihi ex his, quæ proposui illustrata satis videtur horum Sanctorum apud Deum gratia, vt medelas curarent, indeque pia fidelium studia erga se excitarent, cum bono suo agnouerint rectè à Theodoreto dictum esse d martyrum corporibus, quod æquè ad omnium Sanctorum exuuias transferre liceat, hos esse fontes curationum diuinitus constitutos, vt tantò magis erigantur, & accendantur ad eorum cultum fideles, quantum eos sibi fructuosos, accommodos in suis ægritudinibus deprehenderint. Solunque addo, quòd quibus Sanctis hæc dei à corporibus scaturigo concessa est post mortem, misericordia maximè cordi fuerit, dum hic superstites essent, vt iccirco iure eo misericordiæ symbolo diuinitus honestati videantur. Id, quod S. Brigitta de oleo ex S. Nicolai sepulchro iugiter stillante, doctam se per reuelationem profitetur, & pulchrè à Thifrido *lib.3. epitaph. Sanct. c.5.* traditur. Hæc excerpsi à Syluestro Petrasancta in sua Thaumasia à superioribus approbata, typisque Romanis edita sub anno 1646. quæ passim quoque leguntur in Vitis Patrum ac Sanctorum apud Surium, Baronium, & alios.

15 Quod quidem miraculum auget, si liquor cœperit manare è corporibus longè post eorum obitum. E corpore enim recens mortuo effluere interdum quosdam humores naturaliter est extra controuersiam. Ipsamque aquam & sanguinem, quæ ex transfixo Christi latere manasse proditum est in Euangelio, inde naturaliter exiuisse pronunciant Sanctarellus *in post prax. medic. c. 23.* et Baptista Poza *lib.3. elucid. tr.1. c.4.* ac Rutil. Benzonius *in specul. Episcop. lib.1. disp.2. q.3.* Quamuis admittant in fluendi modo nonnulla interuenisse supra naturam. Atqui, vt aqua, vel oleum, aut manna ex aridis sic ossibus, vel è corpore iampridem defuncto profluat, generosius ostensa videtur.

16 Neque miraculo fidem aufert, si iam à multo tempore liquor iste in plerisque corporibus cessauerit, sique non effluat statis temporibus. Nam hæc potissima omnium fuit Christi prærogatiua, quòd vbiuis locorum, & quoties lubitum esset miracula ediderit. Arbitrantur quidem Theologi cum D. Thoma 2.2. *q.178. ar.1.* fieri non posse, vt gratia operandi miracula virtus permanens sit, constans, atque perpetua. Putant enim contingere duntaxat, vt sicut mens Prophetæ permoueri solet ex inspiratione diuina ad res occultas cognoscendas, atque enunciandas, ita mens illius, etiam qui miracula est patraturus, ad ea molienda debeat permoueri.

17 Minus quoque eiusmodi corporibus adaptari poterit id, quod fertur de mumia. Nam mumia sepulchrorum apud Arabos, Syros, & Ægyptios, licèt res sit vtilis & pretiosa, fit tamen ex myrrha, & aloe, & illorum materia corporum, quæ ijs condita sunt. Quo circa ruptis & contusis mirificè prodesse compertum est. Quæ verò ad nos mumia defertur ex Ægypto, non ex aloe, & myrrha condimentum est corporum, sed ex asphalto. Illis enim vtuntur nobiles, quorum effodere corpora capitale est. Asphalto plebeios aduersus corruptionem munire consueuisse, Strabo author est. Hoc enim longissimè abest à re nostra, cùm corpora Sanctorum non fuerint myrrha, & aloe, vel asphalto condita, neque cum illorum materia rupta, & contusa, sed ferè integra, & incorrupta inspiciuntur.

18 Quare Cæsar Cardinalis Baronius de hoc miraculo grauissimam sententiam dixit *in not. ad Martyrol. Deus Optimus maximus*, inquiens, *cùm multis modis Sanctorum suorum cineres illustrauit, eo etiam honore dignatus est, vt ex aridis ossibus liquorem medicamenti vim habentem ad curandas malas valetudines, & impios Hagiomachos conuincendos, iugiter fluere voluerit. Id, quod non tantum Andreæ Apostoli, & Nicolai, sed & aliorum quàm plurium Sanctorum reliquijs præstitit.*

CONSVLTATIO XLII.

An sudor sanguineus sit supra vires naturæ, ita vt adscribendus sit miraculo? Et quid de sudore sanguineo Domini nostri Iesu Christi?

1 QVi affirmant his probant rationibus, Primò, quia sanguis, tanquam vtile naturæ alimentum, continetur in venis, & retinetur ab illius facultatibus. Ergo ipsum per poros sub sanguinis forma exire, est supra vires naturæ. Secundò: Vt sanguis naturaliter exeat sub forma sudoris, petit conuerti in vaporem, & sub aquæ forma exire per porositates, vt contingit in criticis sudoribus, per quos terminantur febres synochi, ac proinde est supra vires naturæ, quòd exeat sub forma sanguinis. Tertiò: Sanguis adhuc si corrumpatur, & putrefiat, semper à natura retinetur, & solùm illam adminiculantem habemus pro expulsione reliquorum humorum, qui separati ab illa sunt cacochymi, atque adeo naturaliter nunquam à natura potest expelli sub forma propria per sudorem.

2 Quod verò spectat ad sudorem sanguineum Iesu Christi, de quo narrat D. Lucas *cap. 22.* quod in agonia orans, factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, fuisse supranaturalem, autumant Beda, Didacus de Vega, D. Hilarius, & alij, quibus fauet primò: Sanguis Christi crassiorem habuit substantiam, quàm substantia aquea, & potulenta, & serum in illius corpore repertum; Sed aquea, potulenta, & serosa substantia in nullo corpore bene temperato possunt per porositates euacuari, quin à calore proportionato conuertantur in vaporem, & hic densatus propellatur per poros: Igitur sanguis Christi sub propria forma per poros propelli naturaliter non fuit possibile. Secundò. Si in Christo potuerit naturaliter fieri sanguineus sudor, maximè quia pori naturaliter possunt rarefieri, vt exeat sanguis, & sanguis tenuior, vt possit exire per illos rarefactos. Atqui si id contingeret, prius exirent spiritus, qui tenuiores sunt, & deliquium, vel syncopes subsequeretur,

tur, quod non contigit, aliàs facer Historicus id narraret. Ergo naturaliter in Christo sudor sanguineus non fuit possibilis. Tertiò. Sanguis præcipuè, qui in quantitate, & qualitate est proportionatus, qualis fuit Sanguis Christi, ita est naturæ aptus, naturalis, & proportionatus, vt adhuc venis reseratis, ne deficiat alimentum pro partibus, tanquam vtile semper retinetur, præcipue cùm in hunc finem natura fabrefecerit venas ita, vt a maioribus in minores, & arctiores sanguinem mittat, vt in his coarctetur, & retineatur. Ergo illius expulsio per porositates cutis in Christo fuit super vires naturæ. Quartò. Vt naturaliter fiat sanguineus sudor, requiritur pororum apertio, & raritas in cute, & quòd sanguis, qui exit ratione serositatis, & aquositatis fiat tenuis. Sed sanguineus Christi sudor non fuit factus ex sanguine tenui; inquit enim D. Lucas, quod exiuit descendens tanquam thrombus, siue grumus. Ergo naturaliter non potuit fieri sudor sanguineus Christi.

3 At nihilominus resoluendum est, sudorem sanguineum non esse miraculo adscribendum, sed posse naturaliter contingere. Ita fatentur Theophrastus *lib. de sudor.* Baricellus *lib. de hydronosa natura*, Vincentius Moles *lib. de philosoph.* corporis Christi *cap. 12.* Mercurialis *lib. 4. var. lect. cap. 12.* Fernelius *lib. 6. cap. 4.* Rondeletius *lib. de dignoscend. morb. cap. 11.* Marcellus Donatus *lib. 1. de histor. mirab. cap. 2.* aliique. Id autem, antequam hoc probetur, sciendum est, quòd sudor mouetur ex humida quacunque substantia, quæ cùm multiplex in corpore, multiplex etiam est materia illius, sub qua sunt humores, ex quibus a proportionato calore eleuatur vapor, qui colore aqueo cernitur densatus, sin minus in sudore relucere contingit colorem proprium humoris, a quo fit; ideo pallidi, albi, nigri, aut rubri apparent aliquando sudores. Hoc prænotato.

4 Probatur primò ex Aristotele tum *lib. 3. de partibus animal. cap. 5.* vbi docet, quod *in nonnullis accidit, vt cruentum quoddam excrementum sudarent propter vitiatum corporis habitum, fluxusque esset sanguis pra cruditate, humesceret imbecillitate caloris, quis exiguis venulis inclusus concoqui non posset.* Tum *lib. 3. de histor. animal. cap. 19.* Vbi pariter ait, quòd *si sanguis immodicè humescit, morbus infestat, sic etiam in speciem saniei diluitur, & adeo serescit, vt iam nonnulli sudore cruento sudarint.* Secundò probatur ex Galeno *lib. de vtil. respirat.* ibi: *Sunt autem pori vena subtilissimi, per quos exit calor, & etiam sudor, qui nihil aliud est, quàm aqua sanguini admixta, quoniam poris amplius dilatatis, effluit ipse sanguis.* Et paulò infra: *Contingit autem poros ex multo, aut feruido spiritu vsque adeo dilatari, vt exeat sanguis per eos, fiatque sudor sanguineus.*

5 Tertiò probatur ex pluribus sanguineis euacuationibus in aliquibus corporis partibus obseruatis. Tum ex Aristotele, & Galeno locis citatis. Tum ex Schenkio *obseruat. lib. 3.* qui narrat, vidisse iuuenem, a quo in diuersis temporibus profluebat sanguis ex vena propè antrum. Tum ex Beniuenio *lib. de abdit. rer. caus.* qui hominem curauit, cui singulo quoque mense profluebat sanguinis copia ex ima iecoris parte. Tum ex Marcello Donato, qui mulierem Mantuanam vidit, ex cuius papilla mammæ sinistræ sanguis fluebat: Tum ex Rondeletio *d. lib. de dignoscend. morb. cap. 11.* qui vidit in iuuene studioso per poros cutis plerunque exire copiosum sanguineum sudorem. Tum ex Fernelio *cit. lib. 6. cap. 4.* qui vidit in iecoris imbecillitate sanguinem ab extremis venis, quæ in cutim desinunt multis ex locis fundi. Ergo fundi per sudorem sanguinem non est supra vires naturæ, atque adeo neque miraculo adscribendum.

6 Idipsum dicendum est de Christi sanguineo sudore, quòd scilicet sine miraculo effluxit, ceù tenent Nicolaus de Lyra ad dictum locum D. Lucæ, Medina *in 3. p. D. Thom. qu. 46. art. 6.* Baricellus *cod. lib. 2.* & Moles *eod. loc. cap. 9. dub. 2.* Probatur primò, quia sanguineus Christi sudor secundùm Sanctorum Patrum sententiam fuit ad ostendendum veritatem humanæ naturæ, quam non ostenderet, si esset miraculosus. Tum quia sudor noctu factus & in secreto, quorsum petebat fieri per miraculum? Tum quia, licèt sanguis esset temperatissimus, cùm tamen Christus esset totus viuidus in ætate iuuenili, omnium pulcherrimus, tantam luctam sustinuit, tantaque vi ipsam naturam sensitiuam in horribiles cruciatus consentire coegit, vt præ nimio labore cruentus sudor ex omnibus illius membris erumperet. Nam oborationis feruorem, ac metum, & horrorem mortis sanguis ad cor confluxerat. Tum quia amor validus, & ardens desiderium paternam exequendi voluntatem, ac nos redimendi, ceu malleus quidam, aut vis ingens accedens vicit timorem illum, & sanguinem fortiter expulit ita, vt in hac præclara victoria, & subita violentia sanguis ex poris omnibus nimio labore patefactis, abundè cum alio sudore erumpens, defflueret in terram.

Secundò. Christus validas habuit ac vehementissimas animi passiones esto vt regulatos rectissima ratione, vt fatentur Theologi, ac docet sacra Scriptura. Ait enim D. Matth. *cap. 26. Cœpit contristari, & mœstus esse:* tunc ait illis: *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Et D. Marcus *cap. 14. Cœpit pauere, & tædere.* Et D. Lucas: *& factus in agonia prolixius orabat.* Ex vehementissimis autem animi passionibus quamuis ratione regulatis vehemens fit in corpore spirituum, & sanguinis motus, vt docuit Galenus *lib. 2. de placit. Hippocr.* & Plat. *cap. 7.* Ex eis enim totum corpus immutatur, frigescit, pallescit, tremit, rubescit, quod præcipuè in agonia contingit, quæ ex D. Thoma *1. 2. qu. 41. ar. 4.* est timor mali extrinseci, cui prouideri non potest, estque vehementior timoris species, cuius causa intro, & extra concitato motu mouentur spiritus, attenuatur sanguis, & rari fiunt pori, per quos sanguis transmittitur, vt fiat sanguineus sudor. Fuit igitur in Christo causa naturalis, a qua naturaliter potuit sanguineus superuenire sudor. 7

Tertiò. In Christo fuerunt passiones animæ validissimæ, a quibus sanguis potuit moueri violentèr ad partes externas, & a quibus potuerunt rarefieri media calefactione pori cutis. Nam fuit actus fortitudinis, qui ad resistendum dolotibus, & contumeliis, præcognitione iam præsentibus, quasi in occursum mittit sanguinem; & fuit vehemens actus iræ aduersum peccatum, cum quo gerebat bellum, qui præuisus ab Isaia *cap. 63.* dixit *Conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum su per vestimenta.* Et actus intensissimæ charitatis in Patrem, cuius voluntatem faciebat, & in homines, pro pter quos patiebatur. Fuit tandem agonia, quæ maximè sanguinem mouet ad externas partes, vt docuit idem Galenus *lib. 2. de caus. sympom. cap. 5. Timor enim intro & ad principium tum spiritum, tum sanguinem vnà cum refrigeratione eorum, qua in summo corpore sunt, adducit ac contrahit. Ira verò & foras agit & fundit, & calefacit Qua vero composita ex ambabus est, quam Graci agoniam dicunt, inaquales habet motus.* Igitur ab his causis naturalibus potuit causari sanguineus sudor in Christo. Sunt enim vehementissimi motus sanguinis ad extra, & spirituum, quibus pori rarefiant. 8

Quartò. Quæ sine miraculo contigisse viderunt Authores, si in Christo contigissent, non est dicendum illo esse miraculosa. Atqui sanguineus sudor a pluribus visus est, & obseruatus naturaliter exire, nimirum Theophrasto, Baricello, Moles, Mercuriali, Fernelio, Rondeletto, & Marcello Donato superius citatis ac nominatim a Gaspare Brauo *p. 4. resolut. medic. dist vn. de sudor. resol. 4.* testante, id vidisse in Comite de Niebla, qui cùm nimis in æstate se exerceret in ludo pilæ multoque præ æstu vteretur frigidè potu, incidit in sanguineum sudorem. 9

Neque obstant rationes in contrarium primò adductæ 10 Ad primam enim respondetur, quòd dum facultates naturali modo operantur, & sanguis debitam naturam servat, retinetur ab illis, sed propter rationes ab Aristotel & Galeno relatas, sanguinem vitiari, & facultates impediri, quominus valeant illum retinere. Ad secundam respondetur, quòd sanguis dupliciter potest per poros euacuari; vno modo in vaporem versus, & sub aquæ forma; alio modo in modum sudoris sanguinei. Quia, licèt in vaporem non abijt ob serum tenuis factus, per cutis porositates rarefactas guttatim profluit. Ad tertiam

tiam respondetur, quòd adhuc si sanguis non corrumpatur, si fiat aquosus & tenuis, & pori cutis aperiantur, profluit absque eo, quòd retineri valeat à facultatibus naturalibus.

11 Mious qooque refragantur rationes aliæ. Non prima, quia ex sanguine sudor oaturalis & criticus fiunt præcedeore euaporatione, sudor verò sanguineus ob alias fit causas, quas Galenus recensuit, scilicet ob sanguinis tenuitatem, & pororum aperitionem, & ideo oec naturalem, nec criticum illum vocamus, sed reducimus ad criticum salutarem, cum quo aliqualiter conuenit. Neque secunda. Quia cum spiritus sint in arterijs, possunt in illis permanere, & in corde, quin deliquium, aut syncopa subsequatur, etiamsi sanguis, & spiritus illi commixti euacuentur per porositates venarum, & cutis. Neque tertia, quia in statu naturali bene probat argumentum. Si verò pori aperiantur, & retentrix continere illum nequeat, quantumuis vtilis sit sanguis, & necessarius, profluit, ideo per sanguinis missiooem, & per vulnera vtcunque vtilis erit, nec retineri valet. Nec quarta. Quia in Christo sanguis tenuis redditus est, commotus & agitatus per animi passiones; & postquam tenuis exiuit, concreuit resolutis spiritibus, & descendit, vt thrumbus postquam frigore in grumos abijt, præsertim quia præ agooia valdè debilitatæ sunt facultates ita, vt indiguerit confortari ab Angelo, ipsisque deficientibus nec ipse sanguis retineri potuit. Vide Gasparem à Reyes *in campo Elysio integra q. 86.* vbi exempla varia sanguinei sudoris, eiusque causas, licèt quoad sudorem Christi sanguineum naturaliter illum non prouenisse contendat.

CONSVLTATIO XLIII.

Quæ & vnde lux, siue splendor, fragrantiaque in seruis Dei demortuis?

1 SEruorum Dei viuorum, & vita functorum Corpora ad tempus aliquod splendore mirabili circumfulsisse, narrant historiæ. Epiphanios de Pauli Secundi corpore *n.24.* ac gemina suot exempla variorum Sanctorum, quorum Sacra Corpora post mortem splenduisse, & odorem suauissimum inhalasse proditum est. Thomas Bozius *lib. 15. de sign. Eccles. cap. 7.* multa Sanctorum cadauerum splendentium exempla accumulat, & alia de corporibus Sanctorum suaueoleotibus exhibet ibidem *cap. 8. & 10.* & nos etiam alibi, passimque in actis Sanctorum occurrunt alia.

2 Cùm Moyses nouas legis tabulas reportaret, cùmque descenderet ex ea Cęli typographia, apparuit radiante vultu ex consortio Sermonis Domini, & omnibus admirationi fuit, dum videlicet quasi cornua splendoris ex vultu emitteret. Quem tegere velo, etiam eum oportuit, quoties populuio alloqui vellet, & reuelare dumtaxat quoties ingredi tabernaculum deberet.

3 Sed hic ipse Moyses ita rutilans alter fuit testis cum Elia in Monte Thabor luminis multò clarioris, quo Christus refulsit, cùm *resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix.* Neque tunc Christo defuit consortium sermonis Domini, quia illapsus Patris omnipotens sermo, dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Fuit verò ea claritas corporis Christi claritas gloriæ congruens corporibus Beatorum, cùm flueret ex diuinitate, atque ex anima etiam ipsius gloriosa, & discrimen erat duntaxat, quòd dos, & conditio permanens necdum foret, quia necdum corpus eius, superata morte, induerat immortalitatem. Quinimo à primo conceptu ex animæ gloria iam tum beatæ, redundare in corpus debuisset, nisi ex dispensatione diuina cohiberi eam oportuisset, donec mysteria expleret passionis, pro generis humani redemptione, & in hoc etiam Moysis claritatem externam, atque aduentitiam superauit.

4 Sed & Saoctis viris Deus lucem hanc prodromam æternitatis tribuere voluisse in hac vita, etiam videtur. Ita S. Patritius plerumque cęlesti luce circumfusus, Hiberniæ regiones, Apostolus earum obibat. Imo habuisse lucem in potestate ita, vt promeret illam, conderetque pro libito, dici posset. Nempè cùm in Campo pernoctasset, defensus tenebris, atque orans Patrem suum in abscondito, sublata dextera, eiusque digitis exertis, quasi totidem Solis radijs, aurigæ illuxit, vt equos curtui iungendos inueniret. Ioce. in eius vita *cap. 157.*

5 Ad hæc S. Ignatio Loyole, Societatis Iesu conditori, iubar io vultu fuisse, testatus est S. Filippus Nerius, qui & ipse vicissim alijs ore splendenti apparuit, Maff. *in eius vita.*

6 Ao autem splendor iste, ac odor sensibilis essent physica & realia accidentia, an intentiooalia tantùm, Deo videlicet ea per seipsum, vel per Sanctos Angelos exhibente, vt corpora Seruorum suorum honorificaret? Et quidem si is splendor, ac odor æquè omnibus ad Sancta corpora accedeotibus objiceretur ad diuturnum tempus, non videretur dubitandum, quio essent qualitates physicæ, diuinitus impressæ, aut ab Angelis applicatione actiuorum idoneorum ad passiua causatæ ad contestandam Sancti gloriam. Non enim manarent à statu supernaturali corporis nondum gloriosi. Igitur à Deo, vel bonis Angelis extraordinariè communicarentur.

7 Estque sine dubio ita asserendum de odore amœnissimo multorum Sanctorum corporibus perenni. Et æquè clarum est, idem esse statuendum de ijs sacris corporibus, è quibus profluit vnguentum, aut liquor medicus, omnem aromatum nostratium suaueolentiam superans. Quod de S. Euphemiæ corpore scribit Nicephorus *lib. 15. c. 3.* Et idem recitat de corpore S. Glyceriæ martyris *lib. 18. c. 32.* Vbi tamen splendor oonnisi ad vnius horæ, vel breuioris temporis spatium durasse diceretur, nec diuturnior fragrantiæ proderetur duratio, nihil est, quod euincat plusquam apparentiam lucis, & odoris à Deo, aut à Sanctis Angelis excitatam per mutationem aliquam proportionalem ei, quàm alibi circa visibilia nonnisi apparenter obiecta fieri diximus.

CONSVLTATIO XLIV.

An Princeps sæcularis possit punire reum à S. Officio Inquisitionis iudicialiter iam punitum?

1 DOctores in hac re tres casus considerant. Primus est, quando Iudex processit ex mandato Summi Pontificis, & tunc qualitercunque Iudex procedat siue absoluendo, siue condemnando, siue per viam gratiæ, siue per viam iustitiæ non poterit reus ab alio Principe, & multò minus ab alio Iudice molestari, vt per Bald. *cons. 6. n. 2. & 11. tom. 2.* quem sequuntur Plot. *in tr. de blasph. n. 6.* & Lazar. *eod. tr. q. 6. n. 34.* Idque duplici ratione. Primò, quia vbi Papa manum apposuit, cæteri nulla ratione se ingerere possunt ob reuerentiam maiestatis, *cap. vt debitus de appel. extrau. Ad Romanos, §. Romani, de præb.* Gonzal. *in reg. 8. glos. 5a. n. 23.* qui alios congerit. Deinde, quia per crimen spectans ad S. Officium sicuti principaliter offenditur diuina maiestas *auth. vt non luxur. contr. natur.* ita inter homines principaliter offenditur Summus Pontifex, eius in terris Vicarius qui ia offensa semper tangit proximiores, *l. si plures, ff. de accus. lib. 2. §. simul, ff. ad leg. Iul. de adult.* Atque ideo quando absolutio est data à Pontifice, est perinde ac si data esset ab eo, qui est proximior offenso, cuius remissio extinguit actionem cæterorum, Bald. quem reliqui laudant *in l. fir. not. 2. ff. de verb. signif.* cum alijs per Farinac. *tom. 1. tit. de accus. q. 14. n. 2. cum seqq.*

2 Secundus casus est, vbi Iudex Ecclesiasticus processit contra reum in foro iudiciali, sed imposuit tantùm pœnas medicinales, & tunc potest Iudex sæcularis procedere ad pœnas temporales, quia non est nouum iudicium sustituere, sed pœnam supplere per text. *in l. placet, in fin. C. de sacros. Eccles.* vbi notant Bald. & alij, *& in cap. Felicis, §. per hoc, de pæn. lib. 6.* Isern. *in tit. quæ sunt regalia col. 4.* Put. *de synd. p. 1. v. iuxta prædicta,* Castr. *in l. cunctos populos n. 7. C. de Sum. Trin. & fid. cath.* Clar. *§. fin.*

v. sed

tur, quod non contigit, aliàs facer Historicus id narraret. Ergo naturaliter in Christo sudor sanguineus non fuit possibilis. Tertiò. Sanguis præcipuè, qui in quantitate, & qualitate est proportionatus, qualis fuit Sanguis Christi, ita est naturæ aptus, naturalis, & proportionatus, vt adhuc venis reseratis, ne deficiat alimentum pro partibus, tanquam vtile semper retineatur, præcipue cùm in hunc finem natura fabrefecerit venas ita, vt à maioribus in minores, & arctiores sanguinem mittat, vt in his coarctetur, & retineatur. Ergo illius expulsio per porositates cutis in Christo fuit super vires naturæ. Quartò. Vt naturaliter fiat sanguineus sudor, requiritur pororum apertio, & raritas in cute, & quòd sanguis, qui exit ratione serositatis, & aquositatis fiat tenuis. Sed sanguineus Christi sudor non fuit factus ex sanguine tenui; inquit enim D. Lucas, quod exiuit descendens tanquam thrombus, siue grumus. Ergo naturaliter non potuit fieri sudor sanguineus Christi.

3 At nihilominus resoluendum est, sudorem sanguineum non esse miraculo adscribendum, sed posse naturaliter contingere. Ita fatentur Theophrastus *lib. de sudor.* Baricellus *lib. de hydronosa natura*, Vincentius Moles *lib. de philosoph.* corporis Christi *cap.* 12. Mercurialis *lib.* 4. *var. lect. cap.* 12. Fernelius *lib.* 6. *cap.* 4. Rondeletius *lib. de dignoscend. morb. cap.* 11. Marcellus Donatus *lib.* 1. *de histor. mirab. cap.* 2. alijque. Id autem, antequam hoc probetur, sciendum est, quòd sudor mouetur ex humida quacunque substantia, quæ cùm multiplex in corpore, multiplex etiam est materia illius, sub qua sunt humores, ex quibus a proportionato calore eleuatur vapor, qui colore aqueo cernitur densatus, sin minus in sudore relucere contingit colorem proprium humoris, a quo fit; ideo pallidi, albi, nigri, aut rubri apparent aliquando sudores. Hoc prænotato.

4 Probatur primò ex Aristotele tum *lib.* 3. *de partibus animal. cap.* 5. vbi docet, quod *in nonnullis accidit, vt cruentum quoddam excrementum sudarent propter vitiatum corporis habitum, fluxusque esset sanguis præ cruditate, humesceret imbecillitate caloris, qui exiguis venulis inclusus concoqui non posset.* Tum *lib.* 3. *de histor. animal. cap.* 19. Vbi pariter ait, quòd *si sanguis immodicè humescit, morbus infestat, sic etiam in speciem sanies diluitur, & adeo serescit, vt iam nonnulli sudore cruento sudarint.* Secundò probatur ex Galeno *lib. de vtil. respirat.* ibi: *Sunt autem pori venæ subtilissimi, per quos exit calor, & etiam sudor, qui nihil aliud est, quàm aqua sanguini admixta, quoniam poris amplius dilatatis, effluit ipse sanguis.* Et paulò infra: *Contingit autem poros ex multo, aut feruido spiritu vsque adeo dilatari, vt exeat sanguis per eos, fiatque sudor sanguineus.*

5 Tertiò probatur ex pluribus sanguineis euacuationibus in aliquibus corporis partibus obseruatis. Tum ex Aristotele, & Galeno locis citatis. Tum ex Schenkio *obseruat. lib.* 1. qui narrat, vidisse iuuenem, à quo in diuersis temporibus profluebat sanguis ex vena propè aurem. Tum ex Beniuenio *lib. de abdit. rer. caus.* qui hominem curauit, cui singulo quoque mense profluebat sanguinis copia ex ima iecoris parte. Tum ex Marcello Donato, qui mulierem Mantuanam vidit, ex cuius papilla mammæ sinistræ sanguis fluebat: Tum ex Rondeletio *d. lib. de dignoscend. morb. cap.* 11. qui vidit in iuuene studioso per poros cutis plerunque exire copiosum sanguineum sudorem. Tum ex Fernelio *cit. lib.* 6. *cap.* 4. qui vidit in iecoris imbecillitate sanguinem ab extremis venis, quæ in cutim desinunt multis ex locis fundi. Ergo fundi per sudorem sanguinem non est supra vires naturæ, atque adeo neque miraculo adscribendum.

6 Idipsum dicendum est de Christi sanguineo sudore, quòd scilicet sine miraculo effluxit, ceù tenent Nicolaus de Lyra ad dictum locum D. Lucæ, Medina *in* 3. *p. D. Thom. qu.* 46. *art.* 6. Baricellus *eod. lib.* 2. & Moles *eod. loc. cap.* 9. *dub.* 2. Probatur primò, quia sanguineus Christi sudor secundùm Sanctorum Patrum sententiam fuit ad ostendendum veritatem humanæ naturæ, quam non ostenderet, si esset miraculosus. Tum quia sudor noctu factus & in secreto, quorsum petebat fieri per miraculum? Tum quia, licèt sanguis esset temperatissimus, cùm tamen Christus esset totus viuidus in ætate iuuenili, omnium pulcherrimus, tantam luctam sustinuit, tantaque vi ipsam naturam sensitiuam in horribiles cruciatus consentire coegit, vt præ nimio labore cruentus sudor ex omnibus illius membris erumperet. Nam ob orationis feruorem, ac metum, & horrorem mortis sanguis ad cor confluxerat. Tum quia amor validus, & ardens desiderium paternam exequendi voluntatem, ac nos redimendi, ceu malleus quidam, aut vis ingens accedens vicit timorem illum, & sanguinem fortiter expulit ita, vt in hac præclara victoria, & subita violentia sanguis ex poris omnibus nimio labore patefactis, abundè cum alio sudore erumpens, deflueret in terram.

7 Secundò. Christus validas habuit ac vehementissimas animi passiones esto vt regulatas rectissima ratione, vt fatentur Theologi, ac docet sacra Scriptura. Ait enim D. Matth. *cap.* 26. *Cœpit contristari, & mœstus esse: tunc ait illis: Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Et D. Marcus *cap.* 14. *Cœpit pauere, & tædere.* Et D. Lucas: *& factus in agonia prolixius orabat.* Ex vehementissimis autem animi passionibus quamuis ratione regulatis vehemens fit in corpore spirituum, & sanguinis motus, vt docuit Galenus *lib* 2. *de placit. Hippocr.* & Plat. *cap.* 7. Ex eis enim totum corpus immutatur, frigescit, pallescit, tremit, rubescit, quod præcipuè in agonia contingit, quæ ex D. Thoma 1. 2. *qu.* 41. *ar.* 4. est timor mali extrinseci, cui prouideri non potest, estque vehementior timoris species, cuius causa intro, & extra concitato motu mouentur spiritus, attenuatur sanguis, & rari fiunt pori, per quos sanguis transmittitur, vt fiat sanguineus sudor. Fuit igitur in Christo causa naturalis, à qua naturaliter potuit sanguineus superuenire sudor.

8 Tertiò. In Christo fuerunt passiones animæ validissimæ, à quibus sanguis potuit moueri violenter ad partes externas, & à quibus potuerunt rarefieri media calefactione pori cutis. Nam fuit actus fortitudinis, qui ad resistendum doloribus, & contumelijs, præcognitione iam præsentibus, quasi in occursum mittit sanguinem; & fuit vehemens actus iræ aduersum peccatum, cum quo gerebat bellum, qui præuisus ab Isaia *cap.* 63. dixit: *Conculcaui eos in ira mea, & aspersus est sanguis eorum super vestimenta.* Et actus intensissimæ charitatis in Patrem, cuius voluntatem faciebat, & in homines, propter quos patiebatur. Fuit tandem agonia, quæ maximè sanguinem mouet ad externas partes, vt docuit idem Galenus *lib.* 2. *de caus. symptom. cap.* 5. *Timor enim intrò & ad principium tum spiritum, tum sanguinem vnà cum refrigeratione eorum, quæ in summo corpore sunt; adducit, ac contrahit. Ira verò & foras agit & fundit, & calefacit Quæ vero composita ex ambabus est, quam Græci agoniam dicunt, inæquales habet motus.* Igitur ab his causis naturalibus potuit causari sanguineus sudor in Christo. Sunt enim vehementissimi motus sanguinis ad extra, & spirituum, quibus pori rarefiant.

9 Quartò. Quæ sine miraculo contigisse viderunt Authores, si in Christo contigissent, non est dicendum in illo esse miraculosa. Atqui sanguineus sudor a pluribus visus est, & obseruatus naturaliter exire, nimirum à Theophrasto, Baricello, Moles, Mercuriali, Fernelio, Rondeletio, & Marcello Donato superius citatis, ac nominatim à Gaspare Brauo *p.* 4. *resolut. medic. disp. vn. de sudor. resol.* 4. testante, id vidisse in Comite de Niebla, qui cùm nimis in æstate se exerceret in ludo pilæ, multoque præ æstu vteretur frigidè potu, incidit in sanguineum sudorem.

10 Neque obstant rationes in contrarium primò adductæ. Ad primam enim respondetur, quòd dum facultates naturali modo operantur, & sanguis debitam naturam seruat, retinetur ab illis, sed propter rationes ab Aristotele & Galeno relatas, sanguinem vitiari, & facultates impediri, quominus valeant illum retinere. Ad secundam respondetur, quòd sanguis dupliciter potest per poros euacuari; vno modo in vaporem versus, & sub aquæ forma; alio modo in modum sudoris sanguinei. Quia, licèt in vaporem non abijt ob serum tenuis factus, per cutis porositates rarefactas guttatim profluit. Ad tertiam

tiam respondetur, quòd adhuc si sanguis non corrumpatur, si fiat aquosus & tenuis, & pori cutis aperiantur, profluit absque eo, quòd retineri valeat à facultatibus naturalibus.

11 Minus quoque refragantur rationes aliæ. Non prima, quia ex sanguine sudor naturalis & criticus fiunt præcedente euaporatione, sudor verò sanguineus ob alias fit causas, quas Galenus recensuit, scilicet ob sanguinis tenuitatem, & pororum apertionem, & ideo nec naturalem, nec criticum illum vocamus, sed reducimus ad criticum salutarem, cum quo aliqualiter conuenit. Neque secunda. Quia cum spiritus sint in arterijs, possunt in illis permanere, & in corde, quin deliquium, aut syncopa subsequatur, etiamsi sanguis, & spiritus illi commixti euacuentur per porositates venarum, & cutis. Neque tertia, quia in statu naturali bene probat argumentum. Si verò pori aperiantur, & retentrix continere illum nequeat, quantumuis vtilis sit sanguis, & necessarius, profluit, ideo per sanguinis missionem, & per vulnera vtcunque vtilis erit, nec retineri valet. Nec quarta. Quia in Christo sanguis tenuis redditus est, commotus & agitatus per animi passiones; & postquam tenuis exiuit, concreuit resolutis spiritibus, & descendit, vt thrumbus postquam frigore in grumos abijt, præsertim quia præ agonia valdè debilitatæ sunt facultates ita, vt indiguerit confortari ab Angelo, ipsisque deficientibus nec ipse sanguis retineri potuit. Vide Gasparem à Reyes *in campo Elysio integra q. 86.* vbi exempla varia sanguinei sudoris, eiusque causas, licèt quoad sudorem Christi sanguineum naturaliter illum non prouenisse contendat.

CONSVLTATIO XLIII.

Quæ & vnde lux, siue splendor, fragrantiaque in seruis Dei demortuis?

1 SEruorum Dei viuorum, & vita functorum Corpora ad tempus aliquod splendore mirabili circumfulsisse, narrant historiæ. Epiphanius de Pauli Secundi corpore *n.24.* ac gemina sunt exempla variorum Sanctorum, quorum Sacra Corpora post mortem splenduisse, & odorem suauissimum inhalasse proditum est. Thomas Bozius *lib.15. de sign. Eccles. cap.7.* multa Sanctorum cadauerum splendentium exempla accumulat, & alia de corporibus Sanctorum suaueolentibus exhibet ibidem *cap.8. & 10.* & nos etiam alibi, passimque in actis Sanctorum occurrunt alia.

2 Cùm Moyses nouas legis tabulas reportaret, cùmque descenderet ex ea Cęli typographia, apparuit radiante vultu ex consortio Sermonis Domini, & omnibus admirationi fuit, dum videlicet quasi cornua splendoris ex vultu emitteret. Quem tegere velo, etiam eum oportuit, quoties populum alloqui vellet, & reuelare duntaxat quoties ingredi tabernaculum deberet.

3 Sed hic ipse Moyses ita rutilans alter fuit testis cum Elia in Monte Thabor luminis multò clarioris, quo Christus refulsit, cùm *resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix*. Neque tunc Christo defuit consortium sermonis Domini, quia illapsus Patris omnipotens sermo, dixit: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite*. Fuit verò ea claritas corporis Christi claritas gloriæ congruens corporibus Beatorum, cùm flueret ex diuinitate, atque ex anima etiam ipsius gloriosa, & discrimen erat duntaxat, quòd dos, & conditio permanens necdum foret, quia necdum corpus eius, superata morte, induerat immortalitatem. Quinimo à primo conceptu ex animæ gloria iam tum beatæ, redundare in corpus debuisset, nisi ex dispensatione diuina cohiberi eam oportuisset, donec mysteria expleret passionis, pro generis humani redemptione, & in hoc etiam Moysis claritatem externam, atque aduentitiam superauit.

4 Sed & Sanctis viris Deus lucem hanc prodromam æternitatis tribuere voluisse in hac vita, etiam videtur. Ita S. Patritius plerumque cęlesti luce circumfusus, Hiberniæ regiones, Apostolus earum obibat. Imo habuisse lucem in potestate ita, vt promeret illam, conderetque pro libito, dici posset. Nempè cùm in Campo pernoctasset, defensus tenebris, atque orans Patrem suum in abscondito, sublata dextera, eiusque digitis exertis, quasi totidem Solis radijs, aurigæ illuxit, vt equos currui iungendos inueniret. Iocc. in eius vita *cap. 157.*

Ad hæc S. Ignatio Loyolę, Societatis Iesu conditori, iubar in vultu fuisse, testatus est S. Filippus Nerius, qui & ipse vicissim alijs ore splendenti apparuit, Maff. *in eius vita.* 5

An autem splendor iste, ac odor sensibilis essent physica & realia accidentia, an intentionalia tantùm, Deo videlicet ea per seipsum, vel per Sanctos Angelos exhibente, vt corpora Seruorum suorum honorificaret? Et quidem si is splendor, ac odor æquè omnibus ad Sancta corpora accedentibus obijceretur ad diuturnum tempus, non videretur dubitandum, quin essent qualitates physicæ, diuinitus impressæ, aut ab Angelis applicatione actiuorum idoneorum ad passiua causatæ ad contestandam Sancti gloriam. Non enim manarent à statu supernaturali corporis nondum gloriosi. Igitur à Deo, vel bonis Angelis extraordinariè communicarentur. 6

Estque sine dubio ita asserendum de odore amœnissimo multorum Sanctorum corporibus perenni. Et æquè clarum est, idem esse statuendum de ijs sacris corporibus, è quibus profluit vnguentum, aut liquor medicus, omnem aromatum nostratium suaueolentiam superans. Quod de S. Euphemiæ corpore scribit Nicephorus *lib.15. c.3.* Et idem recitat de corpore S. Glyceriæ martyris *lib.18. c.32.* Vbi tamen splendor nonnisi ad vnius horæ, vel breuioris temporis spatium durasse diceretur, nec diuturnior fragrantiæ proderetur duratio, nihil est, quod euincat plusquam apparentiam lucis, & odoris à Deo, aut à Sanctis Angelis excitatam per mutationem aliquam proportionalem ei, quàm alibi circa visibilia nonnisi apparenter obiecta fieri diximus. 7

CONSVLTATIO XLIV.

An Princeps sæcularis possit punire reum à S. Officio Inquisitionis iudicialiter iam punitum?

DOctores in hac re tres casus considerant. Primus est, quando Iudex processit ex mandato Summi Pontificis, & tunc qualitercunque Iudex procedat siue absoluendo, siue condemnando, siue per viam gratiæ, siue per viam iustitiæ non poterit reus ab alio Principe, & multò minus ab alio Iudice molestari, vt per Bald. *cons.6. n.2. & 11. tom.2.* quem sequuntur Plot. *in tr. de blasph. n.6.* & Lazar. *eod. tr. q.6. n.34.* Idque duplici ratione. Primò, quia vbi Papa manum apposuit, cæteri nulla ratione se ingerere possunt ob reuerentiam maiestatis, *cap. vt debitus de appel. extrau. Ad Romanos, §. Romam, de præb.* Gonzal. *in reg.8. glos.52. n.23.* qui alios congerit. Deinde, quia per crimen spectans ad S. Officium sicuti principaliter offenditur diuina maiestas *auth. vt non luxur. contr. natur.* ita inter homines principaliter offenditur Summus Pontifex, eius in terris Vicarius qui ia offensa semper tangit proximiores, *l. si plures, ff. de accus. lib.2. §. simul, ff. ad leg. Iul. de adult.* Atque ideo quando absolutio est data à Pontifice, est perinde ac si data esset ab eo, qui est proximior offenso, cuius remissio extinguit actionem cæterorum, Bald. quem reliqui laudant *in l. fin. not.2. ff. de verb. signif.* cum alijs per Farinac. *tom.1. tit. de accus. q.14. n.2. cum seqq.* 1

Secundus casus est, vbi Iudex Ecclesiasticus processit contra reum in foro iudiciali, sed imposuit tantùm pœnas medicinales, & tunc potest Iudex sæcularis procedere ad pœnas temporales, quia non est nouum iudicium substituere, sed pœnam supplere per text. *in l. placet, in fin. C. de sacros. Eccles.* vbi notant Bald. & alij, *& in cap. Felicis, §. per hoc, de pæn. lib.6.* Isern. *in tit. quæ sunt regalia col.4.* Put. *de synd. p.1. v. iuxta prædicta,* Castr. *in l. cunctos populos n.7. C. de Sum. Trin. & fid. cath.* Clar. *§. fin.* 2

v. sed

v. sed quaro in fin. Gomez. *de delict. tom.3. c.4. concl.2.* Farinac. *de Inquis. q.5. n.8.* & Scac. *de iudic. c.2. n.91. sub initio.* Quod multò magis procedit, vbi Iudex ecclesiasticus absoluit per viam gratiæ. Tunc enim potest Iudex sæcularis prosequi vindictam contumeliæ illatæ diuinæ Maiestati, Bald. *in l. qui accusationem, C. qui accusar. non poss. & cons.6. n.2. & 11. inter cons. crim. Arnol. singul. 4.* Decian. *tr. crim. to.2. lib.6. c.3. n.32.* & Lazar. *de blasph. q.6. n.32.*

3 Tertius casus est, vbi Iudex Ecclesiasticus processit in foro iudiciali, & imposuit non solùm medicinales pœnas, sed etiam temporales. Et tunc absolutus, vel condemnatus ab Ecclesiastico non potest amplius molestari per Iudicem sæcularem ex regula, quòd pro eodem crimine nemo potest, nisi semel cognosci, *cap. de his, de accus. l. licet, §. vlt. ff. nauta, l. sepulchri, ff. de sepulchr. viol.*

4 In re igitur nostra negatiuè tenendum est. Tum quia Princeps sæcularis non potest punire reum pro delicto, quod non spectat ad suum forum: Tum quia diuideretur causa: Tum quia sequerentur absurda, præcipuè quòd maior cederet minori, quod est contra maiestatem S. Officij, cuius caput est Summus Pontifex: Tum quia est contra praxim S. Inquisitionis, de qua testatur Castald. *tom.3. dist.9. q.7. ar.4. n.3. & 6. ad argum.* Tum quia pro eodem delicto plures pœnæ regulariter imponi non possunt, & semel absolutus, vel condemnatus non debet amplius accusari, vel puniri, textus *in l. sicut, §. iisdem, ff. de accus. text. notab. in cap. de his, extra eod. tit.* Panorm. Felin. & communiter Canonistæ ibidem, textus *in l. Senatus consult, ff. de accusat. & in d. l. licet, §. penul. ff. de naut. caup. stabul.* vtrobique dicitur, neminem pro eodem delicto bis puniri debere, Angel. *in tr. malef. v. ad querelam n.90.* Franc. *in d. cap. felicis, §. Per hoc, n.4.* Boss. *de ban. nullis. n.10. cum seq.* Clar. *in tr. crim. §. fin. q.57. per tot.* vbi omnino vide.

5 Et quamuis fallat in delictis communis, siue mixti fori, puta in quibus tam Ecclesiasticus, quàm laicus cognoscere potest, vt crimen adulterij, vsurarum, & alia crimina, de quibus vide Iul. Clar. *d. §. fin. q.37. per tot.* & Couar. *lib.3. var. resol. cap.3.* Nam in illis punitus à Iudice Ecclesiastico poterit pro eodem delicto à Iudice laico etiam grauius puniri per textum *in d. cap. felicis, §. fin.* Bald. *in l. placet, n.5. in fin. C. de sacros. Eccles.* & pulchrè *in l. Cunctos populos, n.7. C. de Sum. Trin. & fid. cath.* vbi omnino vide, Panorm. *in d. cap. de his, n.4.* Felin. *ibid. n.13.* Clar. *d. q.57.* Quia duplicatæ pœnæ tendunt ad diuersos effectus, spiritualis, vt animæ, sæcularis, vt Reipublicæ, quam delinquens læsit, consulatur. Interest enim Reipublicæ, vt crimina impunita non relinquantur, textus notab. *in l. bona fides, ff. de pos. cum vulg.* Ideò vna pœna aliam impedire non debet, Panorm. *in d. cap. de his,* & pulchrè *in cap. tuæ, n.5. de procur.* vbi distinguit, vti ibi per eum, Angel. *loc. cit.* Hinc est, quòd communiter traditur, absolutum in foro pœnitentiali, siue conscientiæ, posse de eodem delicto accusari in foro contentioso. Nam per pœnitentiam quis non desinit esse nocens, *text. in l. quis sit, ff. de edil. edict.* Et huiusmodi pœnæ sunt diuersæ, vt dictum est, altera Deo, altera Magistratui debetur propter exemplum, *text. in c. admonere 33. q.2.* Glos. notab. *ibi, v. pœnitentia, & in d. cap. de his, v. replicaui,* Doctores communiter ibidem, Hippol. *sing.639. n.1.* Gomez. *tom.3. cap.1. de delict. n.40.*

6 Id tamen secundùm magis communem opinionem non procedit in casibus superius adductis, neque si pœnitentia sacerdotalis sit publica, quia tunc subrogatur loco pœnitentiæ litigiosæ, vt tenet Host. *in d. cap. tua, de procur.* Hippol. *d. sing.639. n.3.* quem omnino vide. Addit. ad Angel. *loc. cit.* licet Panorm. *in d. cap. de his, & d. cap. tua,* aliter sentiat. Neque procedit in delictis, quæ non spectant ad forum sæcularem, vt alibi diffusè diximus. Vnde aliquando S. Congregatio S. Officij censuit, quòd quando carcerati S. Officij habiti sunt ab alio, & veniunt restituendi, si pœna illis imponenda erit maior imposita à S. Officio, tunc luent pœnam Curiæ sæcularis, secus si minor. Videatur Gomez. *loc. cit.*

Et nihilominus in foro vsus obtinuit, vt ad tollendas 7
dissensiones, quæ possunt inter Iudices excitari, absolutus, vel condemnatus siue ab Ecclesiastico, siue à sæculari, qualitercunque fuerit absolutus, vel condemnatus, non possit ab alio molestari, vt testatur Io. de Plat. *in l. nemo carcerem col.3. C. de exact. trib.* Bald. *in l. non dub. oppos.6. C. de legib.* Boer. *dec.289.* Auendagn. *de exeq. mand. Reg. p.2. c.3. sub n.17. in fin.* Baiard. ad Clar. *in §. blasphemia n.17.* Nisi fortè vigore specialis statuti pro aliquo delicto esset imposita pœna excommunicationis. Quo casu, quia sententia Iudicis laici non potest prodesse pro absolutione, debet reus eam petere ab Ecclesiastico, *cap. Felicis, §. per hoc de pen. l. placet in fin. C. de sacros. Eccles.*

CONSVLTATIO XLV.

IN Chinarum Regno maxima Christianorum pars 1
pauperes operarij sunt, qui diebus singulis victum pro se, ac vxoribus operando lucrari debent, qui si obligarentur ad dies Dominicas, ac festa seruanda, vix sæpè vnde vivant habere poterunt. Iidem à Præfectis laborare coguntur, & nullo pacto excusare se possunt, quia infideles Præfecti parum curant, festus ne sit dies, vel non. Ipsi verò Præfecti patrijs legibus Tribunalia sua adire statutis horis coguntur diebus singulis Regiminis, res disponere, lites, ac similia determinare, quam audientiam omittere non possunt sine periculo priuationis officij.

Deinde non possunt Patres missionarij in Vrbibus Chi- 2
nicis ad sua templa magnos conuentus conuocare, nè Chinensibus timidissimis, ac suspicacibus causam dent sinistræ alicuius suspicionis. Immò contigit sæpè, vt probibere debeant, ne tot Christiani templum frequentent diebus festis. Et cùm vnicus sit sacerdos, aut ad summum duo, non possunt Christianos partiri. Præterea eadem obligatio tam viros, quàm fœminas obligaret. Atqui nullo modo in Senis fœminæ templa frequentare possunt, ad quæ Viri conueniunt; quare fœminæ diebus festis sacrum audire non possent, nisi cùm plures essent Sacerdotes. Consideranda ergo etiam est hæc Sacerdotum penuria. Vnus, isque solus Sacerdos sæpè integram Prouinciam excolit, modò ad hos, modò ad illos longo aliquot dierum itineris interuallo excurrendum est. Modò ad hanc, modò ad illam Ciuitatem, in quibus sparsi fideles habitant, vt ita saltem annis singulis visitentur, vnde reliquo tempore sine Sacerdote, aut Sacramentis viuere coacti Christiani sunt. Procurandum etiam videtur, ne multis erroneæ conscientiæ periculis exponant nouos Christianos, qui sæpè peccasse se crederent, omittendo ea, ad quæ obligantur, licèt fortè aliunde excusarentur. Et vix, vnquam in casibus occurrentibus copiam Sacerdotis habere possunt, quem consulant.

Si verò loquamur de Ieiunio, non paucæ sunt ratio- 3
nes, ob quas Chinenses illud seruare nequeunt. Seruant quidem libenter die Veneris, ac Sabbati, ac in vigilijs abstinentiam à carnibus. At Ieiunium vnius comestionis in meridie, rarissimi possunt. Prima ratio generalis est, quia Chinenses inde ab infantia ter ad minimum de die edere solent, ad quod cogit leuitas cibi. Vix enim plerique præter simplicem Orizam, & olera sale condita, vel quid simile leuissimum edunt. Vnde nisi manè ientaculum accipiant, ad omnia ferè inepti sunt, vix quid laborare, aut agere ieiuni possunt. Pane etiam carent, ac vino, & cibis crassioribus, ac substantialioribus, præcipuè pauperiores. Præfecti autem ex Regis mandato ab hora matutina octaua, ad primam, vel secundam vsque pomeridianam pro Tribunali sedere debent, ieiuni autem ea audire nequeunt. Absoluta audientia, excipiendis salutatoribus, aut visitandis diem insumunt, noctu conuiuia celebrant, quæ recusare, more gentis, inurbanum esset.

His circumstantijs positis, *quæritur primò, vtrum mis- 4
sionarij nouis Christianis, quamprimum baptizantur, debeant intimare ius positiuum, tanquam obligatorium sub peccato mortali, quantum ad ieiunia, festa seruare, & confiteri*

fiteri semel in anno, ac communicare eo modo, quo obligantur Indi in noua Hispania, & in Insulis Philippinarum iuxta dispositionem Papæ Pauli III. pro Indis Occidentalibus?

5 Praxis Missionariorum in China est, viris omnibus omnia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ sacramentalia, ac cæremonias tum in Baptismate, tum in extrema vnctione adhibere, fœminis autem non omnibus, sed solùm id petentibus, & quando non est periculum offensionis infidelium, hoc quoque faciunt magna adhibita cautela, ac circumspectione, ne scandalum etiam passiuum excitent, totamque Christianitatem euidentissimo exponant periculo. Vix enim vnquam de vllo alio crimine accusati fuerunt, nisi quòd lex Christiana nimiam concederet cum fœminis familiaritatem, quòd caput earum aperirent, ac aqua ipsi lauarent, quòd manibus suis tangerent, & non semel ob id in magno periculo fuere, vt omnino eijcerentur ex China, totamque Christianitatem perderent. Quid autem dicerent Chinenses, si eos viderent fœminarum pectus, ac scapulas aperire, vt sancto oleo passim inungerent illas partes, quas illi adeo in mulieribus tectas, ac occultas volunt scrupulosè? Magna enim, ac planè admiranda, immò & laudanda est mulierum Chinensium honestas, ac modestia, qua in re omnes totius Orbis longè superant nationes. Nunquam fœminas per Plateas in Chinis videbis. Si amicum visites, fœminæ nunquam comparent, neque in mensa, aut prandio cum marito, si alij etiam amici adsint, interiorem domus partem inhabitant *funni* dictam, ad quam viris non patet aditus; crimen enim esset, hoc tentare, etiamsi casu accideret, aut honesta ex causa. Vestes mulierum ad terram vsque dimissæ sunt, & vesti annexum collare collum totum tegit. De manu viri aliquid accipere, vitio vertunt; Cum fortè aliquid offertur, supra mensam, aut scamnum ponitur, quod inde mulier accipit, non nuda manu, sed manica vestis tecta. Maxima mulierum pulchritudo paruis tribuitur pedibus, propterea ab infantia stringunt fasciis, ne crescant. Credo sapientis alicuius fuisse inuentum, vt eas domi contineret, ne facilè per viculos cursarent.

6 Cæterùm quod indecentissimum credunt Chinenses est, si alicubi viri cum fœminis conueniant, quod nec ad festa publica, aut comœdias faciunt; esset enim indecentissimum. Hanc ob causam non possunt simul cum viris ad templa nostra admitti, vt supra dixi, sed particularia sunt loca, vbi solæ conueniunt, cum commodè fieri potest, ad missam audiendam, ac reliqua peragenda iuxta Catholicæ Religionis leges. His positis.

7 *Quæritur secundò vtrum in prædicto Regno Ministri Euangelici pro nunc saltem in sacramento baptismi possint abstinere ab imponendo mulieribus oleum sanctum Cathecumenorum, sputum in auribus, & sal in ore? Insuper & non administrare eisdem mulieribus sacramentum extremæ vnctionis?*

8 In præfato Regno lege stabilitum est, vt in mutuo triginta pro centum accipiantur absque respectu lucri cessantis, aut damni emergentis.

9 *Quæritur tertiò vtrum Chinensibus sit licitum pro pecuniarum suarum mutuo, licèt non interueniat lucrum cessans, aut damnum emergens, prædictam quantitatem triginta pro centum, Regni lege taxatam, accipere?* Et causa dubitationis est, quia in recuperanda pecunia, est aliquod periculum, scilicet, quòd qui accipit mutuatum, fugiat, vel quòd tardet in soluendo, vel quòd necessarium sit coram Iudice repetere, vel propter alia huiusmodi.

10 In vniuerso Chinarum Regno domos publicas vsuris deputatas reperiri, res est vsitata, in quibus Vsurarij publici, facta sub pignorum cautione, pecuniam suam, sumpto lucro ad vsuram, dare solent, ea tamen conditione, vt pro vno ducato singulis mensibus tantum quid accipiant, & si tantis elapsis annis pignorum dominus pro ijsdem recuperandis pignoribus soluta principali pecunia cum lucro non redierit, actionem, & dominium, quod habebat in suis pignoribus, illico amittant; istæ autem domus Reipublicæ necessariæ sunt, & quamuis vsurarij vitam vsurariam dimittere velint, à non desistendo à prædictis Vsuris Iudicis authoritate compelluntur.

11 *Quæritur quartò vtrum si huiusmodi Vsurarij conuerti velint ad fidem possint baptizari, manendo in suo statu Vsurario propter causam supradictam, vel quidnam in tali casu agendum sit?* Et quintò quæritur.

12 *Vtrum prædictorum vsurariorum, filij, si quando in hæreditatibus eorum succedunt, iam Christiani existunt, teneantur ad restitutionem eorum, quæ pater ex Vsuris accepit in toto, vel in parte iuxta malè acceptorum excessum? Et si huiusmodi Vsurariorum filij hæredes iam Christiani à Republica, vel à Iudice compellantur ad publicas Vsurarum domos Patrum aperiendas, & substentandas, quid in hoc casu ministri Euangelij pro sanandis istorum conscientijs facere debeant?*

13 In populis, & Ciuitatibus illius Regni mos est imponendi quasdam distributiones, quæ à populis vicinis exiguntur, vt in Paschate noui anni, in sacrificijs, & dominiorum suorum Idolatrijs, & inuitationibus, ac conuiuijs in eorundem templis præparatis, simulque in festiuitatibus, alijsque indifferentibus pro populi lætitiæ demonstrationibus expendantur.

14 *Quæritur sexto, vtrum Christianis, ac ministris eorum à quibus etiam, tanquam à populis vicinis postulant, licitum sit pro nunc saltem pro huiusmodi rebus contribuere?* Nam si Christiani ad hoc non contribuerent, tumultus aliquis contra Christianos inter gentiles fier.

15 In omnibus illius Regni Ciuitatibus, & Villis templa cuidam Idolo *Chim hoam* dicto erecta, ac dicata reperiuntur, quod fingunt Chinenses esse protectorem, Regentem, & custodem Ciuitatis, stabilitaque Regni lege ordinatur, vt omnes Gubernatores Ciuitatum, & villarum, quos Mandarinos vocant, quando Regiminis possessionem assumunt, & anni recursu bis in mense sub pœna priuationis ab officio Templa adeant præfata, ibique ante dicto Idoli altare prostrati genibus flexis, capiteque ad terram vsque inclinato Idolum illud adorent, & venerentur, eidem candelas, ramenta, flores, carnes, vinumque in sacrificium offerant, & cùm sui Regiminis possessionem accipiunt ante prædictum Idolum iurant deuotè administrando, & si contra fecerint se submittunt supplicio ab Idolo infligendo, simulque ab illo petunt modum, & normam benè gubernandi, & alia huiusmodi.

16 *Quæritur, septimò vtrum attenta istius Gentis fragilitate tolerari possit pro nunc, quod tales Gubernatores Christiani deferant quandam crucem, quam occultè inter altaris Idoli flores, vel in manibus proprijs reponant, & facere, intentione non ad Idolum, sed ad Crucem directa, omnes illas genuflexiones, reuerentias, & adorationes ante altare illud, exterius tantùm, & fictò, omnem cultum interius, & in corde ad crucem dirigendo?* quia si huiusmodi Gubernatores cogantur ad hoc non faciendum, prius apostatabunt à fide, quàm relinquant officium Regiminis.

17 *Kumfu Gu*, philosophus apud Chinenses eximius, floruit sub Imperatore *King*, qui regnauit ante Christum annis 519. quo tempore apud Sinas nulla dabatur Idolo-lattia; hæc enim pestis primùm Sinas penetrauit sub Mingo Imperatore 65. annis post Christi natiuitatem. De hoc autem philosopho post magnas adhibitas diligentias ab omnibus Societatis Iesu missionarijs, sequentia verissima cognita sunt.

18 Primò, quòd eius doctrina sit in maximo apud Sinas honore, ac æstimatione, quam omnes amplectuntur, ac sequuntur non solùm speculatiuè, nullo modo discrepando, aut dubitando de minima sententia, quam protulit, sed etiam in praxi sequendo consilia omnia, ac statuta. Confirmat hoc Trigantius *lib.1.c.5.*

19 Secundò, quòd ab eius obitu ad hæc vsque tempora, tum Imperatores, tum literati magnos illi tribuunt honores, & annis singulis ea die, qua natum dicunt, ac initio vniuscuiusque mensis. Testatur id Trigant. *lib.1.c.10.*

Tertiò: In eo omnes conueniunt Sinæ, vt nullo modo *Kumfucucium*, vt numen venerentur, nec vllas ei faciant cæremonias Deo proprias, sed solùm tanquam insigni Viro, ac de Republica benemerito, qua de re ita Trigant. ibidem: *Nec literati viri solùm, sed ipsi quoque Reges per tot retrò secula, mortalium tamen, & non etiam numinis alicuius ritu venerantur. Cap.* autem 10. ita ait: *Nullas porrò preces ei recitant, nec ab eo quidquam petunt, aut sperant.* Placuit Trigantij testimonium ad hanc rem citare, nam

nam hæc typis edidit, antequam alij Religiosi, præter Societatis Patres Sinas ingrederentur, & multò ante, quàm dubia hæc mota essent, nimirum 1616. Præterea quia ordinauit suam historiam ex Patris Matthei Ricci Commentarijs. Vnde hæc testimonia non tam Trigantij sunt, quàm ipsius Ricci, in litteris, loquela, legibus, ac moribus Sinensium peritissimi, vt patet ex Trigantij præfatione. Credendum autem, tantos Viros in re tanta errare non voluisse, nec minus diligenter examinasse.

20 Quartò addo, certissimum esse, atque à duobus millibus annorum confirmatum, quòd hos honores eo tantùm nomine Philosopho tribuunt, quòd magister fuerit Sinarum, omnesque fieri gratitudinis ergo pro beneficio, quod doctrina sua Reipublicæ præstitit. Confirmat hæc omnia illud, quod accidit paulò post eius mortem. Controuersum enim fuit inter Regem, ac Philosophos, quonam pacto tantus vir esset honorandus. Duæ fuere opiniones, vna titulo Regis honorandum esse dicebat, eò quòd sua virtute eam dignitatem meritus fuerit, licèt non obtinuerit. Fundabatur hæc opinio in axiomate Sinicæ philosophiæ, quod habet *Kumfucius in libro Chung. yung. cap.* 17. in quo asserit magnam virtutem Regem habiturum, & summum dignitate, summum etiam virtute esse debere. Altera opinio fuit, vt tanquam totius Imperij Magister honoraretur, quæ præualuit. Declaratus ergo fuit totius Imperij Magister. Nunquam tractatum fuit apud Sinas, vt tanquam Deus, aut Numen haberetur, vel honoraretur, atque ideo *Cum fu cù* dictus est, *Cum*, familiæ nomen est, *fuzu*, autem magistrum significat.

21 Determinato hoc titulo, in qualibet totius imperij Ciuitate, Aulam, seu Gymnasium extruxerunt, quod *Cunfucij* vocant. In eo habitant studiorum præfecti, quos, *Hioquon*, appellant, eò litterati, ac studiosi conueniunt, & certis diebus *Cumfucucum* venerantur eisdem omnino cæremonijs, ac ritibus, quibus viuos magistros solent. Qua in re discipuli Sinici diligentissimi sunt erga suos magistros, licèt pro vna tantùm die aliquem præceptorem habuerint in quacunque arte mechanica, aut liberali. Erga *Cumfucucum* autem liberaliores sunt literati, tanquam Vniuersali magistro Regni, omni exceptione maiori, componunt etiam orationes, & poemata, quæ in eius laudem recitant. Ad hoc gymnasium solis litteratis patet aditus, & hoc non quocunque tempore, sed diebus statutis, vel quando gradus litterarios accipiunt. Nulla in Aula *Cumfucucy* imago, sed solum nomen *Cumfucucy* literis scriptum. Vnicum præterea tale gymnasium est in maximis etiam Vrbibus. Ex quibus patet quantum ab Idolorum templis distinguatur.

22 Quæ verò offeruntur in Aula *Cumfucucy* nec ex natura sua, nec ex institutione hominum deputata sunt ad cultum diuinum, vt patet ex dictis, vel, vt tanquam Numen illud venerentur, quod tamen necessarium est, vt sit verum sacrificium, vt docet S. Augustin. *lib.* 2. *de doctr. Christ. cap.* 20. *tract.* 3. *vbi* ait: *Superstitiosum est quidquid ab hominibus institutum est ad facienda, & colenda Idola, vel pertinens ad colendum sicut Deum, creaturam, partemue vllam creatura.*

23 Verùm quia ita in dies erga dictum *Kum fu cù* percrebescit Chinensium deuotio, vt saltem quoad speculatiuam, tanquam sanctum venerentur, & laudent, in omnique Ciuitate, & Villa præfato magistro templa sunt erecta. Gubernatores verò bis in anno tenentur in eius templo solemne sacrificium offerre, Sacerdotis ipsimet gerentes officium, & sine solemnitate in anni decursu, bis in mense, concurruntque cum illo aliqui ex litteratis pro administratione eorum, quæ in tali sacrificio offeruntur, quæ quidem sunt vnum integrum mortuum, capra vna integra, candalæ, vinum, flores, odores, similia. Item omnes literati quando accipiunt gradum, debent ingredi templum illius magistri, & facere genuflexiones, & offerre ante eius Altare ex candelis, & odoribus. Totus iste cultus, sacrificium, & reuerentia secundùm omnium illarum gentium formalem intentionem dirigitur in gratiarum actionem pro bonæ ipsius relictis doctrinæ documentis, atque vt ab eo impetrent ex ipsius meritis optimi ingenij felicitatem, sapientiæ, & intellectus. Hinc

Quaeritur octauò Vtrum Gubernatores, qui Christiani sunt vel fuerint, & litterati, vocati, & coacti possint ingredi præfatum templum, facere tale sacrificium, vel ei assistere, vel facere genuflexiones ante altare illud, vel accipere aliquid de Idolaticis, & oblationibus illis, maximè quia putant illi infideles, quod quicunque manducauerit ex talibus Idolaticis, habebit progressum magnum in suis litteris, & gradibus, & si portantes crucem in manibus, possint licitè hoc facere, eo modo, quo dubitatione superiori dictum est? Nam si hoc illis prohibetur, nullus Christianus gradus litterarios accipiet, ex quibus omnibus nobilitas, dignitas, honor, diuitiæ pendent apud Sinas, atque ita ingens impedimentum rei Christianæ imponeretur, erit tumultus in populo, ministri Euangelij in exilium mitterentur, & conuersio animarum impediretur, extingueretur que. 24

Iuxta tres Sinarum sectas, triplex etiam est de animabus humanis opinio. Prima est Atheorum, quæ omnia casu incepisse affirmat, animas autem simul cum corpore interire. Secunda est sectæ Idolatricæ. Hæc transmigtationem animarum admittit, & etiam infernum, sed non æternum, at ex quo liberati animæ possint, vt ad corpora redeant, vt ita tandem purgatæ ad campos amœnissimos in Indiam migrent, vbi Fè turpissimus huius sectæ anthor vixit. Tertia opinio est Philosophorum Sinensium, quæ passim admittit virtutis præmium, ac vitiorum pœnam, omnes ad benè viuendum hortatur, non spe præmij alicuius, aut metu pœnæ, hunc enim finem virtutis vilissimum dicit, sed quia virtus sui ipsius præmium est. Putat autem hæc secta, bonorum animas præmio, malas pœnis afficiendas. Indifferentes autem omnino fore, vt in vaporem euanescant. 25

Ex his patet, Sinas nullam diuinitatem animabus concedere, nihilque ab illis sperare posse, vt ait Trigant. *lib.* 1. *cap.* 10. §. *nihil porro in his*. 26

Quæ cum ita sint, tamen quamplurimos quælibet secta habet ritus, ac cæremonias, quibus defunctos suos honorant. Nam iuxta Philosophorum axioma, Sinæ erga parentes tum viuos, tum mortuos ad stuporem obsequiosi sunt, eo animo, vt illis habeant gratias de bonis, quæ ab illis acceperunt, simulque doceant filios, qualiter maiores suos etiam debeant honorare. Qua de re multa ex libris Sinicis, quorum philosophia putat ex hac obseruantia maximum boni regiminis punctum pendere. Non ita discunt etiam Regibus, ac Præfectis obedire, quia vt ait *Cumfucucius*, qui de hac obseruantia multa habet: *Qui domi fidelis non est, ac obsequens, nec foris Regi erit, esse non potest, vt qui parentibus obedire didicit, ac maioribus suis obsequi, turbas in Regno moueat, ac infidelis euadat. Ex hac bona educatione totius Republica Regimen pendet.* Eo autem modo, ac animo mortuis seruire iubet *Cumfucucius*, quo viuis, patet *ex cap.* 19. *lib. Chungyung.* vbi ait: *Seruiant mortuis, vti seruierunt viuis, seruias præteritis, vti fecisti præsentibus, hoc enim est summum obedientia; Et cap.* 16. *ait: Impera, vt omni reuerentia, decore, ac munditie perficiantur ritus, ac cæremonia erga defunctos, eodem modo, ac si mortui ante te essent, vel ad dexteram, vel ad sinistram.* 27

Ex his patet, Sinas non credere, animas suorum defunctorum adesse, sed tantùm eas honorare, ac si adessent. Deinde similes cæremonias ex sua institutione malas non esse, nec superstitiosas, nec ex malo fine stabilitas, sed ex præcepto naturali, quo tenemur parentes honorare. Vnde solùm continentur intra limites obsequij Ciuilis, ac politici. Patet quia ab omnibus tribus sectis adhibentur, & sola Idololatrica admiscuit superstitiosa, ex quo ad Sinas peruenit, sexcentis nimirum, & pluribus annis post *Cumfucucum*, atque hæc ab Idolatricis admixta prohibent Christianis suis Societatis Iesu missionarij, relictis ciuilibus, ac politicis cæremonijs, quæ potius laudandæ sunt, quàm vituperandæ, docenturque ita Christiani, vt intelligant quid ciuile, & quid superstitiosum. Vt autem ad quid facti veniamus: Inuiolabilis obseruantiæ mos est apud Chinenses, tanquam doctrina à supradicto magistro *Kum fu cù* tradita, quòd in omnibus Chinæ populis templa constructa habeant auis, & progenitoribus suis defunctis dicata, & in vnoquoque eorum omnes, qui eiusmodi familiæ sunt bis in anno congregantur, vt 28

præ-

præfatis suis progenitoribus solemnia sacrificia faciant magno cæremoniarum apparatu, & in altari multis candelis, floribus, & odoribus adornato imaginem, siue effigiem parentis, vel aui defuncti collocant, in quo sacrificio inuenitur, & qui facit Sacerdotis officium, & ministri illius, offeruntque carnes, vinum, candelas, odoramenta, capita caprarum, & alia. Hoc autem sacrificium communi illarum gentium intentione dirigitur, vt præfatis eorum progenitoribus gratius reddant, honorem, & reuerentiam exhibeant ob beneficia ab eis accepta, & ob illa, quæ ab eis accipere sperant. Vnde ante altare prostrati deprecationes multas faciunt, postulantes sanitatem, longam vitam, abundantiam fructuum, filiorum multiplicationem, prosperitatem magnam, & vt ab omnibus aduersitatibus liberentur, quod quidem sacrificium in domibus suis, & in sepulchris mortuorum etiam fit, minori tamen solemnitate.

29 *Quæritur nonò vtrum Christiani fideles, & exterius tantùm, vt supra dictum est, possint assistere huiusmodi sacrificio, vel exercere aliquod ministerium in illo cum infidelibus commixti, siue in templo, siue in domo, vel sepulchro, publicè, vel priuatim, vel quonam modo poterit permitti Christianis illis, ne si omnino prohibeantur hoc facere, fidem perdant, vel (vt melius dicam) auertant se ab actionibus anterioribus Christianorum?*

Chinenses Christiani asseuerant, quòd in oblationibus supradictis solummodò intendunt progenitoribus suis defunctis illam exhibere reuerentiam, & illa offerre, ac si ijsdem viuentibus exhiberentur, & in memoriam tantùm, ac reuerentiam progenituræ, & generationis, ac si illi viui extitissent, eadem illis præsentarent, vt illis oblatis vescerentur, vel substentarentur, & ea offerunt absq; alia intentione, vel spe, cùm sciant illos mortuos esse, eorumque animas in Inferno sepultas.

30 *Quæritur decimò vtrum, si hæc inter Christianos tantummodò fierent absque alio gentilium consortio in Templis, domibus, vel sepulchris ponendo, & collocando aliquam crucem in altari præfatorum defunctorum, dirigendo ad illam suam intentionem, ita tamen, quòd progenitorum imagini nihil tribuant nisi honorem, & reuerentiam filialem, quàm si viui extitissent illis comestibilibus, & odoriferis rebus exhiberent, vt sic populo satisfaciant?* Vnde hoc est, quod quæritur, *vtrum hoc pro nunc, vt inconuenientia euitentur, tolerari possit?*

31 Ad memoriam progenitorum suorum conseruandam vtuntur Chinenses quibusdam tabellis, in quibus nomina suorum defunctorum scripta sunt, quas vocant esse animarum sedes, existimantes, animas defunctorum venisse, & assistere in illis tabellis ad recipiendum sacrificia, & oblationes, & præfatæ tabellæ sunt collocatæ in proprijs altaribus cum rosis, candelis, lampadibus, & odoramentis, & coram ipsis tabellis genuflexiones, orationes, & deprecationes faciunt, expectantque auxilium ab illis defunctis concedendum in suis necessitatibus, & laboribus.

32 *Quæritur vndecimò, An Christianis licitum sit omnibus gentilitijs superstitionibus, & erroribus postpositis, vt pro nunc præfatis tabellis, illasque inter Domini, Sanctorumque Imagines, & in eodem altari collocatas habere, vel in alio separato cum ornatu supradicto, adhoc vt gentilibus satisfaciant, vel possint facere supradictas deprecationes, & sacrificia cum intentione supradicta?*

33 Quando in illo Regno alicui mori contingat, siue Christianus sit, siue Gentilis, pro inuiolabili more habetur in domo defuncti quoddam altare præparare, in eodemque imaginem defuncti, seu tabellam supradictam collocare cum ornatu odorum, florum, & candelarum, retroque cadauer feretro inclusum ponere. Omnes autem, qui ad condolendum domos illas ingrediuntur coram præparato altari, & defuncti imagine ter, vel quater genuflectunt, humi sese prostrantes capitibus vsque ad terram demissis, aliquas secum candelas asportantes, & odoramenta, vt in præparato illo altari coram defuncti imagine consumentur, & comburantur.

34 *Quæritur duodecimò, vtrum licitum sit Christianis, & præcipuè ministris sancti Euangelij attento mutuo beneuolentiæ signo, & amoris, supradicta facere, maximè quando defuncti sunt ex nobilioribus populi?*

35 *Quæritur decimotertiò, vtrum Cathecumenis paratis iam ad baptismum suscipiendum, debeant ministri declarare, & apertè & in singulari docere, esse illicita sacrificia, & omnia supradicta, quamuis ex hoc sequatur inconuenientia, scilicet desistere à susceptione baptismatis, persequutiones, mors, vel exilium ministrorum Euangelicorum?*

36 Chinarum sermone hæc vox *King*, idem est, ac *Sanctus, Sancta, Sanctum*, & in libris doctrinæ Christianæ à quibusdam sanctis Euangelij ministris prælo mandatis repetitur ista vox *King*, ad nominandam Sanctissimam Trinitatem, Christum Dominum, Beatam Mariam, & cæteros Sanctos.

37 *Quæritur decimoquartò, vtrum quando in præfatis libris sese offert occasio, vt nominetur magister Chinarum Kumfuciù vocatus, vel mandatum Regis Chinarum, vel cæteri Reges, qui communiter in illo Regno, vt sancti reputantur, cùm sint infideles, & Idolatræ, possit, & sit licitum Christi ministris nominare supradictos hoc nomine King.*

38 In multis templis Idolorum illius Regni inuenitur vna tabula deaurata, & collocata super vnam mensam, vel altare, & omnibus ornamentis candelarum, rosarum, odoramentorum munita, & ornata, qua in tabula scriptæ sunt litteræ, vel characteres sequentes: *Hoàm tis Vàn suis Vàn Vàn suis* hoc est: *viuat Rex Chinarum ad multa annorum millia*, & ante præfatam tabulam mos est inter illos Idolatras sacrificare bis, vel ter in anno, & facere genuflexiones in honorem, & reuerentiam illius.

39 *Quæritur decimoquintò, si ministri Christi Domini possint in suis Ecclesijs collocare huiusmodi altare cum tabula, & circumstantijs prædictis, & hoc ante altare, vbi sacerdotes Dei sacrificant oblationem immaculatam?*

40 *Quæritur decimosextò, si in illo Regno licebit Christianis orare, & sacrificium facere Domino Deo nostro pro suis defunctis, qui in sua infidelitate ab hac vita discedunt?*

41 Cùm à Patribus Societatis missionarijs nullo pacto differatur in Sinis Doctrina Passionis Christi, ipsaque Christi crucifixi imago, quoad opportunè fieri potest, exponitur. Datur autem sufficiens notitia, nam nullum sacris Baptismi aquis abluunt, cui non præmittant, ac dent cognitionem Sanctissimæ Passionis, ac Crucifixionis Christi Domini, quem non doceant signum crucis formare. Præterea typis historia crucifixionis, ac Passionis vulgarunt, varijs de his misterijs editis libris, & preces varias ediderunt de passione Christi, de quinque vulneribus sanctissimis, & vitæ Christi imagines omnes à Baptistæ natiuitate, ad Saluatoris vsque Ascensionem in cœlum impresserunt in Regno Sinarum, laminis ligneis Sinicis, addita explicatione mysteriorum, vbi etiam imagines flagellationis, coronationis, ac crucifixi sunt. Præterea in symbolo fidei clarè dicunt Sinicis literis, ac idiomate, *qui passus fuit sub Pontio Pilato, in cruce crucifixus, mortuus, ac sepultus*, & Christianis singulis annis signum crucis impressum, aut nomen Iesu, vel Mariæ distribuunt, quæ tempore anni noui supra postes domorum conglutinant, & in Sacello non domestico, sed intra templa crucifixum habent magnum, aut sculptum, aut pictum, ita clausum, vt Christianis aperiatur, cùm in templo sunt, ante quem die Veneris fit congregatio de Passione, & annis singulis in Kalendario impresso claris verbis ponunt pro die Veneris Sancto, dies, quo Dei filius passus est, & pro die inuentionis Sanctæ Crucis, dies, quo Sanctissima Crux inuenta fuit; Et die Veneris Sancto Crucifixum adorandum exponunt in templo iuxta Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cæremonias; vt multa alia taceam.

42 *Quæritur decimoseptimò, vtrum hoc sufficiat ad prædicandum Christum Crucifixum in nouis Christianitatibus? An teneantur prædicatores Euangelij prædicare in illo Regno Christum Crucifixum, & ostendere eius Sanctissimam Imaginem, maximè in Ecclesijs, non obstante, quòd Gentiles scandalizentur ex tali prædicatione, & ostensione, & indicent maximam esse stultitiam?* Præfatis dubijs ita respondetur.

43 Ad 1. Censeo; Ius positiuum Ecclesiasticum de Ieiunijs obligat Chinenses Christianos, & à Missionarijs hoc est illis enunciandum. Attenta verò Regionum, & Personarum qualitate, locum esse, si Sanctissimo placuerit, dispensationi, quæ fuit aliàs à fel. rec. Paulo III. Indis concessa. Qua obtenta, satagant Missionarij Sanctæ Matris Ecclesiæ pietatem illis parefacere, quibus ea, quæ in vniuersum indixit, magna ex parte benignè remittit, & indulget.

44 Censendum etiam, præfatos Chinenses obligari ad Sacramentalem confessionem semel in anno, & Missionarios huiusmodi obligationem debere eis notificare. Idem prorsus censendum est quoad sacram Communionem semel in anno sumendam. Quo verò ad executionem tempore statuto, hoc est in Paschate, id esse intelligendum, nisi legitimum adsit impedimentum, aut graue periculum immineat. Curandum tamen, vt infra duos, vel tres menses ante, vel post, Paschati proximos, quatenus sine discrimine fieri possit, sit minus alio quouis tempore intra decursum vnius anni à Paschate incohandi omnino communicent,

45 Demum Chinenses ad fidem conuersi tenentur omnino festa seruare, Missionarios etiam teneri hoc eis notificare; locum tamen esse, si Sanctissimus annuat, limitandi eis numerum dierum festorum iuxta formam Priuilegij à Paulo III. Indis concessi,

46 Ad 2. Censendum est, & sacramentalia in baptismo mulierum esse adhibenda, & extremam vnctionem esse mulieribus conferendam, nec sufficere motiuum in quæsito expressum, vt Missionarij quantum in se est, abstineant, Curandum ergo vt tam salubres ritus, & cæremoniæ introducantur, & obseruentur, ac Missionarij tali circumspectione illa administrent, hominesque talibus instruant documentis, vt ab omni suspicione inhonestatis liberentur,

47 Ad 3. Censendum est ratione mutui immediatè, & præcisè nihil esse accipiendum vltra sortem principalem. Si verò aliquid accipiant ratione periculi, probabiliter imminentis, prout in casu, non esse inquietandos, dummodo habeatur ratio qualitatis periculi, & probabilitatis eiusdem, ac seruata proportione inter periculum, & id, quod accipimr,

48 Ad 4. Censendum est, Chinenses in statu vsurario permanentes baptizari non posse: Si verò Iudicis authoritate compellantur ad proprias pecunias mutuandas, posse aliquid accipere, etiam recepto pignore, vltra sortem principalem, tum ratione oneris, quod subite coguntur, tum ratione curæ in custodia pignorum, lucri quoque cessantis, & damni emergentis, Tempore autem præstituto si ex venditione pignorum aliquid supersit sorti principali, & lucro ex causis prædictis iustè acquisito, domino pignoris esse restituendum.

49 Ad 5. Censendum est, filios hæredes Vsurariorum teneri à Patribus ex Vsuris illicitè acquisita restituere certis quidem Dominis, si certi sunt, sin minus iuxta regulas à Doctoribus traditas. Actualem verò restitutionem à doctis, pijs, & prudentibus Viris esse dirigendam. Quoad secundam partem huius dubitationis iam responsum est in proximè superiori resolutione.

50 Ad 6. Censendum est, posse Christianos Chinenses pecunias contribuere, dummodo per huiusmodi contributiones non intendant ad actus Idolatricos, & superstitiosos concurrere, supposita causa, quæ narratur in dubio, præsertim præmissa, si commodè fieri potest, protestatione, quòd imposita tributa præstant in ordine tantùm ad populi lætitiam, & ad actus indifferentes, vel saltem cultui Religionis Christianæ non repugnantes.

51 Ad 7. Censendum est, nullatenus licere Christianis huiusmodi actus publicos cultus, aut reuerentiæ tribuere Idolo prætextu, vel intentione Crucis, quam vel manu gestant, vel in altari inter flores abscondunt.

52 Ad 8. Censendum est, non licere, neque posse aliquo prætextu, contento in quæsito, Christianis id permitti.

53 Ad 9. Censendum est, Christianis Chinensibus nullatenus licere fictè, vel exterius assistere sacrificijs in honorem progenitorum, neque eorum deprecationibus, aut quibuscunque ritibus superstitiosis Gentilium erga ipsos, multò minus licere circa præfata ministerium aliquod exercere.

Ad 10. Censendum est consequenter ad ea, quæ superius dicta sunt præmissa non posse saluari, siue per appositionem crucis, siue propter absentiam Gentilium, siue per intentionem actus de se illicitos, & superstitiosos ad cultum veri Dei dirigentem, 54

Ad 11. Censendum est, omnino non licere habere illas tabellas in vero, & proprio altari maioribus dicato, multò minus deprecationes, & sacrificia eis offerre, licèt occulta, & ficta intentione, 55

Ad 12. Censendum est, posito quòd mensa parata sit quædam tabula, non autem verum, & proprium altare, si cætera continentur intra limites obsequij ciuilis, & politici, esse toleranda, 56

Ad 13. Censendum est, Ministros Euangelicos teneri docere sacrificia omnia, præter quàm soli Deo esse illicita, cultum Dæmonum, & Idolorum esse relinquendum, & quæcunque huiusmodi cultum concernunt, esse falsa, & Christianæ fidei repugnantia. Ad singularia verò descendendum, prout in Cathecuminis ingenij promptitudo, aut ruditas exiget, alijsque circumstantiis, consuetudinibus, ac periculis perspectis. 57

Ad 14. Censendum, non posse aliquid firmari circa vocem hanc, eiusque vsum, nisi præhabita cognitione Idiomatis, eiusque veræ, & propriæ significationis. Ceterùm si eadem vox in Regno Chinarum habet latitudinem, posse ministros ea vti, si verò restringatur ad significandam veram, & perfectam sanctitatem, nullatenus posse. 58

Ad 15. Censendum est, exclusis sacrificijs, & altari verè, & propriè dicto, cætera, quæ redolent tantummodo cultum Ciuilem, aut possunt ad illam reduci, permitti posse. 59

Ad 16. Censendum est, si verè in infidelitate decedunt omnino non licere. 60

Ad 17. Censendum est nulla prudentia, aut prætextu differendam esse doctrinam Passionis Christi post baptismum, sed omnino præmittendam. Ad actualem verò prædicationem Christi crucifixi, licèt non teneantur ministri Euangelici in singulis concionibus, sed ad proponendum Verbum Dei, ac diuina mysteria prudenter & opportunè, & ad illa pro Cathecumenorum captu explicanda, non tamen à sermonibus passionis Domini nostri abstinere tenentur ea ratione, quòd Gentiles inde scandalum sumant, aut stultitiam putent. Censendum est etiam, conueniens esse, vt in Ecclesijs Imagines habeantur Christi Crucifixi, & ideò curandum, vt quoad opportunè fieri potest, exponantur. 61

Has responsiones S. Congregatio de propaganda Fide die 12. Septembris 1645. suo decreto approbauit, atque Ita Innocentius X. obseruari mandauit sub pœna excommunicationis S. Sedi Apostolicæ specialiter reseruatæ.

CONSVLTATIO XLVI.

An Communitates sæculares teneantur taxam antiquam vectigalium obseruare in fauorem Clericorum initam, qui quod sibi superest à rebus immunibus vendunt, cedunt, donant, vel in pecunia exigunt à publicanis, præsertim farinæ? Vbi plura solidè discutiuntur.

HVius causæ actio iucunda, & plausibilis tribunali, subsellijs, & Curiæ sæcularis podio dici potest. Equidem Magistratus sæculares non negant, immunitatem Clericis concessam esse omni iure, *ex cap. Quamquam, de censibus in 6.* & S. Concilio Trident. *sess. 25. cap. 20. de reform.* nec illam vnquam impugnarunt, vel nunc impediunt, vt firmat Fontanel. *decis.* 510. *num.* 25. Sed asserunt, quòd Clerici, quocunque iure attento, aliud prætendere non possunt ex huiusmodi immunitatis priuilegio, nisi quòd à vectigalibus sint immunes, ac liberi pro illis rebus, quæ sibi, ac suæ familiæ necessariæ sunt, ita, vt ex illa Ciuitates damnum percipere non debeant, *Clem. præsenti, de censib.* & ibi Gloss. 1

v. Non

v. Nonnegotiandi, *d. cap. Quanquam*, ibi: *Pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi deferunt*, Ricc. *resol.* 339. *num.* 1. *& seq. p.* 1. Viu. *dec.* 88. *num.* 6. Ioseph. Ludouic. *concl.* 15. Thor. *add. ad decis. Salernitan.* 4. *n.* 12. *&* 21. At, quòd immunitate frui velint, etiam pro illis rebus, quæ ad aliorum vsum pertinent, & ex ea lucrum percipere in aliorum Ciuium damnum, ac præiudicium, quàm maximè impugnant, tanquam iuri diuino, & Canonico contrarium, vt probatur *ex d. cap. Quanquam*, *& d. Clem. Præsentis*, & diffusè ostendit Fontanell. *dec.* 306. *à num.* 11. traditque Cohell. *ad Bull. Boni regim. cap.* 50. *num.* 169. *& seq.* & occasione gabellæ Carnis declarauit Sac. Congregatio negotijs Episcoporum præposita *in Carpentoratensi* sub die 5. Augusti 1607. tenoris sequentis: *Gli Ecclesiastici non sono obligati à pagar la carne ne' macelli, se non per quanto emporta, dedotte le gabelle. E per leuar via la fraude, si dichiara, che ciò s'intende solo per la bocca loro, e della seruitù, parenti, e famiglia, che viuono à spese di essi Ecclesiastici à ragione d'vna libra il giorno per testa, con obligo di restituire tutto quello, che si fosse preso di più.* Et in eisdem terminis fuit nuper resolutum per Rotam in vna Barchinonen. exemptionis 4. Iulij 1664. coram Taia; operatur enim immunitas, vt Clericus non sit in damno, & habeatur respectu illius æquè ac si vectigal non esset impositum. At quòd propter vectigal Clericus lucretur cum iactura aliorum Ciuium, nullo iure permittitur. Si enim Clericus pro eo, quod vsui proprio est necessarium vendit suam immunitatem, non dicitur lucrari. Quia pretium immunitatis exactum, emendo postea victualia non immunia, restituit publicanis, & remanet immunis. At si illud plus, quod sibi non est necessarium, vendit, cedit, vel donat, certè lucratur cum aliena iactura, ad quod non se extendit immunitas. Difficultas igitur est in quantitate immunitatis ex Rot. *dec.* 159. *num.* 9.

2 Et sanè non videtur permittendum, quòd Clerici suam immunitatem, vltra vsum exuberantes, vendant laicis, & prætium vectigalis in propriam vtilitatem conuertant. Quoniam exigerent à laicis in priuatam vtilitatem vectigalia, quæ sunt de Regalibus, & pertinent ad Principem, cuius nomine & pro fiscalibus eidem soluendis per Vniuersitates sæculares indicuntur, exiguntur que. Et licèt aliquando toleretur in Clericis venditio schedularum suæ immunitatis, id tamen solùm procedit in ijs, qui non habentes commoditatem molendi proprium frumentum, vescuntur pane venali, qui est vectigalis, & sic nullum fit publicanis præiudicium. Quia illa immunitas, qua gaudet laicus emptor dictæ schedulæ compensatur cum vectigali, quod ipse publicanus exigit ab Ecclesiasticis, panem venalem, & non immunem ementibus. Hoc autem circumscripto, nullus de iure dari potest casus, vt Ecclesiastici prætendere possint immunitatem vltra suum vsum, illamque vendere vel donare cum fraudatione vectigalis, faciendo immunes subditos laicos.

3 Quod, vt clariùs appareat, supponendum est, tanquam certum, quòd, de iure immunis à vectigalibus tenetur apud publicanum res profiteri, hoc est, eas verò denunciare tributi pro his debiti exsoluendi causa, text. *in l. fin. §. quoties*, *& §. Diuus*, *ff. de publican.* Firman. *tr. de gabell. p.* 9. *num.* 31. Iul. Ferret. *eod. tr. num.* 372. Mascard. *de prob. lib.* 2. *conclus.* 834. *num.* 4. *& seq.* Vbi loquitur in specie de Clericis, Roland. *consil.* 71. *num.* 21. *& seq.* Ioseph. Ludouic. *d. concl.* 15. Farinac. *quæst.* 174. *num.* 29. Et præstare debet iuramentum, quòd res illæ pro vsu suo deseruiant, Glos. *in d. Clem. Præsenti*, *v. Non negotiandi*, Roland. *d. cons.* 71. *num.* 23. *vol.* 4. Carol. de Graff. *de eff. Cler. eff.* 3. *num.* 258. vbi allegat Bald. Ias. Ferret. & alios, Syluest. *in sum. v. Iuramentum* 3. *quæst.* 2. *in fin. & v. Mendacium quæst.* 6. Vbi quòd nec possit æquiuocare, sed iurare debeat iuxta mentem deferentis, Sanch. *lib.* 3. *in decalog. cap.* 6. *num.* 35. Laur. de Peyrin. §. 33. *num.* 146. *& seq. super* 2. *constit. Iulij* 2. *& in addit. ad eand. cap.* 3. *num.* 36. *tom.* 3. Nam publicanus credere non tenetur simplici assertioni Clericorum, qui id, medio iuramento, non affirmant, prout omnino requiritur, vt eorum assertioni stari debeat, Bald. & Castr. *in d. l. fin. num.* 1. Nauar. *cons.* 4. *num.* 4. *lib.* 3. Bellett. *disqu. cler. p.* 1. *de exempt. Cler. & eor. bon. à mun. §.* 6. *sub num.* 1. Vt propterea possint res Clericorum retineri, donec publicano, vel Curiæ sæculari constiterit, res esse Clericorum absque aliquo excommunicationis incursu, prout in terminis animalium, quæ damnum dant, quæ prætenduntur esse Clericorum, tradunt Auendagn. *de execut. mand. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 13. Thom. del Ben. *de Immun. cap.* 9. *dub.* 2. *num.* 29. *&* 35. Lopez *ad leg. part. l.* 1. *tit.* 6. *l.* 51. Gutier. *quæst.* 9. *pract. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 2. *& seqq.* Luc. de Pen. *in l. Iubemus num.* 2. *&* 3. *C. de naub. non excus. lib.* 4.

4 Si ergo imponitur Clerico necessitas iurandi, quòd res suæ sunt, & pro vsu suo destinatæ, vt immunis sit à vectigalibus, necessariò sequitur, quòd pro alijs rebus, vsui proprio non necessarijs, tenetur in conscientia vectigal pendere, vt *ex d. cap. Quanquam*, *& d. Clem. Præsentis* desumitur. Et ideo illud fraudantes peccant mortaliter, Ricc. *in prax. p.* 3. *&* 4. *resolut.* 135. *num.* 12. Couar. *in regula peccatum p.* 2. §. 5. *num. fin.* Mench. *de success. excat. lib.* 3. §. 28. *num.* 28. Marin. *in obseru. ad Reuert. dec.* 44. *num.* 2. & puniuntur in vtroque foro, Menoch. *de arbitr. Iud. consult.* 397. *num.* 1. *cum seqq.* Quin res ipsæ, quas pro vsu suo asportare mentiendo iurarent, incidunt in commissum, *l.* 1. Vbi Bart. *C. de nauicul. lib.* 11. *l. fin.* Vbi etiam Barthol. *C. de annon. & trib. lib.* 10. Ferrett. *de gabell. num.* 184. Roland. *cit. consul.* 70. *num.* 99. *lib.* 5. Farinac. *quæst.* 173. *num.* 30. Quanquam hoc iuramentum nimis esse periculosum experientia demonstrat, & ad limitationem regulæ, quòd stari debeat Clericorum iuramento, tradit eadem Glos. *in d. Clem. Præsenti de censib. d. v. Non negotiandi*, Bald. *in l. Cum proponas num.* 19. *C. de naut. fœn.* Franc. Marc. *dec.* 286. *num.* 4. Roland. *cons.* 71. *num.* 24. & Carol. de Graff. *effect.* 3. *n.* 258.

5 Neque obstat, quòd ex antiqua taxa fuerit Clerici ius quæsitum, itaut postea sine illorum consensu non possit mutari, minui, siue reformari, præsertim à Indice laico, cum hæc taxatio processerit per modum transactionis, fueritque ab eisdem Communitatibus, & Clericis accepta, executioni demandata, & hucusque obseruata.

6 Nam, prætermissa illa quæstione, quam exagitat Larrea, & Gratianus, quibus satisfacit Fontanell. *dec.* 334. *à num.* 3. Solum nunc quæritur, an Clerici possint in conscientia illud plus, quod ipsis superest ex vsu necessario exigere à publicanis inuitis, vendere, cedere, vel donare. Quod negandum videtur eò potissimùm, quia, licet Carol. de Graff. *eff.* 1. *num.* 1265. *& seq. & eff.* 3. *num.* 259. Squillan. *priuil. Cler.* 8. *num.* 66. & Ricc. *resol.* 393. *p.* 1. velint, incidentia circa immunitatem Ecclesiasticam per Iudicem Ecclesiasticum esse terminanda, quemadmodum existimatur incidens istud taxationis immunitatis, ijsdem tamen Riccius, & Squillantes contestantur, in Regno Neapolitano seruari contrarium, hasque taxationes fieri à Regia Camera. Quod etiam refert Viu. *cit. dec.* 88. *num.* 5. Et id etiam seruari in Regno Cathaloniæ, fatetur Fontanella *d. dec.* 511. *num.* 8. *& seq.* Cui obseruantiæ adstipulatur Syluest. *d. v. Iuramentum* 3. *quæst.* 1. *& v. Mendacium quæst.* 6. Vbi quòd Clericus denuncians res asportatas publicano, tenetur ei iurare, quòd res suæ sint, & pro suo proprio vsu destinatæ, aliàs poterit publicanus res ipsas retinere, Sanchez *lib.* 3. *in decal. cap.* 6. *num.* 35. Peyrin. *d. tom.* 3. *super* 2. *Constit. Iulij* 2. §. 33. *num.* 146. *& seq.* Vbi quòd tale iuramentum deferre etiam debent Regulares, *& in addit. ad eand. Constitut. cap.* 3. *num.* 36. Id, quod videtur affirmare Farinac. *quæst.* 113. *num.* 29.

7 Quare nullius momenti est obiectio præscriptionis, quæ etiam in pactis de retrouendendo ad libitum, vel perpetuò obtinet sibi locum. Nam vltra quod obiectio ista suis non caret tricis, vt videre est apud Fontanellam

dec, 77. ex num. 1. respondetur primò præscriptionem intrare in ijs casibus facultatiuis, quibus adiuncta est actio, quæ de iure est præscriptibilis, secus in actionibus merè facultatiuis, quibus nulla actio est iniuncta, Fontanell. *dec.* 75. *num.* 20. *& seq.* Ant. Fab. *lib.* 3. *tit.* 13. *de præscript, definit.* 4. Hic autem agitur de actu merè facultatiuo quoad taxam, & quantitatem, nec descendit ex aliquo contractu, vt propterea nomen actionis mereatur, & propterea præscriptio in facultatiuis intraret vbi prohibitio succederet, & pars prohibitioni acquiesceret, Burat. *dec.* 43. *num.* 3. diffusè Gabriel *concl,* 10. *&* 12. *de præscript. lib.* 5. In hoc autem casu nulla datur prohibitio, cui Vniuersitates acquieuissent. Vnde verior ac securior in conscientia videtur opinio, quod huiusmodi facultas duret omni tempore, præsertim de iure Canonico, vt aduertit Alciat. *in l. petens num.* 11. *&* 12, & ibi Purpur. *num.* 40. *C. de pact.* Petr. Gerard. *sing.* 18. & Gomes. *var. lib.* 2. *c.* 9. *num.* 6. eamque seruari in Camera Imperiali refert Mysing. *cent,* 1. *cap.* 16. *obser,* & in Curia Eduensi Chassan. *in consuet, Burgund. tit. des nates* §. 1. *num.* 10. *& seq.* & in Cathalonia Cancer. *var. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 18. *in fin.* Fontanel, *dec,* 75. *num,* 11. Hieron. à Laurent. *dec.* 129. *in fin.* atque alij per eundem Fontanellam relati *dec.* 78. *num.* 8. & Grass. *lib,* 4. *com, opin. tit. de iur. com. agend, cap.* 3.

8 Non igitur opponi potest præscriptio, quia est actus facultatiuus, & quia Vniuersitates non agunt, sed conueniuntur *ex l. pure,* §. *vlt. ff. de dols except.* Bart. *in l. pignore, ff. de vsucap.* Chassan. *cons.* 7. *num.* 15. Post. *dec,* 622, *num,* 19. *post tr. de manut.* Couar. *var. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. vbi quòd ex ista regula annui creditus præstatio, nunquam præscribitur, nec euitat perpetuò, quin possit debitor creditori sortem offerre, Roderic. *de ann. redit. lib,* 1. *quæst.* 17. *num.* 76. *& quæst.* 19. *per tot.* Aued. *de censib. cap.* 101. *num,* 8. Valasch. *de iur. emph. quæst.* 11. *num.* 17. *& seq.* & in eisdem terminis pacti de retrouendendo, vt non impediatur per viam exceptionis opponi, licèt agendo ex præscriptione impediretur, docet Signor. *cons.* 139. *per tot.* Dec, *cons.* 164. *col. fin.* Tiraquel. *de retr. conn.* §. 1. *gl.* 2. *num.* 29. Gabr. *de præscript. lib.* 5. *conclus.* 6. *num.* 11. quia tempus perimit actionem, non autem exceptionem *d. l. pure* §. *fin. ff. de dol. except. l. licet, C. de except.* Neu. *de pignor. p.* 5. *princ. membr.* 3. *p.* 1. *num.* 53. Post. *cit. dec.* 622. *num.* 19. Carleual. *de iudic. tom.* 2. *disput,* 16. *num,* 18. *in fin.*

9 Deinde id contingere potuit non ex facto Vniuersitatum, sed publicanorum, qui singulis annis mutari solent, quique non possunt Fisco, vel Vniuersitatibus præiudicare, & aliquo modo præscribere, Post, *de manut. obseru.* 35. *num.* 64. Rot. post eundem *dec.* 645. *num.* 12. & in Hispalensi decimarum 15. Februarij 1647. §. *Vnde coram* Meltio, & in Leodiensi decimarum 22. Aprilis 1652. & in Tolerana decimarum 15. Iunij 1648. coram Eminentissimo Celso.

10 Illud autem in hac re certissimum est, quòd neque ex Concilio Tridentino, neque ex dispositione iuris Canonici, neque ex iure Cæsareo, vel Regis priuilegio taxa ista procedit, sed ex ipsa Regia Camera, quæ illam ad Vniuersitatum instantiam reformat. Vnde videndum etiam est, an iustè ac legitimè huiusmodi reformatio succedat, & an taxa iam reformata, & renuente Republica, possint Clerici illud, quod vltra vsum proprium superest vsque ad taxam antiquam, vendere, seu exigere à publicanis inuitis.

11 Quòd enim Vniuersitates legitimè ad id procedere possint duo proponuntur consideranda, quæ post taxam antiquam superuenerunt, cùm certissima sit iuris conclusio, quòd quæ de nouo accidunt, nouo indigeant auxilio, *l.* 1. *in princ. ff. de ventr. inspic. & l. de ætat.* §. *ex causa ff. de interrog. act.*

12 Primum est, quòd Clerus non erat olim innumerus, & ideò cùm illius priuilegium tendat propemodum in damnum Vniuersitatum, est dignum moderatione *cap.* 2. & ibi Glos. *v. reuocanda de concess. preb. in* 6. *d. cap. suggestum* ibique Doctores, *de decim.*

Secundum est, quòd vectigal farinæ exempli gra- 13
tia, non erat tunc temporis ita auctum, sed postea propter necessitates ex bello, grauatæ sunt Vniuersitates oneribus fiscalibus, ac proinde adaucta vectigalia pro illis exsoluendis, & ex hac eadem causa creuit numerus Clericorum, cùm ex affluentibus immunitatibus illis concessis eximantur etiam eorum parentes, & consanguinei. Quod cum Reipublicæ graue admodum sit, ij tamen priuilegio Clericali nituntur, non quidem vt ad maiores Ordines ascendant, quod est institutio clericalis characteris ex traditis per Rotam *dec.* 50. *num.* 5. *p.* 5. *rec.* sed vt ab oneribus, quæ ciuibus debent esse communia, se eximant. Quinimmò ex ijs plures nec vestem clericalem deferunt, neque tonsuram, neque seruitio alicuius Ecclesiæ addicti sunt, & proinde à vectigalibus eximi non debent, Zerol. *in prax. v. Clericus* §. 9. allegans Guid. Pap. *decis.* 83. Glos. *in Clem.* 1. *de vit. & honest. Cler. v. Rebus, & in cap. fin. eod. tit.* Couar. *var. cap.* 31. *fallent. vlt.* Carol. de Grass. *effect.* 3. *num.* 292. Quemadmodum nec beneficio *cap. Odoardus* eos gaudere, censuit Rota coram Eminentissimo Cerro in Barensi pecuniaria 23. Ianuarij 1654. *in fine* & coram Roya 19. Aprilis 1652. in Romana cessionis bonorum *sub num.* 7. relata post Chartar. *decis.* 12. *&* 13.

Ex quibus resultat necessariò iustitia reformationis 14
taxæ. Nam in qualibet dispositione, etiam conuentionali & iurata, semper intelligitur clausula rebus sic stantibus, *l. quod Seruius, ff. de condit. caus. dat.* vbi Ias. post Bart. & tradunt Rub. *consult.* 147. *num.* 3. ac late Dec. *cons.* 335. *num.* 3. *& consult.* 408. *num.* 20. quem refert, ac sequitur Crauet. *consult.* 95. *num.* 4. *& cons.* 116. qui loquuntur in materia onerum, Alex. *cons.* 71. *num.* 8. *vol.* 5. Hippol. *consult.* 76. *num.* 31. Paris. *cons.* 24. *num.* 72. *vol.* 2. *& consult.* 110. *num.* 25. *& cons.* 72. *num.* 45. *vol.* 1. Gozad. *cons.* 27. *num.* 1. *&* 19. Socin. *cons.* 27. *num.* 22. *& cons.* 123. *num.* 8. *vol.* 4. Vbi dicit, quòd promissio debet intelligi secundùm terminum, & statutum temporis, quod vigebat tempore promissionis, Parpol. *in l. Placet col.* 28. Bart. *in l. vnic. num.* 37. *C. de mul. & in quo loc. lib.* 10. Afflict. *dec.* 328. *num.* 4. & tradunt Anchar. *consult.* 84. *num.* 3. Ruin. *consult.* 137. *num.* 11. *lib.* 3. & abunde Tiraquell. *in l. Si vnquam, in præfat. num.* 166. *& seq.* vbi loquitur etiam in dispositione iurata, Natt. *consult.* 50. *num.* 2. *resolut.* 1. ac Rota *decis.* 123. *num.* 16. *p.* 2. *diuers. & dec.* 313. *num.* 5. *p.* 4. *tom.* 1. *recent.* Vnde Glos. *in cap Suggestum, de decim. verbo Priuilegia*, ponit regulam, quòd priuilegia secundùm diuersitatem temporum, ac rerum varietatem sunt varianda, *& allegat.* 63. *dist. c. quia Sancta*, §. *Verum, & de consanguin. & affin. cap. Non debet, &* 12. *quæst.* 1. *c. Euidentes*, ac Innoc. *in eod. cap. Suggestum*, notat, quòd priuilegia, quæ ex post facto ad grauamen, etiam non iniquum deueniunt, temperanda sunt per Superiorem, *& in cap. Quanto, de censib.* obseruat, largitiones ad temperantiam reduci, quando postmodum, illæ incipiunt esse damnosæ, & plenè habetur per Cabed. *dec.* 75. *num.* 3. *p.* 2. vbi quòd priuilegia, etiam in vim contractus transeuntia, reuocari possunt ex iusta causa, & nouissimè Caren. *resolut.* 59. *num.* 22. Vbi quòd est conclusio recepta, etiam à Canonistis, & Theologis, ac propterea Fab. de Anna *in alleg.* 16. refert ex eadem regula decisum, immunitatem prius concessam, postea fuisse ex causa diminutam, reddens optimam rationem, quia sententia, non dicitur impugnari, quando ex noua causa superueniente ab ea deuiatur. Atque ideo crescente numero Clericorum, & crescentibus fiscalibus, reformatio taxæ in eo, quod liberalitatem, & largitionem continet, iustè procedit,

& se-

& secundùm regulas iuris, ac Sacrorum Canonum constitutiones; quia in grauamen, & damnum aliorum Ciuium videtur resultare, vt expresse desumitur *ex dict. cap. Quanto*, ibi: *Verum tunc propter fratrum, & seruientium paucitatem tales procuratio non grauabat; sed nunc in tantum excreuit numerus eorumdem, quòd ad procurationem vix quatuor marcha argenti sufficerent, quæ pro vna fieri consueuit. Indulgemus igitur, ne vltra primam mensuram, &c.* & in d. cap. Suggestum, ibi: *Nam quando Romana Ecclesia ordini vestro priuilegia de decimis dederat, ita erant rara Abbatia vestri Ordinis, quòd exinde nulli poterat de iure scandalum suboriri, sed nunc in tantum augmentata sunt, ac possessionibus ditata, quòd multi viri Ecclesiastici de vobis apud nos querelam sæpè proponunt.*

15 Confirmatur, quia huiusmodi priuilegium est particulare, scilicet Regni Neapolitani, atque adeò eius diminutio non est contra immunitatem Ecclesiasticam. Nam obligatio Communitatum ad dictam antiquam immunitatem taxatam est tantùm ex illarum statuto, & non ex iure aliquo Clericis acquisito. Sed quilibet statutum à se factum abrogare potest. Quia sicuti lex ad libitum ferentis, præsertim quando spontè facta est, & adest iusta causa reuocandi, reuocari potest *ex cap. Non debet de consangu. & cap. Alma mater de sent. excom. in 6. & ex l. Et simbil, ff. de reg. iur. l. 2. C. de vet. iur. enucl. auth. de nupt. Collat. 8. auth. vt liberti de non indig. & auth. Vt Iudic.* Et ex doctrina communi S. Augustini *de lib. arb. lib. 1. cap. 6.* & D. Thomæ t. 2. *quæst. 97. art. 1.* ita etiam priuilegium Clericis concessum; qui enim est causa iuris, potest etiam esse causa reuocationis eiusdem iuris sine iniuria tertij, si causa adsit reuocandi. Nam sicuti docet Gloss. *in l. vnus §. pactum ne pereat, v. Quod in specie, ff. de pactis*, quando per reuocationem, siue diminutionem illius, quod antea concessum fuerat, aliquid reducitur ad ius, quod prius competebat, conqueri non potest, qui ex tali reuocatione, vel diminutione damnum patitur per rationem traditam *in l. precario, ff. precar.* ibi: *est enim natura æquum, tamdiu te liberalitate mea vti, quamdiu ego velim.* Et quoad declarationem, ac limitationem est textus *in l. Neratius de reg. iur.* ibi: *Quem tamen modum beneficij sui bellè ipsi Principes solent interpretari, & in l. ex facto, ff. de verb. oblig.* Quòdque personarum qualitas non obstant, docent communiter Doctores *in l. Siquis Curialis*, vbi Fulgos. Bald. Salyc. Castr. *Cod. de Episcop. & Cleric.* Raph. Cuman. & Salyc. *in auth. Cassa, Cod. de Sacros. Eccles.* Cyn. & Imol. *in l. non amplius, §. 1. ff. de legat. 1.* Bald. *in l. de quibus, Cod. de legib.* & ex Canonistis Abb. *in cap. Cum essent, de testam.* Decian. *cons. 83. num. 114. & cons. 275. dub. 1.* & alij, quos citat Sous. *in Bull. Cœnæ can. 16. disp. 84. concl. 5. num. 6.* Duard. *can. 15. quæst. 27. num. 16. lib. 2.* & Villalob. *in Sum. tom. 1. tract. 17. dub. 21. num. 4.*

16 Atque hinc est, quòd Clerici, licèt quoad cœtera non subdantur, quoad priuilegia tamen, & statuta fauorabilia subditi reputantur, Abb. & Felin. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* Suar. *in Reg. Angl. lib. 4. cap. 17. num. 9.* Laym. *lib. 1. tract. 4. quæst. 2. num. 15.* & Bonac. *de censur. disp. 1. quæst. 16. sect. 2. punct. 2. num. 28. lib. 3.* Vnde, si vt gaudeant, subditi reputantur, idem vt reuocationem, vel diminutionem patiantur, dicendum est. Nam contraria nata sunt fieri circa idem, & in eodem subiecto, vt rectissimè probat Arauxo *in t. 2. D. Thom. quæst. 97. disp. 3. sect. 7. diff. 3. num. 41. & diff. 4. num. 48.* Quòd comprobant Canones illi, in quibus feudales leges circa reuocationem, & caducitatem à Pontificibus contra Ecclesiam admittuntur, *vt cap. Nouit, cap. Cœterùm de iudic. cap. Ex transmissa, cap. Verùm, de for. comp. d. cap. Quæ in Ecclesiarum, de constit. cap. Ad audientiam, cap. Si diligenti, de præscript. cap. fin. de iureiur. cap. Per tuas de donat. cap. In quibusdam, cap. Ad aures, de pœn. cap. grauem, de sentent. excom. & cap. vn. §. Verùm de stat. Relig. in 6.* Ex quibus frequentiùs Ecclesiam naturæ feudorum subijci, putant Bald. *in cap. 1. num. 4. de contr. feud.* & alij, quos citat, & sequitur Schard. *de feud. par. 1. quæst. 2. num. 5.* Cast. *cons. 2.* Gail. *obseru. 17. num. 4. lib. 1.* Rosental. *cap. 10. concl. 10.*

17 Etenim de ratione priuilegij est, vt aliquid præter, vel contra ius commune indulgeat. Quandoquidem quod de iure communi competit, frustra per priuilegium obtinetur ad *text. in l. Imperatores, ff. de priuil.* & docent Azor. *lib. 5. cap. 22. quæst. 5.* Cùm igitur priuilegium iuri communi aliquid addat, si ob reuocationem priuilegij ad ius commune redeatur, neque odium, neque iniuria sequitur, vt *in l. vnus, §. 2. ff. de pact.* ibi: *Non fit causa eius deterior, sed formæ suæ redditur.* Vnde neque Clericis quidquam de iure communi detrahitur, si eis priuilegium supra ius commune aliquid superaddens, reuocetur, prout de facto Imperatores sæpiùs reuocarunt, quemadmodum constat ex Gratiano *in cap. Omnes §. hæc siquis 11. quæst. 1. l. Siquis Curialis C. de Episcop. & Cler. l. neminem, Cod. de Sacros. Eccles. & auth. Quas actiones, C. eod.*

18 Qua de causa Michael Hospitalis, Galliæ Cancellarius priuilegia Vico S. Mauri à Carolo IX. Rege concessa sigillo regio munire obstinato animo, petente etiam Regina, recusauit, propterea quòd perpetuam tributorum immunitatem continerent, contra naturam priuilegiorum, quæ personis conceduntur, & consequentium Principum potestati præiudicare viderentur. Neque si Hospitalis morem gessisset Regi, propterea priuilegium id vita Regis diuturnius esse potuisset, cùm priuilegium à Principe concessum à Successore auferri possit, vt probatum est, & quia Rex est ad instar vsufructuarij, nec enim Regni proprietatem habet, eius quoque iure vti debet; & ideò nec successor eius, vti vsufructuarij priuilegium rarum habere cogitur, *l. Siquis demum, §. 1. ff. locati,* Molin. *cap. 8. num. 30. lib. 1. de Hispan. primog.* Tap. *par. 2. cap. 9. num. 56. ad l. fin. ff. de constit. Princip.*

19 Non igitur antiqua taxatio ampliùs consideranda est, quia rebus in eodem statu tunc permanentibus, illa processit, at mutato nunc statu, mutatur ius antiquum, & eius effectus, Seraphin. *decis. 1445. num. 3.* nouaque prouisio est necessaria, *d. l. 1. in princip. ff. de ventr. inspic. dict. l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. action.* nouaque iuris determinatio, *d. cap. Suggestum, & d. cap. Quantò*, cum illud plus, quod exuperat Clerici vsum necessarium vera largitio, & liberalitas dicatur, plenè Tiraquel. *in d. l. Si vnquam, num. 80.*

20 Quare non obstat, quòd taxa antiqua fuerit iudicialiter determinata per partes, quodque priuilegia debeant esse perpetua, quia decet beneficia Principum esse mansura, nec mutari, quæ ex tempore receperunt interpretationem, ac obseruantiam. Nam hæc omnia regulariter vera esse respondet Gloss. *in dict. cap. Suggestum d. v. Priuilegia*, sed ex causa superueniente limitari ex iuribus, & rationibus adductis, & proinde posse moderationem accipere, ac reuocari etiam priuilegia, latè ostendit Giurb. *cons. 19. num. 85.* etiamsi transierint in contractum, Caren. *cit. resol. 59. num. 25.* Ex noua enim, ac iusta causa à concordatis licet recedere, *l. quid iuris, ff. de condict. ob caus.* Natt. *cons. 528. num. 16.* Pegna *decis. 583. num. 1.* Quemadmodum licet à salario conuento recedere propter augmentum laboris, & dispositio quantumuis generalis non extenditur ad inopinata, Seraph. *decis. 1278. num. 4.* Caual. *decis. 340. num. 4.* Alba *cons. 1. & 34.* qui testatur hanc esse communem post Alex. *cons. 28. num. 19. vol. 1. rebusque.* Deus quoque ipse suam mutat sententiam, *cap. Immutabilis Deus 22. quæst. 4.* latè Rub. *in addit. ad decis. 523. ex num. 13. p. 4. tom. 3. rec.*

21 Præterea concordia hæc ligare non potest Vniuersitates vltra debitum iuris. Quia deficiunt solemnitates, quæ debuerant præcedere, Rouit. *cons. 64. lib. 1.* Gratian. *cap. 651. n. 49.* Nec minùs potuit obligare successores, nisi per maiorem partem probaretur inita, Gratian. *cap. 722. n. 1. & seqq.* Capoblanc. *de auth. Baron. pragm. 1. n. 258. & seqq.* & tantò minùs in præiudicium

Principis ex adductis à Capoblan. *pragm.8.p.1.num.272. loc. alleg.* Nam vectigalia sunt de Regalibus, ac proinde indistinctè per Successores illorum immunitas reuocari potest, siue illius concessio sit in magnam, siue in modicam diminutionem status, vt concludit Boss. *in prax. tit. de Princip. in fin. & tit. de Regalijs num.34.* post Felin. *in cap.1. num.5. de prob. & in cap. Ad audientiam num.5. de praescript.* Bald. & alij per eum relati, Campeg. *cons.2. num.143.* inter consilia Bruni Socin. *cons.4. num.8. & 9. vol.3.* Dec. *in d. cap.1. de probat.* cum alijs adductis per Post. *lib. 5. tom. opin. concl.18. ampl.2.*

21 Si enim, vt Cyrus apud Xenophontem dicebat; officium Regis, & Pastoris maximam habet cognationem, vtique non iniquum est, illum ad instar huius ex lana, ac lacte viuere suarum ouium. Nec aliter inquit Iustin. *in nouel.161. cap. 2.* conseruare licet Rempublicam, nisi pientissimae praestationes importentur in publicum, ex quibus, & militares nutriantur copiae, vt hostibus resistatur, ac per vrbes, & agros agantur excubiae, perfruantur reliqui ordines attributis sibi salarijs, reparentur muri, & vrbes, denique omnia alia inde proueniant, quae communem subditorum vtilitatem concernunt. Neque quies gentium, ait Tacitus *lib.4. histor.* sine armis, nec arma sine stipendijs, nec stipendia sine tributis haberi queunt, vt non iniuria Neronem initio sui Principatus Senatores reprehenderent, quòd ille cuncta omitti vectigalia iuberet, dissolutionem imperij docendo, ait Tacitus *lib.13. Annal.* si fructus, quibus Respublica sustinetur diminuerentur. Quibus de causis huiusmodi immunitas, qua vectigalium ius super ius commune Clericis communicatur, multis improbari solet, quibus flagitium dominationis videtur, vbi res Principatus alienantur, Clamp. *lib.5. cap. 12. de arcan. Rerumpubl.* Et trita est Iuristarum conclusio: ea, quae supremae dominationis, vel subiectionis notam habent, neque alienari à Principe, neque contra illum praescribi posse, *cap. Cùm non liceat, extr. de praescript.* P. Gregor. Tholos. *lib.3. cap.8. de Republ.* Aial. *lib.1. cap.6. num.9. de iur. & offic. bell.*

22 Nam si hac in re Summo Principi iura frenum imponunt, ne possit in praeiudicium Successorum suorum notabilem bonorum partem in aliquem transferre, vti rectè olim Bulgarus Imperatori respondit, cuius sententiae Glossa *in v. Sanctionem*, Bart. *num.3.* & Doctores communiter *in proem. digest.* subscripsere, Zoannet. *de Roman. Imp. num.150. & seq.* Thom. Mich. *de iurisd. thes. 14.* Quòd omnis Imperij enormis diminutio improbata sit, *arg. l. quoties 2. l. rescripta 7. C. de precib. Imper. offer. l. Cum plures 12. §.2. & seq. & l. seq. §. fin. ff. de adm. & peric. tut. l. Si optio, ff. qui & à quibus man. cap. Intellecto de iureiur. cap. Pastoralis extr. de don. cap. Abbate sanè, de sent. & re iud. in 6. Nou. de non al. 7. in princ.* Ias. *in praelud. feud. num.77. & seqq.* Zoanet. *de prim. prior. gen. cap.4. in princ.* Vasq. *contr. illustr. cap.4. & de success. creat. §.26. n. 83. & seqq.* Mandel. *cons.62. num.12.* Natt. *cons.640. n.8.* Carol. Sap. *in l. fin. digest. de const. Princip. cap.9. p.2. num. 99.* quae verò magna Principatus laesio sit, explicat Afflict. *in cap.1. §. In generali si de feud. fuer. contr. num.20.* Crauet. *cons.894. num.2.* Menoch. *de arb. lib.2. cent.6. casu 559.* Multò magis frenum imponunt Principi inferiori. Diminuendo enim Princeps suum Principatum, fit homicida suae dignitatis ex Bald. *in cap. licèt causam extr. de prob.* Valasch. *de iur. emph. q.8. num.31.* & Principatui, vt tertio praeiudicat, *cap. Cùm contingat, extr. de iureiur.* Rol. à Vall. *cons.2. num.97. & seq. vol.1. & cons.1. v.106. & seq. vol. 2.* Io: Andr. *in addit. ad Specul. tit. de iurisdict. omn. Iud. sub num.17. ad v. Pastoralis*, Bald. *in proem. Cod.* Lancellot. *in templ. omn. Iud. lib.1. cap.1. §.4.* Habet enim se Principatus, vt corpus, cui si vel auricula amputetur, monstrosum efficitur ex Baldo, & Rolando à Valle *d. cons.1. num.126. vol.2.* Multò magis si vectigalium nerui decidantur, donatione etiam Ecclesiae facta, ex notatis per Specul. *in tit. de instrum. edit. §. Nunc autem in fin.* & ibi per Bald. *in addit. ad eum*, vbi volunt, quòd si per donationem Regis factam Ecclesiae, fortiter regimen laedatur, quòd successor possit illam reuocare, refert, ac loquitur Roland. *cons.1. n.97. vol.1.* in praeiudicium haeredum, ac Successorum, inferioribus Dominis, cum renunciatione praedicta fieri posse videtur. Vnde etiam non desunt ex Iurisperitis affirmantes, donationes eiusmodi à Principibus, Comitibus, ac alijs factas quingentis aureis maiores, insinuatione egere. Ita sensit Bald. *in l. Sancimus in pr. num.5. C. de don.* Felin. *in cap. Cum non liceat num.10. extr. de praescript.* Ias. *in l. ex imperfecto n.2. C. de testam.* Ant. Gabr. *tract. de regul. lib.3. tit. de donat. concl. 1. num.23.* Oldr. *cons.231. num.1.* Cuiac. *consul.3. in fin.* Nulli enim Principi data est potestas à iure, vel ab homine dissipandi, vel alienandi iura ipsius Principatus, quae sunt iuris publici, sed si ea neque adaugere tenetur, tamen ea diligentissimè conseruare, itaut de facto alienata ad ius pristinum reuocari deberet, Aial. *d.n.9. lib.1.* Quod pluribus adstruit Tholos. *d. cap.8.*

23 Et sanè diffitendum non est, quòd immodica hac Principum liberalitate, euiscerati sint Principatus, & deplumata Aquila, vt in reliquum caeteris animantibus sit contemptui. Nam magis ac magis in dies exercouantur illorum iura, atque vectigalia, vt non modo non neruos bellorum, sed nec pacis quidem subsidia amplius habuerint.

24 Quin demus citra veritatis praeiudicium, quòd huiusmodi concordia afficeret Successores; attamen moderni Magistratus non cogerentur ex noua causa ei stare iuxta notata per Felin. *in d. cap. nouit, & in d. cap.1. n.6. de prob.* post Bald. *in l. fin. ff. de Senat.* Imol. & Butr. per eum relatos, concludentes, Principem infringere posse contractus, & priuilegia, etiam non subditis concessa, ex noua & iusta causa. Quibus concordat Bald. *in l. digna vox, in fin. Cod. de legib.* & Dec. *cap. Quae in Ecclesiarum col.9. & 16. de const.* Oldr. *cons.65. num.8.* Sed in casu nostro constat de iusta causa, vt iam probatum est. Quare huiusmodi priuilegium, vt subsistat, necessariò confirmari debet per Successores, vt innuere videtur Heting. *tr. perfect. de fid. cap.27. p.5. num.10.* asserens non petentibus confirmationem à successore priuilegia adimi, vbi eius assertionis asseclas laudat, Cuiacium *ad l. 6. ff. de excus. tut.* Gaill. *lib.2. obs.1.* Mod. Pist. *lib.1. cons. 37. per tot.* Idemque velle videtur Camil. Borrel. *cons.1. num.91.* iuxta tradita per Bald. *cons.112. vol.1.* Hinc Tiberius Imperator beneficia à Superioribus Principibus concessa, nisi sequentes ea confirmassent, ac veluti nouo quodam beneficio concessissent, rata minimè illa esse censuit. Vnde à Tito primùm, & Domitiano postmodum ius natorum obtinuit Martialis, vt est auctor Sueton. *in Tito.*

25 Nec obstat, quòd priuilegium immunitatis concessum vni ex Socijs, alteri communicetur ex Gloss. *in l. fin. C. de mun. & honor.* Surd. *decis.301. num.8.* de Matir. *lib.1. cap.167.* Quia regula haec procedit in indiuiduis, & vbi priuilegium immunitatis vni concessum, illum frustraretur, nisi alteri deseruiret, vt declarat Gloss. *in d.l. fin.* & eam sequuntur Marsil. *singul.118.* Surd. *cons.301. num.18.* Sperel. *decis.41. num.73. tom.1.* & Fontanell. *dec. 301. n.11.*

26 Minus obstat, quòd Clerico absente immunitas à vectigalibus eius familiae sit debita ex Ricc. *in prax. p.2. resol.329.* & Carol. de Grass. *eff.3. num.306.* ac Viu. *dec.88. n.5.* Tum quia Doctores praefati loquuntur, quando familia Clerici viuit eius sumptibus, secus si sumptibus proprijs, vt videre est apud eumdem Viuium *loco citato.* Tum quia idem Clerus fatetur, ob paupertatem aliis alimenta praestare non posse.

27 Pariter neque obstat, immunitatem Ecclesiasticam Clericis fuisse concessam, vt cultui diuino frequentiores essent, *cap. Non minus, de immun. Eccl.* Quia id non impugnatur à Communitatibus, sed solùm dicitur, quòd ex hac immunitate non debent inferre damnum, sed praeseruari immunes à vectigalibus pro illis rebus, quae eorum vsui necessariae sunt iuxta dispositionem *dict. cap. Quanquam, & Clem. Praesenti, de censib.* At, quòd velint illud plus, quod sibi superest, vendere, vel ab inuitis publicanis exigere, hoc quidem est luctari cum detrimento aliorum Conciuium & à diuino, vel humano iure ordinatum non est, neque permissum ex Fontanel. *cit. decis.306. num.12. & seq.* Quando enim priuilegium prae-

præponderat, tunc recompensatio non facit desinere esse priuilegium, quod potest reuocari ex plenitudine potestatis, vt in simili consuluit Socin. *cons.4. num.6. & seqq. vol.3.* Ideoque non licere Clericis ex frumento collecto ex suis bonis farinam conficere, & eam vendere cum lucro vectigalis, declaratum fuit per Sacram Congregationem Iummunitatis mense Iunij 1666. in *Pedemontis Aliphæ*, & comprobant Syluester, Sanchez, Peytinis & alij locis supra deductis.

29 Similiter non obstat, quòd taxa prædicta contineat liberalitatem, ac priuilegium concessum Ecclesiæ, seu Clericis, & sic personis non subiectis, atque adeo transijt in contractum, & effectum est irreuocabile, vt plenè habetur per Canonistas, & præsertim per prob. *in addit. ad Monachum in cap. Cum ex eo de priuil. in 6. num.1. & seq.* Tum quia non sumus in aliquo Priuilegio a Principe concesso, sed in taxa ordinata per Regiam Cameram, Vniuersitatibus consentientibus, quæ ex mutatione rerum legitimè limitari potest. Tum quia priuilegia, etiam in contractum transeuntia, hanc recipiunt limitationem ex Caten. *d. resol.59. n.25.* Tapia *dec. suprem. Concil. Ital. 23. n.60.* Regen. de Ponte *de potest. Proreg. tit.8. §.5. n.23.* Afflict. *dec.361. n.9. & seq.* Cabed. *dec.19. n.9. & dec.75. n.6. p.3. n.11. cum seq.*

30 Tandem non obstat declaratio S. Congregationis relata per Nicolium in *Miletensi* sub die 25. Iunij 1619. Quia eo tempore taxa non erat reformata, & ideò nil mirum, si ea subsistente, & non reclamantibus Vniuersitatibus, licitum erat Clero immunitatem vendere. At vbi Vniuersitates reclamarent, & iustam adducunt caussam reclamationis per reductionem, & reformationem taxæ, illa resolutio S. Congregationis Clero suffragari non potest, cùm verè illud plus immunitatis quod ex necessario vsu superest, largitio sit, & liberalitas ex Tiraquel. loco allegato *n.80.*

31 Et ita iuris esse videtur, addoque pro Clero, quòd vsus iste necessarius, quando in taxationem conuertitur, & componitur cum Vniuersitatibus, talis est considerandus, vt sufficiat Clericis non parcè viuentibus, quod considerat etiam Peyrinis *q.1. cap.5. §.1. n.58. tom.2.* dicens, debere abundanter Prælatum Religiosis circa necessaria prouidere.

32 Vidisti, iam mi lector, litem argumento claram, actione caliginosa cæcatam. Causam rectam, & expeditam expositionis ambage longiùs, latiùsque repetitam, sinuosam redditam. Quos vitiligatoris est potius, quàm viri boni, & quod vulgò dicitur materiam dissimulare volentis, hoc est transformare calumniosa metamorphosi. Tenendum igitur omnino est, id non licere. Primò, quia Clerici sunt immunes iure diuino à tributis, alijsque oneribus realibus, & personalibus, vt alibi ostendimus, & prosequuntur accuratè Delbenè *de Immunit. cap.1. dub.2. sect.1.* Sperell. *dec.37.* & Pueron. *in Bull. Can. in Schol. ante c.11.* & proinde nec in minimo lædi possunt statutis, ordinationibus, aut consuetudine laicorum ob defectum potestatis ex sæpius citatis *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.* Vbi Doctores communiter, *cap. Si Clericis, de iudic. cap. quanquam de censib. in 6. cap. 2. de maior. & obed. auth. Cassa C. de Sacros. Eccles.* & tradunt Io. Andr. & Host. *in cap. fin. de solut.* Ciarlin. *cap.22. num.2.* Abb. *cons.89. nu.2. p.1.* Surd. *cons.303. num.2. lib.3.* & Bulla *Cœnæ can.5. & 18.*

33 Secundò, quia est contra immemorabilem consuetudinem legitimè præscriptam ad fauorem Clericorum, quæ valet contra quodcunque ius humanum, *cap. Si cum similibus, de consuet.* Nauar. *cons.1. de maior. & obed. lib.1.* Consuetudo enim Regni vbique hanc integram immunitatem probat, firmatque. *Si de interpretatione* inquit *l.37. ff. de legib.* legis fundamentalis Regni, & immunitatis Ecclesiasticæ, *quæratur, in primis inspiciendum est quo iure Ciuitas retrò in huiusmodi casibus vsa fuit. Optima enim legum interpres est consuetudo.* Vsumque Ciuitatis & Prouinciæ pro iure similiter habet *l.34. 35. 32. 33. ff. eod.* Quin ex duobus actibus in Regijs etiam controuersijs arguitur, *cap. per venerabilem in fin. de elect. c. Itavos 25. quæst.2. c. Moyses 8. quæst.1.* Doctores passim. Et eò maximè, quia Regia Camera decernit directè dirigendo verba contra personas Ecclesiasticas, quod est omni iure prohibitum. Sic enim ait: *Ex causis deductis in eadem Regia Camera, & habita consideratione status huius Regni præsenti tempore taxa Immunitatis, qua gaudent presbyteri, & reliqui de Clero huius fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, fuit generali decreto per dictam Regiam Cameram consensu prouisum, & decretum, prout præsenti decreto decernitur, & prouidetur supradictam antiquam taxam reformandam esse ad infrascriptam taxam videlicet: Vn rotolo di pane al dì per ciascheduna persona, vn rotolo di carne per ogni quattro persone à pasto, vna carrafa di vino di tauerna di Napoli à pasto, vn rotolo di pesce, e formagio confuso à pasto per ogni quattro persone &c. Quæ immunitas non concedatur in pecunia, sed tantùm in ipsis rebus comestibilibus. Et proinde dicta Regia Camera mandat idem obseruari in toto Regno, & omnes immunitates hucusque concessa prædictis presbyteris, & Clericis soluantur iuxta prædictam nouam taxam.*

Hoc enim decretum Immunitatem, & libertatem Ecclesiasticam lethaliter vulnerat. Nam victum restringit, ponderat appetitum, & cogit Ecclesiasticas personas in duriorem laicorum sortem, cùm non possint in diem, sicut cæteri alij, panem recentem emere sine vectigalibus. Præterea vtitur verbo *decernitur & prouidetur*, per quod Ttibunal laicum Iudicem se constituit super Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas contra omnem diuini, ac humani iuris dispositionem, propter suam incapacitatem. 34

Tertiò, quia ex dicta taxa antiqua fuit Clericis ius quæsitum pro exactione dictæ immunitatis ad talem summam, atque ideo sine eorum consensu, seu facto iure prædicto priuari non possunt *ad text. in l. id quod nostrum ff. de regul. iur. l. fin. C. de pact.* Attenta præsertim illa iuris conclusione, quòd Clericus obtinens possessionem à Iudice laico, illa postmodum priuari non potest, nisi per Iudicem Ecclesiasticum, de qua plenè habetur per Matth. *de iurisd. p.4. cent.2. cap.159.* Gratian. *discept.238. num.93. lib.3.* & per Larr. *dec. Granat. 6. per tot.* 35

Quartò, quia taxatio prædicta est quædam transactio inter Vniuersitates, & Clericos super dubia quantitate farinæ, qua indigent annuatim Clerici pro suo victu iuxta dispositionem textus *in d. cap. Quanquam de censib. in 6. & Clem. vn. eod. tit. cap. Non minus de immun.* & Sacro Concilio Trident. *sess.25. cap.20. de ref.* Hæc autem dubietas fuit iam olim declarata, & taxata per Regiam Cameram in tumulis, siue modijs 25. pro Sacerdotibus, & 12. cum dimidio pro Clericis minoribus. Ideo amplius mutari, ac retractari non potest, *l. cum minus, C. de transact.* Roland. *cons.28. num.17. lib.4.* Gratian. *discept.400. num.27. tom.2.* præcipuè per eundem Iudicem, *l.1. C. sententiam rescindi non posse.* Et potissimùm quia per easdem partes fuerit approbata, & accepta, *cap. Quod semel, de reg. iur. in 6. l. Pomponius ff. de negot. gest.* Boer. *dec. 283. num. 39.* Rot. *dec. 51. num. 7. p. 6. recent.* & tandiu obseruata, *l. minimè ff. de legib.* Fontanel. *dec. 302. num. 22. tom.2.* 36

Quintò, quia nedum Clericus pro vsu suo immunis est à vectigalibus, sed etiam pro sua familia, *l. Vniuersi C. de vectig. d. Clem. vn. de censib.* Bald. *cons. 241. vol. 4.* Boer. *dec. 213. num. 8.* Quia regula iuris est, vt qui domino tenetur alimenta præstare, teneatur etiam eius famulo, Glos. *in cap.1. 21. quæst.1. & in c. studeat in fin. 50. 7.* Surd. *de alim. tit.4. quæst.18. num.10.* Ioseph. Ludouic. *com. concl.15.* Thor. *add. ad decis. Salernio. dec.4. num.12.* Ricc. *in prax. resol.393. num.1. & seq.* Ex quo infertur, quòd ista taxatio iam ordinata, & recepta, ac tandiu obseruata non est liberalitas, seu gratuita concessio, sed declaratio eius, quod omni iure Clericis debetur, cùm non solùm pro sua familia, quæ eorum expensis viuit, tali gaudeant immunitate, sed etiam pro fratribus, & consanguineis 37

in

in communi viuentibus, vt per Glos. *in l. fin. C. de mun. & honor.* Surd. *dec.* 301. *n.* 8. de Marin. *lib.* 1. *cap.* 168.

38 Sextò, quia huiusmodi immunitas competit Clericis ratione Ordinis clericalis tam de iure communi, Abb. *in d. cap. Non minus in fin. de immun. Eccles. & ex auth. Item nulla Communitas*, quàm ex particulari conuentione in Regno Neapolitano per Honorium IV. Summum Pontificem hac super re inita.

39 Septimò, quia hoc pacto Clerici priuarentur sua immunitate, non restricta ad proprias personas, sed etiam comprehensiua suorum consanguineorum, & aliorum ipsis inseruientium, quos alere consueuerunt, vt post Glos. *in l. Vniuersi, v. proprium, C. de vectig.* Quod approbatur à Boet. *dec.* 213. *n.* 8. Io. Franc. de Castil. *dec.* 104. *n.* 64. *cum seqq. lib.* 1. & in specie firmauit Viu. *dec.* 88. *lib.* 1. & Ricc. *in prax. var. resol.* 393.

40 Octauò, quia iuris diuini est, vt alantur de publico Sacerdotes, vt constat apud omnes. Ita namque Christus ipse *Luc.* 10. & *Matth. c.* 10. D. Paul. 1. *Corinth.* 9. & ad Rom. 15. & 2. ad Timoth. 5. Verum cum nihil in Euangelio legamus determinatum, quòd Ecclesiasticis detur, conuenit inter omnes Euangelij, & legis nouæ ministris tanta deberi, vt nihil prorsus æquale ijs reddi possit. Hinc consentiunt cuncti iure diuino decimas Clericis deberi ab omnibus præstandas ex omni re, siue illa percipiatur ex fundis, siue ex negotiatione, siue ex laboribus alijs, aut quocumque prouentu, vt Origen. Num. *c.* 8. & *homil.* 11. & *in c.* 10. *Ios.* Cypr. *ep.* 65. *vel* 9. *lib.* 3. Hieron. *in c.* 44., *Ezech.* & 3. *Malach.* & *in ep. ad Euod. & Nepotian.* Epiph. *hæres.* 80. Chrysost. *in c.* 23. *Matth.* August. *hom.* 48. inter 50. & *in psal.* 146. & Enchir. *c.* 46. à *ser.* 19. qui citatur 16. *q.* 1. *cap. Decimæ*, & à Concilio Maguntino, *c.* 19. & Triburiensi *cap.* 13. Citantur etiam in id Canones Apostolici, & Vniuersalia Concilia Chalcidonense *cap.* 14. Lateranense magnum *cap.* 35. statuens decimas persoluendas ante census, & tributa, & idcircò à Regijs tributis, & censibus hoc modo iure diuino præbendas, & habetur *cap. Cum non sit extr. de decim.* Idem statuitur à Concilio Tridentino *cap.* 13. *Sess.* 25.

41 Quamobrem, licet multò ampliora debeantur Clericis Christianæ legis, quàm cœteris ministris, tamen multò pauciora, ac minora determinantur ex humanitate ab Ecclesia. Quod etiam vidit D. Thomas 2. 2. *q.* 87. *ar.* 1. Verumtamen in omnibus huiusmodi rebus duo considerantur spiritualia, diuinoque iure debita, ac duo temporalia. Spiritualia sunt, ac diuini iuris, primum ius habendi res illas, secundum ius habendi tantas, ac tales ex Ecclesiæ decreto. Temporalia sunt primùm res, secundùm res tales, ac tantæ. Ita Caietanus ex D. Thoma, & alijs distinxit *lib.* 2. *opusc.* 9. Neque obest, ait ille, quem cæteri sequuntur, quòd Ecclesia definierit quale, & quantum Clerico cuique detur, eiusdem namque iuris est, & quòd res debeatur, & quòd talis ac tanta, ex quo ita Ecclesia determinauit. Sic enim meæ potestatis erat consecrare hanc, illamue hostiam minorem, maioremue, at postquam consecrata est, & quòd illa, & quòd tanta sit consecrata, est ab eodem iure diuino, totaque est iure diuino consecrata, licèt eius quantitas sit ab homine determinata. Idem dicimus de qualibet re, vti solo Ecclesiæ, vasis, & alijs cultui sacro dedicatis. Nam licèt homo determinet quantum sit consecrandum, tamen vbi fuerit consecratum, totum prorsus iure diuino est consecratum. Eodem modo ieiunium, festaque sunt iuris diuini, non tamen determinata ab eodem iure diuino, per Ecclesiam determinantur, & qui violat illa ex vlla parte, violat vnicum ius diuinum, non duo iura distincta, qualia sunt Ecclesiasticum, & diuinum.

Ex his conficitur, non posse quidquam diminui per sæ-
42 cularem potestatem de redditibus ecclesiasticis, applicatis vsui sacro, vel personæ sacræ. Nam tota sunt ex omni parte iure diuino consecrata, & violans illa ex vlla parte is faceret contra ius diuinum, cuius declaratio, determinatioque iure diuino pertinet ad solam Ecclesiasticam potestatem. Ac proinde neque hanc immunitatem à vectigalibus iam taxatam cum loco decimarum in Regno Neapolitano successerit.

43 Et nonò, quia id ferè communiter receptum est, quòd inuitis quibuslibet laicis Principibus, & dato etiam, quòd non intercederet ius naturale, aut diuinum, solo imperio Summi Pontificis potuisse immunitatem institui, ac illius vsum induci. Ita Innoc. *in cap. solitæ, de maior. & obed.* Abbas, Felinus, Decius, & alij *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de const.* Rebuff. *in concord. tit. fin.* Pelag. *lib.* 1. *de liber. Christ. c.* 9. Couar. *lib.* 1. *pr.* 9. *c.* 31. *concl.* 3. & 4. Sot. *in* 4. *d.* 25. *q.* 2. *a.* 2. *concl.* 6. Molin. *de iust. & iur. tr.* 2. *disp.* 31. Henriq. *de indulg. lib.* 7. *c.* 24. quos sequitur Suar. *ad Reg. Angl. lib.* 4 *c.* 11. Nam Pontifici inest potestas per se statuendi ea, quæ ad spiritualem finem, & congruum, ac condecens Ecclesiæ regimen conducunt. Immunitatem autem huiusmodi valdè necessariam, non solùm congruam ad Clericorum Regni Neapolitani condecens regimen, & venerationem status clericalis, satis superque experientia demonstrat.

Tandem decimò. Etiamsi concederemus ex solo Re- 44
gis liberali priuilegio Immunitatem hanc taxatam esse, non potest tamen ille deinceps priuilegium reuocare, aut ei aliquo modo derogare, supposita acceptione Ecclesiæ, & ad vsum deductione. Quòd statuerunt Hostiensis, Innocentius, & Abbas *in cap. Nouit, de iudic.* Felinus, Canonistarum doctissimus, plures referens *in cap.* 1. *de const. n.* 19. & *in cap.* 1. *de prob.* Pelagius, & Couaruuias locis allegatis, alijque, qui à solo iure ciuili immunitatis initia auspicantur. Nam vel sumimus priuilegium sub ratione liberalis donationis, & tunc neque ex parte Ecclesiæ, neque ex parte concedentis potest esse reuocabile. Si quidem ex parte Ecclesiæ factum est de iure, dominio, ac possessione ipsius, non minus ac alia iura, & bona, quæ aliunde Ecclesia possidet: Atqui nullus Princeps, quantumuis supremus, aliquid habet potestatis super ecclesiastica bona. Ex parte verò ipsius concedentis; quia quisque elargiens, donatione accepta, exuit se dominio donatæ rei, ad quam nullum amplius habet ius, ac si nunquam ipsius fuisset propria. Igitur, quemadmodum non possunt Principes ea, quæ aliunde habet Ecclesia auferre, ita nec donum hoc liberalitatis.

Vel sumimus immunitatem hanc procedentem à Prin- 45
cipe sub ratione simplicis priuilegij, & neque sub hac consideratione est reuocabilis. Primò quia accepta, licèt sub conditionibus priuilegij, enumeratur iam inter iura, ac bona Ecclesiæ eo modo, quo vniuersaliter quodlibet priuilegium inter iura, quæ dicuntur incorporea priuilegiati. Deinde, quia priuilegium, quod dicitur reuocabile, illud est, quod non ex qualibet causa, sed tantùm rationabili, necessaria, ac iusta auferri potest, vt si vsus illius de se illicitus esset vel post aliquod tempus talis euaderet, aut ex circumstantijs ingens Reipublicæ detrimentum inferret, aut tandem in pœnam mereretur eo quis priuari. Priuilegium autem eiusce immunitatis magnam pietatem, ac iustitiam præsefert, estque cõdecens sacro Clericatus statui, ac proinde conforme iuri naturali ac diuino. Vsus ergo illius nunquam potest iniustus fieri. Neque in pœnam auferri potest. Nam cùm reuocatio sit actus iurisdictionis, non potest exerceri in non subditum.

Nec tuta est Vniuersitatum euasio, quæ verbis ipsius 46
decreti præcluditur: ibi: *Omnes immunitates hucusque concessæ prædictis presbyteris.* Etenim esto, quòd immunitas Clericorum à vectigalibus non sit de iure diuino, sed ex concessione Principis, vt minus rectè dicitur in eodem decreto, adhuc, tanquam priuilegium concessum non subditis reuocari, aut diminui minimè potest, Felin. *in cap. Nouit. de iudic. n.* 9. & *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* ac vtrobique Doctores, ac Theologi apud Azor. *tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 13. *q.* 5. Gueuar. *in propugn. libert. Eccles. assert.* 1. §. 7. *n.* 33. & *seq* & Baldell. *tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 35. *n.* 17. Quia eo ipso transit in ius alterius, in quem amplius non manet potestas, cùm non sit is, cui sit concessio, subditus concedentis. Et quia dispositio legis, concedentis priuilegium non subditis, non tenet tanquam lex, sed tenet in vim contractus, & ideò est irreuocabilis, & ligat concedentem iuxta *cap.* 1. *de preb.* & ibi Felin. ac iuxta regulam legis, *sicut ab initio, C. de act. & oblig.* & docet Glos. *in regul. Decet, ac reg. iur. in* 6. quam communi-

muniter Doctores amplectuntur in l. fin. C. de legib. & const. Princip. Innoc. in d. cap. Nouit. n. 6. vbi etiam Abb. Abb. n. 23. Felin. n. 9. de iudic. & in d. cap. Suggestum de decim. Imol. in cap. fin. n. 35. de solut. Lap. alleg. 100. n. 4. Abb. cons. 32. & 45. lib. 1. Roman. cons. 147. n. 5. Card. cons. 125. n. 3. Paul. de Castr. cons. 156. Barbat. cons. 2. lib. 4. Dec. cons. 407. n. 18. Gozadin. cons. 5. n. 1. Rip. resp. 12. n. 11. de diu. rescrip. Afflict. dec. 361. n. 9. Purpur. cons. 580. n. 27. Rimin. Sen. cons. 462. n. 1. Alex. cons. 101. n. 4. Loffred. cons. 38. n. 27. Roderic. Suar. alleg. 18. n. 14. Alph. Montal. super leg. for. leg. 8. tit. 22. lib. 3. col. 3. Boss. in prax. tit. de Principe n. 15. Pecbius tr. de iur. fisc. cap. 12. n. 5. & habetur per Panorm. & Dec. in cap. 1. notab. 2. extr. de prob. & in l. Digna vox, C. de legib. ac per Brun. cons. 1. vol. 1. Ias. cons. 10. col. 2. vol. 3. Socin. iun. cons. 60. n. 29. vol. 3. & Capyc. dec. 121. n. 5. in fin. cum seq.

47 Hoc enim casu tantum abest, vt eiusmodi immunitas soluatur, quòd priuilegium per viam contractus concessum, ne ab Imperatore quidem subdito adimi possit, vt vnus omnium loco hic sufficiens Ant. Gabr. tit. de iur. quæsit. non tol. concl. 6. & seq. Felin. in d. cap. Nouit. n. 9. & seq. de iudic. Port. concl. 19. lib. 5. Crauet. cons. 411. n. 36. Gail. obs. 60. n. vlt. lib. 2. Vtque illam nec successori tollere permissum sit, eo quòd Priuilegium à Principe in vim contractus concessum, nedum ab ipso concedente, sed neque ab eius in dignitate successore reuocari queat, vti docuerunt Cyn. Bald. & Castr. in d. l. digna vox, C. de legib. Abb. cæterique scribentes in d. cap. 1. de prob. Crauet. cons. 135. col. 3. & 241. n. 17. Brun. cons. 12. n. 30. Campeg. cons. 2. n. 14. Paris. cons. 2. n. 132. lib. 4. Bero. cons. 65. n. 4. lib. 1. Natt. cons. 122. n. 3. lib. 1. & Loffred. cons. 38. n. 27. in fin. Idque etiam in successore Pontificis respondet Ias. cons. 86. lib. 3. Sed vt rectè alibi discussimus, & mox dicemus: In successore Imperatoris, Crauet. cons. 241. n. 17. In successore Regis, Paris. d. cons. 2. n. 132. lib. 4. Roderic. Suar. alleg. 8. n. 8. & 9. In successore Ducis, Socin. iun. cons. 60. n. 18. lib. 3. In successore Marchionis, Natt. cons. 636. n. 13. lib. 3. & denique in successore Comitis, Boer. dec. 204. n. 42. quod latius prosequuntur Menoch. cons. 1. n. 228. Tib. Decian. cons. 2. n. 123. vol. 1. Vbi ait, quòd successor ligetur factis per prædecessorem suum sub nomine dignitatis, si per viam contractus priuilegium concessum sit, Rol. à Val. cons. 1. n. 40. & seq. lib. 2. cons. 13. n. 36. lib. 3. & cons. 100. n. 138. lib. 4. & Senat. Pedem. dec. 139. n. 11. Euerard. iun. cons. 1. n. 24. vol. Carol. Tapia in l. Si, ff. de constit. Princip. cap. 9. p. 2. n. 11.

48 Id, quod in Principibus, qui per successionem admittuntur absque dubio tenendum est, successorem antecessoris pacto ligari, vt firmant Doctores modò citati. Quam opinionem dicit esse veram, & communem, Ias. d. cons. 86. & Crauet. d. cons. 241. n. 17. Vbi multa ad rem congerit. Et multo magis hæc opinio sibi locum vendicat in hoc casu, in quo huiusmodi immunitas hactenus fuit confirmata ex ipso longæuo vsu, & continua obseruantia, ex quibus quidem præsumptus contractus inducitur, à quo etiam Principi recedere non licet, Paul. de Castr. cons. 313. col. 1. vol. 1. Ias. cons. 227. col. 4. & 6.

49 Eòque magis, quia talis concessio habet vim remunerationum, vtpotè facta ad remuneranda beneficia spiritualia, quæ in dies percipiuntur ab Ecclesiasticis, iuxta illud Constantij, & Constantis in c. In qualibet 23. q. 8. Rempublicam augeri magis orationibus, & officijs Clericorum, quàm sudore, & labore corporis. Quare neque propter ingratitudinem potest reuocari, vt docent Suar. Sanch. Pontius, quos sequitur Palaus to. 1. tr. 3. disp. 4. pun. 31. §. 1. n. 4. & tradunt Tiraquel. in l. Si vnquam n. 13. C. de reuoc. don. Tapia in l. fin. de constit. Princ. n. 2. c. 7. n. 42. & Io. Ant. de Saur. in vot. Plat. de exam. proposit. c. 9. vbi subdit, quòd dicere, quòd Principibus liceat reuocare prærogatiuas, immunitates, & priuilegia Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis concessa, si damnum aliquod ex eorundem priuilegiorum continuatione, & conseruatione politiæ sæculari sequatur, sit doctrina perniciosissima. Vnde cùm hoc priuilegium sit concessum ex causa seruitiorum, dicitur concessum ex causa onerosa, & transit in vim contractus, ideòque nec reuocari potest ex traditis per Regent. Tap. dec. 5. sup. Ital. Senat. n. 34. 39. & 53. & ita concessum ex causa onerosa, vel remuneratoria interpretari debemus, vt effectum habeat, licèt tertio præiudicet, idem Tap. dec. 7. n. 20. Alter. lib. 5. disp. 16. cap. 6. Vgolin. de casib. reser. cap. 15. n. 4. Vasquez, Reginaldus, Azorius, Sanchez, Suarez, & alij apud Bonac. de restit. in part. disp. 2. q. 9. pun. 2. n. 9. Quare taliter concessa rescindere, diminuere, vel alterare, vt ait Soccin. cons. 75. p. 1. summa iniquitas est. Nam, quicquid non potest tolli, diminui non potest.

Et hoc est discrimen inter priuilegia concessa à Principe, & à Summo Pontifice. Princeps enim, si quid priuilegij concedit Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis per aliqua concordata, vt hìc per inuestituram Regni, omnino id facit Superiori, & non subdito suo, & ideo manet irreuocabile per potestatem ipsius. At Pontifex quicquid priuilegij concedit Principi, cùm semper id concedat subdito suo, saltem in spiritualibus, semper remanet per ipsum reuocabile, si ita postulet ratio boni communis spiritualis, & bonum regimen Ecclesiæ. Vnde Pontifex per nullum contractum potest à se abdicare supremam potestatem ad liberè disponendum de his omnibus, quæ faciunt ad bonam gubernationem Ecclesiæ. Quod notanit Felin. in d. cap. Nouit, de iudic. n. 8. & videndus Suarez lib. 4. defens. fid. cap. 34. n. 24. 50

Minusque dicatur, huiusmodi immunitatem in dicta quantitate Ecclesiasticis sic fuisse concessam à Principe, & Camera Regia, prout si, & quatenus illis sufficiat, & non aliàs. Nam hoc implicat contradictionem. Enimuerò pro omni re, quæ Clericorum vsui est necessaria, sunt immunes, ac liberi à vectigalibus iure diuino, & non indigent concessione Principis. Ergo concessio Principis aliquid aliud debet operari, scilicet translationem iurium, quæ concessionis tempore concedenti competebant, l. Si domum, §. fin. l. quod in rerum §. 1. ff. de legib. Barr. in l. prædio, C. de locat. præd. Ciuit. vel fisc. lib. 11. Sed hoc (aliquid aliud) considerari, & declarari non potest, nisi de facultate erogandi, quod superest in consanguineos, & familiares, à quibus obsequia presbyteris exhibentur. Cui declarationi accurrit immemorialis consuetudo totius Regni, quæque cùm sit catholica, & millies approbata per ipsam Regiam Cameram, & in eodem decreto enunciata, non indiget probatione, Bald. in l. 3. col. 1. C. de ser. fug. & cùm sit tam prolixo tempore munita, vim legis, & concessionis obtinet l. hoc iure §. ductus aquæ ff. de aqua quot. l. 1. §. fin. l. In summa 2. de aqu. plu. arc. Glos. in cap. Super quibusdam, §. præterea de verb. signif. cap. hoc quippè 3. q. 6. & c. Conquestus q. 9. 3. Vnde Doctores magno consensu tradunt, quòd etiam Regalia, aliaque, quæ non possunt, nisi ex priuilegio obtineri, immemoriali tempore præscribantur, Alex. cons. 6. vol. 1. Ias. in l. de quibus, de legib. Innoc. & Bald. in cap. Si diligenti, extr. de præscript. Deinde huiusmodi immunitas non probatur concessa ad solum vsum alimentorum, sed potius pro quadam præeminentia, seu accessione, ratione Ordinis clericalis. Quod potissimùm resultat ex eo, quòd potest titulo venditionis, vel alio transferri in alium, vt firmat Quaranta in Sum. v. vectigal, Verricel. tr. 8. q. 8. n. 1. Squillan. priuil. cler. 8. n. 68. Thomat. decis. March. 298. p. 2. & censuit S. Congregatio Immunitatis in Lyciensi 4. Decembris 1625. atque obseruatur in Immunitatibus Romanæ Curiæ. Atque ex eo, quod absentes illa fruantur, etiamsi ea non vtantur pro alimentis, vt comprobat Ricc. dec. Cur Neap. 44. n. 5. & seqq. p. 2. & censuit eadem S. Congregatio in Salernitana 2. Iulij 1630. ac sæpè alibi. Quorum neutrum esset permissum, si ad solum vsum alimentorum fuisset concessa, vt ponderat Surd. de alim. tit. 9. q. 4. n. 11. in fin. 51

Et vt ad resolutionem aliarum dubitandi rationum, superius adductarum deueniamus, illud, quod initio obiectum fuit, nimirum Clericos immunes esse à vectigalibus pro rebus suis proprijs, quas non causa negociandi deferunt, inepte obijcitur. Non enim diffitemur, Clericos exercentes mercaturam ratione rerum, negotiationis causa delatarum, emptarum, venditarum, &c. grauari posse oneribus sine censura Ecclesiastica, vt alibi probauimus, sed tantùm pernegamus, venditionem huiusmodi immunitatis esse negotiationem. Quippè regula 52

gula eſt, quòd ille duntaxat dicitur exercere mercaturam, qui rem emit animo eandem immutatam pluris reuendendi, & ſic è nuda induſtria oritur lucrum, aut ratione temporis, quo reuenditur, aut loci, perſonarum, modi ex c. *Eyciens* 88. *d.* Eſtque communis cum Nauarro *in man.c.27.n.128.* Reginaldo *tom.1.lib.9.for.pæn.c.25.n.379.* Molina *diſp. 339.n.4.* Bonacina, Duardo, & alijs. At Clerici vendentes ſuam immunitatem, iam taxatam, vendunt rem ſuam, à nemine emptam, atque adeò nulli faciunt iniuriam, nec lucrantur cum iactura Reipublicæ. Nec aliud probant authoritates in contrarium adductæ. Loquuntur enim in caſu, quo Clerici vellent gaudere immunitate, vltra iam illis taxatam.

53 Poriò nihil etiam, quod de denunciatione facienda à Clericis, ac de apocha immunitatis recipienda pro immunitate ſuarum rerum obiectum fuit, mouere nos debet à noſtra ſententia. Nam vt ſapientiſſimè inquit S. Rota *in Barchinonenſi* exemptionis 13. Iunij 1646. coram Card. Corrado ſub prætextu euitandarum fraudum non eſt licitum laicis noua onera, & ſeruitutes Eccleſiaſticis perſonis imponere, quibus illæ quouis modo impediantur, vel timidiores reddantur in exercitio iuris, ac libertatis, eis competentis, de quo, ac de iuramento huiuſmodi à Clericis præſtando alibi fuſiùs dictum eſt.

54 Quòd verò immunitas Eccleſiaſticorum taxanda ſit à laicis, alienum eſt à veritate. Tum quia eſt, eis debita ex Dei ordinatione, atque adeo non ſpectat ad Magiſtratus ſæculares illam taxare ob defectum iuriſdictionis, vt grauiter ac iuſtè Rot. *dec.169.n.4.& 5. p.7.& dec.412.n.27.p.9.rec.* Tum etiam, quia cùm hæc Clericorum immunitas ſit à Romano Pontifice conceſſa, & ſit in ſpiritualibus ſuperior quocunque Magiſtratu, ac Rege, nequit Magiſtratus, aut Rex proprijs legibus huic immunitati propter finem ſpiritualem Clericis conceſſæ, derogare, vt optimè ipſe Couarruuias *qq.pract.cap.31.n.3.* Ledeſma *2.4.q.20.a.4.* Medina *C.de reſtit.q.15.poſt princip.* Bertachin. *de gabell.7.p.n.12.* Felin. *in cap. Eccleſia S. Mariæ, de conſt.n.110.* Perez *lib.4.ordin.tit.4.l.23.* & fauet *lex 6.tit.18. lib.9.noua recopil.* Vbi abſolutè dicitur, Clericos eſſe à gabellis exemptos: Non obſtante conſuetudine in contrarium relata, qui abuſus eſt à Sacris Canonibus à Bulla Cœnæ Domini, & à Conſtitutione Vrbani VIII. damnatus. Quare quemadmodum, & aliæ controuerſiæ de immunitate Eccleſiaſtica, ita & iſta ſuper exceſſiua Eccleſiaſticorum immunitate à vectigalibus, illiuſque reductione, non ad Superiores ſæculares, ſed ad Eccleſiaſticos ſpectat, adeo vt ſi controuerſia aliqua ſuper ſolutione, ſeu immunitate à collectis, vectigalibus, alijſque oneribus oriatur, Magiſtratus ſæculares debeant recurrere ad Iudices Eccleſiaſticos, non autem laicos, Roland. *conſ.71.n.4.* Rot. *dec.159.n.9.p.6.& dec.412.n.28.p.9.recent.*

55 Idque etiamſi in concordia inita cum Clero prætendatur adeſſe pactum facultatiuum ab ea recedendi. Primò, quia huiuſmodi facultas à tempore immemoriali penitus præſcripta eſt, cùm Eccleſiaſtici nunquam intra tantum temporis ſpatium fuerint ad reductionem ſuarum immunitatum coacti; ſed ſemper immunes iuxta taxam antiquam extiterint. Etenim, quamuis regula ſit, facultatem impræſcriptibilem eſſe, tamen cùm in hoc caſu non agatur de ſimplici facultate procedente à iure, ex qua nulla datur actio, vel exceptio, vel continuatio actionis, & iuris, in quibus terminis regula contraria procedit; ſed verſemur in facultate, quæ tribuit actionem recedendi à concordia, & exercitium iuris moderandi taxam antiquam; vtique cùm iſta non ſit ſimplex facultas, ſed ius, ſequitur præſcriptum id fuiſſe ſpatio triginta annorum, Bald. *conſ.103.n.3.lib.1.* Anton. de Amat. *reſol.19.n.6.* Gratian. *diſcept.2.per tot.* & in puncto de facultate exigendi collectas, ſeu tertias ab Eccleſiaſticis, latiſſimè diſtinguendo, explicat, & probat Caſtil. *de tert. debit.cap.32.à n.14.* Vbi declarat Gabrielem in contrarium adductum, Petr. Barboſ. *ad l.Cum notiſſimi 7. ſub princ.v.79.& 80.C.de præſcript.30.vel 40.an.* Pulchrè etiam Crauet. *conſ.111.n.23.& ſeqq.* ac Hippol. Riminald. *conſ.102.n.25.& ſeqq.* Explicatque Menoch. *conſ.143.n.28.cum ſeqq.lib.2.* Riminal. *conſ.37.per tot.* in hiſce terminis facultatis collectandi. Habetque locum etiam, quando in huiuſmodi pacto facultatiuo adeſſent verba *ſemper, & quandocumque*, Rot. in Romana fideicom. de Mutis 29. Maij 1649. coram Meltio. Quia hæc verba in materia præſcriptionis non importaut perpetuitatem, ſed reſtringuntur ad tempus triginta annorum, quo elapſo, iura volunt, quamlibet actionem, quamuis perpetuam, remanere extinctam, vt tradunt quàm plurimi Doctores congeſti per Menoch. *conſ.143.per tot.* Ex quibus ſi prædicta procedunt ex ſola præſcriptione trigenaria, vel quadragenaria, fortiùs quidem procedent quando agitur de immemorabili, vel de Centenaria, poſt quàm non admittitur excuſatio ex capite ignorantiæ, vel reſtitutionis in integrum, vt tradit Gratian. *diſcept.for. cap.2.n.23.& ſeq.* Itaque attenta etiam tranſactione inita inter Vniuerſitates, & Clerum, atque Eccleſiaſticos à longo tempore obſeruata, nefas eſt ab illa recedere, vt in ſpecie de tranſactione Eccleſiæ dixit Rota *dec.480.n.1.& 2.dec.621.n.20.* coram Merlino, *& dec.25.n.35.& dec.198.n.10.* coram Eminentiſs. Othobono. Cùm præſertim ex huiuſmodi longa, & pacifica obſeruantia præſumatur dicta tranſactio tranſiſſe in priuilegium fauore Eccleſiaſticorum, vt per Thom. Delben. *de immun.cap.1.dub.15.Sect.3.n.1.* Rot. in Valentina gabellæ 9. Decembris 1598. coram Brauo. De qua quidem tranſactione, ſi reſtetur Epiſcopus, illi omnino credendum eſt, vt per Rotam in Beneuentana Quartæ 24. Ianuarij 1650. coram Dunozeto.

56 Quod faciliùs procedit in hoc caſu. Nam cùm ſæpiùs Communitates prætenderint ab huiuſmodi taxa iam inita recedere, ac illius reductionem meditari, ſemper à ſacris Tribunalibus reiectæ fuerunt, & ab eo tempore acquieuerunt. Ideòque, data etiam hac facultate impræſcriptibili, adhuc poſt prohibitionem præſcriptio incæpit, & perfecta fuit legitimo tempore triginta, & vltra annorum, fuitquè acquiſita poſſeſſio irretractabilis immunitatis ad menſuram taxæ antiquæ, & in facultatiuis, vt in ſpecie probant Rip. *in cap. Cum Eccleſia Sutrina n.5. de cauſ.poſ.& propr.* Cancer. *var. reſol. cap.2. de iuriſd.omn.iud.& for.comp.n.107.* Ripol. *var. reſol. de empt.& vendit.cap.11.n.241.* Poſt. *de manut.obſ.13.n.28.* ac Rot. coram Buratto *dec.122.n.1.* Cùmque verſemur in materia fauorabili ſeruandæ concordiæ in augmentum diuini cultus, ac in recompenſationem Eccleſiaſticis debitam, ſola acquieſcentia decennalis fuiſſet ſatis ad hunc effectum, Innoc. *in cap. Querelam* n.3. vbi etiam Abb. *n.2.de elect.* Rota in Sipontina penſionis 8. Aprilis 1647. *§.non obſtat*, coram Peutingero, & in Mediolanenſi ſuſtentationis libri 30. Maij 1650. *§.in omnem euentum* coram Dunozeto.

57 Atque ita, vt ne quidem obſtaret, quòd procurator, qui pro Eccleſiaſticis tranſactioni interfuit, careret mandato ſpeciali, nec fuerit beneplacito Apoſtolico confirmata. Nam cum agatur de tranſactione inita ſupra 30. Annos à Clero, & ab Eccleſiaſticis obſeruata, vtique mandatum ſufficiens interueniſſe cenſetur, & quatenus opus eſſet, ratificatio eiuſdem tranſactionis præſumitur, cum magis facto, quàm verbis hæc adducatur, vt in ſpecie tradit Rot. *dec.90.n.4.& 5.dec.72.n.10.dec.107.n.7.* coram Eminentiſs. Othobono. Et quòd ad beneplacitum Apoſtolicum, exceptio huiuſmodi nullitatis, vti inducta fauore duntaxat Eccleſiaſticorum, ab jis ſolùm poterit allegari, non autem ab alijs, Rot. *dec.2.n.21.p.9.rec.& dec.826. per totam* coram Merlino, & *dec.375.n.4.p.1.rec.* & in Romana deuolutionis domus 21. Iunij 1654. *§.non obſtat* coram Bichio. Præcipuè verò, ſi tantum temporis elapſum fuerit à die initæ tranſactionis, ex quo beneplacitum Apoſtolicum præſumatur, iuncta præſertim illius obſeruantia, vt in d. Romana deuolutionis domus 15. Iunij 1654. *§.huiuſmodi* coram Meltio, & in Romana deuolutionis palatij 1657. *§.qua* coram Albergato. Quod procedit, quamuis beneplacitum non fuiſſet in tranſactione reſeruatum. Quia non ſolùm adhuc ex lapſu centum annorum, ſed ex triginta, vel quadraginta tantùm interueniſſe præſumitur, vt in re firmauit Rota *dec.256.n.2.p.8.rec.cum* alijs, latè congeſtis à Gregorio *dec.343.n.5.* Ac præcipuè quia Communitates ſub iuramento promi-

ferunt

ferunt obseruare antiquam taxam, & proinde non potuerunt amplius illam immutare, sed cogendæ sunt ad illius obseruantiam, cap. Ad nostram 1. de iureiur. cap. Cum contingat eod. cap. Quamuis de pact. in 6. & resoluit Rot. dec. 58. n. 7. ac seq. p. 6. recent.

58 Secundò, quia hæc facultas non competit Magistratibus laicis ex vi alicuius priuilegij, sed tantùm ex contractu transactionis super taxam immunitatis iam initam, & sic ea subiacet præscriptioni trigenariæ, vt eleganter Felin. in cap. cum accessissent, n. 27. de constit. Socin. iun. cons. 145. n. 27. lib. 1. & ipse Gabriel concl. 10. n. 11. de præscript. Quia dum ex contractu oritur actio, subiecta præscriptioni, etiam facultas in contractu reseruata illi subiacere debet.

59 Hinc facilè Doctores in contrarium adducti expelluntur. Primùm quia facultas eiusmodi non prouenit aliunde, quàm ex contractu. Deinde quia illorum distinctio est vana, & nunquam casui applicabilis reputatur à Fontanel. d. dec. 145. n. 26. Ad hæc, quia sumus in materia facultatis reseruatæ, atque exercendæ contra Ecclesiasticos. Et idcircò fauore piæ causæ intrat præscriptio recessus prohibitiua, vt per Gabr. vbi supra n. 12. Antonel. de temp. legal. lib. 4. c. 10. n. 3. & seqq. Rot. dec. 143. n. 5. & 6. coram Pegna. Tandem limitatur Regula illa generalis, quòd in facultatiuis non intret præscriptio, vt nimirum procedat, quando non esset aliquo modo translata possessio in eum, contra quem allegatur actus facultatiuus. At secus in hoc casu, in quo per Magistratus sæculares, reseruato ad eorum arbitrium recessu ab inita concordia, possessio etiam formalis translata est in Ecclesiasticos cum vniformi immunitate concordata, & obseruata à tempore immemoriali, vt in puncto facultatis impræscriptibilis eruditè limitat Menoch. d. consul. 143. n. 30.

60 Parumque facit, quòd tempore taxæ Clericorum numerus non erat tam ingens, neque vectigalia tam aucta; atque adeo quòd mutatis rebus, mutari etiam debeat dispositio. Nam ad primum quod attinet, id non probatur, cùm etiam tempore taxæ integrum erat Episcopis, eos omnes clericali militiæ adscribere, quos Ecclesiæ suæ nouerint esse necessarios, & propterea Successores ab illa recedere non possunt, vt in specie firmat Merlin. decis. 480. n. 1. & 2. ac Eminentiss. Cardin. Othob. dec. 148. n. 10. Et quod ad vtrumque, cùm sit exceptio peremptoria controuersiæ inter Ecclesiasticos, & Communitates sæculares iam finita, non licet eis amplius taxæ iam concordatæ contrauenire per textum in l. fratris, C. de transact. cum alijs, quæue infringi non debet, etiam rescripto Principis, licèt causas, eod. Et in contrarium adducta tolluntur. Primò, quòd illa iura loquuntur io immunitate simplici, & gratis concessa, nos autem sumus in debita ex iure diuino, & in transactione onerosa, vt per Bart. in l. fin. C. de ann. & trib. lib. 11. in l. ambitiosa n. 22. ff. de decr. C. ab Ord. fact. Rom. cons. 198. Alex. cons. 71. in fin. vol. 6. quem citat Crauet. cons. 111. n. 27. Natt. cons. 525. n. 13. Et proinde non potest à Communitatibus reuocari, neque alterari, Abb. cons. 35. vol. 1. Alex. cons. 30. n. 17. vol. 5. Bart. in l. penul. ff. de decr. ab Ord. fact. Quibus addo l. Inter debitorem, & l. Epistola §. fin. ff. de pact. iuncta l. Pracet. C. de transact. Ex quibus patet, Communitatem posse pacto conuenire, seu transigere cum priuato, ne ipse priuatus soluat onera, vel soluat certo modo, Dec. cons. 285. col. 2. & fin. quem sequitur Crauet. d. cons. 111. n. 7. post Bartolum, Baldum, Cynum, Paulum de Castro, Socinum, & Decium, concludens hoc procedere non solùm ex conuentione, sed etiam ex consuetudine soluendi, facitque l. Sicut, C. de act. & oblig. & l. In commodato, §. Sicut, ff. Commod. Et ideò contraria limitant Doctores in l. Si ex toto, ff. de legat. 1. quod scilicet non habeant locum, vbi immunitas esset concessa per contractum, vel quasi. Suntque Io. Bapt. Seuer. in repet. l. Omnes col. 72. ff. de iust. & iur. quem citat, ac sequitur cum plutibus alijs relatis Neuizan. cons. 12. n. 29. vol. 6. inter cons. Bruni, & latius cons. 66. n. 44. Leo. Pess. inter cons. eiusdem Bruni cons. 117. n. 145. Alciat. resp. 80. n. 5. Paul. de Castr. cons. 317. n. 8. vol. 1. 61.

61 Quare licèt Immunitas concessa per priuilegium, non transeat ad hæredes, vt in l. 1. in fin. ff. de iur. immun. Secus tamen est, si sit concessa ex contractu, tunc enim extenditur, etiam ad hæredes, Bald. cons. 112. n. 2. lib. 2. Ias. in l. Si sic stipulatus n. 13. ff. de verb. oblig. vbi asserit, se ita consuluisse, vt patet in cons. 217. per tot. lib. 2. Dec. cons. 286. n. 6. Felin. in d. cap. Nouit. n. 18. de iud. Socin. cons. 4. n. 5. vol. 3. cum innomeris adductis à Port. lib. 5. com. opin. concl. 19. in princ. Quod si locum habet in Principe, multò magis habebit in inferiore à Principe, qui non potest priuilegium à se concessum reuocare, Felin. loc. alleg. n. 11. post Baldum, & alios Dec. in cap. Quæ Ecclesiarum col. 12. de constit.

Secundò. Esto demus, quòd contraria obtinerent in 62 immunitate concessa ex contractu, intelligi tamen id debet de simplici concessione, secus autem, si fuit cogitatum saltem in genere de numero Clericorum, ac de augmento vectigalium. Ita Alex. d. cons. 30. col. 1. & 2. & cons. 14. vol. 5. Ias. post Cyn. in d. l. Si ex toto n. 3. Natt. d. cons. 525. n. 13. Et cùm in hoc casu fiat expressa mentio de libero numero Ecclesiasticorum, eorumque immunitate à vectigalibus in Inuestitura Regni, non est quærendum vlterius, cùm simus in claris præsumptionibus, & coniecturis, l. ille, aut ille, §. Cùm in verbis, ff. de legat. 3. l. Continuus, §. Cum ita, in fin. ff. de verb. oblig. Bart. in l. sub prætextu 2. n. 1. C. de transact. Ideòque de ijs fuit cogitatum, non solùm in genere, sed etiam in specie.

Postremò ex noua causa superuentura non rescinditur 63 transactio ab immemoriali obseruata, nisi enormissima læsione, aut dolo per successores probato, Cyriac. contr. 3. n. 55. Surd. cons. 517. n. 9. Thomat. dec. 297. n. 10. Eminentiss. Otthob. dec. 25. n. 21. Adeout, ne per Principis quidem rescriptum infringi soleat, Gratian. discept. 721. n. 35. & seq. ac Thomat. d. dec. 297. n. 10. & 11. p. 2.

Clausula verò illa, rebus sic stantibus, non debet in- 64 telligi ita indifferenter. Alioquin tractu temporis omnes dispositiones, & contractus dissoluerentur, cùm semper posset allegari, rem non sic extare. Ideò Bartol. in d. l. Quod Seruius n. 4. illam exponit ex aliquo iure, quod est de præsenti io re, vel spe, docens nos debere intelligere rem dici none extare, sicut extabat tempore dispositionis, quoties durat idem status, vel tempore dispositionis saltem fuit cogitatum, vel cogitari potuit de tempore futuro. Id, quod clarius declarat Roman. cons. 22. vol. 1. Vbi ait, habere locum in dispositione simpliciter facta, secus quando est cogitatum de iure futuro, de quo saltem implicitè cogitari potuit. Quia tunc causa noua superueniens non operatur, vt sit recedendum à priori contractu. Idem tradit Baue. de virt. iur. n. 72. Gozad. cons. 27. n. 9. nec dissentit Dec. cons. 335. n. 3. & adstipulatur Natt. cons. 525. n. 18. & seq. Alciat. resp. 137. col. 2. & resp. 80. n. 4. ac Ruin. cons. 105. in fin. vol. 5. post Bartolum, Baldum, Angelum, & Imolam. Accedit, quòd in dispositionibus vniuersalibus, & in ijs, quæ possunt se habere ad augmentum, & diminutionem, ad commodum, & incommodum, res dicitur in eodem statu, arg. l. grege, ff. de leg. 2. quam ad hoc citat Sigismund. in paraphr. feud. col. 18. post Oldr. cons. 231. col. 1. & faciunt adducta per Ias. in l. 1. n. 98. C. de iur. emph. quòd nimirum conductor tempore pacis, si renunciauit omni legum auxilio, non potest petere remissionem, etiamsi superuenerit bellum. Quia, stante renunciatione, videtur cogitasse de bello futuro, saltem in genere.

Nihilo magis officiunt ea, quæ in confirmatione pro- 65 feruntur. Nam, licèt possit priuilegium particulare reuocari, vel minui, id tamen accipiendum est in casu, quo priuilegium, vel obligatio merè nasceretur ex statuto non ex donatione Clericus facta, vel ex causa concessa, & à Summo Pontifice, nomine Ecclesiæ accepta. Tunc enim, quia transiuerit in contractum, est irreuocabile, cuiusmodi est priuilegium exemptionis fori, oc immunitatis à tributis. Ita docent Felio. in cap. Ecclesia. S. Mariæ n. 124. de constit. Azor. p. 1. instit. lib. 2. cap. 13. q. 5. Pesant. de immun. Eccles. disp. 9. Filiuc. tom. 1. tr. 16. cap. 10. n. 269. cum Sylnestro, & Sayro, Corirlan. in Bull. Cœn. excom. 15. Marth. de iurisd. p. 4. cent. 1. cas. 52. n. 6. Alter. tom. 1. de censur. disp. 16. lib. 5. cap. 6. Dian. p. 1. tr. 2. resolut. 60. & Ca-

& Carol. de Graff. *de effect. Cler. eff. 2. num. 14. & 23.* Quia omne priuilegium alicui concessum, & ab illo acceptum transit in eius iura, Et quia iuri Ecclesiæ statutis laicorum non potest derogari; & quia per statutum contra Ecclesiam particularem, semper præiudicatur indirectè cæteris Ecclesijs in generali. Quare licèt Princeps potuerit priuilegium non concedere, semel tamen concessum non potest amplius reuocare, præsertim quia est concessum non subditis, aliterque facientes incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ in illis verbis: *Quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet præiudicetur.* Qui enim impedit id, quod est concessum ex priuilegio Regum, & à Pontificibus confirmato, lædit immunitatem Ecclesiasticam. Quia fit contra immunitatem Ecclesiasticam, quando prohibetur personis Ecclesiasticis fieri id, quod ipsis competit ex priuilegio dato ex Io. Andr. *in cap. Noueris num. 2. de Sent. excom.* Panorm. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. num. 23.* vbi Felin. *num. 69.* Bart. *in l. filiusfamil. §. diui 2. num. 12. ff. de leg. 1.* Bald. *in l. priuilegia num. 1. de Sacros. Eccles.* Cagnol. *§. fin. C. de pact. num. 186.* Duard. *in Bull. Cœn. lib. 2. can. 15. quæst. 19. num. 1.* Laderch. *cons. 103. num. 1.* Annib. *in addit. ad Mandel. §. 8. lib. 2. cons. 8. lit. H.* & ex alijs apud Dianam *p. 2. tr. 8. res. 4. vers. Hoc igitur.*

66 Et quamuis hæc quæstio, an obligatio Regis ad successores transeat, sit regia quæstio à Regibus, non à Iureconsultis tantùm disputata, magis tamen obtinuit, vt successores pacti comprehensi censeantur. Istiusmodi enim conuentiones publicæ, non tangentium personas, sed Rempublicam, ac Principatum, qui æquè per vtrosque repræsentantur *l. proponebatur ff. de iudic.* spectare creduntur, in successoresque ideo transire. Tenetur ergo Princeps huiusmodi priuilegium obseruare, quia illud est quasi contractus cum Ecclesiasticis. In contractibus autem, vel quasi, Reges, Duces, Principes iure communi, eodem nempè, quo homines reliquos, vti, certum est, Bald. & Ias. *in l. ex imperfecto 3. C. de testam.* Dec. *cap. 1. num. 1.* & ibi Felin. *num. 1. arg. illor. text. extr. de prob.* Socin. iun. *cons. 76. num. 3. lib. 1.* Roland. à Vall. *cons. 66. num. 37. lib. 2.* facitque textus *in l. Cæsar 15. ff. de publican. l. de contracta, C. de rescind. vend.* Foller. *in prax. cens. v. & submissiones num. 6. & 26.* Cùm naturalis ratio, atque æquitas pactorum & contractuum obseruantiam præcipiat, *l. 1. in pr. ff. de pact.* Et Princeps dictamine rectæ rationis, siue lege naturæ non est solutus, Bald. *l. 2. num. 40. C. de seru. & aq.* Iac. de S. Georg. *in tr. feud. v. Princeps v. 4.* Ias. *cons. 1. num. 1. lib. 1.* Menoch. *cons. 27. num. 23.* Sed perinde obligatur, & consideratur ac priuatus, Bart. *l. in fraudem 45. §. neque, ff. de iur. fisc.* Roman. *in l. Si verò §. de viro num. 105. ff. sol. matr.* Castr. *in l. digna vox, C. de legib.* Roman. *cons. 436. num. 17. & seq.* Gail. *pract. obs. 55. num. 7. lib. 2.* Cuno. *de pact. cap. 24. num. 2. lib. 1.* Nam regulariter in qualibet dispositione generali comprehenduntur etiam Duces, Principes, Comites, & Barones, Paul. de Castr. & Corn. *in l. fin. C. de verb. signif.* Archid. Io. Andr. & Gemin. *in cap. Nemo, de elect. lib. 6.* Felin. *in cap. cum in iure 7. extr. de off. Deleg.* Dec. *in l. 1. num. 24. C. de mand. Princip.* Oldr. *cons. 211. & cons. 293. col. pen.* Ruin. *cons. 1. num. 19. lib. 5.* Præsertim cùm & aliàs non ignotum sit, quòd Princeps, qui ex pacto Regnum, vel Imperium init, omnino pacto stare tenetur. Nam, vt Bald. dicit *in rubr. de const. in pr.* Edictum Prætoris: *Pacta seruabo,* æquum est, & ab ore Dei processit, hoc est tam Principi, quàm alijs positum est; siquidem is Dei legibus peræquè, ac subditi, obligatur. Quare regiè, vt pleraque alia, Alphonsus, Rex Neapolitanus dixit, solam fidem tantùm apud Principem, quantùm iuramentum apud priuatos valere debere, teste Panorm. *de dict. & fact. Alphonsi lib. 1. num. 58.*

67 Si enim, vt per inuersionem argumentum pro hac sententia inducamus, Eius est saltem abrogare, cuius promulgare; sanè nec Princeps hanc taxam abrogare, vel diminuere poterit. Quia non solo Principe auctore, sed assidentibus Magistratibus Ecclesiasticis, & sæcularibus, ac aliorum Procerum, acceptante ipso Summo Pontifice, numerosa promanauit multitudine, itaut omnium eorum in destructione, siquidem eam abrogari, vel in nonnullis immutari velimus, quorum in promulgatione authoritas, & consensus interueniat, necesse sit. Quod enim alibi D. Ambrosius *homil. 5.* id sanè ad hanc sanctissimam Immunitatis legem omnino transferendum erit: *Hic Respublicæ vsus est*, ait, *leges omnibus esse communes, atque eos obseruari deuotione communi, vno omnes teneri vinculo, non alijs ius esse, quod alius sibi intelligat non licere, sed quod vni liceat, licere omnibus.* Deinde Politicorum communi consensu receptum est, fundamentales Ecclesiasticæ libertatis, ac Immunitatis leges nec mutari, nedum abrogari sine corruptione status politici posse, quidquid prætendere possint innouatores, & turbatores pacis Reipublicæ, qui forsan leui prætextu persuadere conantur, & hanc legem non vsurpandam, & non posse videri æquam, quorum sententia statim à limine, dum proponitur, est omnibus modis, & remedijs omnino explodenda, tanquam ad Reipublicæ pacatæ interitum perducens. Et ideo cùm taxa nostra Immunitatis Ecclesiasticę fundamentalis sit, hoc est talis, sub qua Ecclesia Neapolitana constituta est, & qua tanquam fundamentum ex consensu communi totius Regni, & approbatione Sedis Apostolicæ nititur, & qua salus, dignitasque totius Regni continetur, & qualescunque Regni Neapolitani reliquiæ, illique ferro lutei pedes, vtcunque continentur, & à dissolutione, ac ruina adhuc conseruantur, consequitur eam voluntate Principis, vel Magistratus abrogari, vel minui non posse. Certè ex mutatione, vel abrogatione huius immunitatis, iam taxatæ, facillimè hydra malorum exoriretur. Nam alius si induceretur ordo, periculi res plena erit. Quia non ignotum, quàm Ecclesiastici terminos suæ præeminentiæ ad immunitatis antiquos moueri ægrè ferant. Cuius quidem rei non aliunde melius consilia petuntur, ait Halicarnasseus, quæ in futurum prosunt, quàm ex præteritarum rerum exemplis. Sapienter Fridericus Primus Imperator super controuersia Archiepiscopi Coloniensis, & Abbatis Fuldensis interpellatus respondit: Veteres approbamus, vt tenemur, Imperij nostri consuetudines, quo circa maior, an minor æquo discrimine est.

Quo ipso concidunt & reliqua obiecta. Quia non par 68
hoc in passu parem, aut Antecessor obligat Successorem, quanquam neque hoc à iuris ratione alienum sit, Successorem Antecessoris obligari pacto. Quia in Principe duo considerantur, Persona, & Dignitas eius. Persona quidem moritur, Dignitas verò semper & vbique, quandiu Principatus durat, manet. Cuius intuitu, cùm omnia, quæ cum Principe tractantur, peragi soleant, relinquitur, dignitate manente, & etiam illa, quæ ab illa promissa sunt, stare debere, Peregrin. *de iur. Fisc. lib. 1. tit. 1. num. 37.* Et putidum est, pactionibus iuratis Principatus constringi Principem non posse. Nam & contrarium experientia docemur, & earum intuitu, non vt Princeps, sed vt homo consideratur.

Cùm itaque non vnius Regis Neapolitani, verùm om- 69
nium repetitis ac iuratis promissionibus Ecclesiasticorum iura confirmata fuerint in Regni Inuestitura, cuius tenor semper, & præcipuè attendendus est, *c. vn. in fin. de duob. fr. à cap. Inuest.* ibique Bald. & communiter Doctores apud Osasch. *dec. 23. num. 2. & 20.* cuiusque obseruatio est ex æquitate naturali. *Quid enim*, inquit *l. 1. ff. de pact. l. Iurisgentium ff. eod. tam congruum fidei humanæ, quàm ea, quæ inter eos placuerunt seruare?* pactum autem à pactione dicitur, inde etiam pacis nomen appellatum est, vtique iniquum foret, eos tot Regum clementi fauore, ac beneficio decipi. Ex hac enim ratificatione tollitur omne dubium, vt dicit Ias. *cons. 1. col. 3. lib. 1.*

Vnde & Tyberius constituit, vt beneficia à superiori- 70
bus concessa Principibus, successores rata haberent, ac si eadem ijsdem ipsi dedissent, Clamp. *lib. 5. c. 13. de arcan. Rerumpubl.* Nec enim per vllum eundem ius, quod facto ipsius quæsitum nobis est, auferri debet, Thoming. *cons. 9. num. 41. lib. 1.* Vt taceam sine turbis maximis, & summa indignatione eos tam inueterata iurium regalium possessione deijci non posse; præsertim cum & assidui, & multiplices labores, quibus illi pro quiete, ac Religione Regni funguntur, recompensationem non vulgarem

rem exposcant, *c. Ecclesiasticis* 12. *q.* 2. quæ si inter dantem & accipientes instituatur, immodica oon vsque adeò censeri debet. Immò benemerita pars contractus censentur ita, vt quæ eorum intuitu dantur, protinus in contractum transeaot, *l. quod semel, ff. de decret. ab Ord. fac.* Capyc. *dec.* 166. *n.* 2. Ab illo igitur, parte altera inuita, recedere non licet, textus insignis *in l. Sicut. C. de oblig. & act.* vbi Imperatores Dioclet. & Maxim. Augusti ita decetnuot: *Sicut initio libera potestas vnicuique est habendi, vel non habendi contractus, ita renunciare semel constituta obligationi, aduersario non consentiente nemo potest. Qua propter intelligere debetis, voluntariæ obligationi semel vos nexos, ab hac non consentiente altera parte, de cuius precibus fecistis mentionem, minimè posse discedere.* Et concessio facta à Principe, licet ei non respondeant merita, dummodo respondeat liberalitati Principis, valida est, Tiraquel. *in l. Si vnquam v. donationem largitus, n.* 84. *C. de reuoc. donat.* Cumque agatur de remuneratione Principis, latè facienda est interpretatio *l.* 3. *ff. de const. Princip.* Tum etiam quod Princeps magna, multaque largiens putat, se parua, & modica concedere iuxta glos. *in l. Sed & si susceperit, §.* 2. *ff. de iudic.* Vnde Innocentium IV. Pontificem, qui, cum post obitum Friderici Imperatoris multis multa concesserat, postea einsmodi concessiones reuocauit, Andreas de Isern. *in cap.* 1. *n.* 13. *qui success. teneant*, damnat subijciens, multum mali esse in exemplo, cum non sit proprium Principis, vel Pontificalis Maiestatis, semel concessa rursus auferre, *in pr. Nouel. de refer. Palat.*

72 Valet deoique alienatio iurium regalium, si Statuum coosensu accedente ea fiat, *l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. l.* 2. *C. de præd. Decur.* Tholos. *de Republ. d. lib.* 3. *cap.* 8. In hanc autem iurium vectigalium regalium concessionem consensum Statuum Regni accessisse, indicio est initium Innestituræ, vbi matura deliberatione præuia, ea constituta esse iam alibi diximus, & aliàs ex lapsu eius temporis, cuius initium non recolimus, omnia solemniter acta fuisse, præsumptio est, Crauet. *cons.* 258. *n.* 13. Menoch. *cons.* 90. *n.* 30. *& seq.* ac eo ipso, quod Princeps contrahit, eius authoritas supplet solemnitates legis, citra quas aliàs contractus priuatorum essent inutiles, & nulli. Doctrina verò aduersariorum locum habet in concessione, quæ tenderet in magnam diminutionem Regni, siue iurisdictioois, vt si concederetur sine causa pars aliqua Regni, vel ea, quæ sunt supremæ iurisdictioois, secus si minimam, vel nullam diminutionem inducat, prout in hoc casu, in quo licèt concedatur Ecclesiasticis immunitas à vectigalibus, non propterea ijs aliqua conceditur iurisdictio, aot in Principe diminuitur, cùm id sit conforme iori communi, & ordinarioni diuinæ, qua Clerici immunes sunt, & dispositio humana reddatur solum efficacior ex ipsa conuentione, Ias. *cons.* 227. *col.* 2. Et dato, quod in aliquo diminueretur iurisdictio, attamen cum sit modica diminutio, valet, Bart. *in l. prohibere, §. planè, ff. quod vim, aut clam*, Felin. *in cap.* 1. *n.* 5. *de prob.* Ias. *d. cons.* 227. *col.* 3. *& d. cons.* 1. *col.* 2. *lib.* 1. Alex. *cons.* 1. *n.* 18. *& seq. lib.* 5. Vbi Paris. cum pluribus, & Dec. *cons.* 191. *n.* 1. Afflict. *in tit. de prohib. feud. alien.* per Frid. *§. præterea in* 6. *not. & in tit. quæ sint regalia n.* 61. *& seq.* Rip. *lib.* 1. *resp. cap.* 1. *n.* 53. *cum seqq.* Immo verò specialem propositæ obiectionis resolutionem nobis suppeditat textus in *cap. Significauit* 41. *de testib. & attestat.* ex quo clarè patet, fundatores Ecclesiarum posse iuri ipsis ex fundatione competenti renunciare.

73 Quod igitur ad Principum alienationes attinet, illæ generaliter, ac præcisè prohibitæ non suot, sed allegata in eam tantùm partem procedunt, quando alienatio tenderet in magnum ac notabile Regni, vel Prouinciæ præiudicium, vel læsionem, veluti quod ex illa alienatione sequeretur eversio, & ruina status publici; alioquin enim possunt Principes de rebus Principatus non solùm alienationes ex titulo oneroso, sed etiam donatiooes facere, quando essent moderatæ, & ex ijs directò, & principaliter non diminueretur regalis & suprema iurisdictio, vt tenent Ionoc. *in d. cap. Intellecto Illibato de iureiur. Auth. quomodo oportet Episcop. in princ.* Bald. *in margar. v. Rex*, Oldr. *cons.* 94. *vers. Sed quid in casu præsenti*, vbi dicit, in iure expressum esse, quod Reges possint donationes, vel alienationes, dignitatem regiam grauiter non lædentes facere, & donationes ipsas filius primogenitus seruare debeat, nec contra ipsas venire possit, Paul. Castrens. *cons.* 72. *col.* 8. latè Anton. Corset. *in tr. de potest. reg. p.* 1. *n.* 14. *& seq.* vbi referr Baldum *in proem. Cod.* desinire, quod quando Regnum non enormiter læditur, & alienationes Principum non tendunt in magnam diminutionem iurium Principatus, valent, licet Imperator, Rex, vel Princeps donaret Terras Regni, totum à se dominium abdicando, neque potest successor eas reuocare, vt etiam est de mente Specul. *in d. tit. de instrum. edit.* & aliorum *in d. l. Prohibere, §. fin. ff. quod vim, aut clam*; quia alioquin oimis seruilis, indigna, & adstricta foret Regum, & Principum conditio, si nec inter viuos donare, nec morte quid legare possent, cum illorum proprium sit donare, & exercere liberalitatem, *l. pen. C. de donat. inter vir. & vx. Cap.* 1. *de don.* Io. Andr. *in cap. grandi, de suppl. negl. Præl. in* 6. Molin. *de primog. Hispan. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 20. *cum seq.* Nihil siquidem Regia maiestate dignius, quàm benemerentibus benefieri, & ob id eius liberalitas limitibus non adstringenda, *d. l. pen. C. de donat. inter vir. & vx.* Castr. *cons.* 63. *n.* 3. *vol.* 1. Pancirol. *cons.* 2. *n.* 17. Bero. *cons.* 65. *n.* 11. *vol.* 1. Camil. Borrel. *cons.* 1. *n.* 131. *& seq.* Neque donationes huiusmodi freno subijciuntur, præsertim proprio motu, & ex mera liberalitate profectæ, Alberic. de Rosat. *in l. fin. n.* 11. *C. de iurisd. omn. Iud.* Oldr. de Ponte *cons.* 252. *n.* 6.

Idipsum probatur ex ipsa prius lege Regia, qua 74
populus in Vespasianum potestatem omnem contulit, *vti scilicet quæcumque ex vsu Republicæ maiestate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum esse censebit, ei (Vespasiano) agere, facere, ius, potestasue sit, vti Augusto fuit.* Ita hanc referre, dixit Zipæus *in Iud. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 2. Besoldum ex ænea tabula. Reges ergo & censuram, vt viri boni *l.* 75. *de leg.* 1. & potestatem habent, vt iusti, ad Regna seruanda, conditionemque eorum meliorem, non deteriorem reddendam pro lubitu quidem, & arbitratu, ne illa imminuant ad modum, quo res pupillorum, Ciuitatum, & Rerumpublicarum alienari possunt inxta *l. vlt. de reb. Ciuit. C. lib.* 11. *l. Rempublicam, C. de iur. reip. l. si secundum, C. eod.* Ita legum regiarum scientissimus Salomoo Hiran dedit viginti oppida 3. *Reg. c.* 9. vtique ob ligna in vtilitatem Reipublicæ, seu Templi structuram tradita, Rex autem Iudæis dari postulatus fuit, vt habebant cæteræ nationes 1. *Reg. c.* 8. *&* 10. Si ergo id Salomoni licuit iure regio, & aliarum nationum licoit. Præsertim cum & iore feudorum disertè decisum sit, feudom compromisso posse alienari, & transactione, *lib. feud. tit.* 26. *§. Si vassallus & eod. lib. tit.* 18. 34. *&* 46. Leges porrò feudales in regalibus quæstionibus quam maximè citantur. Si vassallus ergo transigere rectè potest, cùm priuatim id ei visum erit, cur non id permittetur Domioo cùm causa publica, oempè Religionis suadebit? Legem Rhodiam de iactu prudentia, & æquitas naturalis iouenit, eaque tanti semper fuit, vt Antoninus Imperator Eodæmoni naufragium passo responderit: *Ego quidem mundi Dominus, lex autem maris, lege id Rhodia, quæ de rebus nauticis præscripta est, iudicetur, l.* 9. *ff. ad leg. Rhod. de iact.* Ergo si naoem Reipublicæ tempestas inuaserit, iactus prudenter fieri potest; supra mundi Dominum legis Rhodiæ æquitas, tum hic dominerit, quæ nec quærit, an ex institoris decreto iactus sit factus, sed an ex iactu cœteræ merces saluæ sint, *l.* 1. *& tot. tit. ff. eod.*

75 Neque nocet Regis iuramentum de non alienando, quia iuramentum firmat quidem pactorum obligationem, sed vltra huius terminos non extenditur. Itaque iuramentum hoc inutiles alienationes cohibet, pactum vt vltra hos non extenditur, ita neque iuramentum, *cap. pen. de iureiur,* *Vbi Tusch. v. Iuramentum concl.* 507. Sed & insuper iure decisum est, obligare quidem iurantem, rem autem non afficere iuramentum, *cap. Sicut de sponsal.* Couar. *in cap. Quamuis de pact. in 6. p. 2. §. 2. n. 2. & seqq.* vbi & de hoc casu in terminis, sic qui iurauit non testari, non reuocare testamentum, siquidem testatur, reuocetue, & si peieret, valet tamen testamenti factio post Couar. Gutier. *de iur. confirm. lib. 2. c. 1.* Sic in alijs Tusch. *d. v. concl.* 512. *& seqq.* Vnde Prælatus, qui iurauit non alienare res Ecclesiæ, non impeditur eas alienationes facere, quas ius permittit, *cap. vt sicut, de reb. Eccles. non alien.* & ibi Panor. Syluest. *in sum. v.* Alienatio *n. 16.* Gutier. *de iuram. cap. 1. & 2. & in p. 1. cap. 52. n. 3.* & in terminis regijs *n. 7.* Vt rerum sterilium & exiguarum, *c. terrulas* 12. *q. 2.* in feudum, emphyteusim dari solitarum, *cap. 2. de feud. cap. 5. de donat.* Choppin. *de sacr. polit. lib. 3. tit. 6. n. 3. 4. 14. & 15.* Denique si vrserit Ecclesiæ necessitas, vel euidens vtilitas, *cap. Dudum de reb. Eccles. non alien. in 6.* Tusch. *eod. verb. Iuramentum concl.* 508. Itaque quemadmodum bona Ecclesiæ in redemptionem captiuorum distrahi possunt, *c. & Sacrorum, c. Sacrorum, c. aurum, c. gloria* 12. *q. 2.* & filij, vt ingrati exhæredari, qui patrem captiuum non redemerint, *§. aliud in auth. vt cum de appel.* ita non dubitandum, si Reipublicæ, ac Regis salus à periculo assiduis Ecclesiasticorum orationibus redimenda sit ad propitiandum Numen, publicamue tranquillitatem, conseruationem status Regis, Regnique, ac Religionis præscindi aliquid de Regnis, de regalibus, quin liceat Principi, patri patriæ, de quo Seneca: *Ita Rempublicam Cæsar induit, vt seduci alter sine alterius pernitie non possit.* Tunc enim rescindere nunquam Dîs licet acta Deûm. Vt proinde Fridericus I. eiusque filius Henricus IV. Imperatores, quæ ab antecessoribus data Episcopis, Ecclesijs, Ciuitatibus, vel quibuscunque alijs personis erant, confirmarunt, *vers. hoc quod nos tit. de pace Constantiæ.* Id quidem nemo iuerit inficias, nulla iusta causa Reges, Regna, Regaliaue dilapidare non posse, vt insana fuisset Neronis prodigalitas cuncta vectigalia tollere, idque donum generi mortalium dare volentis, cui refragatus est vtique Senatus. Huiusmodi sanè alienationes irritæ sunt vbique gentium. Effuderat Nero bis, & viciesmille sextertium, Galba appellari singulos iussit, decima parte liberalitatis apud quemque relicta, *iustissimum*, inquit Tacitus, *fuit hoc inde repeti, vnde inopia causa erat.* Alexandro apud Lamptidium, *dies nunquam transijt, quin aliquid mansuetum, ciuile, pium faceret, sed ita, vt ærarium non euerteret.* Hæc vtique regula proborum est Principum, cùm necessitas non aliud exprimit.

76 Sed quid opus est verbis? Disputatio enim hæc cessat, cum Reges Neapolitani profiteantur disertè in Inuestitura Regni, seditionis suæ, non personæ tantum nomine hanc concordiam cum Ecclesiasticis inire, cùm pactis expressum est, Successores, populum, gentem, ditionem comprehendi, ac obligari, etiam inuitos. Res enim cum sua causa transeunt, non in hæredes tantum, *l. Cum heres.* 11. *ff. de diuers. & temp. præscript.* sed singulares etiam successores, *l. alien.* 67. *ff. de contrah. empt. l. traditio* 20. *ff. acq. rer. dom. l. Ianitus, §. cum quis & seq. ff. de reg. iur.* vbi Doctores, & *in cap. Is, qui in ius in 6. de reg. iur.* Regnum itaque sic obligatum transit vtique eodem cum vinculo ad successorem *l. priuilegia* 156. *ff. de reg. iur. cap. priuilegium* 7. *eod. tit. in 6.* & Doctores vtrobique. Neque minus obligari Regnum, & Successorem dicendum est, si alio quoque modo assentiatur. Quid enim interest, inquit *l. de quibus, ff. de legib.* suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Populi legati sunt Ordines Regni; siue ergo illi collatis suffragijs, siue populus vniuersus rebus, & factis animi sensum explicet, nihil interest, aut facit *cap. dilecti, de appel. cap. fin. de coniug. seruor. v. nec verbo, nec facto, cap. Is, qui de Sponsal.* Adeò vt nec in matrimonio verba requirantur, si agnosci consensus ex signis potest, Sanchez *de matr. lib. 2. disp. 31. n. 5.* Vbi legionem Theologorum, & Iuris consultorum producit.

77 Neque his aduersatur, quod par in parem imperium non habeat. Nam & si id verum, attamen par paris, hoc est antecessoris promissionem præstare cogitur, quia imperium, cuius intuitu permissio facta est, successor tenet. Corruit & hinc, quod ab æquiparatione vsufructuarij oppositum fuit. Quia hæres vsufructuarij non est vsusfructus hæres, vtpotè qui cum vsufructuario extinguitur; Principatus autem successor non solum iure hæreditario, sed eo quod Principatum habet, cuius intuitu promissio facta est, tenetur implere id, quod nomine Principatus prædecessor promisit. Similiter resoluitur quod dicebatur a Gratiano de reuocatione priuilegiorum immunitatis ab Imperatoribus facta. Respondetur enim cum Felino *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit.* & Valboa *in cap. 1. de for. comp. n. 11.* in illis iuribus narrari quidem factum, non tamen dici, id iure esse factum. Adde talia iura defectu potestatis irrita, ac nulla fuisse. Quare huiusmodi sententiæ libidinosæ sunt, quæ nec certi, definitique iuris ratione sunt temperatæ, nec exemplorum vetustatem, nec literarum fidem, monumentorumque auctoritatem sunt secutæ. Itaque id nec ius, nec æquum fuisse, iniuriaque vel iudicatum, vel decretum, vel lege actum dicendum est.

78 Et quod de confirmatione priuilegiorum objjciebatur, magis est, vt concludamus confirmationem eiusmodi Immunitatis iam taxatæ à Regia Camera, potius consilij, quàm necessitatis esse, vt in specie respondendo firmarunt Alex. *cons. 33. n. 16. lib. 5.* Bert. *cons. 193. n. 9. lib. 3.* Bertaz. *cons. 27. n. 28.* Surd. *cons. 419. n. 16.* Fich. *cons. 78. n. 4.* Anton. Sol. *in constit. antiq. Saband. tit. de sen. decr. Car. glos. vn. n. 5,* Bern. Greuæus *pract. concl. 1. n. 3. lib. 2.* Idemque authoritatibus, & rationibus stabiliuit Vinius *dec. 206.* vbi *sub n. 1.* dicit, quamuis videamus, quod confirment Imperatores in multis legibus priuilegia prædecessorum, tamen reipsa confirmationem isthanc non esse necessariam per Cynum *in l. priuilegia, C. de Sacros. Eccles.* vbi concedit etiam Alb. de Rosatis, confirmare quidem Imperatores priuilegia per prædecessores suos Ecclesijs concessa, sed non esse hoc necessarium, & allegat rationem, quod sunt perpetua, vt *in l. falso, C. de diuers. rescript.* Et hoc idem determinat Bartol. *in d. l. priuilegia col. 1.* dum ait, quod quando priuilegia valida confirmantur, ista confirmatio nihil releuet, quia fit causa dubitationis tollendæ, *vt in l. Qui mutuam, ff. mand. & in l. quo dubitationis, ff. de regul. iur.* Vbi Paul. Castr. & cæteri omnes. Et ratio est, quoniam ea, quæ fiunt causa dubitationis tollendæ, fiunt quippè ad abundantem cautelam. Cautela autem, quæ abundat, non est necessaria, vt iuris est manifesti. Ergo iura nolunt, quod confirmatio fieri debeat necessario, *l. non cogendum, §. Sabin. ff. de proc. l. hac quoque stipulatio, §. diuus, ff. vt leg. nom. cau.*

79 Idque multò magis verum est in hac specie immunitatis, quæ transit in contractum; quia contractus dependet à voluntate, & consensu duorum, vt *in l. 1. §. pactum, ff. de pact. & in l. pactum in pr. ff. de pollicit.* Etenim contractu inito, perfectoque secundus contrahentium consensus ex interuallo non est necessarius, nihilque operatur, vt patet *in l. quibus idem,* & ibi Doctores, *ff. de verb. oblig.* vbi secunda stipulatio facta ex interuallo non valet, si continet idem, quod prima. Et certè si successor factum antecessoris præstare cogitur, quod iam diximus, superuacua videtur renouationis petitio.

80 Præcitatorum verò authoritates intelligendæ sunt, vt

loquan-

loquantur confirmationes vtiles quidem, & maioris cautelæ gratia, non autem ex necessitate petendas esse, sicut in specie Borrel. *eo cons.* 1. *n.* 196. *& seq.* expressè respondit, quòd successoris Imperatoris, aut Regis confirmatio non exigatur, vt ex multis voluit Marc. Vetranius Mautus *de iur. lib. cap.* 47. Et confirmatio, ac renouatio à successore non sit necessitatis, sed tantùm beneplaciti, & ad bene esse, Bald. *cons.* 11a. *vol.* 1. Alex. *d. cons.* 33. *n.* 16. *vol.* 5. Et quòd talis confirmatio non necessitatis, sed consili appelletur, præter superiùs adductos, plurimis allegationibus congestis voluit Matth. de Affl. *in Constit. Dignum n.* 9. vbi ait: *Hinc successoris assensus necessarius non est, quando à prædecessore Principe semel habitus, & impartitus fuit*, Bursat. *cons.* 29. *& cons.* 30. *vol.* 1.

81 Eadem facilitate diluitur, quòd eiusmodi Immunitas non sit ex priuilegio Regis, sed ex taxa Regiæ Cameræ, & quòd hic non agatur de tollenda immunitate, sed de minuenda ad iustam quantitatem. Nam ad primum causarum fiscalium cognitio Cæsaris Procuratori tributa est, *l.* 1. *& tot. tit. C. vbi caus. fiscal. & l.* 1. *C. de iurisd. omn. iud.* cum similib. Afflictus *in cap.* 1. §. 1. *n.* 44. *de duob. fratrib. de nou. ben. inuest.* Mynsing. *pract. obser. lib.* 1. *obs.* 20. *n.* 1. eiusque deliberationes eandem vim habent, ac si ipsius Principis forent, teste Vlpiano *in l.* 1. *de offic. Proc. Cæsar.* cuius authoritatis originem refert Tacitus *lib.* 12. *Annal.* his verbis: cum Claudio agit: *Eodem anno sæpiùs audita vox Principis, parem vim rerum habendam à Procuratoribus suis iudicaturum, ac si ipse statuisset.* Taciti compar Suetonius in Claudio, *Vt rata essent, quæ Procuratores sui in iudicando statuerent, à Senatu precario exegit.* Hoc autem munus exercetur in Regno Neapolitano per Supremum Tribunal Regiæ Cameræ Summariæ, in hodiernam formam redactum ab Alphonso Primo, vt referunt Frecc. *de sub feud. lib.* 1. *cap. de offic. mag. Cam.* Marc. Anton. Surg. *de Neap illustr. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 23. Regens Tapia *lib.* 2. *iur. Regn. in rubr. de offic. Procur. Cæsar.* Vbi latè, & de qua Rex Ferdinandus primus *in pragm.* 38. *de offic. Procur. Cæsar.* sic honorificè loquitur: *Cùm præsertim certò sciamus, omnia, quæ in ista Camera aguntur, & cognoscuntur, & decernuntur summa æquitate, maturitate, integritate, & iustitia agnosci, & decerni.* Cùm ergo Regia Camera Summaria, siuè summæ rei publicam rem, & Principis referat, contrahentes cum illa à nemine molestari oportet, sed tutissimi esse debent, *l. bene à Zenone C. de quadr. præscript. l.* 1. *ne fiscus rem, quam vendidit euincat lib.* 10. *C.* *Bartol. ad l. fin. n.* 7. *C. de sent. pass. & ad l. Gallus*, §. *Et quid si tantum n.* 10. & ibidem Ias. *n.* 20. *ff. de lib. & posth.* Felin. *ad cap. inter quatuor*, *n.* 4. & Panor. *n.* 5. *de maior. & obed.* Alex. *cons.* 101. *n.* 6. *vol.* 2. *& cons.* 190. *n.* 4. *eod. vol.* Præsertim si in ijs, in quibus potest disponere, vt in exemptione vectigalium, seu munerum, ceu habetur *in l. vni de his, qui à Princip. vacat. accep. lib.* 10. *& in l. Immunitates, C. de agric. & censit. lib.* 11. *&* 1. *Reg. cap.* 17. Accedente præsertim scientia, quæ in hoc casu præsumenda est in Rege, vel saltem suppletur à iure. Quia scientia Officialium, & Ministrorum Regiæ Cameræ Regi & Fisco præiudicat, vt esse communem Doctorum sententiam post Bartol. *in l. si publicanus*, §. *in omnibus*, *ff. de public.* concludit Regens Lanar. *in cap.* 1. §. *Si quis per triginta*, *si de feud. defunct. milit. n.* 35. vbi allegat Imolam, Castrensem, Romanum, Aretinum, Cumanum, Baldum, Balbum, Crauettam, & alios, Regens de Ponte *cons.* 91. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 2. Conarr. *in reg. possessor. p.* 2. *in princ. n.* 11. Cost. *de iur. & fact. ignor. insp.* 41. *n.* 31. Rota penes Farinac. *dec.* 507. *n.* 2. *in nouiss. p.* 1. Surd. *dec.* 4. *n.* 6. Garz. *de nobil. glos.* 7. *n.* 7. Et hoc, quamuis doctores plerumque firmauerint ad effectum præscribendi ius, Principi, & Fisco competens, bene etiam applicatur in alijs, vbi eadem ratio viget, vt scripsit Regens de Ponte *d. cons.* 91. *n.* 2. *&* 3. & Regens Lanar. in specie quoad præsumptam concessionem *d. n.* 35. Quos omnes refert, ac sequitur Illustrissimus D. Caietanus Andreas de Afflicto olim Episcopus Cauensis, nobis amicus, ac quondam Aduocatus consultissimus, & penè dixerim Antistes Oraculi Neapolitani, cuius moris erat non modò legum, morum, formulæque forensis præsidium implorare in auxilium suæ causæ, sed etiam fidem Iudicum, intimosque sensus, & prudentiam, veluti supplementum scriptionis *contr. iur. resol. cap.* 47. *n.* 42.

Ad secundum respondetur, quòd quando quis priui- 82
legium non potest reuocare, neque potest illud minuere, restringere, vel limitare, vt habetur *in l. quod de bonis*, §. *fin. ff. ad leg. falcid. & in l. si optio, ff. qui, & à quibus, de pact.* Nam reuocare, & minuere pendent ab eadem potestate, Surd. *cons.* 419. *n.* 45. *& seqq.* Suar. ad Reg. Angl. *lib.* 4. *cap.* 30. *n.* 12. & Maul. de homag. *tit.* 9. *n.* 113. Et eo ipso, quòd Ecclesiæ, vel Ecclesiasticis priuilegium conceditur, reponitur inter bona & iura ecclesiastica, circa quæ nullam potestatem habent sæculares, atque ideo nequeunt illud reuocare, neque etiam minuere, aut legem aliquam, quæ in illius præiudicium cedat, promulgare.

Hinc regula fit. Statutum laicorum tollens, impe- 83
diens, limitans, aut restringens aliquid ex ijs, quæ iure naturali, aut diuino concessa sunt Ecclesiasticis, ratione consecrationis, seu specialis dignitatis, est contra libertatem Ecclesiasticam. Quia hæc omnia primariò dicit libertas Ecclesiastica, & in his magis principaliter consistit. Concluditur autem sub his præcipuè exemptio à vectigalibus, tributis, alijsque oneribus, & ius liberum in Prælatis iudicandi Ecclesiasticos, & res Ecclesiasticas, eisuè annexas, & in inferioribus Clericis, non solùm ius declinandi laicum forum, sed etiam obligationem standi iuri Prælatorum. Quod, etsi quoad ipsos possit esse aliquando odiosum, est tamen fauor Prælatorum, & iurisdictionis Ecclesiasticæ.

Item sit hæc alia regula magis specialis. Statutum lai- 84
corum tollens, impediens, limitans, aut restringens aliquid ex ijs, quæ in toto iure canonico, vel ex legitimo consuetudine fauore rerum, locorum, & personarum Ecclesiasticarum inducta sunt, est contra libertatem Ecclesiasticam. Tum quia hæc omnia dicunt priuilegium Ecclesiasticum. Tum quia in contrarium statuens, negat facto iurisdictionem ita statuendi, quæ est in Pontifice, & generalibus Concilijs, à quibus ius Canonicum emanat.

Rursus & ista ad rem. Statutum laicorum tollens im- 85
pediens, limitans, aut restringens aliquid ex ijs, quæ priuilegio Imperatorum, vel Regum, aut Principum competunt Ecclesiasticis, est contra libertatem Ecclesiasticam. Nam, licèt ante acceptionem is, qui priuilegium elargitus est, illud reuocare possit, tamen postquam ratum habetur ab eo, in quem collatum est, transit in ius ipsius, & quidem inadmissibile. Quia priuilegium concessum non subdito, & maiori, est irreuocabile, vt sæpiùs diximus.

Ac denique ista quàm maximè opportuna. Statutum 86
laicorum tollens, impediens, limitans, aut restringens aliquid fauorabile pro Clericis, quod ijs competit iure communi, aut etiam particulari alicuius loci, seu municipali, est contra libertatem Ecclesiasticam. Constat ex dictis, quòd Ecclesiasticorum libertas non excludit libertatem sibi; quouis modo competentem, vt latè Canonistæ *in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. & in cap. Nouerit, de sent. excom.* Bartol. *in l.* 1. §. 3. *n.* 3. *ff. Quar. rer. act. & in auth. cassa, C. de Sacros. Eccles.*

Quæ sequuntur nihilo meliora sunt ad vitiligandum 87
quàm ad opinionem aduersariam efficaciter probandam opportuniora. Et enim vera sententia est, Clericos non habentes requisita S. Concilij Tridentini *cap.* 6. *sess.* 23. *de ref.* non priuari ex iure communi priuilegio Canonis, & immunitatis à vectigalibus, nisi præmissa trina monitione, sed duntaxat priuilegio fori ex eo decreto Tridentini: Priuilegium enim fori sumptum pro exemptione à Iudiciis sæcularibus optimè separari potest à priuilegio immunitatis ab oneribus, & in pœnalibus non est facienda extensio ex vulgò adductis. Eam tuentur Molina *de iust. & iur. tom.*

3. *tr.* 2. *disput.* 270. *num.* 5. Lessius *lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 5. *n.* 28. Garzias *de benef. to.* 1. *cap.* 3. *p.* 2. *n.* 5. *in fin.* Maldet. *in* 2. 2. *tr.* 5. *cap.* 6. *dub.* 8. Comirol. *lib.* 1. *resp. mor. q.* 54. *num.* 2. *& lib.* 6. *q.* 20. Sanch. *in Sum. tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 13. *n.* 35. vbi alij, Squillantes *priuil. cler.* 8. *n.* 8. Inol. *in cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Tabien. *v. excommunicatio* 5. *cas.* 1. *n.* 24. ac tenet ipse Couar. *pract. quæst. cap.* 31. *n.* 9. Quia iure aliquo Pontificio id statutum non est, saltem vsque ad trinam monitionem, *cap. Contingit* 2. *de sent. excom.* Egregiè Tortebl. *de mag. cap.* 6. *n.* 69. Dian. *p.* 1. *tr.* 2. *resol.* 36. Bonacin. *de censur. in part. disp.* 1. *q.* 19. *pun.* 3. §. 3. *n.* 2. de Marin. *resolut. quot. cap.* 47. *n.* 7. *cum seqq. p.* 2. Barbos. *in collect. ad d. locum Concilij n.* 34. & instar plurium Iuris Pontificij interpretes consultissimus, D. Fagnanus *in cap. peruenit n.* 14. *&* 15. *de immun. Eccles.* Eamque fulciunt S. Congregationis Concilij decreta apud de Marinis, Comitolum, Barbosam, & alios citatos, & S. Congregationis Immunitatis *in Firmana* Septembris 1629. & *in Assisiensi* 26. Iunij eiusdem anni, ac sæpè alibi, quæ ita declarauit: *Clerici, qui non habent requisita Tridentini Sess.* 23. *cap.* 6. *de ref. non priuantur priuilegio Canonis, exemptionum & c. sed solo priuilegio fori*; ac præsertim 18. Iulij eiusdem anni 1629. his verbis: *Illustre, e molto Reuerendo Monsignor, come fratello, Ad istanza di cotesta Città, che i Chierici non debbano godere l'esentione, se non hanno le qualità espresse dal Concilio di Trento nel cap.* 6. *sess.* 23. *de refor. si è risposto esser ripugnante al medemo Concilio, e sagri Canoni, il che si notifica à V. S. accioche non permetta pregiudicio dell' Immunità Ecclesiastica. Ma però ella non dourà lasciare di ammonire tutti i Chierici della sua Diocese, che debbano andare in habito chiericale, & adempire quelle parti, che sono tenuti di fare per dispositione del medemo Concilio, e Canoni, con darne poi auuiso, Di Roma &c.* malè aduersantibus Suarez, Alterio, Graffio, Molfesio, Azorio, Reginaldo, Laymano, Filiucio, Homobono, Coriolano, Cutellio, & Ceuallos, quos sequitur Delbene *de Immun. cap.* 1. *dub.* 5. *sect.* 4. *n.* 1. Auendagno Additionatore, ad Decium, Spino, Matienzo & alijs apud Sanch. *loco allegato num.* 34.

88 Ac ita quidem, vt ad sacros ordines suscipiendos cogi non possint, neque idcirco habitu, vel priuilegio, exemptione, ac immunitate priuantur ex declaratione S. Congregationis Immunitatis sub 22. Augusti 1628. dummodo tamen munus suum reuerenter adimpleant ex S. Congregatione super Episcop. & Regul. *in Consentina* 19. Aprilis 1619. & in *Cathacensi* 3. Augusti 1592. licèt ex sua ignorantia non possent vlterius promoueri, ex eadem S. Congregatione super Episc. in *Rossanensi* 29. Aprilis 1615. Nisi tamen aliud demandatum fuerit, vt in *Latinensi* 15. Septembris 1615. Et si Episcopus decreuerit, quod non gaudent, nisi à die suscepti sacri Ordinis, debet decretum reuocare, tanquam præiudiciale Immunitati Ecclesiasticæ, eadem S. Congregatio super Episc. in *Aprutina* 20. Martij 1597. Atque etiamsi ad effugienda onera pro eo tempore, quo in Clericatu permanserint, Clericatum assumpserint sine animo permanendi in Clericatu. Nam reipsa erant personæ Ecclesiasticæ, nec dicuntur in fraudem Clericatum suscepisse, sed vsum fuisse iure suo, De quo alibi fusiùs.

89 Doctores verò aduersarij loquuntur de Clericis coniugatis, qui, licèt inseruiant Ecclesiæ, ac habitum, & tonsuram deferant, non tamen sunt immunes à vectigalibus per textum expressum *in cap. vn. de Cler. coniug. in* 6. vbi eis relinquitur priuilegium Canonis, fori autem ea tantùm pars, quæ eximit à iudicio laico in criminalibus. Quæ sententia communissima est apud Pereiram *de man. reg. p.* 2. *cap.* 26. *n.* 10. Anton. de Ballis *in tr. var. lib.* 5. *tit.* 10. *n.* 18. aliosque vulgò apud Delbene *de immun. d. cap.* 1. *dub.* 5. *sect.* 3. *an.* 1. & Squillantem *d. priuil. cler.* 8. *n.* 9. Nisi tamen habeant consuetudinem in contrarium ad suum fauorem gaudendi priuilegio fori etiam in criminalibus, & immunitatibus, vt declarauit S. Congregatio Immunitatis in *Squillacensi* 21. Octobris 1628. Et nos alias. Decisiones verò 12. & 13. post Chartatium, firmantes, Clericum non gaudere *cap. Odoardus de solut.* si non est in sacris constitutus, non sunt receptæ extra illud Tribunal, contrariumque declarauit S. Congregatio Concilij apud De Marinis *d. cap.* 47. *num.* 10. & in *Nullius* 4. Maij 1619. ibi: *Quæritur an Clericus initiatus prima tonsura, & in habitu clericali incedens gaudeat beneficio cap. Odoardus, de solut. Si non habeat beneficium Ecclesiasticum, neque sit addictus alicui Ecclesiæ de mandato sui Episcopi?*

Sacra Congregatio censuit, gaudere.

Idque etiamsi fori priuilegio non gauderet, Gallett. *in mag. v. Clericus*. Barbos. *de off. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 12. *n.* 32. Nam textus in *d. cap. Odoardus* simpliciter loquitur, & in fauorabilibus appellatione Clericorum veniunt omnes Clerici, tam in minoribus, quàm in maioribus ordinibus constituti, *c. Clerus dec.* 21. Abb. *rubr. de vit. & honest. cler.* & post alios de Graff. *effect. Cler. in prælud. n.* 252. & Doctores apud Sanchez *loc. cit. n.* 33. priuarique priuilegijs clericalibus est odiosum, atque adeo restringendum. Quinimmò & Clericum coniugatum gaudere hoc priuilegio, tenent Ricc. *dec.* 570. *n.* 4. *p.* 3. Squillant. *priuil. cler.* 10. Scannarol. *de visitat. lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 25. Nam est in fauorem totius ordinis clericalis, à quo Clericus coniugatus non excluditur. Quod saltem, quoad personalem distinctionem firmat idem Squill. *loc. cit.* ex adductis per Lap. *alleg.* 118. Secus autem quoad bona, vt per Glos. *in cap. vn. de Cler. coniug. in* 6. Couar. *pr. q. c.* 31. *n.* 9. Farinac. *de inquis. q.* 8. *n.* 9. Carol. de Graf. *eff.* 7. *n.* 25. Ricc. *in pr. resol.* 253. & Campan. *in diu. rubr.* 11. *c.* 10. *n.* 50. ac resoluit Rota Romana sæpiùs. Nam per d. textum *in cap. vn.* Clericus coniugatus gaudet duntaxat priuilegio canonis & fori, in cæteris autem non gaudet priuilegio clericali, licèt eadem S. Rota, vt Clericus gaudere possit prædicto priuilegio *cap. Odoardus*, requirat delationem habitus, & tonsuræ, ac seruitium Ecclesiæ, vt in Romana testamenti 4. Aprilis 1672. coram Bourlemont §. *contraria verò sententia*. Quam Rotæ opinionem S. Congregatio Concilii non sequitur, vt alibi ostendi.

Verùm concedamus, plerosque ex Clericis requisita S. Concilii Tridentini, ac Sacrorum Canonum non habere, non propterea ex particularium delictis potest inquiri totus Clerus Regni, & sua immunitate iam taxata priuari, Batt. *in l. aut facta*, §. *fin. n.* 9. *ff. de pœn.* Immò etiamsi totus Clerus peccaret, ne quidem à prædicta transactione recedere licet. Tùm quia est facta in remunerationem suorum meritorum, quo casu reuocari non potest, Roman. *cons.* 26. *col.* 2. *& cons.* 436. *col.* 1. Felin. *in d. cap. Nouit. n.* 12. latissimè Tiraquell. *in repet. l. vnquam, n.* 13. *& seq.* & ibi Rip. *q.* 14. Tum quia habet suos Iudices.

Quod si adhuc dubitare contigerit, recurrendum est ad ea, quæ Serenissimus, & immortalis memoriæ apud Deum, & homines Rex Philippus IV. aureis, & verè catholicis literis expressit, ac regio diplomate declarauit anno 1643. vt legere est apud Regentem Sanfelicium *in addit. ad discept. de donat. temp. belli post dec.* 1. *p.* Ex quibus credo, quòd Vniuersitates abstinebunt à molestatione prædictæ immunitatis, ampliùs non reclamaturæ.

Neque exinde sequitur absurdum, quòd pauperes, qui numerosam familiam habent, cogantur soluere pro suo foculari triginta, vel quadraginta, plus, minusue ducatos, & diuites, qui habent suos Ecclesiasticos nil soluant. Quod est nimis durum, & quòd ammodo contra ordinem naturæ. Nam dato, quod in Ciuitate non essent personæ immunes, adhuc tale absurdum sequeretur. Sit enim ibi pauper, qui habeat quindecim personas de familia, & diues, qui habeat tantum duas; certè pauper, qui non teneretur soluere vltra carolenos 42. pro foculari, solueret ducatos sexaginta in vectigalibus, & diues duodecim.

Non

Non ergo ab Ecclesiasticorum immunitate, sed ex quo viuitur in vectigalibus, nascitur hoc absurdum. Addo, quòd ex præscriptione præsumitur in dicta taxa fuisse hoc incoouenieus consideratum, & grauamen pauperum, vel præponderatum alijs operibus Ecclesiasticorum, & diuitum secularium, qui soluunt pro rebus non vsualibus, vel iudicatum necessariom ad subleuandam Rempublicam. Omne tamen absurdum euitabitur, si vectigal esset iustum. Est autem iniustum, inducitque excommunicationem illud, quod pro delatione, aut emptione victualium, vsualiumque ad propriam personam ac familiam, aut ad ius colendum oecessarium, imponitur. Siquidem in ea tantùn, quæ negotiatioois, emolumeoti, aut mercaturæ, & alijs huius generis caosis circumferuntur, aut veneunt, imponendum est onus, vt ex textu *in l. vniuersis, C. de vectigal.* docent vnaniores Iuris interpretes, *& ad cap. Super quibusdam, de verb. signif.* traditque Abb. *in cap. Innouamus num.5. de censib.* Caiet. *v. vectigalsac.1.* Aogel. *v. Pedagium*, §.3. Nauar. *in man. cap.17. num.* 102. Tolet. *lib.5. instr. c.73. num.5. & cap.74. num.5.* Graff. *lib.2. dec.125. num.80.* multique alij. Hinc est, quòd Imperator damnat sub pœna capitis vectigalia super rebus ad proprios vsus necessarijs impooi, contrarium rectè potuisse aliqua consuetudine introduci, tuentur Host. ad *d. cap. super quibusdam*, Alph. à Castro *lib.1. de leg. penal. c.1.* & Caiet. *loc. cit.* & videtur Toleto *cap.73. num.9.* Si enim, vt arguimus, officij Principis, & pastoris cognatio qoædam est, ideo vt ad pastorem pertineat curare, vt pecora habeant læta & succulenta, ita æquum est, Principem subditos facere opulentos, & non oouis exactionibus ad inopiam redigere. Romani triplici ex rerum genere vectigalia percipere soliti erant, ex agricultura, mercimonijs, & priuatorum opibus. At ounc ne victos quidem tributo vacat. Excitati sunt graues Romæ tumultus, nouum aliquod Octauio Augusto, exiguom tamen vectigalis genus imponente, qui tamen ea in re omnium continentissimus visus est. Permultæ item seditiones, & priscis temporibus, & patrum ac oostra memoria in Regno Neapolitano, in Gallis, Hispania, & alijs Prouinciis exortæ suot eam ob caosam. Cùm Ludouicus Sfortia, teste Guicciardino, misso ad Genuenses legato, qui magnam pecuniæ vim ab eis exigeret, eoque prandio ab aliquo vrbis optimate excepto, sors tulit, vt ab accubatione epulari in hortis ambularet, & animaduersa herba illa, quæ Basilicus dicitur, ad Legatum inquit; Domine herbam hanc leuiter tracta, & olfac; cui morem gerens suaueolentem herbam deprehendit. Cui rursum conuiuator: herbam manu iam preme, & odorare, cui etiam tunc acquiescens, odorem admodum iniucundum, & iosuauem eò afflari professus est. Hic rursus nobilis Legato; Domine, inquit, Si Dux Ludouicus molli suæ potentiæ maou vrbem hanc tractet, lætam & obsequentem inueniet; sin illam fortiter premat, ingratum rebellionis, & impatientiæ odorem non dubiè percipiet: Legendus Philippus *Commin. lib.10. de reb. gest. Ludou. XI.* & Tholos. *de Republ. lib.3. c.9. num.18. & c.6. per tot.*

94 Sed regerunt, Principes vix dignitatem suam tueri, nisi vtantur eiusmodi nouis exactionibus. Ita certè, sed de relicita, sed modicè, sed cum fruendi parcimonia. Nec propterea ausim damnare piissimos Principes, qui super vsualibus, & victualibus hodie vectigalia imponunt. Nam prodest illis consuetudo, quæ potest, quod & lex, *arg. cap. fin. de consuet. & l.2. C. quæ sit longa consuet.* ac sentiunt probabiliùs Syluest. Nauarrus, & Grassius locis allegatis, D. Anton. *in 2.p. sum. tit.1. c.14.* Duard. *lib.2. ad Bul. Cœn. can.5. quæst.6. num.13.* Less. *de iust. lib.2. c.33. dub.7.* Suar. *lib.5. de legib. cap.16. num.3.* Molin. *de iust. tom.3. disput.669.* Gambarup. *de casib. reseru. ad cap.5. Bul. Cœn. num.6.* Reginald. *in prax. lib.9. c.16. sect.2. in fin.* & Laym. *lib.3. theol. moral. tr.3. p.1. cap.3. num.3.* qui rectè addunt conditiones aliquas pro iustitia eiusmodi vectigalium, de quibus apud eos.

95 Et quidem qois horrore non perfunditur audiens, quòd dum Cioitates tenentur Regiæ Cameræ quotannis soluere pro tot focularibus summam ingentem ducatorum ad rationem carolenorum 42. pro qoolibet foculari, & aliam summam pro censibus instrumentorum, forsitan sine iusta causa contractis, putantesque experientia nimis durum à particolaribus seorsum pro rata, & censu capitis prædictam summam exigere, imponunt pro cuiusque modii frumenti molitura carolenos quinque pro quo quidem vectigali soluendo, & exigendo impetrant Regium assensum, & beneplacitum à Regio Collaterali Coosilio, atque demum pro quibusdam causis, Magistratibus Ciuitatum subiectis, augent vectigal prædictum ad rationem carolenorum octo, quod non solùm excedit octauum tertiæ partis, idest vigesimam quartam partem pretii naturalis, sed quasi pretium naturale frumenti contra omnem iuris dispositionem, & præcipuè contra textum *in d. l. vniuersis, l. à legatis & l. ex præstatione C. de vectig.* Felin. *in cap.1. extr. de const.* & ibi Abb. *in apostil. num.9. & in cap. Innouamus ad apostil. l. t. D. de censib.* Ciarlin. *tom.3. cap.240.* Ricc. *in prax. tom.3. resol.135. num.9.* Bald. *in l.2. de iur. aureor. annul.* Tolet. *d. cap.73. num.8.* Graff. *num.37.* & Gambarup. *cit. n.61.* Et quia res odiosa est, ideo soluamus semper vsum, necessitatem, causam, tempus, locum. Id tantùm addimus, posse, ac debere de vectigalibus competentem portionem pro statu Reipublicæ annuatim reseruari, & sic ad publicum ærarium pro publicis necessitatibus reponi.

Maneat igitur firmum, Magistratus sæculares non 96
posse taxam immunitatis Ecclesiasticis minuere, istis verò integrum, ac sat esse, quod sibi è sua immunitate superest, vendere, cedere, donare. Quod hactenus iam probatum est, & declarauit sæpius S. Congregatio Immunitatis. Cùm enim Regia Camera Summariæ Neapolis anno 1649. emitteret decretum, quo decernebatur, vt immunitate Ecclesiasticis illius Regni debitæ, darentur dimidio minus illarum, quibus antea gaudebant; cùmque illud trasmitteret ad Thesaurarios, siue Perceptores regiæ pecuniæ, & ab iis executioni demandatum esset; illud intimaodo Syndicis, atque Officialibus Ciuitatum, Episcopus Angloræ pro defensione immunitatis Ecclesiasticæ relaxauit monitorium contra Magistratum, & publicanos, qui id munus exequebantur, & Episcopus Lyciensis anno 1650. die 18. Februarii non solùm relaxauit mooitorium ad dicendum, quare noo debeant declarari incidisse &c. vti violatores immunitatis Ecclesiasticæ contra Magistratum Ciuitatis, & regios ministros exequutores, sed etiam mandauit edictum, quo id præcipiebatur, cum insertione decreti dictæ Regiæ Cameræ publicatum, & affixum, vt sub interminationis diuinæ vltionis pœna intra terminum viginti-quatuor horarum à locis publicis aboleretur quod factum.

Vix hæc perceperat Prorex Neapolitanus, & Collate- 97
rale, ac statim literas, qoas Hortatorias appellant, iis Episcopis miseruot, vt reuocarent monitorium, & censuras, forsitan publicatas, taoquam nullas, & inualidas, illis multa, & magna minitando.

Rationes, quæ in Hortariis adducebantur, erant hu- 98
iusmodi.

Prima. Che si suppone la tassa antica di dette franchigie essere stata fatta dalla Regia Camera della Sommaria, e perciò si come è stata giudice competente a darle così larghe, così è giudice competente a moderarle.

Seconda. Perche la tassa così moderata è sufficiente per 99
gli Ecclesiastici, e loro si toglie solo, che del superfluo non ne facciano mercantie.

Terza. Che con questa moderatione si ouuia alle li- 100
ti trà gli Ecclesiastici, e le Communità per detta causa di franchigie.

Quarta. Perche essendo accresciuti i pesi alle Com- 101
munità, & alterato grandemente il numero degli Ecclesiastici, è conueniente, che si moderi la loro famiglia.

102 *Quinta. Che non osta l'osseruanza continuata per moltissimi anni. Perciochè le cose, che concernono il gouerno politico sono bilanciate con la mutatione de' tempi.*

103 *Sesta. Che non si controuerte, douersi le franchigie agli Ecclesiastici, mà la dichiaratione della quantità, che loro spetta, appartiene al Magistrato secolare.*

104 *Settima. Per verificatione di ciò dal Clero di Napoli senza ripugnanza, nè contradittione alcuna si è riceuuta, e posta in vso la detta moderatione. E perciò se l'ha riceuuto il capo del Regno, molto più la dee riceuere il Clero del Regno.*

105 *At S. Congregatio Immunitatis, ad quam literas Hortatorias Episcopi miserant, Archiepiscopos Regni, ac præcipuè Neapolitanum suis literis, quas alibi ad rem aliam integras produxi, ita docuit.*

106 *Essendosi nella Congregatione tenuta per ordine di Nostro Signore Martedì prossimo passato 22. di questo mese considerato maturamente il decreto fatto dalla Regia Camera sotto li 15. di Nouembre dell'anno passato 1649. sopra la essentione, che deono godere gli Ecclesiastici dal pagamento delle gabelle, fù risoluto, che non può in modo alcuno sussistere, nè tolerarsi, come contrario a' sagri Canoni, alle Constitutioni Pontificie, e alle conuentioni particolari stabilite con la Sede Apostolica nelle Inuestiture di cotesto Regno, e troppo pregiudiciale all'Immunità Ecclesiastica. Primo, perche quel Magistrato secolare si arroga l'autorità, di far decreti, e precetti in materia spettante al foro Ecclesiastico. Secondo, perche limita, e ristringe à certo numero di persone, & à portione determinata di vittuali la Immunità competente a' medemi Ecclesiastici libera, & assolutamente per quelle cose, che raccogliono ne' loro beni, & anche per quelle, che comprano per lo bisogno delle persone proprie, e di tutti gli altri, che viuono à spese di esse. E così gli priua in effetto di quel più, che per legge diuina, & humana si dee loro omninamente senza diminutione alcuna. Terzo, perche ordina che sia loro restituito nelle medesime specie de' vittuali quello, che viene prima da essi nell'atto della compra, o dell'introduttione, ò estrattione pagato in danari, benche per li propry non sia lecito a' laici di grauarli del pagamento di gabella alcuna, nè meno per gli altri, che introducono, ò estraggono per vso loro, e per quelli poi, che comprano à minuto nel foro, e nelle botteghe comuni, si debba per ogni ragion di giustitia restituire ad essi puramente in danari tutto ciò, che sono astretti di contribuire nello sborso del prezzo alterato da simili impositioni, senza che vengano grauati di hauerlo à ripetere con varij circuiti, i quali in fine doppo molti disagi, & incommodi, che portano seco congiunti, riescono di niuno, o di molto poco profitto. Quarto, perche modera, e reuoca parimente l'osseruanze precedenti, le quali erano più fauoreuoli, o vero meno dannose al Clero, &c.*

107 *Onde non essendo stati basteuoli gli Vfficij, e le diligenze fatte sinhora per la reintegratione dell'Immunità, e solleuamento degli Ecclesiastici da' sudetti aggrauij, dourà l'E. V. subito riceuuta la presente lettera far formare processo, se pure non è già formato, nel quale apparischino i detti pregiudicij. E successiuamente in esecutione dell'obligo strettissimo, che le impongono i Sagri Canoni, procedere, seruatis seruandis, alla declaratoria della scomunica contro i Ministri, & altri colpeuoli nell'esattione delle gabelle, e nella ordinatione, e publicatione de' decreti e precetti, comminando anche di più l'interdetto generale nell'istessa Città, e sua Diocese, acciòche riconoscano gli errori loro, e si dispongano di emendarli, poiche la Santità Sua non intende in modo alcuno di tollerare così graui eccessi con tanta offesa di Dio, & in esempio perniciosissimo alla Christianità, &c.*

108 Et in *Cathacensi* 27. Septembris 1661. *Il Capitolo, e'l Clero rappresentano, che i Sindici, e i Gabellieri scommunicati, per hauere scemate ad essi le solite franchigie, ottennero l'assolutione con reincidenza doppo qualche mese con molte proroghe sotto pretesto di liquidare l'interesse. E se bene ora lasciano godere l'intiere franchigie a' Sacerdoti, non hanno però restituito il decorso, & a' Chierici nobili negano le solite franchigie per li seruitori: fanno perciò instanza, che si proceda à nuoua affissione, di cedoloni contra gli scommunicati sudetti, e per l'intiera quiete supplica à decidersi i seguenti tre articoli.*

Se la Città debba dare doppia franchigia a' Chierici pro- 109
uisionati dalla Regia Camera Sommaria, come dà a' Sacerdoti di due tumola di grano il mese, stante che la patente di detta prouisione sia dalla medesima Regia Camera sospesa.

Se la Città debba dare intiera esentione a' Preti, e a' Chie- 110
rici forastieri, che sono franchi de' loro beneficij, e patrimonij nelle loro Patrie, e stante che Napoli non riconosce niun forastiere per franco, & esente.

Se gli Ecclesiastici assenti da Catanzaro, dimorando in 111
Napoli, ò in Roma, ò altroue per causa di negotij, ò di studio, debbano godere per metà l'esentioni sudette.

Sacra &c. quoad Syndicum, & Gabellarios Episcopus 112
procedat, prout de iure.

Quoad 1. Exhibeantur litteræ prouisionales.

Quoad 2. & 3. Iustificetur solitum coram Ordinario, & mandet illud seruari.

Idem mandauit seruari *in Sorana* 16. Ianuarij 1663. 113

Et in *Bouinensi* 20. Decembris 1667. *Monsignor Vesco-* 114
uo rappresenta all'Eminenze Vostre, che il Signor Regente della giuridittione gli hà scritto, che i gabellotti di detta Città hanno hauuto ricorso da lui, dolendosi di quattro grauami, che asseriscono di riceuere da esso Vescouo.

Il primo grauame, che gli Ecclesiastici vendono la fran- 115
chigia della gabella del pane, e del vino, e dicono non possa farsi sotto pretesto, che la franchigia si dà per la robba, che si consuma per ragion del vitto; secondo, &c.

Sacra, &c. Quoad primum, dentur decreta. 116

Et in *Anglonensi* 7. Iunii 1633. *Sacra, &c. respon-* 117
dit, Clericos omnes gaudere debere solita franchitia, illamque vendere posse.

Et in *Sulmonensi. In risposta della lettera di V. Sign.* 118
si dice, che i Chierici, benche assenti, e non habbiano seruitori, ò che essi viuano à spese altrui, debbono godere delle loro franchigie, e disporne à loro arbitrio per la Constitutione d'Onorio, e d'altri à loro fauore, e in questa conformità potrà V. Sign. gouernarsi; e Dio, &c. à 21. di Marzo del 1646.

Luculenter in Salernitana 30. Nouembris 1669. his 119
verbis. *Certificata questa S. Congregatione, che vada crescendo la contumacia de' gabellieri della farina di cotesta Città, mentre non solamente non desistono dall'impedire à cotesto Capitolo, e Clero il poter vendere, ò donare le loro franchigie, ancorche tassate secondo l'antico lor possesso di venticinque tumola annui per ciascun Sacerdote, e di dodici per ogni Chierico; ma pretendono ancora in vigore d'vn decreto laicale di ristringere le sudette franchigie. Il che risultando in gran pregiudicio degli Oratori, è mente di questi Eminentissimi miei Signori, che V. Sign. continui à procedere contra i sudetti gabelleti, come di ragione, non ostante qualsiuoglia inibitione.*

Et in potioribus terminis cum fuisset dubitatum an Com- 120
munistis liceat alterare taxas onerum Cameralium, quæ soluuntur pro bonis antiquis Ecclesiarum?

An dicti Communistæ pro nouis oneribus Cameralibus 121
possint exigere aliquam taxam ab Ecclesiasticis, antequam sit communicata, ac recognita ab Ecclesiasticis ob præiudicia, quæ illis obuenirent? &

An dicti Communistæ possint exigere ab Ecclesiasticis 122
absque eo, quòd ordo talis exactionis sit subscriptus ab Ordinario? Eadem S. Congregatio in Ariminensi 17. Nouembris 1671. ita respondit. *Ad primum, & secundum negatiuè, si prius non fuerint intimati Ecclesiastici. Ad tertium etiam negatiuè: Quæ tamen subscriptio non debet retardari.*

At in Vritana 6. Maij 1631. vbi, quòd Clerici pau- 123
peres possunt vendere suas immunitates. Et in alia Sulmonensi 29. Martij 1648. vbi, quòd Clerici debent gaudere sua integra immunitate, etiam respectu colentium bona Ecclesiæ, vt in Bouinensi 25. Iunij 1644.

Hoc idem declarauit sæpiùs S. Congregatio super 124
Episcopis & Regularibus, præsertim in *Vritana* 5. Maij, siue Martij 1624. *Si è doluto il Clero di cotesta Diocese, che se bene i Sacerdoti, & altri in sacris sono stati sempre*

esenti

esentiper venticinque tumola di grano, e i Cherici semplici per dodici e mezo, se gli dice però, che quanto alla gabella della macina facciate osseruare l'esentione douuta à detti Chericio Sacerdoti, e à ciascheduno di essi per vso loro, e delle loro famiglie secondo la dispositione de' Sacri Canoni, e la consuetudine del luogo, de' quali tutti voi siete giudice. Et addit: *Non approua la S. Congregatione la tassa fatta da cotesti Regij intorno all' immunità degli Ecclesiastici del datio della farina per venticinque tumola di grano, douendo essi goderla senza limitatione alcuna, onde in caso d'occorrenza, non permetta, che per tal causa riceuano molestia alcuna.*

125 Et in *Militensi* 25. Iunij 1619. *Quoad Clericos, qui vendunt furnarijs, vel alijs schedulas suæ franchitiæ, nihil debet innouari.*

126 Et in *Brundusina* 10. Augusti 1604. *in Vritana* 31. Iulij 1612. *Clerici non tenentur ad gabellas pro pane & vino determinato, licèt emerent à laicis.*

127 Eadem S. Congregatio Immunitatis in *Liciensi* 4. Decembris 1628. *Prohiberi non debet Clericis, ne iuxta solitum vendant schedulas suarum franchitiarum. Et si Princeps, seu Magistratus sæcularis fecit super hoc aliquod decretum, debet reuocari.*

128 Idque etiamsi ipsi Ecclesiastici Communitatibus medietatem suarum immunitatum relaxauerint, vt decreuit eadem S. Congregatio Immunitatis in *Aquilana* anno 1628. & 1629. in qua præcepit integram restitutionem. Idem decreuit in *Tarentina* pro Terra Cryptalearum sub anno 1669. Et in *Salernitana* 9. Septembris 1670. in qua censuit, concordiam non esse confirmandam. Et in *Barensi* eadem die & anno, in qua laudauit Archiepiscopum, qui huiusmodi reductioni se opposuit, &c. vt prosequatur, prout iuris, admonuit. Nam personæ Ecclesiasticæ non possunt donare Communitatibus medietatem immunitatis, sibi competentis, vt declarauit S. Congregatio Immunitatis in *Salernitana* 12. Decembris 1645.

129 Et rursus in dicta *Aquilana* 5. Martij 1641. declarauit, Magistratum sæcularem non potuisse reducere franchitias Ecclesiasticorum. Et *in eadem* sub die 21. Iunij redarguit Episcopum, qui dictam reductionem facere intendebat. Ita enim scripsit: *Essendosi differita la risolutione domandata da cotesto Clero, non permetterà V. S. che per parte di detta Città si facci innouatione di gabelle, & impositioni, o simili in pregiudicio dell' immunità & esentione del Clero, mà resisterà. A 27. di Marzo 1640.* Eidem Episcopo Aquilano. *Si è considerata l'instanza di cotesto Publico concernente la moderatione della franchigia de' Chierici, e con uniforme senso si è giudicato da questi Emmentissimi Signori non potersi, nè douersi fare, mà che ella può seruirsi de' rimedij, e de' mezi prescritti da Sagri Canoni a 9. Marzo 1641.*

130 Eadem S. Congregatio Immunitatis litteris eidem Episcopo Aquilano scriptis 21. Iunij 1641. his verbis: *Venendo rappresentato à questa S. Congregatione sopra le controuersie giurisdittionali con l'esibitione del decreto fatto da V. S. che ella habbia hauuto ordine di ridurre le franchigie delle persone ecclesiastiche contra l'espresso ordine della medesima S. Congregatione dato li sotto li 5. di Marzo prossimo passato, fondato nella dispositione de' Sagri Canoni, consuetudine, o conuentione speciale a fauore del Clero in cotesto publico Regno; perciò con la riceuuta di questa non lascierà di riuocare detta riduttione, e ogn'atto sopra ciò fatto, con reintegrare il Clero dell' esatto.*

131 Quinetiam Clericis in minoribus datur eadem immunitas, quæ datur Sacerdotibus, quando habeant personas, quæ illis assistant pro eorum seruitio, licèt essent ijs coniunctæ, vt constat ex pluribus prouisionibus Regijs, & notat Squill. *de priuil. Cleric. cap. 8. n. 19.* & declarauit sæpius S. Congregatio Immunitatis præsertim in Cauensi 27. Aprilis 1632. & in Aprutina 22. Augusti 1662.

132 Ex quibus causa exanimis iam, aut exanguis, hoc est omni præsidio iuris defecta, & penè conclamata est.

CONSVLTATIO XLVII.

In plerisque diœcesibus iuxta Constitutiones Synodales cupiens ad statum clericalem ascendere, de licentia Episcopi per annum in habitu clericali incedit, post quem ad primam tonsuram admittitur. Quæritur, an interim gaudere debeat fori priuilegio?

1 NEgamus, Primò, quoniam licèt ob animum aduolandi ad statum Clericalem sit aliquo modo Dei obsequio mancipatus, & videatur esse instar Nouitiorum Regularium, qui Ecclesiasticæ personæ censentur; tamen non est, vnde habeamus, ex solo hoc habitu aliquem constitui in ordine Ecclesiasticorum, cùm nullo modo sit consecratus. Quod certe habetur de statu, & habitu regulari, etsi neutrum adhuc quis professus sit. Ita etiam opinatur Bonacina *de censur. in part. disp. 1. qu. 16. pun. 3. n. 6.* optimè inferens, hunc non gaudere priuilegio fori, & trahentes ipsum ad Tribunal laicum non innodari censura Bullæ Cœnæ.

2 Secundò. Quoniam Tridentinum *sess. 23. de ref. cap. 6.* ex Clericis minoribus, aut tonsura initiatis non omnes donat priuilegio fori, sed eos, qui incedunt in habitu, & tonsura, seruiuntque Ecclesiæ. Clericus verò solius habitus non recensetur.

3 Tertiò. Quia secundùm communem, iste non gaudet priuilegio Canonis, quod tamen facilius participatur, quàm priuilegium fori.

4 Dissentiunt tamen Ambrosin. *de Immun. cap. 22. n. 6.* & Decian. *tr. crim. lib. 4. cap. 8. n. 17. At minus rectè.*

5 Sed quid si iste etiam inseruiret Ecclesiæ? Communior sententia est apud Syluestr. *in Sum. v. Ecclesia 1. sub n. 6. §. 5.* quòd gaudeat priuilegio fori *ex c. Ecclesiarum seruos 12. q. 2.* idque, vt ibi legitur, ne seruitium deesset Ecclesiæ. Immo Archidiaconus super Glos. *c. Duo sunt 12. qu. 1.* expressè ait, quòd tales, ex quo habitum mutant, personæ Ecclesiasticæ habentur, quod etiam dicit Glos. *in c. vt lex v. Ecclesiasticis 27. q. 1. arg. d. cap. Duo sunt*, vbi hi, cùm non sint laici, inter Dei deuotos, tanquam inter ecclesiasticos computandi sint. Et ita declarauit S. Congregatio Immunitatis in *Iurensi* die 24. Ianuarij 1668. quamuis dissentiant aliqui, & velint in hoc standum esse consuetudini.

CONSVLTATIO XLVIII.

An moniales absque legitima licentia colloquentes cum Regularibus cuiusuis Ordinis, & Instituti, peccent mortaliter, & incurrant alias pœnas?

1 IN hac recenseo cum S. Congregatione Concilij in Cæsenatensi 13. Iunij 1654. *ad cap. 5. sess. 25. de Regul.* nempè, decreta Sixti V. Clementis, & Vrbani VIII. pro reformatione, non comprehendere Moniales, nec pœnas incurrere, nisi expressas ab Episcopis, vel Concilijs prouincialibus.

2 Porrò Episcopos habere potestatem quoad hoc à Sac. Concilio Tridentino, constat per ea verba: *d. cap. 5. Inobedientes, atque contradictores per censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas, quacunque appellatione postposita, compescentes.* Alioquin inanis prorsus esset iurisdictio Ordinarij in moniales.

3 Idque extendo ad moniales, Regularibus subiectas. Ita nanque declarauit eadem S. Congregatio in *Verulana* 29. Ianuarij 1633. his verbis: *Moniales, Regularibus subiecta, alloquentes cum Regularibus, etiam eiusdem Ordinis, licentiam legitimam non habentibus, incurrunt pœnas, & censuras à Concilijs prouincialibus, vel edictis Episcopalibus in similibus appositas.* Quam declarationem, tanquam posteriorem ea, quam refert Barbosa *in collect. v. moniales alloquentes §. vlt. nempè, Alloquentes cum monialibus exemptis contra Constitutionem Episcopi, ab ipso*

punire

puniri possunt, non tamen ipsa moniales exempta, Episcopi omnes sequi debent. Et conuincit ratio. Nam cura custodiæ clausuræ monialium, etiam exemptarum, commissa Ordinarijs in Concilio Tridentino, non intelligitur solùm de custodia clausuræ materialis, sed etiam de custodia clausuræ formalis, vt alibi probauimus. Vnde ad clausuræ conseruationem pertinere hanc prohibitionem locutionis, disertè asserit Vgolin. *de potest. Episc. cap.*21. §.2. *num.*4. Atqueadeo possunt Ordinarij ex vi præfatæ commissionis coercere moniales, etiam exemptas, absque legitima licentia colloquentes, etiam cum Regularibus cuiusuis Ordinis & Instituti. Et ita etiam censuit eadem S. Congreg. Concilij in *Viterbiensi* 26. Iunij 1657. cuius declarationem integram attuli alio in loco.

CONSVLTATIO XLIX.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum sæpe censuit, præsertim in *Fesulana* distributionum 1. Aprilis 1662. Canonico, cuius opera D. Episcopus ex priuilegio, sibi per Sacros Canones concesso, vtitur, deberi, non obstantibus adductis per Capitulum eius Cathedralis, reditus omnes suæ præbendæ, amissis distributionibus quotidianis. Quòd si reditus omnes ipsis distributionibus constent, duas ex tribus partibus deberi, amissa tertia, quæ inseruientibus accrescat. Vel si præbenda adeo tenuis sit, vt quartam partem distributionum non attingat, tunc ipsis distributionibus & fructibus præbendalibus simul coaceruatis, duas ex tribus partibus eidem Canonico deberi, amissa tertia, quæ inseruientibus accrescat.

Sed cùm Canonici plerique proprias distinctas præbendas non obtineant, & è contra præter distributiones quotidianas, dietim solitas acquiri, soleat inter ipsos certa quantitas vini, olei, & frumenti semel in anno distribui: Ideo *quæritur quomodo prænarratum indultum ad praxim deducendum sit?*

1 Videtur respondendum, de omnibus distributionibus cuiuscunque generis sint amitti debere tertiam partem, quæ inseruientibus accrescat. Etenim distributiones, præter illas, quæ in pecunia sunt, consistunt etiam in victualibus, vt pane, vino, oleo. Et quædam dicuntur minutæ, quæ dantur actualis tertijs, qui intersunt singulis horis; quædam grossæ, quæ dantur in fine anni, vel semestris, vel mensis pro residentia, Rota *dec.*330. *n.* 5. *&* 6. *p.* 1. *diu.*

2 At nihilominus dicendum est, Canonico huiusmodi deberi vinum, oleum, & frumentum, vti fructus, si non excedant quartam partem. Ita etiam censuit eadem S. Congregatio Concilij in eadem *Fesulana* die 14. Aprilis 1663. *ad cap.*12. *sess.*24. *de ref.* Quia non sunt propriè distributiones, vt sunt illæ, quæ actu distribuuntur, sed potius massa grossa, vt aiunt, & impropriè distributiones appellantur, & ideo debentur etiam absentibus priuilegiatis iuxta *Extra Ioannis* 22. *Cum nonnullæ* §. *præterea*, *de præb.* Glos. *fin. in cap. vn. de Cler. non resid.* Abb. *in cap. licet, n.*8. Calder. *cons.*21. *de præb.* Paris. *cons.*32. *num.*11. *vol.* 4. & in specie Felin. *cons.*18. *num.*6. Rot. in Salamantina Canonicatus *de præb.* Caputaq. *dec.*29. *p.*2. & Quaran. *in sum. v. Residentia*, & Additionator omnino videndus.

CONSVLTATIO L.

An ex sponsalibus validè per verba de futuro contractis, & postea mutuo consensu dissolutis, oriatur impedimentum publicæ honestatis?

1 NVllum oriri impedimentum ex huiusmodi sponsalibus, docent Rebell. *de oblig. iust. p.*2. *lib.*3. *q.*14. Basil. Pont. *lib.*7. *de matr. cap.*36. *num.*9. Hurtad. *disp.*21. *diff.*1. *num.*5. Diana *p.*3. *tr.*4. *resol.*222. & alij. Ac ita aiunt, S. Congregationem censuisse apud Farinacium, declarando verba illa Concilij Trid. *sess.*24. *de reform. matr. cap.*3. *quacunque ratione valida non erunt*, nimirum, *Si sponsalia soluuntur de consensu, S. Congregatio censuit, esse inualida.* Nam si sponsalia mutuo consensu dissoluuntur, redduntur inualida, ac proinde impedimentum euanescit. Confirmatur. Quia obligatio sponsalium mutuo consensu tollitur. Ergo etiam impedimentum.

At ex hisce sponsalibus oriri impedimentum publicæ honestatis, omnino tenendum est. Ita Sanchez cum pluribus, quos adducit *lib.*7. *de matr. disp.*65. *num.*21. Piasec. *in prax. Episcop. p.*2. *cap.*4. *num.*22. & Bonacina *qu.*3. *pun.*11. *num.*7. licèt hic tutiùs ac probabiliùs id censeat *arg. cap. Accessit* 5. *de sponsal. impub.* Est tamen certum. Nam impedimenta matrimonij non dependent à voluntate contrahentium, sed ab Ecclesia. Hæc autem constituit, vt impedimentum publicæ honestatis consurgat ex sponsalibus validis, *cap. Ad audientiam, & cap. Sponsam cum ibi not. de sponsal.* S. Concil. Trident. *d. sess.*24. *c.*3. *de reform. matr.* At Sponsalia, mutuo consensu dissoluta, fuerunt initio valida. Ideo enim, vt dissoluantur, requiritur mutuus consensus, quia principio valida. 2

Et quidem ratio motiua, propter quam inductum est ab Ecclesia impedimentum publicæ honestatis, adhuc militat, quando sponsalia mutuo consensu dissoluuntur. Æquum enim est, atque honestati congruum, vt quia in sponsalibus matrimonium inchoatur, non possit qui cùm aliqua sponsalia init per verba de futuro, cum illius consanguineis matrimonio copulari. Firmatur vis rationis. Nam aliàs posset hoc impedimentum cessare post mortem alterius sponsi. At non cessat, vt disertè decernit Gregorius IV. *in c. Si quis vxorem* & Iulius primus *in c. Si quis desponsauerit* 27. *qu.*2. Ergo neque cessat ex sponsalibus mutuo consensu dissolutis. Non enim sponsalia videntur magis dissolui per mutuum consensum, quàm per mortem. 3

Nec refragantur Hurtadus, Poncius, & alij, dicentes esse discrimen. Nam inquiunt, sponsalia, quæ mutuo consensu dissoluuntur, euanescunt immediatè, & ratione sui, sponsisque viuentibus vnus desinit ad alium pertinere; non verò, quæ morte alterius dissoluuntur. Quia ista mediatè tantùm, & ex defectu subiecti, & ipsis viuentibus semper vnus pertinuit ad alium, iudicaturque ille, qui obijt in eadem voluntate discessisse. Ac proinde ex istis, vtpotè perpetuis, & semper validis, oritur hoc impedimentum, non verò ex illis. 4

Contrarium tamen nos adstruimus, certumque esse debet, sponsalia per mortem magis euanescere, quia perpetuò dissoluuntur: at dissoluta per mutuum consensum, iterùm per nouum consensum contrahi possunt. Immediatè etiam, & ratione sui per mortem euanescunt, quia immediatè euanescit omnis consensus, & radix illius, nempè vita humana. Quare, sicut, sponsis viuentibus, vnus desinit ad alterum pertinere per mutuum consensum, ita multò magis mortuo alterutro. Non ergo est peculiaris ratio, nec speciale discrimen. 5

Minusque obstat declaratio S. Congregationis, quòd sponsalia, quæ mutuo consensu dissoluuntur sint inualida. Hinc enim non sequitur, impedimentum ortum ex illis cessare. Nam cum ab initio fuerint valida, ex illis ab initio ortum fuit publicæ honestatis impedimentum, quod sicut non cessat per mortem, ita neque per mutuum consensum contrahentium. Verba autem illa Tridentini: *quacunque ratione valida non erunt*, referuntur ad sponsalia quæ in principio contractus valida non sunt. Ex illis enim nunquam oritur vlla propinquitas, atqueadeo nec vllum publicæ honestatis impedimentum. Ad confirmationem verò respondetur, negando consequens. Nam, vt dixi, huiusmodi impedimentum non dependet à voluntate contrahentium, sed ab auctoritate Ecclesiæ. Et ideo dissolutis mutuo consensu sponsalibus, remanet impedimentum publicæ honestatis 6

Id, quod hodie pro certo tenendum est. Nam iubente fel. mem. Alexandro VII. propositum fuit in S. Congregatione Concilij: *An sponsalibus validè ab initio contractis, deinde mutuo consensu dissolutis, sit sublatum impedimentum iustitiæ publicæ honestatis?* Et pluries proposito dubio, ac maturè examinato, tandem sub die 6. Iulij 1658. Eminentissimi Patres, in antiqua eiusdem S.Con- 7

S. Congregationis sententia consistentes, censuerunt, non esse sublatum. Cuius sententiæ vnà cum rationibus hinc inde deductis, & recentioribus eiusdem Congregationis in hac materia responsis, facta relatione ad Sanctissimum, Sanctitas sua sub die 10. eiusdem mensis, prædictam Congregationis resolutionem probauit, eandemque iussit in dubium deinceps non reuocari.

8 Hoc ipsum declarauerat antea eadem S. Congregatio in *Vicentina* 13. Iunij 1654. *ad c. 3. sess. 24. de ref. matrim.* Proposito enim hoc dubio: *Petrus Collata, & Hieronyma Sanctoria contraxerunt inter se sponsalia per verba de futuro. His autem mutuo consensu dissolutis, Hieronyma transiit ad alia vota. Cùmque Petrus hodie velit matrimonium contrahere cum sorore germana eiusdem Hieronymæ, quæritur, an obstet impedimentum publicæ honestatis ex dictis sponsalibus cum Hieronyma, mutuo consensu postea dissolutis?*

Sacra &c. censuit, obstare. Et ideo dentur declarationes.

CONSVLTATIO LI.

CVm olim Sacra Congregatio Concilij periculoso statui Regularium eiectorum, & fugitiuorum consulere, eorumque scandala summouere præoptaret per suum generale decretum sub die 21. Septembris 1624. editum, ac typis etiam promulgatum certam formam à Superioribus regularibus in eiectione subditorum suorum incorrigibilium seruandam statuit, ijdem Superiores habent aliquando quosdam subditos longo iam tempore vagabundos, fugitiuos, & supra modum scandalosos, quos vsque adhuc nec plures Prouinciales cum maximis expensis, neque Generales ipsi, neque S. Congregatio Regularium ad Ordinem reducere, comprehendere, neque in carcerem trudere potuerunt. Et quamuis pluries charitatiuè moniti, & iuridicè citati fuerint, ne dum à dictis Superioribus, verùm à præfata S. Congregatione, nunquam comparere voluerunt, sed semper rebelles, & contumaces extiterunt in sua peruicacia. Vnde neque spes emendationis, submissionis, aut reditus ad Ordinem affulget, quin potius peiora timenda sunt, meditantur enim apostasiam à fide, nisi cito liberentur ab Ordine, & ex simili apostasia summum scandalum Ordinis, maximumque animarum detrimentum pertimescitur. Ideo petitur tam pestiferos homines, plusquam incorrigibiles, corde per multos annos in malum indurato, facultatem illis concedi, vt ab Ordine tanquam incorrigibiles expellere possint, non obstantibus decretis, *quæritur an petitioni sit indulgendum?*

1 Esse indulgendum censeo. Nam Religiosus de iure communi legitimè eijci potest à Religione per eius Prælatos. Primò quando est notoriè incorrigibilis, *cap. fin. de stat. monach. §. Porrò in fin.* Secundò, quando sine graui infamia Religionis ob sceleris enormitatem retineri non potest; Vnde Doctores apud Sanchez *in decalog. lib. 6. cap. 9. num. 19.* concludunt, quòd quando reuocatio Religiosi affert alijs scandalum & periculum, nec potest commodè capi, detineri, ac corrigi, desperata etiam eius correctione, ac imminente periculo apostasiæ à fide, tunc præferendum est commune Religionis, ac fidei bonum eius priuatæ saluti.

2 At verò *Nihil* respondendum est, prout respondit Sac. Congregatio Concilij in vna Prouinciæ Germaniæ Ordinis Minimorum eiectionis sub die 14. Aprilis 1663.

3 Obseruanda itaque est forma dicti Decreti de Apostatis, & eiectis, quod antiquo iuri communi nonnulla prudentissimè addidit, & hanc rem peruersè iam deformatam in ordinem ac statum decorum, ac tutum restituit, cuius tenorem lege inter Constitutiones Vrbani VIII. in Bullario *num. 26. §. 6.* E summa enim Superiorum Regularium potestate summum odium aliquando in suos subditos suspectamus. Quare legibus hoc, & moribus fieri debet, atque ex vsu forensi, ne maiestas iustitiæ imminuatur neglectim, & eius securitas contemptui haberi sinatur. Vide præ cæteris Delbene *de offic. S. Inquisit. p. 2. dub. 236.* per plures sectiones, vbi prædictum Decretum varijs eiusdem S. Congregat. Concilij declarationibus illustrat.

CONSVLTATIO LII.

An collectores, ac Subcollectores spoliorum, decimarum, aliorumque iurium Cameræ Apostolicæ, officio suo durante, distributiones quotidianas lucrentur, quamuis Choro diuinis officijs persoluendis minimè intersint?

LVcrari ex priuilegio speciali Sixti V. decisum fuisse à S. Congregatione, refert moneta *de distrib. p. 2. quæst. 11. num. 10. & 11.* Idemque asserunt Barbos. *de offic. & potest. Episc. alleg. 53. & 159. ac de Canonic. & Dignit. cap. 24. num. 3.* Cened. *canon. quæst. lib. 1. quæst. 1. num. 64.* Sanctarell. *var. resol. quæst. 11. num. 6.* Marcell. Vulp. *in prax. iudic. for. Eccles. cap. 13. nu. 28.* & Antonell. *de regim. Eccles. Episcop. lib. 3. cap. 16. num. 18.* quibus adde Palaum *tom. 2. disp. 3. de orat. punct. 9. § 8. num. 3.* Trullench. *lib. 1. in decal. cap. 8. dub. 13. num. 1.* Escobar *quæst. 1. de Horis nu. 168.* & Leandrum *in decalog. p. 1. tr. 8. disp. 4. quæst. 138.* Ratio esse potest. Quia vacant muneri concernenti vtilitatem publicam. 1

Quamuis eiusmodi officia non excusare Parochos à residentia parochialis Ecclesiæ, responderit eadem Sac. Congregatio, quæ loquitur de Subcollectore, cuius meminit Ricc. *in prax. for. Eccles. p. 1. resol. 403. num. 4.* Quod ex eo repetit Antonel. *d. cap. 16. n. 18.* generaliter verò Nicol. *in floscul. v. Subcollector num. 2.* in hæc verba: *Curam, vel aliud seruitium Ecclesiasticum, personalem residentiam requirens, obtinentes, non debent deputari subcollectores, & si deputentur, non sunt exempti quoad onera beneficij 1597. 10. Martij 1606. Ascoli in Puglia 19. Aprilis 1614. Acerra 27. Maij 1642. Vnde Episcopus potest cogere eos ad residentiam, & ad soluendum punctaturas 1614. 20. Iunij 1657. Auellino 12. Maij.* Nam Pastores tenentur residere ex iure diuino, vt ex Tridentino clarè colligitur *sess. 23. cap. 1. de ref.* 2

Verùm ego iudico, non lucrari, ac miror, tot graues Authores in contrarium abijsse contra institutionem distributionum, quas non lucratur, qui fictè, sed qui verè, ac personaliter interest, *cap. 1. de cler. non resid. in 6.* quosque, vt S. Concilium Trid. *sess. 5. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reform.* decernit, qui statis horis interfuerint, recipiunt. Neque obstat priuilegium Sixti V. Quia est locale. Quod illi non animaduerterunt. Et ita etiam respondit ad hoc dubium S. Congregatio Concilij 26. Augusti 1662. *ad d. cap. 12. sess. 24.* in Romana, siue Mediolanensi subcollectorum, *nempè negatiuè, & litteras Sixti esse locales.* 3

CONSVLTATIO LIII.

An prabendæ admodum tenues minorum Clericorum vniri possint ab Episcopo prabendis Canonicalibus? &

An possint Canonici Cathedralis deputari in Vicarios perpetuos Ecclesiarum parochialium, ipsi Cathedrali vnitarum?

AD 1. negatiuè respondendum puto. Quia Tridentinum *sess. 24. cap. 5.* non tribuit facultatem Episcopis vniendi præbendas tenues Clericorum præbendis pinguibus Canonicalibus, sed tantùm vt eis liceat cum consensu Capituli aliquot beneficia præbendis Canonicorum vnire, si tenues ita extiterint, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui non sufficiant. Quando enim conceditur facultas vniendi, strictè accipienda est, tanquam præiudicialis summo Pontifici, ac inferioribus collatoribus, vt passim Rota coram Coccino *dec. 328. n. 1. & dec. 199. num. item 1. ac dec. 710. num. 21. p. 2. recent.* Et quia idem Tridentinum *sess. 21. cap. 3.* statuit, tertiam partem fructuum tam Dignitatum, quàm Canonicatuum separari debere, & in distributiones conuerti, quæ inter omnes diuinis interessentes pro rata portione diuidantur. 1

dantur, Mens igitur Tridentini est, vt potius fiat separatio, quàm vnio, vt omnes proportione fruantur bonis Ecclesiæ. Quare eadem *sess.24. cap.15.* loquens de Præbendis suppressis, ait: *Quarum fructus & prouentus reliquarum Præbendarum distributionibus quotidianis applicentur.* Atque ita censuit S. Congregatio Concilij in Aniciensi vnionis 26. Augusti 1662. ad *d. cap. 15. sess.24. de reform.*

2 Ad 2. etiam negatiuè. Nam licèt Episcopus habeat facultatem creandi Vicarios perpetuos in parochialibus Ecclesijs vnitis, siue annexis Cathedralibus, vel Collegiatis, vt etiam declarauit eadem S. Congregatio Concilij 22. Ianuarij 1569. ad *cap.7. sess.7. de reform.* nequit tamen illis deputare, qui habent beneficia, quibus assignatæ sunt distributiones quotidianę, quia sunt incompatibiles cum Ecclesijs parochialibus. Et ita quoque censuit eadem S. Congregatio in Campaniensi 14. Augusti 1663.

CONSVLTATIO LIV.

1 *An Regularibus liceat cadauera defunctorum associare cum stola?*

2 *Et quid si sint Capellani Confraternitatum?*

3 *An liceat ijs domibus, nauibus, cymbis &c. benedicere?*

4 *An in obitu Parochianorum possint pulsare Campanas peculiari signo? Et in Sabbato Sancto antequam pulsentur Campanæ Cathedralis?*

5 *An processiones extra suas Ecclesias, & claustra per Parochiam ducere, & Ecclesias, præcipuè Sanctimonialium ingredi? &*

6 *An possint construere nouam turrim Campanariam cum noua, & magna campana, præsertim propè Ecclesiam parochialem, aut monialium?*

Vbi de origine, ac instituto Litaniarum, Rogationum, ac supplicationum piè, ac eruditè.

1 AD primum, ac secundum respondeo, non licere. Vsus enim stolæ, præsertim in funeribus, vt alibi fusius dicam, est signum iurisdictionis parochialis. Quare Sac. Congregatio Rituum in Nucerina die 24. Octobris 1609. & in Prænestina die 13. Iulij 1619. declarauit, Parochum tantummodo stolam deferre debere, ac omnes alios præcedere. Idem habetur ex Rituali Romano *in rubr. de exeq.* Cùm igitur solus Parochus in associandis funeribus fungatur munere proprio, debet etiam ipse solus vti stola, quatenus est proprius habitus sacerdotalis *can. cum Ecclesiastica d.23.*

2 Ad 3. respondeo vnius licere. Hinc Sacræ Congregationes Rituum, ac Visitationis Apostolicæ sæpius declararunt, benedictiones domorum, palmarum, & aliorum huiusmodi pleno iure spectare ad solos Parochos. Nam istæ functiones pertinent ad Parochum ratione muneris, quo fungitur, ac sunt de iure ipsius ita, vt non possint per alium exerceri, nisi vsurpet ius proprium Parochi. Et ideo præseruantur Parochis in omnibus priuilegijs concessis Regularibus per clausulam, *sine tamen quorumcunque iurium parochialium præiudicio.* Vnde Pellizar. *tom.2. manual. Regul. tr.8. cap.2. sect.2. num.47.* rectè ait, non posse Regulares dare pacem, denunciare dies festos, benedicere domibus, & id genus alia, quæ ad Parochum pertinent, quia clausula habet quorumcunque iurium, ac proinde complectitur omnia.

3 Ad 4. respondeo, quoad primam partem non posse. Habetur ex Rituali Romano *in rubr. de exeq.* per hæc verba: *Tunc vbi viget pia consuetudo pulsetur campana parochialis Ecclesiæ aliquibus ictibus ad significandum fidelibus instantem mortem expirantis.* Et quoad secundam partem, neque posse. Quare Sac. Congregatio Concilij in Capuana die 23. Aprilis 1591. ita scripsit Archiepiscopo. *Il Priore, e i Frati di S. Maria sono stati ragioneuolmente posti in prigione per hauer nel Sabato Santo sciolto le Campane prima che ciò si fosse fatto nella Metropolitana di V. S. alla quale, come capo, doueuano hauer rispetto, e parendo, che basti il risentimento fatto, alla riceuuta gli farà scarcerare con far loro vna buona monitione, auuertendo però, che non paghino cosa alcuna per pena.*

Quod etiam constat ex Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess.21.* vbi habetur, quòd Campanæ pulsari non debeant in Ciuitate ante signum Cathedralis, in diœcesi verò ante signum matricis, vel parochialis Ecclesiæ. Id tamen limitatur, nisi consuetudo legitima esset in contrarium, vel Ecclesiæ multum distarent, vt declarauit Sac. Congregatio super Episcopis in Surrentina 16. Iulij 1601. & in Thelesina 15. Februarij 1622. Alijs verò temporibus non possunt prohiberi Regulares, ne Campanas pulsent ante Cathedralem ex eadem Sac. Congregatione in Lancianensi 7. Iunij 1619. Fuitque in Sac. Congregatione de propaganda fide anno 1643. abrogatum decretum, ne Rutheni Gręci vniti pulsarent Campanas in Sabbato Sancto ante Latinos. Et ad effectum pulsationis sufficit probare Ecclesiam esse parochialem, antiquiorem, digniorem, & maiorem, ex quibus concluditur, esse matricem, vt per S. Rituum Congregationem in Sorana 8. Iunij 1641. 4

Cùm enim pulsatio Campanæ in Sabbato Sancto, & Sanctissimi delatio in processionibus solemnibus sint actus iurisdictionales, qui expleri debent per solas Ecclesias matrices iuxta *cap. Cum transmissa de præscript.* Deo Ecclesia matrix non debet priuari hac iurisdictione, vt dixit Rot. *dec.52. p.2. rec.* Vnde quando clarissimè constat, duas Ecclesias esse inter se independentes, & vnam non habere iurisdictionem in alteram, non potest altera priuari sua iurisdictione matricitatis, vt alteri soli detur; sed in hisce casibus consulendo vtriusque dignitati, ac seruando inter vtramque paritatem, interdicitur vtrique exercitium cumulatiuum ita, vt non possint ambæ eodem tempore pulsare Campanas, ac deferre Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum. Reseruatur verò vtrique Ecclesiæ vsus alternatiuus dictorum actuum adeo, quòd vna Ecclesia vno anno, altera altero prius pulset Campanas, & sola deferat processionaliter Sanctissimum. Quod tanquam iustum, ac æquitati consonum amplexa est Sac. Rituum Congregatio in Theatina 1628. ipsaque experientia comprobauit longo temporis cursu, ac exemplorum numero. Nam hoc pacto tollitur occasio turbarum, & scandalorum inter populos, vt præ cæteris locis videre est in Ciuitate S. Angeli, vbi summa cum quiete seruantur istæ solemnitates alternis vicibus per duas matrices in executionem motus proprij Sixti V. 5

Ad 5. respondeo etiam negatiuè. Nam ex iure communi Regulares extra sua monasteria non habent territorium; solùm autem habent Conuentus suis finibus circumscriptos, vt placuit Cardinali *in Clem.1. num.1. de statu monach.* & alijs cum Rota coram Verallo *dec.225. num.2.* ac alibi frequenter. Et ita praxim obtinere firmat Zerol. *in prax. Episc. p.1. tit. de process.* & ex Regularibus docet Rodriq. *in addit. ad sum. tom.4. cap.105. num.5.* Villalob. *tom.2. tract.35. diffic.5. num.9.* Peyrin. *in priuil. minim. tom.2. constit.6. B. Pij V. §.10. num.2. ad 8.* & declarauit sæpius S. Congregatio Concilij, ac Sac. Rituum Congregatio in Lyciensi; *Sacra &c. iuxta aliàs respondit nullo modo licere Regularibus facere processiones extra claustra monasteriorum, prout nec etiam licere ipsis Regularibus publicè exponere Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sine expressa licentia Ordinariorum. Et ita in vtroque casu obseruari debere declarauit die* 28. *Aprilis* 1640. De quo etiam nos alibi. Quidquid dicat Portellus, alter Rodriquez Graffius, Barbosa *de offic. & potest. Episcop. p.3. alleg.76. num.7.* per triginta passus extra ambitum Monasterijs id licere per *c. sicut antiquitus 17. quæst.4.* Nam textus ille loquitur quoad immunitatem minorum Ecclesiarum. 6

Ad 6. negatiuè per textum *in cap. patentibus de priuil.* vbi Abb. *num.4.* ait, quod indebitus sonus turbat audientes extra locum, ibique Dec. *num.5.* & Socin. *num.6.* cui opinioni adhæret S. Congregatio super Episcopis & Regularibus adeo, vt sæpè prohibuerit, etiam Regularibus imponi turri campanariæ nouam & maiorem Campanam, & impositam mandauit amoueri, ne turbaret moniales vicinas, & præsertim in vna Augustinianorum 7

21. la-

21. Ianuarij 1642. & Confraternitaribus iniunxit, vt amoueant campanam, si ex eius pulsatione turbentur vicini Regulares. Id tamen pendet ex maiori, vel minori vicinitate Ecclesiarum, quæ examinanda est.

8 Porrò quas Græci Litanias, Latini Rogationes, & supplicationes vocant, eæ ad vitanda quidem mala fiunt, atque omne effugiendum periculum, sed non sine ieiunio, ac vesti humili, aut habitu lugubri, vocibus in modum supplicantis, vt Beleth & Durandus testantur. Extat græcum vocabulum Litanias etiam in *epistola* 63. Basilij, & explicatur in *can.* 32. Concilij Mogontini sub Carolo Magno celebrati his verbis: *Litaniæ græco nomine appellantur, quæ latinè dicuntur Rogationes. Inter Litanias autem & Exomologeses hoc differt, quod Exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur; Litaniæ verò indicuntur propter rogandum Deum, & impetrandum in aliquo misericordiam eius. Sed iam vtrumque vocabulum sub vna dignatione habetur.* Hæc Canon ille.

9 Supplicationum vsus apud Ethnicos fuit longè frequentissimus imprimis Romanos, earumque tempore *Iustitium* fuit, hoc est publica feriatio, & tribus de causis eas institutas ab illis reperimus.

10 Primò cum aliquod a Dijs Romani petere instituissent, præsertim cùm bellum aliquod orditentur. De huius generis supplicationibus Liuius loquitur: *Ab hac*, inquit, *oratione in suffragium missi, vt rogarat, bellum iusserunt. Supplicatio inde a Consulibus in triduum ex Senatus Consulto indicta est, obsecrarique circa omnia puluinaria Dij; quod bellum cum Philippo populus iussisset, id benè, ac feliciter eueniret.* Et *lib.* 2. *belli Punici* 2. *His*, inquit, *Senatus consultis perfecti L. Cornelius Lentulus. Pontifex Maximus consulendum de verè sacro censet iniussu populi non posse voueri. Rogatus in hæc verba populus; Velitis, iubeatis ne hoc sic fieri? Si res populi Romani, Quiritium ad quinquennium proximum, sicut velim eam salua seruata erit: hisce duellis datum donum duit populus Romanus, Quiritium, quod duellum populo Romano cum Carthaginensi est.* Et mox: *Eiusdem rei causa Ludi magni voti æris* 333. *millibus triente; præterea bubus Ioui trecentis, multis alijs diuis, bubus albis atque, cæteris hostijs. Votis ritè nuncupatis, supplicatio edicta, supplicatumque, vt cum coniugibus, ac liberis non vrbana multitudo tantum, sed agrestium etiam, quos in aliqua sua fortuna publica quoque contingebant.*

11 Secundò in rebus aduersis fiebant supplicationes ad Deorum iram deprecandam. De his ita scribit Liuius *lib.* 10. *Eo anno prodigia multa fuerunt, quorum auerruncandorum causa supplicationes in biduum Senatus decreuit, publicè vinum, ac thus præbitum, supplicatum iere frequentes viri, fæminæque.* Et *lib.* 2. *de bello Punico* 2. *Augebant metum prodigia simul ex multis locis nunciata. In Sicilia militibus aliquot spicula, in Sardinia autem in muro circumeunti vigilias equiti Scipionem, quem manu tenuerat, arsisse, & littora crebris ignibus fulsisse, & scuta duo sanguinem sudasse, & milites quosdam ictos fulminibus, & Solis orbem minui visum, & Præneste ardentes lapides cœlo cecidisse, & Arpis palmas in Cœlo visas, pugnantemque cum Luna Solem, & Capenæ duas interdiu Lunas ortas, & aquas Cærete sanguine mistas fluxisse, fontemque ipsum Herculis cruentis manasse sparsum maculis, & Antij metentibus cruentas in corbem spicas cecidisse, & Falerijs cœlum findi visum velut magno hiatu, quaque patuerit ingens lumen effulsisse, sortes sua sponte attenuatas, vnamque excidisse, ita scriptam. Mauors telum suum concutit. Et per idem tempus Romæ signum Martis Appia via ad simulachra luporum sudasse, & Capuæ speciem cœli ardentis fuisse, lunæque inter imbrem cadentis &c. His, sicut erant nunciata, expositis, authoribusque in Curiam introductis, Consul de religione Patres consuluit. Decretum est, vt ea prodigia partim maioribus hostijs, partim lactentibus procurarentur, & vti supplicatio per triduum ad omnia puluinaria haberetur.* Rursus *lib.* 4. *Hæc prodigia*, ait, *hostijs maioribus procurata sunt ex aruspicum responso, & supplicatio omnibus Dijs, quorum puluinaria Romæ sunt, adhibita est.* Item. *Tempestates fœdæ fuerunt, in Albano monte biduo continenter lapidibus pluit, tacta de cœlo multa, duæ in Capitolio ædes, vallum in castris multis locis supra suessulam, & duo vigiles exanimati, murus, turresque quædam Cumis non icta modo fulminibus, sed etiam decussa. Reate saxum ingens visum volitare, Sol rubere solito magis, sanguineoque similis. Horum prodigiorum causa diem vnum supplicatio fuit.*

Tertiò etiam in prosperis rebus, puta ob victoriam, 12
&c. à Romanis habebantur supplicationes, cùm Dijs gratias essent acturi. Meminit earum Liuius *lib.* 3. *Gemina victoria duobus bifariam prælijs parta, malignè Senatus in vnum diem Supplicationes Consulum nomine decreuit; populus iniussu & altero die frequens iuit, supplicatumque est, & hæc vaga, popularisque Supplicatio studijs propè celebratior fuit.* Et *lib.* 10. *Partem curæ exornarunt Senatum L. Volumnij Consulis litteræ, quibus cæsos, fusosque populatores Campaniæ cognitum est. Itaque & supplicationes rem benè gestam Consulis nomine decernunt, iustitium remittunt, quod fuit* 18. *dies, supplicatioque perlæta fuit.* Rursus eodem libro. *Litteræ Consulum ingenti lætitia, & in curia, & in concione audita, & quatriduo supplicatione publicum gaudium priuatis studijs celebratum est.* Et *lib.* 7. *Belli Punici* 2. *Post Romam allatum nuncium de cæso Asdrubale, eiusque exercitu, Senatus, quod M. Liuius, & Caius Claudius Coss. incolumi exercitu, ducem hostium, legionesque occidissent, supplicationem in triduum decreuit. Eam supplicationem A. Hostilius Prætor pro concione edixit, celebrata à viris, fœminisque est. Omnia Templa per totum triduum æqualem turbam habuere, cum matronæ amplissima veste, cum liberis perinde ac si debellatum foret, omni soluta metu Dijs immortalibus grates agerent.* Sic cùm Romæ, quæ Iulius Cœsar in Gallia gesserat & litteris, & nuncijs audita sunt, *supplicatio eius nomine in quindecim dies decreta est, quod ad id tempus datum erat nulli.* D. Brutus ob profligatum Antonium bello Matinensi quinquaginta dierum supplicationem meruit.

In his supplicationibus plerumque Senatores, ac Pa- 13
tricij cum coniugibus & liberis ad delubra, & aras procedebant; nonnumquam omnes tribus, & ordines etiam, Pontifice Maximo præeunte; sed & alijs persæpè modis. Tunc pueri ingenui, & libertini, itemque virgines omnes coronati, & lauream præferentes, cùm pompa thensas, & fercula Deûm deferentes, tum & sacro carmine supplicare, & Deûm pacem exposcere solebant. Quoties etiam supplicationes indicebantur, à iurgijs abstinebant, & vinctis vincula demebantur.

Obseruandum etiam, quod Liuius vbi supplicationum 14
mentionem facit *Puluinarium* simul ferè meminit. Erant autem puluinaria in supplicationibus lecti & puluini in angulis regionum locati, in quibus simulacra Deorum recumbentia collocabantur, Acron inquit, puluinaria fuisse lecticas diuorum, aut tabularia, in quibus stetexint Numina, vt eminentiora viderentur. Et ex Liuio apparet, semper Deo, & Deæ simul celebratum puluinar, videlicet Ioui, & Iunoni vnum, alterum Neptuno & Mineruæ, tertium Marti ac Veneri, quartum Apollini & Dianæ, quintum. Vulcano & Vestæ, sextum Mercurio, & Cereri *lib.* 2. *dec.* 3.

De lectisternijs, quorum crebra est mentio, Liuius 15
lib. 5. ab Vrbe condita sic scribit: *Grauis, pestilensque omnibus animalibus æstas excepit Vrbem cum insanabili pernicie; quando nec causa, nec finis inueniebatur libri sybillini ex Senatus consulto aditi sunt. Duumuiri sacris faciundis, lectisternia tunc primum in Vrbem Romana facta per dies octo. Apollineum, Latonamque, & Dianam, Herculem, Mercurium, atque Neptunum, tribus, quæ amplissimè tum apparari poterant, stratis lectis placauere; priuatim quoque id sacrum celebratum est tota Vrbe, patentibus ianuis, promiscuoque vsu rerum omnium in propatulo posito, notos, ignotosque passim aduenas in hospitium ductos ferunt, & cum inimicis quoque benignè, & comiter sermones habitos, iurgijs & litibus temperatum, vinctis quoque dempta in eos dies vincula; Religioni deinde fuisse, quibus eam opem tulissent, vinciri.* Lectisternium in Capitolio sic celebrari solitum fuit: *Stratis tribus lectis conuiuium tribus Dijs apponebatur, Ioui, Iunoni, & Mineruæ. Iouis simulachrum in lectulo reponebatur. Iuno verò & Minerua in sellis, sic appositis epulis, non Dei, sed se-*

ptem

ptem ipsi Epulones celebrabant, Liuius *lib. 7. ab Vrb. Cond. Eo nihil dignum memoria actum, nisi quod pacis Deum exposcendæ causa tertiò tum post conditam Vrbem lectisternium fuit.*

16 Obseruatum quoque fuisse morem Litaniarum, & Rogationum, hoc est, publicarum, & communium Supplicationum, non solùm in veteri, sed etiam in nouo Testamento periculosis temporibus, nemo potest negare. Sic cùm Petrus ab Herode in carcerem coniectus esset, conuenerunt fideles in vnum locum, & per supplicationes liberationem eius à Deo expetiuerunt. Talium supplicationum meminit etiam Irenæus. Iustinus capita harum Litaniarum in veteri Ecclesia vsurpatam commemorat; nempè *quod nati simus, quod valetudini consultum sit, quod species rerum conseruentur, quod vires animæ benè succedant, quod immortalitatem sperare, ac impetrare liceat*. Tertullianus addit, *Oramus pro inimicis, pro persecutoribus, precantes sumus semper omnes pro Imperatoribus, vitam illis prolixam, imperium securum, domum tutam, exercitus fortes, senatum fidelem, populum probum, Orbem quietum, & quæcumque hominis, & Cæsaris vota sunt*. Item: *Oramus pro Imperatoribus pro ministris eorum, & potestatibus, pro statu sæculi, pro rerum quiete, pro mora finis*. Cyprianus inquit: *Publica est nobis, & communis oratio, non pro vno, sed pro toto populo*. Basilius quoque Litanias vsitatas fuisse in Ecclesia Neocæsariensium scripsit in *epist. 63.* Achatius etiam admonitus à Deo de Nicomediæ concessione, Clericis præcepit, *vt Deo seriò supplicarent, & preces placatorias pro sedanda illius ira, quam minabatur, funderent*, vt narrat Sozomenus *lib. 4. cap. 16.*

17 Et in illis publicis supplicationibus, Ecclesiam ad ardentiores preces, peculiaribus exhortationibus & gestibus excitatam fuisse constat. Cyprianus dicit: *Quando inchoaturi essent preces. Sacerdotem hanc exhortationem præmisisse: Sursum corda. Et populum respondisse: Habemus ad Dominum*. Apud Iustinum *surgunt ad supplicationes*. Apud Tertullianum *cœlum suspicientes, manibus expansis, capite nudo, precantur pro omnibus, aliquando stantes, aliquando genibus flexis*. Milites Antonini oraturi pro pluuia, *curuatis genibus prouoluunt se in terram* apud Eusebium. Apud Clementem *abijciunt se in Terram*. Apud Sozomenum lib. 7. cap. 23. cùm populus Antiochenus Theodosij Imperatoris iram ob motam ibi seditionem timeret, instituerunt supplicationem publicam ad Deum, vt Imperatoris iram mitigarent, vsurpatis ad eam supplicationum *melodijs lugubribus*. Author librorum de vocatione Gentium, siue is Ambrosius, siue Prosper est, explicans locum Pauli 1. Timoth. 2. *Vt fiant obsecrationes, postulationes, & gratiarum actiones pro omnibus hominibus*, inquit: *quam legem supplicationis ita omnium Sacerdotum, & omnium fidelium deuotio concorditer tenet, vt nulla pars mundi sit, in qua huiusmodi orationes non celebrentur à populis Christianis. Supplicat ergo vbique Ecclesia Deo non solum pro Sanctis, & in Christo iam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus, & inimicis Crucis Christi, pro hæreticis, & schismaticis, &c.* Et talia exempla multa extant in historijs, quod tempore belli, pestis, tempestatum, terræmotuum decretæ, ac celebratæ fuerint tales publicæ ad Deum supplicationes. Sic Imperator Theodosius iunior *cum tota Ecclesia supplicationes fecit pro serenitate. Et ipse quidem medius hymnis canendis præiuit priuati habitu incedens*, vt testatur Nicephor. *lib. 14. cap. 3.* Ita etiam cum horrendo, ac diuturno terræmotu maxima pars Orbis terrarum, in primis etiam vniuersa Constantinopolitanorum ciuitas concuteretur, Theodosius Imperator, & Episcopus Proclus cum ciuibus extra Vrbem periculi vitandi gratia egressi, *Supplicationibus celebratis ardentes ad Deum pro liberatione preces fuderunt.*

18 Hoc ipso etiam tempore hymnum Angelicum, quem *Trisagium* vocant, diuinitùs esse reuelatum narrant, vt Litaniarum, & supplicationum precibus insereretur. Qua de re Nicephor. *lib. 14. cap. 46.* sic scribit: *Byzantij in maximum coniecti metum à ruinis ædificiorum sibi timentes, muros reliquerunt, & extra vrbem in campo, qui sic dicitur, morati sunt vnà cum Imperatore Theodosio, & Patriarcha Proclo continuis precibus incumbentes, Deumque, vt propitius eis esset ab imminenti calamitate orbem liberaret, obstantes. Et cùm aliquando motu eo grassante, terra veluti fluctuans concuteretur, & homines per metum eam ex fundamentis ipsis exstirpatum iri vererentur, & omnes Litanijs, & supplicationibus deditis collachrymarent, & ex profundo, intimoque animo misericordiam diuinam implorarent; tum miraculum præter opinionem omnium, quod sensum, & mentem omnem excedat, subsequutum est. Subitò namque è medio, spectantibus omnibus, diuina quadam vi puer in aerem sublimis ad Cœlestem vsque tractum ita, vt iam non appareret, sublatus, diuinam vocem, qua Angelis Deum laudare mos est, audiuit, eaque voce percepta rursum priore puer per aerem via reuersus descendit, & Episcopo Proclo, ipsique Imperatori, & multitudini omni supplicationibus operam danti, Deumque hymnis celebranti, ab Angelis canentibus se verba hæc audiuisse renunciauit: Sanctus Deus, Sanctus Fortis, Sanctus & Immortalis, miserere nostri. Quæ vbi Proclus intellexit, statim ad eum modum populum psallere iussit, & terræmotus statim etiam constitit, omninoque quieuit. Imperator verò Theodosius, & fœminis admiratione omnium digna Pulcheria, tanto miraculo perculsi, constitutione Imperiali confestim, vt per Orbem omnem hymnus diuinus iste concineretur, decreuerunt. Puer verborum eorum mysterium exequutus, statim vita defunctus est.* Refert etiam Paulus Diaconus *lib. 14.* in Theodosium.

Ac singularem Vrbis Constantinopoleos consuetudi- 19
nem fuisse, vt ad certum locum in campum exirent, quando in publicis necessitatibus communiter preces faciebant, ex Theodoro Lectore videre est, qui scribit: *Martianum Imperatorem hortatum esse Anatolium Episcopum, vt secundùm consuetudinem Vrbis illius Episcoporum, à Tauro ad Campum vsque vectus supplicaret, lib. 1.*

Postea circa annos Christi 466. Claudianus Mamer- 20
cus, Viennensis in Gallia Episcopus constituit, vt quotannis in illa Vrbe statis, ac certis diebus Rogationes, vel supplicationes celebrentur propter pericula terræmotuum, incendiorum, & passim errantium ferarum, hominesque infestantium. Alcimus Auitus, Viennensis Ecclesiæ Episcopus, qui post Esychium succedentem Mamerco sedit, in peculiari homilia, quam de occasione harum Litaniarum supplicationum, earumque prima institutione, ritibus peculiaribus, & vsu habuit, sic inter alia scribit: *Terrorum*, inquit, *temporis illius causas multos nostrûm adhuc recolere scio. Siquidem incendia crebra, terræmotus assidui, sonitus nocturni, cuidam totius Vrbis funeri prodigiosum quiddam minitabantur. Nam populosis hominum conuentibus domestica syluestrarum ferarum species obuersabatur. Deus viderit, an ludificans oculis, an adducta portentis. Quidquid tamen ex ijs duobus foret, perinde monstrosum intelligebatur, seu sic veraciter immania bestiarum corda mansuefieri, seu tam horribiliter conspectibus territorum falsa visionis phantasmia posse confingi. Inter hæc, diuersa vulgi sententia, dispariumque ordinum variæ opiniones. Alij quod sentiebant dissimulando, quæ fletus nolebant dare, casui dabant. Alij spiritu salubriore abominabilia noua, quæque congruis malorum proprietatis significationibus interpretabantur. Quis enim in crebris ignibus ignes sodomiticos non timeret? Quis trementibus elementis, aut decidua culminum, aut disrupta terrarum immunere concrederet? Quis videns, aut certè videre se putans, pauidos naturaliter ceruos per angusta portarum, vsque ad fori lata penetrantes, non imminentem solitudinis sententiam formidaret? Quid multis. Tracta sunt hæc inter timores publicos, & rumores priuatos vsque ad imminentem Vigiliarum solemnium noctem, quæ celebrari festum Dominicæ Resurrectionis annua consuetudo poscebat; siquidem hanc omnes laborum opem, malorum finem, metuentium securitatem communibus animis operiebantur. Affuit igitur nox illa venerabilis, quæ ad spem publicæ absolutionis votiuum solemne patefeceras. Sed mox illic multo vehementior strepitus ictu flagelli grauius ferientis intonuit, vtpote quem iam emensis gradibus superlatiuum nihil sequi aliud, quàm gradus intelligeretur. Ædes namque publica, quæ præcelso Ciuitatis Viennensium vertici sublimitas in immensum fastigiata prætulerat, flammis terribilibus conflagrare cre-*

pusculo

pusculo cœpit. Interpellatur itaque nuncio discriminis iucunditas solemnitatis, plena timoribus populo Ecclesia vacuatur. Omnes namque similem facultatibus, vel domibus proprijs casum de quadam præminentis incendij arca metuebant. Persistit tamen coram festiuis altaribus inuictus Antistes S. Mamercus, & calorem fidei sua accedens flumine lachrymarum, permissam ignibus potestatem incendio abscedente compescuit. Igitur desperatione deposita reditur ad Ecclesiam, & restincta flammarum luce clarescit luminum pulchritudo. Ex huius liberationis occasione, ceu gratiarum loco, instituit annuam deinde celebrandarum supplicationum festiuitatem triduò, quod inter Dominica Ascensionis, & diem Dominicum interiectum est. Hæc Auitus.

21 Prima quidem harum supplicationum institutio, quaodo periculum illud ingruit, Paschale fuit. Verum ne iungerentur Resurrectioois gaudijs luctus orantium, & ieiunanoum afflictatio, triduum illud paucis annis post est electum, quod sacrum præcedit festum Ascensionis, vt Auitus eadem explicat homilia, quæ etiam citatur à Gregorio Turonensi *lib. 2. cap. 34.*

22 Mox verò hæc Litania non solùm in Gallia, sed etiam toto Orbe Christiano approbata, & recepta fuit. Eadem planè de occasione harum supplicationum cum Auito commemorat Sidonius Auernorum Episcopus *Epist. 7.* ad Mamercum, & *lib. 5. epist. 4.* Ad Aprum, in qua post exordium hæc leguntur: *Rogationum solemnitatem primus Mamercus Pater, & Pontifex reuerendissimo exemplo, vtilissimo experimento inuenit, instituit, inuexit. In his autem, quas suprafatus sacerdos, & protulit, pariter & contulit, ieiunatur, oratur, psallitur, fletur.* Gregorius quoque Turonensis citato loco: *Cessantibus*, inquit, *terroribus, per cunctas prouincias dispersa facti fama, cunctos Sacerdotes imitari commouit. Quæ vsque nunc per omnes Ecclesias celebrantur.* Idem testatur Adon *in chron. ætate 6. Anno 396.* & rursus *eadem ætate Anno 452.*

23 Aurelianense etiam Concilium paulò post hæc tempora celebratum his verbis *Can. 29.* has Rogationes sanciuit: *Rogationes, id est Litanias ante Ascensionem Domini placuit celebrari ita, vt præmissum Triduanum Ieiunium in Dominicæ Ascensionis solemnitate soluatur. Per quod triduum serui, & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs vniuersa conueniat. Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.*

24 Dicitur autem hæc Litania *Minor*, quia à minori, nempè à simplici Episcopo, & in minori loco, scilicet Viennæ in Gallia inuenta, & primùm iostituta est, Minor tamen antiquior est tempore, nam instituta fuit tempore Zenonis Imperatoris.

25 Maior verò Litania celebratur io festo S. Marci. Ea inuenta, ac instituta est à S. Gregorio Magno Papa Aono Christi 590. ad auertendam pestem inguinariam, siuè inflatutam inguinum. Eius institutionis causas Paulus Montiscasini Monachus, qui Longabordorum historiam scripsit, his verbis prodidit. *Tempore*, ait, *Pelagij Papa tanta fuit inundatio aquarum per Italiam, quod aquæ ascenderunt vsque ad superiores fenestras Templi Neronis quod erat Romæ* (Ioannes Beleth habet, B. Zenonis, quod erat Veronæ) *nec aquæ intrabant Templum. Tunc per Tyberim effluxit multitudo serpentum, inter quos fuit maximus draco, ex quorum flatibus aer est corruptus, & inde emersit pestis inguinaria, qua homines passim, & subitò moriebantur.*

62 *Sequutum est*, inquit Polydorus, *aliud pestis genus, vt cùm quis sternuisset, continuò occiderit. Vnde mos, sicut quidam tradunt, creuit, vt audientes quempiam sternutantem, illicò dicerent: Te Deus adiuuat, quod adhuc hodie seruatur. Item & oscitare simul lethale fuit, propter quod sese crucis signo repente communire consueuerunt.* Refert etiam Durandus in *rational. lib. 6. c. 102.*

27 Cùm hac peste ferè totus populus deleretur, Pelagius ad auertendam eam ieiunium, & supplicationem indixit; sed in ipsa expeditione ipse expirauit cum 70. alijs. Hunc sequutus Gregorius Magnus mox populum vniuersum ad pœnitentiam, & supplicationes hortatus est in concione, quam ad eum habuit, quæque inter Epistolas eius extat. Io ea his verbis inter alia adhortatus est populum. *Nullus*, inquit, *vestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere præsumat, quatenus ad Sanctæ Dei Genitricis Domini Ecclesiam conuenientes, simul omnes mala, quæ fecimus, deploremus, vt districtus Iudex, dum culpas nostras nos punire considerat, ipse à sententia propositæ damnationis, parcat.*

28 Septeno autem ordine Clerum, & populum Romanum io hac processione ire voluit S. Gregorius. Io primo Ordine fuit omnis Clerus. Io secundo Abbates cum Monachis. In tertio Abbatissæ cùm omoibus Coogregationibus suis. In quarto omnes pueri, & infantes. Io quinto laici perfectæ ætatis. In sexto viduæ, & Continentes. In septimo omnes coniugati. Ita Durandus, vt supra.

29 Concioni Gregorianæ, quæ scripta affixa est albo Ecclesiæ S. Sabinæ in Auentino, Litaniarum harum ordo istiusmodi subscriptus habetur: Litania Clericorum exeat ab Ecclesia B. Ioannis Baptistæ. Litania virorum ab Ecclesia beati martyris Marcelli. Litaoia Monachorum ab Ecclesia martyrum Ioannis, & Pauli. Litania ancillarum Dei ab Ecclesia martyrum Cosmæ, & Damiani. Litania fœminarum coniugatarum ab Ecclesia beati primi martyris Stephaoi. Litania viduarum ab Ecclesia beati martyris Vitalis. Litania pauperum, & infantium ab Ecclesia beatæ martyris Ceciliæ. Facta sunt hæc in Basilica S. Sabinæ sub die quarto Kal. Septembris, iodictione 6.

30 Hic ordo apud Gregorium Turonensem *lib. 10. cap. 1.* aliter dispositus inuenitur, cui sub finem hæc Gregorij Magni verba adiecta sunt: *Vt de singulis Ecclesijs exeuntes cum precibus, & lachrymis ad beatæ Mariæ semper Virginis Genitricis Dei nostri Iesu Christi Basilicam congregemur, vt ibi diutius cum fletu, & gemitu Domino supplicantes, peccatorum nostrorum veniam promereri valeamus. Hæc eo dicente*, inquit Turonensis Gregorius, *congregatis Clericorum cateruis psallere iussit per triduum, ac deprecari Domini misericordiam. De hora quoque tertia veniebant vndique chori psallentium ad Ecclesiam, clamantes per plateas Vrbis, Kyrie eleison.*

31 Vocantur hæ Litaniæ *Cruces nigræ*, quoniam in signum mœroris ex tanta hominum strage, & in signum pœnitentiæ homines nigris vestibus ioduebantur; Cruces item & altaria nigris velabantur. Dicitur etiam processio septiformis, quod D. Gregorius septeno Ordine iri io ea in maioribus Ecclesijs ordinauit. Appellatur etiam *Litania romana, Gregoriana, & Maior*, Rcùm authoritate loci, fuit enim instituta Romæ, tum authoritate instituentis. Nam instituit eam Gregorius Magnus Papa, & publico decreto sanciuit, vt vbique terrarum celebretur, & pro omnibus auertendis malis preces habeantur, cum gratiarum actione pro tanto accepto diuioitus beneficio. Extat huius indictionis formula inter Gregorij Epistolas in Registro io *princ. indict. 10.*

32 Habent veteres Rituales libri Romanæ Vrbis in vltimis Litanijs tempore pestis ioguinariæ à Gregorio indictis: Processum esse ad Basilicam Apostoli Petri, atque ab eodem Gregorio Imaginem Deiparæ magna veneratione delatam. Fuisse autem illam, traditur, quæ extat io Basilica S. Mariæ ad Præsepe, & à populo honorifico cultu frequeotatur. Tunc verò accidisse tradunt, vt cum peruenisset procedendo Gregorius ad molem Hadriaoi, Tyberi adiacentem, in signom reconciliati Numinis, visus fuerit Angelus nudatum gladium in vaginam reponere, eoque symbolo morbum cessasse significare voluisse, quemadmodum per sagittas visas cœlitus lapsas idem fuerat diuinitus præmonstratum. Durandus autem in Rational. *lib. 6. cap. 89.* loogè aliter hoc narrat. *Cùm in Vrbe Roma, inquit, esset magna aeris pestilentia, B. Gregorius tempore Paschali ordinauit, vt Imago B. Virginis, quæ in Ecclesia S. Mariæ in Ara Cœli seruatur, quam B. Lucas pinxisse dicitur, & eidem Virgini similis perhibetur, processionaliter portaretur. Et dum ante processionem reuerenter portaretur, ecce tota aeris infectio, & turbulentia cedebat Imagini fugiens, ac si eam ferre non posset, sic quod post Imaginem mira sanitas remanebat. Tunc autem iuxta Imaginem audita dicuntur tres voces Angelorum canentium: Regina Cœli lætare, Alleluya. Quia quem meruisti portare, Alleluya; Resur-*

rexit, dixit dixit Alleluya. Statimque Gregorius adiunxit: Ora pro nobis Deum Alleluya. Quæ antiphona in septem diebus post Pascha frequentatur. Et tunc Gregorius vidit supra Castrum Crescentij Angelum Domini, qui gladium cruentatum tergens in vaginam reponebat. Intellexit ergo Gregorius, quod pestis illa cessasset, quod & factum est. Vnde Castrum illud exinde Castrum S. Angeli vocatum est. Præmissa imago in Ecclesia B. Mariæ in Ara Cœli Romæ super limen baptisterij seruatur, quam Romani Reginam vocant. Hactenus Durandus, & cgo.

CONSVLTATIO LV.

An manutentio solij Archiepiscopalis, & eius ornamentorum pertineat ad Archiepiscopum, vel potius ad Sacrarium Metropolitanæ, quemadmodum ad ipsam pertinet omnis impensa pro confectione & manutentione Pontificalium?

Et an possint tolerari abusus, quod singuli Canonici retineant in proprium vsum seorsim à cæteris Canonicis, & alijs quibusuis Sacerdotibus, calicem, aliaque paramenta sacerdotalia, quæ sunt propria Ecclesiæ?

1 AD primùm respondeo, pertinere ad Archiepiscopum. Nam, qui propter mercedem, vel in recompensationem beneficij accepti tenetur ad operarum præstationem, debet eas exhibere adminiculo propriorum instrumentorum, sique instrumenta necessaria non habet in promptu, tenetur ea de suo comparare, & rupta, fractaque reficere, *arg. l. quod nisi ff. de oper. libert. l. 2. §. si conseruatis ff. ad l. Rhod. de cast.* Glos. *in l. quoniam* 10. *ad v. sumptus C. de testib. & l. stipulationes v. specialiter*, ibique Angel. Io. de Imol. *n. 2. & 3.* Alex. *n. 34.* Ias. *n. 2. ff. de verb. oblig.* Bald. *in l. 1. n. 2. C. de verb. signif.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 66. n.* 11. Rosenthal. *cap. 8. concl. 22. n. 1.* Episcopi autem, & Archiepiscop. ratione suorum officiorum recipiunt annuam mercedem ex reditibus Ecclesiarum. Atque adeò sumptus instrumentorum, quæ ad eorum officia necessaria sunt, sustinere debent.

2 Quemadmodum etiam quilibet Magistratus tenetur suo sumptu iudicium exercere, & gratis ea omnia, quæ Iustitiæ conueniunt subditis exhibere, præsertim cum ad eam congruos reditus accipit, de quo latè agunt Canonistæ *in cap. cùm ab omni de vit. & honest. Cler.* Vasq. *illustr. contr. qq. lib. 1. cap. 7. n. 1.* Petr. *de potest. Princip. cap. 6. n. 42.* Gallet. *de expens. cap. 21. n. 20.* vbi ait, quod cum fiscales pœnas Domini capiant, necesse habent, & sumptum facere pro exercenda iurisdictione.

3 Idque adeò receptum est, vt si Magistratus hos sumptus à subditis extorquere conetur, de iniuria illos rectè conqueri scribat Paris. de Put. *de syndic. tit. de Reg. Princip. excess. c. 1. n. 67.* Communisque est Doctorum traditio, quod vbi quis alteri seruit impellente iuris necessitate, id facere debeat proprijs impensis, secus autem quando seruit ex mera liberalitate, ita tradente Baldo *in l. liberti n. 11. C. de oper. libert.* Capyc. *in inuest. feud. §. feudorum olim col. 2.* Surd. *de alim. tit. 1. q. 56. n. 12.* Quod enim quis ex necessitate impertit, gratis exhibere tenetur, *l. 3. §. verum ff. ad S. C. Sillan.* Archiepiscopi autem inseruiunt non ex liberalitate, sed ex iuris necessitate; quia compensationem quotannis aliquam recipiunt; Ideòque id facere tenentur sumptibus proprijs.

4 His omnibus adstipulatur regula generalis ab interpretibus tradita, nempè: quandocunque quis munere suo fungitur, vel aliquid facere tenetur ob compensationem factæ sibi concessionis, tunc idipsum proprio sumptu, & expensis facere teneri, nec habere impensarum repetitionem, *arg. l. sua victo ff. de oper. libert. l. 1. C. de aqu. duct. lib. 11.* Menoch. *de retin. possess. remed. 7. num. 32. & 34.* Iac. de S. Georg. *de feud. in v. de Castro n. 15.* Sichard. *in l. 1. num. 3. & seqq. C. de neg. gest. & in l. quoniam liberi num. 7. & seq.* ibique Castr. *num. 3. C. de testib.* Bald. *in l. liberti num. 37. C. de oper. libert.* Surd. *de alim. titol. 1. q. 66. num. 8.* Ias. *in l. si non sortem 26. §. Libertus num. 28. ff. de condit. in deb.* ibique Bartol. *num.* 30. & Alex. *num. 12.* Quibus in specie subscripsere Roman. *cons. 346. num. 15.* & Alciat. *cons. 60. num. 5. lib. 2.* Cùm igitur solium huiusmodi pertineat ad officium Archiepiscopi, sequitur id suis sumptibus fieri, ac manuteneri debere. Arque ita etiam declarauit S. Congregatio Concilij in Vrbinatensi 10. Martij 1663.

Ad secundum respondendum videtur affirmatiuè. 5
Quia per singulos Canonicos huiusmodi res melius conseruantur. At verò tenendum est, esse ioletandum, quatenus ad Canonicos pertineat illarum manutentio. Ita etiam eadem S. Congregatio Concilij in dicta Vrbinatensi eadem die 10. Martij 1663. *ad cap. 1. sess. 25. & c. 9. sess. 22.*

CONSVLTATIO LVI.

An, stante Constitutione Pij IV. de fidei professione, toleranda sit consuetudo quarundam Vniuersitatum studiorum, quod Rectores, & Cancellarij earum, prout etiam Doctores, & magistri in illis publicè docentes, nullam emittant fidei professionem, nec in manibus Ordinarij, nec alterius cuiuscumque. Scholares verò laureandi illam emittunt in manibus Prioris Collegij, qui plerumque est laicus. Ipsa quippè Piana Constitutio indulgens professionem fidei posse emitti in manibus Ordinarij, siue superioris studij, non designat, an dictus superior debeat esse Clericus.

RESpondeo negatiuè, non solùm per motum proprium Pij IV. *incip. In sacrosancta* sub Anno 1564. Idib. Nouembr. sed etiam ex decreto B. Pij V. Gregorij XIII. ex sententia Sac. Congregationis Concilij sub Anno 1577. ac demum ex Sac. Concilio Trident. *sess. 25. cap. 2. sess. 24. cap. 12. & sess. 5. cap. de ref.* Posse verò Scholares laureandos illam emittere in manibus superioris studij, etiam si Clericus non existat, processu tamen, vel debita informatione per ipsius locorum Ordinarios, vel eorum Vicarios ritè facta præcedente, statuitur in ipso motu proprio Pij IV. Et ita etiam censuit Sacr. Congregatio Concilij in Vrbinatensi die 10. Martij 1663. ad dictos locos Concilij, nempè ad formam Constitutionis Pij IV. & Clesicatus non requiri. 1

CONSVLTATIO LVII.

Quando Fisco competat via executiua. Collectarum onus etiam contra Fiscum, quanto tempore præscribatur, & alia quoad iura fiscalia in fauorem Ecclesiarum.

IN hac re certum est pro debito liquido, & pro publicis præstationibus viam executiuam Fisco competere per *l. 2. C. de apparit. Præf. an.* cùm alijs à Peregr. *de iur. Fisc. lib. 6. tit. 7. num. 5.* deductis, Gail. *obseru. 20. num. 5. & seq. lib. 1.* At si prætensum debitum contradictioni conuenti in controuersiam deducatur, non secus ac in priuatorum causis, seruato iuris ordine agendum erit *l. 3. C. de conu. Fisc. debit. l. vn. C. de conduct. & proc. lib. 11.* ibi: *Quoties de causa ad domum Regiam pertinente aliquid quæstionis emerserit, non aliter, quàm ex legum ordine, quibus similiter omne hominum genus tenetur, vel excipiant, vel inferant actiones*, Gail. *loc. cit. num. 8. vbi alia congerit.* 1

Cùm igitur instæ defensionis, vel commoditatis ratio postulauerit *inter priuatos, & Fiscum si aliqua lis mota fuerit, vtrique parti petendæ dilationis per defen-* 2

censores suos copiâ deneganda non est, per textum *in l. omnes C. de delat. lib.* 10. Et generale est, vt quoties aduersus debitum, quod alias ex publica scriptura viam executiuam obtineret, aliquid objicitur, quod reddat causam dubiam, & iustam saltem apparenter, definitiua sententia sit expectanda, & causam amittat viam summariam, & executiuam, vt luculenter probat Merlin. *contr. for. cap.* 2. *lib.* 2. *n.* 16. *& seq.*

Atque ex his in causa Reuerendiss. D. Parochi S. Mariæ Monticellanæ Vrbis super solutione taxæ triremium à Sixto V. imposita Ecclesijs etiam Parochialibus, ordinariè procedendum est, allegata diuturna solutione iuxta antiquam taxam, ipsumque non aliter teneri etiam ex vnione olim Parochiæ S. Stephani ad Silices, nunc S. Bartholomæi ad Coriarios, in eoque statu soluendi esse manutenendum exceptionibus carentiæ actionis, necnon, & legitimæ præscriptionis aduersum R. Cameram, eiusque Fiscum, & exactores oppositis, alijsque pluribus suaderi omnino videtur.

3 Idque potissimùm ex antiquitate temporis. Nouum namque petit huiusmodi taxæ Exactor, nunquam cum Parochis S. Mariæ in Monticellis practicatum, dum à tempore vnionis dictæ Parochiæ S. Stephani tredecim circiter annis ante taxæ impositionem, taxam pro dicta vnione solui debere prætendit. At sola tanti temporis taciturnitas vehementem præsumptionem inducit; quod ideò Fiscos, & Exactores pro tempore non petierint, quia ius minimè souere sciebant, *can. Christianis* 11. *q.* 1. *can. decernimus* 3. *q.* 9. Abb. *in cap. nullus de præscript.* Roman. *cons.* 169. *n.* 5.

4 Vrget hoc ipsum magis, quia singulis ferè annis per oculatissimos Reu. Cameræ ministros, & Exactores rationes huius taxæ reddantur, qui cum diligentissimi præsumantur in iuribus Cameralibus exigendis, & conseruandis, vtique nisi certo sciuissent pro taxa triremium dictæ Parochiæ vnitæ ante Sixtum V. qui illam imposuit, Fisco nullum ius competere, negotium tanti ponderis non neglixissent, vt obseruat ex Baldo *cap.* 1. *ex quib. caus. feud. amit.* & alijs Afflict. *dec.* 13. *n.* 19. Tolerantia autem, & taciturnitas tam longi temporis ministrorum, ad quorum curam, quid pertinet, & est commissum, facit præsumi titulum, & concessionem præcessisse, vt ex Bart. *in l. si publicanus* §. *fin. ff. de publ. n.* 1. quem sequuntur Panorm. Imol. Aret. & alij, probat Maur. sen. *alleg.* 18. *n.* 13. *& seq.*

5 Et scientia in hoc casu præsumenda erat in Fisco, vel saltem supplebatur à iure, quia scientia officialium, & ministrorum Reu. Cameræ, ipsi, ac eius Fisco præiudicat ad effectum præscribendi eorum iura, vt esse communem Doctorum sententiam post Bartol. *in d. l. si publicanus ff. de public.* concludit Lanar. *in constit. quadragenalem* §. *si quis per* 30. *num.* 35. vbi allegat Imol. Castr. Rom. Aret. Cum Bald. Balb. Crauet. & alios, & tradit Couar. *in reg. possessor p.* 2. *in pr. n.* 11. Cost. *de iur. & fact. ignor. insp.* 41. *num.* 11. Rot. apud Farinac. *dec.* 507. *n.* 2. *in nou. p.* 1. Surd. *dec.* 4. *n.* 6. Garz. *de nobil. glos.* 7. *n.* 7.

6 Præcipuè cùm Exactores fuerint etiam publicani. Quantæ enim audaciæ, quantæ temeritatis sint publicanorum factiones, nemo est, qui nesciat, ait Vlpian. *in l. quanta ff. de public.* Vixque credibile est (pace dicam bonorum) quàm inexplebilis sit eorum hominum cupiditas, auaritia, & diligentia in acquirendo, in quos proinde meritò inuehitur S. Laurentius Archiepiscopus Mediolanensis apud Policrat. 6. *c.* 1. Vno verbo, *sunt homines cum senis manibus genere Geryonaceo, quos si Argus seruet, qui oculeus totus est, is nunquam seruet.* Plaut. *in Aulul.*

7 Confirmat hoc idem continuata exactio iuxta veterem taxam longissimo tempore, ex eo quod in istis exactionibus fiscalibus modus in exigendo seruatus per solum decennium attenditur, vt scripsit Bald. *in l. fin. n.* 15. *C. sine cens. vel reliq.* ibi: *Vnde si per libros censuales apparet, quod ita consuetum est per decennium, non est aliud inquirendum, arg. l. census ff. de prob. l. litibus C. de agric. & censit. lib.* 11. Dec. qui alios adducit *cons.* 285. *n.* 2. vbi quod modus seruatus in exactione collectarum spatio decennij non est alterandus, & quod quando quis soluit certam annuam quantitatem pro collectis, ad alia onera compelli non debet, fundat Crauet. *cons.* 111. *n.* 7. sequutus Decium *d. cons.* 285. Et titulus liberatorius præsumitur ex decennali patientia, & obseruantia, Bartol. *in l. cum de in rem vers. n.* 7. *ff. de vsur. ad textum in l. Cùm quidam* §. *Diuus ff. eod.* Castil. *dec.* 66. *n.* 15. *lib.* 1.

Nec refert, quod hæc taxa singulis annis est soluenda, 8
atque adeò vnica præscriptio sufficere non videatur, vel quod contra Fiscum nonnihil centenaria præscriptio admittatur.

Nam, & ius ipsum exigendi hanc taxam, cum in 9
hoc casu ius Fisco non sit incorporatum respectu prætensæ taxæ pro dicta vnione, cùm facta iam, & in Cameralibus libris registrata non reperiatur Ecclesia S. Stephani ad textum in *l. Fiscus* 2. *ff. de iur. Fisc.* centenaria non procedit, sed præscriptio trigintaannorum contra Fiscum admittitur, vt ex Isernia & alijs latè probat Præses de Franch. *dec.* 397. *n.* 14. Et quamuis ius exigendi hanc taxam præstationem singulorum annorum concernere videatur, ius tamen formale, quo illa debetur, vnicum est, & vnica præscriptio sufficit, non solùm pro præteritis solutionibus, sed etiam pro futuris, vt latissimè docet, ac doctorum authoritate confirmat idem Merlin. *contr. for.* 44. *lib.* 1. pro qua pluries in Rota Romana iudicatum tradit à *num.* 9. *& seqq.* Et quidem quoad solutiones præteritas pro tempore præterito nulla Fisco conceditur actio per textum expressum *in l. fin. C. de cens. lib.* 11. his verbis: *Reliqua verò temporis anteacti à nouo domino Fiscum postulare non patimur, ne alterius culpa alter incipiat subiacere dispendio.*

Sicuti quod spatio 30. Annorum onus soluendi col- 10
lectas præscribatur probarunt Curt. iun. *cons.* 42. *col. pen. & cons.* 177. *n.* 10. *ac seq.* Cæphal. post alios *cons.* 528. *n.* 51. *vol.* 1. Ann. *cons.* 59. *n.* 58. *&* 60. vbi ex Barbatia, & Iasone quod sufficit spatium viginti annorum, & plenè docet videndus Crauet. *consil.* 111. *num.* 12. idque ex solo actu negatiuo non soluendi longo tempore continuato, vt probat Boer. *q.* 132. *in princ. p.* 1. & post Abb. Dec. Felician. & alios idem Crauet. *loc. cit. à num.* 3. vbi: *num.* 5. *&* 6. Firmat non requiri interpellationem, vt inde currat præscriptio. Quòd repetit *in tract. de antiq. temp. p.* 4. *num.* 36. *&* 38. Et insuper quando vltra taciturnitatem, & negligentiam in non exigendo interuenit aliquis actus positiuus exigendi ad certam rationem, vt in casu nostro, quo semper fuit continuata exactio iuxta antiquam à tempore illius impositionis, & post dictam vnionem dictæ Parochialis. Tunc enim absque dubio sufficere tempus 30. annorum sine alia requisitione ad soluendum probat Corn. *cons.* 142. & alibi, atque ex Bartolo, Iasone, & ex Doctoribus communiter Crauet. *d. cons.* eodemque *n.* 5. *&* 6.

Concinitque ad id notabile dictum Pauli de Castro 11
cons. 361. *p.* 1. *num.* 3. vbi, quod licèt Parochiani ex conuentione fuissent obnoxij soluere decimam de omnibus fructibus, si tamen 30. annorum spatio de aliquibus non soluerant, inducta est ad eorum fauorem præscriptio, dans rationem notandam in casu nostro; *quia ille*, ait, *qui habet ius plenum, si vtitur semiplenè per tempus legitimum ad præscribendum, sibi præiudicat, vt non possit vti de cætero, nisi sicut vsus est, arg. l. prius, ff. de aqu. plu. arc. l. is, qui vsufr. ff. quib. mod. vsufr. amit. cap. olim. de cens. & ex alijs ibi adductis.* Neque in hoc casu deest centenaria præscriptio, quatenus requireretur. Nam ab Anno 1573. quo dicta Parochia S. Stephani in Silice vnita fuit Parochiæ S. Mariæ in Monticellis, Parochi pro tempore vsque ad præsentem annum 1685. nunquam soluerunt taxam triremium pro dicta vnione.

Cæterum hæc dicta sint pro abundantiore iure; nam 12
sufficit pro perimenda Fisci, ac exactoris actione, quod

Ecclesia S. Stephani non reperiatur taxata in libris Cameræ, & quod taxa triremium fuerit imposita tredecim circiter annis post illius vnionem, ideòque cùm fuerit deinde taxata Ecclesia Parochialis S. Mariæ in Monticellis ad scuta duo quolibet anno, vtique fuit taxata in eo statu, in quo reperiebatur, atque adeò cum ipsa vnione iam facta ita, vt Constitutio Sixti pro impositione taxæ non poterit comprehendere vniones iam factas ante dictam impositionem, pro quibus vnionibus etiam imposita fuit taxa tempore illius impositionis in illis Ecclesijs, quibus vniones huiusmodi factæ reperiebantur, ac proinde cum fuerit eo tempore taxata, etiam pro dicta vnione, cuius argumentum, quia non reperitur regesta in libros Cameræ, non potest iterum taxari, sed seruari debet taxa hucusque soluta.

13 Præterea cùm Parochus S. Mariæ in Monticellis nulla possideat bona certa dictæ Parochiæ S. Stephani iam vnitæ, sed illa possideat Ecclesia Sanctorum Laurentij, & Damasi, solùmque gerit curam paucarum animarum, quæ in pauperrimo statu versantur, à quibus nullum percipit emolumentum, sed potiùs damnum, nullo modo potest amplius in re aliqua taxari. Quòd si aliquid emolumenti ex dicta vnione perciperet ab incertis, cùm tamen dicta incerta sint assignata pro labore, & congrua Parochiali, nulla ex illis debetur portio pro taxa triremium, sicut neque ex illis portionem aliquam deberi Seminario declarauit S. Congregatio Concilij, absurdumque esset ex te incerta soluere taxam certam.

14 Non obstat, quòd in Constitutione Sixti taxa triremium imponatur super certis, & incertis. Nam loquitur coniunctim de beneficijs, & Parochialibus Ecclesijs, quæ habent certa, & incerta coniunctim, non autem de illis, quæ habent solum in certa, assignata præsertim pro labore, & congrua Parochi, quo in casu non dicitur haberi beneficium, sed onus, ac proinde non comprehenditur in dicta Constitutione, in qua solùm comprehenduntur beneficia habentia certa, & incerta coniunctim.

15 Neque obstat, quod Parochiæ, quibus vnitæ sunt familiæ, præsumitur, quod etiam habeant bona certa vnita. Quoniam non valet argumentum à cura animarum ad proprietatem bonorum, sicut non valet argumentum à iurisdictione ad bonorum possessionem, Mynsing. *decad.* 1. *resp.* 11. *n.* 18. Quia res sunt separatæ. Sic Vicarij in Vrbe, qui habent Curam animarum nulla possident bona certa, sed solùm gerunt curam animarum, pro qua percipiunt menstruum stipendium. A separatis autem mala fit illatio, *arg. l. inter stipulantem* 83. §. *Sacram, ff. de verb. oblig.* cùm vulgo alijs. Sunt enim isti actus velut singulares quædam species non ordinatæ, sicut numeri, aut figuræ, nec sicut causa, & effectus virtualiter inclusi in causa, vt patet ex hoc, quod vnus seorsim sine alio inueniri potest, & de facto inuenitur, vt dixi, in Vicarijs curam animarum in Vrbe gerentibus. Cùm ergo cura animarum ex natura sua possessionem bonorum Parochiarum vnitarum non includat, esset profectò contra ius, & æquitatem ex futilissima præsumptione id asserere, & præiudicium Ecclesijs inferre. Quare non præsumptiuè, sed concludenter, tanquam fundamentum suæ intentionis Camera Apostolica id probare tenetur per *text. in l.* §. *quod ait Prætor*, vbi Bart. *ff. ne quid in flum. publ.* Rot. *dec.* 307. *n.* 10. *p.* 6. *rec.* ac alibi, etiamsi præsumptio esset à iure, Surd. *cons.* 130. *n.* 5. Gratian. *discept.* 745. *n.* 57. & *discept.* 748. *n.* 17. Præsertim quia sumus in qualitate substantiali, Felin. *in cap.* 2. *n.* 3. *de rescript.* idemque Gratian. *discept.* 937. *n.* 22.



CONSVLTATIO LVIII.

An funeralia præsertim Episcoporum debeant iterum celebrari in Ecclesia, etiam Cathedrali, in quam transfertur cadauer sepeliendum, & cuius sumptibus?

1 NEgatiuè respondendum censeo. Siquidem iterationi huiusmodi expressè repugnat nedum iuris dispositio, & consuetudo vniuersalis, sed etiam voluntas defuncti, atque hæredis ab eo instituti, cùm non censeatur hoc onus iniunctum in hæredis præiudicium, *cap. verum de condit. appos.* Peuting. *dec.* 358. *n.* 8. & *dec.* 405. *n.* 7. & *in rec. dec.* 210. *n.* 2. *ac seqq. p.* 19.

2 Resistit planè dispositio iuris, quia certissimum est hæredem non posse cogi ad iterandum funerale, & Exequias semel legitimè celebratas, vt in specie firmauit Rota *dec.* 85. apud Tambur. *de iur. Abb. tom.* 3. & apud Dian. *p.* 7. *resol.* .... & apud Murg. *disp. moral. tom.* 1. *pag.* 381. Francesc. *de Eccles. Cath. cap.* 17. *de sepult. n.* 239. Et in terminis Episcopi duarum Ecclesiarum vnitarum, quod in eius obitu non debeant iterari exequiæ, sed debeat vtriusque Ecclesiæ sumptibus sepeliri, notat Tusch. *litt. S. Concl.* 189. *n.* 15. Francesc. *cap.* 8. *n.* 498. & *cap.* 17. *n.* 10. & 240. *cum seqq.* Istaque iteratio multo minus necessaria est in casu, quo alia Ecclesia defuncto Sacramenta non ministrauit, ob quorum administrationem debentur funeralium emolumenta, Ventrigl. *supr. annot.* 52. §. *vn. n.* 26. Merlin. *dec.* 480. *n.* 9.

3 Aduersatur pariter consuetudo. Nullibi enim id obseruatum est non solùm in translatione cadauerum Principum, & Episcoporum, vt testatur Marchet. *in pr. Vic. Capit. tr. de sepult. tit.* 38. §. 2. *n.* 94. & *seq.* Vghel. *in Ital. Sacr. tom.* 1. *v. Tarracinenses Episcopi n.* 55. Sed etiam Summorum Pontificum, vt temporibus nostris in translatione cadaueris Innocentij X. ab Ecclesia Vaticana ad S. Agnetis, Clementis IX. ab eadem Ecclesia Vaticana ad S. Mariæ Maioris. Quæ sanè consuetudo fundatur in iure, ne propter iterationem funeralium fideles auerterent à libera sepulturæ electione, vt arguit Rot. *in d. dec.* 85. apud Tambur. *d. tom.* 3.

4 Similiter obsistit voluntas defuncti. Siquidem, sicut ipse grauauit hæredem ad sumptus translationis sui cadaueris, quamuis ad illos teneretur Ecclesia Cathedralis, cuius forsitan erat Episcopus, dum ipse in ea sepulturam elegerit, & mandauerit ad eam suum transferri cadauer, vt in specie distinguunt Abb. *in q.* 3. *num.* 8. *post sua consilia*, Bellet. *disq. Cler. par.* 1. *de Cler. debit.* §. 3. *num.* 4. Murg. *d. tr.* 1. *pag.* 368. §. 7. *num.* 2. Capyc. *dec.* 84. *num.* 2. ita etiam illum grauasset exequiarum iteratione, si voluisset.

5 Reclamat denique expressa hæredis voluntas, quæ in celebratione funeralium præcisè seruanda est, vt sæpè respondit S. Rituum Congregatio, præsertim in Ferrariensi 7. Septembris 1613. quam refert Aldan. *in comp. Canon. resol. lib.* 2. *tit.* 8. *n.* 26. allegatus à Barbosa *in decis. Apostol. v. hæres, collect.* 406. *n.* 1. & Pasqualig. *ad Lauret. in qq. inter Episcop. & Regul. num.* 1592.

6 Eòque magis quia funerale debitum est Episcopo absque spe repetitionis, vt decidit textus *in l. Etsi quis* 14. §. *sed interdum*, & §. *fortassis de relig. & sumpt. fun.* quem sequitur Rota in *dec.* 135. *num.* 24. & *seq. p.* 16. *recent.* esseque in humanum huiusmodi officium suo Episcopo non exhibere, vt prosequitur Abb. *in d. q.* 3. *sub n.* 6. Quare, licèt sepulturam sibi Episcopus eligeret extra suam Ecclesiam Cathedralem, quemadmodum sibi eligere potest ex Abb. *loc. cit. num.* 8. & Murg. *d. tom.* 1. *pag.* 368. §. 7. *num.* 4. nullum tamen præiudicium hæredi suo intulisse censetur, qui cùm iam semel celebrauerit eius funerale

nerale cum pompa, & apparatu decenti, ac iuxta ritum Ecclesiæ, ac dignitatum personæ, vtique ad aliud non tenetur, reste Barbosa *in reper. iur. Can. & Ciuil. v. funus*, Tiraquel. *de nobil. cap.* 10. *n.* 148. Medic. *de sepultur. p.* 2. *q.* a. *n.* 1. *& seq.* Ludouic. *dec. Perus.* 78. *n.* 15. estque textus *in l. Siquis sepulcrum §. sumptus ff. de relig. & sumpt. fun.*

7 Idque præcipuè si Capitulum Cathedrale non persoluerit iusta suo Antistiti. Ideòque si officium funebre celebrauerit occasione translationis cadaueris, debet censeri celebratum in satisfactionem suæ obligationis, cùm de iure totus Clerus Cathedralis debeat conuenire ad celebrandum officium funebre, & quidem gratis pro suo Pastore, Abb. *d. q.* 3. *n.* 4. *& seqq.* Beller. *loc. cit. §.* 3. *n.* 4. Capel. Tholos. *q.* 498. *n.* 1. Capyc. *d. dec.* 84. *n.* 2.

8 Neque obstaret excessus sumptuum in huiusmodi officij funebris celebratione à Capitulo facta, nempè cœnotaphij cum baldachino, culcitra, & puluinari, alijsque pompis, quia huiusmodi sumptus non sunt necessarij, vt tradit Murg. *d. tom.* 1. *pag.* 368. *§* 7. *n.* a. *&* 4. Atque adeò sibi hoc imputet Capitulum, dum vltrò illas fieri fecit. Nemo enim inuito hærede defuncti violenter, & tanquam per vim potest officium funebre peragere, vt funeralium emolumenta lucretur, sicut admonet Murg. *vbi supra pag.* 286. *n.* 7. vt proinde non poterit repetere quod contra mentem defuncti, & eius hæredis impendit, *d. l. Et si quis* 14. *§. hac actio ff. de relig. & sumpt. fun.* Medic. *d. tr. de sepult. p.* 2. *q.* 2. *n.* 3. *& seqq.*

9 Nihilque præiudicaret hæredi, si in huiusmodi iteratione consentirent Exequutores testamentarij. Tum quia factum Iudicis non est factum partis ex Benintend. *dec.* 93. *n.* 7. Caual. *dec.* 539. *n.* 9. Et tum quia cùm defunctus hoc onus non iniunxerit, neque iniungendi facultatem dederit Exequutoribus, ipsi dicuntur excessisse fines mandati, nec potuerunt defuncti voluntatem eludere, ac hæredem in hoc grauare, vt considerat Rot. *dec.* 364. *n.* 11. *ac seqq. & dec.* 370. *n.* 9. *& seqq.* coram Priolo, ac disertè in *dec.* 210. *n.* 2. *& seqq. p.* 19. *recent.*

10 Denique non refragatur, quòd funeralia, & exequiæ in Vrbe, vel in Cathedrali respiciant dignitatem personarum. Nam ex hoc non infertur ad onus iterandi funerale à testatore non expressum, sed solùm ad illius decorum ea adductis à Io. Bapt. de Luca *in tr. de iurisd. & for. comp. disc.* 31. *n.* 3. *tom.* 3. vbi de Cardinali Triuultio, exercente etiam munus Gubernatoris in Ciuitate Mediolanensi fuerunt ei semel exequiæ celebratæ cum interuentu Regis, Senatus, atque Exercitus.

11 Non potest igitur hæres compelli ad celebrandum iterum funerale in Ecclesia, ad quam transfertur cadauer sepeliendum, sed solùm ad erogandum ius sepulturæ. Nam funeralia fiunt in die funeres, declarauit B. Pius V. *in constit. quæ incipit: Etsi mendicantium*, & Benedictus XV. *in Extrauag. inter cunctas de priuil.* vbi ait, funeralia intelligi, quæ cum funere deferuntur. Cumque ista fuerint semel solemniter celebrata in die funeris, non possunt cogi hæredes defuncti ad iterum illa celebrandum, sed si Ecclesia tumulans ad se funeralia spectare prætendat, debet agere cùm Ecclesia, in qua funeralia celebrata fuerunt, non autem cum hærede defuncti, vt ex Trid. *sess.* 25. *cap.* 3. *de ref. & ex cap.* 1. *de sepult.* Et in specie translationis cadaueris ad sepulturam declarauit S. Congregatio super Episcopis in Panormitana a. Augusti 1658. & antea in Neapolitana 4. Augusti 1597. declarando huiusmodi translationes fieri debere sine solemnitate, vt apud Nicol. *p.* 1. *lucubr. lib.* 4. *tit.* 15. *n.* 27.

12 Cùm igitur non sint iterum celebranda funeralia in alia Ecclesia, præterquam in illa, in qua expositum est cadauer, solùm erogandum est Ecclesiæ tumulanti ius sepulturæ, quia in illa duntaxat sepeliri debet cadauer, non autem exponi. Quod ius est erogandum iuxta morem Regionis ad *text. in cap. ad Apostolicam de simon.* & decernitur in statuto Cleri Romani *c.* 4. *§.* 3. *&* 4. quod est desumptum ex sacris Canonibus, ac vetustissima, & vniuersali Ecclesiæ Romanæ consuetudine.

CONSVLTATIO LIX.

Albertus quidam accusatus est, quod reliquias Sanctorum Martyrum è Cœmeterijs ab eo extractas in commercio posuerit, ac pretio diuersis personis vendiderit, quodque eas effoderit sine notarij, ac aliarum personarum legitimo interuentu, & in propria domo ad numerum non exiguum retinuerit, ac sigilla impressa in quibusdam chartulis, stemma Emmentissimi Cardinalis Vicarij exprimentia, nec non diuersa nomina Sanctorum in quibusdam folijs impressa. Ideò quæritur, an, & quas pœnas incurrerit? Vbi opportunè de origine Cœmeteriorum, *& remissiuè de cultu Reliquiarum.*

PRimò cùm in *Can. Corpora de consecrat. d.* 1. Sanctorum corpora perpetuè sepulturæ tradita non possint erui, & transferri sine licentia Papæ, aut Episcopi, aut Synodi, aut Capituli Canonicorum, excepta necessitate incendij, vel reparationis, vel mutationis altaris, vt per Sanch. *lib.* a. *in decal. cap.* 43. *n.* 25. & Layman. *lib.* 4. *tr.* 7. *cap.* 5. *n.* 17. ideò videtur commisisse sacrilegium, quia rem sacram è loco sacro abstulit contra formam assertæ licentiæ per textum *in c. nulli q.* a. Archid. *in d. Can. corpora*, & Azor. *tom.* 1. *instit. mor. lib.* 9. *cap.* 8. *q.* 9. Atque adeò incurrit iuris infamiam, & consequenter est irregularis, textus *in cap. fin. de furt. c. si quis presbyter* 50. *d.* Abb. & Doctores in *cap. Conquestus de for. comp.* Et procedit, etiamsi non sit sententia condemnatus, si tamen crimen est notorium, vt probatur *in d. cap. fin.* & *in cap. fin. de temp. ordin.* 1

Accedente præsertim edicto Cardinalis Vicarij edito iussu Pauli Quinti anno 1613. die 24. Augusti, in quo cautum est, ne quis audeat, vel præsumat, vel possit ingredi in aliquam ex cryptis, catacumbis, vel Cœmeterijs intra, vel extra Vrbem Romanam, neque ab illis extrahere Reliquias ne quidem in minima particula, neque ad id præstare auxilium, vel fauorem sub pœna triremium, & alijs arbitrio Vicarij ipso facto incurrendis, & excommunicationis latæ sententiæ, & reuocat omnes licentias in scriptis concessas, easque in futurum, si concedantur, irritas declarat, extenditque dictas pœnas, & censuram ad omnes, ad quorum instantiam fiet extractio, aut attentata fuerit, & ad complicea, atque ad recipientes scienter Reliquias illicitè extractas, vt supra, & absolutio dictatum pœnarum Papæ reseruatur. Regulares autem vltra dictas pœnas incurrant ipso facto priuationem vocis actiuæ, & passiuæ, ac inhabilitatem ad dignitates, & gubernationes suæ Religionis, & dispensatio, ac rehabilitatio Papæ reseruatur, vt per Bonac. *de censur. in part. disp.* a. *q.* 1. *pun.* 13. *§. incidens.* 2

Et ex Breui eiusdem Pauli V. promulgato in edicto Cardinalis Millini Vicarij Vrbis anno 1614. die 16. Maij statutum est, vt nullus vigore licentiarum à Papa viuæ vocis oraculo ante duos menses proximos concessarum, possit Reliquias extrahere de Ecclesijs, Monasterijs, locis pijs, Cœmeterijs, vel cryptis intra, vel extra Vrbem, aliàs incurrant excommunicationem ipso facto Papæ reseruatam, eamque extendit contra eos, qui curam habent, seu gubernationem dictarum Ecclesiarum, vel locorum, si permiserint, seu consenserint extractioni. Contra verò furantes Reliquias è locis sacris extra Vrbem Romanam, eiusque suburbia, nulla est censura, vel pœna latæ sententiæ, vt testatur Sanch. *in decal. lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 24. Bonac. *super* 1. *precept. decal. q.* 1. *pun.* 4. *n.* 1. nisi interueniat effractio loci sacri, vt per Suar. *disp.* 22. *de censur. sect.* 2. *n.* 9. Et licèt Barbos. *de potest. Episc. alleg.* 50. *n.* 158. referat excommunicationem latam à Gregorio XIII. *in Bulla quadam, incipiente,* 3

Pontificiæ solicitudinis contra transferentes Reliquias de loco sacro ad Prouinciam Mediolanensem, vel de vna ad aliam Ecclesiam, seu locum sacrum, & contra concedentes aliquam particulam ex eis, & contra recipientes, tamen dicta Constitutio in nullo Bullario reperitur.

4 Cumque apud se huiusmodi Reliquias idem Albertus retineret, dici poterit ipsarum contemptor, & tamquam hæresis suspectus puniri, Simanch. *Cathol. instit. tit.* 37. *n.* 17. & Azor. *loc. cit. q.* 4. Iure enim canonico statutum est Reliquias Sanctorum asseruari debere in loco honestissimo, ac in nitidis, & decoris vasculis, vt *in cap. audiuimus de reliq. & vener. Sanct.* & contrafaciendo sacrilegium esse, firmat D. Gregorius *Ep.* 30. Vnde, & publicum crimen dicitur, quod in hoc committitur, quia est iniuria contra Religionem, *l. manichæos* 4. *C. de hæret.* & Clar. *in pr. q.* 1.

5 Tertiò, quia sine aliqua superiorum licentia multa corpora, & Reliquias Sanctorum Martyrum diuersis personis ad suum libitum largitus fuerit, & ab ipsis pecuniarum quantitatem, ac munera receperit, quæ longè excesserint tam eius laborem, quàm sumptus in reaptandis dictis corporibus, ac Reliquijs, videtur incurrisse pœnas contra simoniacos per textum in *can. Siquis Episcopus* 1. *q.* 1.

6 Neque dicatur dicta munera, & pecunias sponte ipsi traditas fuisse. Nam statim ac munus recepit, ob causam illud recepisse dicendum est. Munus enim ex sua natura necessariò causam includit ex Vlpiano *in l. inter donum ff. de verb. signif.* & differt à dono, tanquam genus à specie, cùm omne munus sit donum, non contra. Et donum propriè dicitur illud, quod est sine causa. Vnde cùm in hoc casu adsint munera, causam quoque adesse debet, quæ sanè alia esse non potest, nisi spiritualis, &c. corporum Sanctorum Martyrum, & Reliquiarum traditione proueniens ad textum in *d. can. nullis cum seq.* 1. *q.* 1. Ergo recipiendo munera ob causam præfatam simoniacus effectus est, & tamquam talis acriter puniendus, cùm simonia sit crimen exceptum, & publicum, *cap. tanta de simon.* & *l. si autem C. de Episc. & Cler.* vbi Baldus, & inter grauiora reputatur à Diaz, *in pr. crim. can. v. Simonia*, & crimini læsæ maiestatis æquiparatur, Felin. *in cap. sicut* 1. *in fin. de sim.* Quare in omni materia commissa condemnatum in iudicio sententia definitiua reddit infamem infamia iuris, & irregularem, vt *can. fin.* 1. *q.* 3. vbi est sermo de beneficijs, Sacramentis, & Sacramentalibus, ibique Glossa, & Turrecremata, Glos. *in cap. ex diligenti v. infamia de simon.* Boer. *q.* 117. *n.* 4. Angel. *v. simonia* 6. *n.* 8. Menoch. *de arb. cas.* 401. *n.* 26. Sanch. *opusc. lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 104. *n.* 7. 9. & 18. & de communi testatur Suarez *tom.* 1. *de relig. tr. vlt. de simon. cap.* 56. *n.* 21. facitque *c. vlt.* 1. *q.* 7. vbi omnia crimina in comparatione simoniacæ hæresis quasi pro nihilo reputantur.

7 Quinimmò attenta communi sententia, quæ habet, omne crimen enorme, depositione dignum, notorium afficere eo ipso infamia iuris, idem dicendum de simoniaco, vt tenet magis communis opinio apud Sanch. *loc. cit. n.* 7. & probatur *ex cap. inquisitionis in princ. de accus.* & *extrauag.* 1. *de simon.* Simonia autem est crimen depositione dignum per textum *in d. can. Siquis Episcopus* 1. *q.* 1. quamuis aliqui contrarium doceant in simonia beneficiali, vt Præpos. *in can. presbyter n.* 4. & 5. 1. *q.* 1. Sanch. *d. dub.* 104. *n.* 9. *ac* 16. cum Henriquez, Couaruuia, & Nauarro, asserentes, non esse crimen depositione dignum, & ideò, neque si notorium sit, redderet irregularem, vel infamem, nisi sequatur sententia condemnatoria, vt supra; quia est simonia contra solum ius positiuum. Vnde super hac pœna infamiæ, vel irregularitatis non potest Episcopus, seu Prælatus subditis suis dispensare, quia est de grauioribus criminibus, vt per Sanch. loco citato *dub.* 120. *n.* 43. nisi tamen casus sit occultus ex Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de ref.*

8 Quæ pœna procedit non solùm contra simoniacos principales, sed etiam contra cooperantes minus principaliter, vt mediatores, quia quoad pœnas sententiæ ferendæ, & quoad infamiam, & irregularitatem ex tali sententia resultantem, veniunt nomine facientium, seu committentium crimen, & pœna ordinaria puniuntur, *cap.* 1. *de testib. in* 6. Gemin. Franch. & Anchar. *ibi*, & Glos. *in d. Can. Siquis Episcopus v. mediator* per illum textum.

9 Adeòque, vt in hoc peccato simoniæ non detur paruitas materiæ, vnde numquam potest esse peccatum veniale ex parte materiæ, sed semper est peccatum mortale, quia eius malitia consistit in contemptu rei spiritualis formaliter sumptæ, & non materialiter. Forma autem est indiuisibilis, *cap.* 1. *de baptism. l. Cum hi, §. si Prætor ff. de transact.* Dec. *in cap. de appellationibus de appel.* Et quia omnis entitas spiritualis pecunia, & re temporali quacumque æstimari non potest. Vnde etiam in parua materia à simoniaco res magna contemnitur, & magna adest iniuria, neque excusat paruitas pretij, quin aggrauat culpam, & iniuriam in rem spiritualem, dum minoris æstimatur, vt docent Nauar. *cons.* 52. *n.* 3. *de simon.* Reginald. *lib.* 23. *n.* 166. Sanch. *in decal. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 1. & *lib.* 7. *cap.* 28. *n.* 8. & *lib.* 2. *opusc. cap.* 3. *dub.* 110. Laym. *lib.* 4. *tr. de simon. cap.* 8. §. 1. *n.* 4. & Tanner. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 8. *n.* 26.

10 Accedit, quod cum simonia apud Legistas idem sit, ac crimen ambitus, vt per Bartol. *in l.* 1. *ff. ad leg. Iul. de ambit.* Laici simoniam committentes pœna ambitus puniuntur. Et quando in officio quispiam se malè exercet, & corrumpitur accipiendo munera, tunc sine dubio punitur pœnis, de quibus *in §. Siquis autem in auth. vt Iud. sua quoque suffrag. col.* 6. scilicet pœna furti. Fur autem plura furta committens etiam in re parua capite puniendus est, Farinac. *de furt. q.* 177. *p.* 4. Cùm igitur iste reus plura munera receperit diuersis temporibus, plura furta commisisse dicendum est, & sic vltimo est afficiendus supplicio. Et quidem non abs re. Nam si priscos oratores, etiam in causis profanis agentes nedum pacisci, verùm etiam munera, & dona, aut xeniola recipere pudebat, authore Plinio *lib.* 5. *Epist. ad Valer.* quantò magis erubescere deberent ij, qui res sacras pactis muneribus, ac donis vendunt?

11 Quartò, cùm vsus fuerit sigillo Cardinalis Vicarij ad effectum comprobandi Reliquias à se distributas, & fortassè falsas, cum sigillum faciat rem indubiam, & veram, Bald. *in l. bonæ fidei col.* 3. *C. de reb. cred.* Innoc. *in cap.* 2. *de fid. instr.* meritò incidit in pœnam falsi, idem Bald. *in l. falsus in fin. C. de furt.*

12 Ac denique cum plura instrumenta concessionis Reliquiarum, & Corporum Sanctorum Martyrum sub diuersis nominibus rogauerit, ideò incurrit pœnas, in edicto Cardinalis Millini Vicarij de mandato Pauli V. contentas, in quo prohibitum est, nequis sæcularis, aut Regularis fidem vllam, aut testimonium, siue instrumentum, siue scripturam publicam, vel priuatam faciat extractionis, donationis, consignationis, translationis, aut alterius contractus, aut scripturæ, vbi fiat mentio Reliquiarum, nisi cum licentia in scriptis eiusdem Vicarij Vrbis, non suffragante quacumque Sedis Apostolicæ licentia aliter emanata, & transgressoribus ibidem statutæ sunt pœnæ, scilicet dominis officiorum pœna priuationis officiorum; notarijs autem, & substitutis pœna 500. scutorum, & has pœnas decernit incurri ipso facto. Religiosis autem sub pœna priuationis vocis actiuæ, & passiuæ in perpetuum, & exilij ab omni ditione Ecclesiæ Romanæ. Sed hæ pœnæ non videntur quoad Religiosos ipso facto incurrendæ, vt patet ex verbis edicti, & pœna priuationis officij non ligat ante sententiam declaratoriam; idemque est de pœna illa pecuniaria. Et hæc contra Albertum attuli.

13 Verùm pro Alberto dico, quod, vt incurratur pœna contra simoniacos illata, constare debet, quod initus sit venditionis contractus, qui propriè dicitur cum pretio certo cum re certa commutatio, *§. pretium instit. de empt.* Si igitur pretij mentio facta sit, tunc semper emptio, & venditio præsumitur *l. fin. C. de præd. Curial.* Accurs. *in l. cum dotem C. de iur. dot.* Propriè autem pretium est, quando facta æstimatione pro re certa tanti æstimata pecunia soluitur ita, vt sit mensura rei venalis, neque verè pretium esse potest, nisi quod sit alicuius rei sic æstimatæ mensuratum pretium, Goth. *ad l. qui vt* 48.

§. Cum

§. *Cum fur ff. de furt.* Et pretium dicitur quasi petitium, quia statui debet ex opinione communi eorum, qui istarum rerum periti sunt, non prout cuique videtur, Gæd. *ad l. rei appellatione 5. n. 4. ff. de verb. signif.* Et hinc est, quod super pecunijs numeratis potest constitui locatio, tamquam in re aliqua, & non vti in pecunia, seu pretio aliquo determinato, vt volunt communiter omnes summistæ, & notatur à Glos. *in can. si fenerans 14. q. 3. & in cap. Consuluit de vsur. ac in l. 3. ff. commod.*

14 Quare videndum, an pecuniæ receptæ ab ijs, quibus Reliquiæ traditæ sunt, possint dici, quod receptæ fuerint loco pretij, an verò loco remunerationis; secus autem, si donatis Reliquijs, & ab Alberto ornatis, ac perbellè, ac reuerenter comptis pro eius laboris præmio, ac impensarum pecuniæ ipsi reddebantur. Quod non video prohibitum, neque à iure denegatum, cum antidoralis obligatio hoc requirat, *l. sed etsi ff. de pet. hered.*

15 Nec quicquam facit cogitatio quædam mentem Iudicis agitans, nempè, quod hic Albertus pecunias recepit vltra condignum laboris & impensarum, & sic facillimè suspicari possit, quod pro pretio, & non pro præmio laboris pecunias receperit.

16 Nam antidora, quæ est idem ac remuneratio *d. l. sed etsi §. Consulit*, si fuerit associata virtuti, non limitatur à tenacitate, sed augetur liberalitate, quæ dicitur donatio, quia liberè ac remota à necessitate fit, Glos. *in l. hoc iure 19. §. non potest ff. de donat.* Et consistit in largitate, & emissione pecuniarum, vt ait D. Thom. 2. 2. *q.* 117. *ar.* 2. cùm sit circa dona illarum, vt notat idem S. Doctor eadem 2. 2. *q.* 134. *ar.* 3. *in* 1. *arg.* In pecunijs enim consistit obiectum, & materia liberalitatis, cui aliquando additur magnificentia, quando ad magnum vsum pecuniarum dirigitur, cùm etiam magnificentia tribuat dona, vt dicitur *in 4. eth.* Et sic si Albertus quandoque recepit plusquam laboris iustitia requirebat, dummodò non exigat ad virtutem liberalitatis Dantis reduci debet, quæ, vt ait D. Augustinus *de defin.* est motus quidam animi faciendi, & approbandi liberas largitiones.

17 Eòque magis si Albertus hæc omnia sponte confessus fuerit. Quo fit, quod bona fides, non virium in eo considerari possit. Quia si de vitio conscius fuisset, non ita de facili hoc Iudici propalasset, & sic intrat illa vulgaris regula, quod spontanea confessio excludit dolum, Farin. *cons.* 106. *n.* 22. Becc. *cons.* 96. *n.* 15. Bertaz. *cons.* 193. *n.* 14. Bursat. *cons.* 152. *n.* 33. Idcircò sponte confitenti parcitur *l. edicto D. Traiani ff. de iur. fisc.* vbi Glossa, cum demonstrat probabilem ignorantiam, Farin. *cons.* 155. *n.* 9. vel bonam fidem, & iustam causam credendi, posse dictas pecunias recipere, & sic excusari à dolo dicendum est per ea, quæ dicit Bertaz. *d. cons.* 193. *n.* 13. *& seq.*

18 Neque dicatur, non constare, quod præfatæ pecuniæ fuerint in effossionem Reliquiarum erogatæ, sed benè constare ad manus Alberti peruenisse. Nam constito, quod præfata pecunia fuerit data ad istum effectum, & non in pretium Reliquiarum, sequitur, quod attendendum sit hoc principium, etsi aliter suspicetur, ad fiscum spectat probare, quod illas recepisset pro pretio dictarum Reliquiarum, quod non præsumptiuè, sed concludenter probari debet, cum hæc sit intentio fisci.

19 Quod autem ipse solus absque interuentu notarij rogantis de extractione, è cœmeterijs extraxerit multa corpora Martyrum, excusari poterit propter primordium veritatis, nempè ob facultatem, quam habebat ad Reliquias effodendum. Nam credulitas ista excusat à dolo, Farinac. *cons.* 44. *n.* 5. *& q.* 30. *n.* 177. etiamsi sit fatua, & temeraria, atque iniusta. Quo in casu stari debet eius iuramento, vt per eundem Farin. *cons.* 155. *num.* 9.

20 Ad illud de retentione Reliquiarum pariter respondetur nihil obstare. Nam illas potuerat retinere pro illis expoliendis, & ex permissione, imò ex credulitate, quam probabiliter habebat, vti minister.

21 Ad illud autem, quod dicitur de sigillis cum impressione stemmatis Em. Vienrij non satis liquet, quod ad delictum fuerint præparata. Immò cum Albertus reddat causam verisimilem, nempè pro sigillandis cancellis Cœmeteriorum, excusari debeat à dolo, dum per Fiscum aliter non probetur.

22 Quod autem ad Cœmeteria. Quia Deus Adamo dixit *puluis es, & in puluerem reuerteris Gen.* 3. ideò Sancti Patres à condito statim mundo corpora defunctorum terræ mandarunt. Id, quod indifferenter quoquo loco fecerunt primo. Abraham Patriarcha primus omnium legitur *emisse ab Ephron Ethæo filio Saor propè Hebron quadrigentis siclis speluncam duplicem, & agrum circa eam, sepelisseque in ea Saram vxorem suam, inibique ipse quoque repositus deinde fuisse.* Vnde etiam Cœmeterij condendi institutum Abrahamo primò omnium assignant, teste Polyd. Vergilio *de inuent. rer. lib. 6. cap. 6.*

23 Quemadmodum autem veteres tam antiquæ, quàm nouæ legis Patres, *mortuos dormire dicebant*, quod frequenter in sacris litteris inuenitur, vt illud: *Dormiuit cum patribus suis in senectute bona.* Et 1. *Thessal.* 4. *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini*, sic etiam eorum sepulcra appellabant Cœmeteria, quod significat loca ad quietem, & somnum comparata. Athenæus quidem *lib.* 4. ex Dosiadis item *lib.* 4. scribit, *apud Cretenses in singulis Ciuitatibus fuisse quasdam ædes publicas ad excipiendos peregrinos, & hospites, quæ appellata fuerint Cœmeteria.* Sed Christiani veteres hoc nomine pro locis sepulturæ speciatim assignatis præcipuè vsi sunt: quæ loca etiam excipiunt homines mortuos, qui dum adhuc in viuis essent, peregrini fuerunt.

24 Fuisse præterea apud Christianos persecutionum tempore Cœmeteria præcipua quædam Templa, siue loca sacra, in quibus ad sua sacra conuenire possent, testantur historiæ. Ita in persecutione sub Georgio Alexandriæ, cùm aduersarij pietatis præualentes Templa obtinerent, in Cœmeterijs Christiani conuenire cogebantur ad orationem, Theodoret. *lib. 2. cap.* 14. Qua de re Onuphrius Panuinius *in append. ad Platinam* de Cœmeterijs ita scribit: *Quia veteres primitiuæ Ecclesiæ patres solebant ad sepulchra Sanctorum martyrum, quorum sacrosancta erat memoria, anniuersario die passionis eorum conuenire, ampla, & capacia cœtibus publicis orationum loca, cœmeterijs adiacentia, etiam cœmeteria vocarunt. Legimus veteres Romani Pontifices inter martyrum tumulos stationes, id est, omnes actus publicos Pontificales celebrare consueuisse. Itaque hæc Cœmeteria erant Christianis veluti Templa, & orationum loca, in quibus Episcopi synodos congregabant, sacramenta administrabant, & verbum Dei concionabantur. Hinc illud scitu dignum, quod cum Imperator quispiam persecutionem in Christianos instaurare constituisset, ante omnia eos à Cœmeterio arcere solebat, ne in vnum conueniendi eis facultas esset.*

25 Itaque legimus apud Eusebium *lib. 7. cap. 9.* Æmilianum iuridicum Ægypti in Valeriani persecutione sic Dionysium Episcopum, presbyteros, & Clericos Alexandrinos, & alios Christianos in Christi fide constantes alloquentem: Video vos & ingratos esse, & non sentire mansuetudinem Augustorum, quapropter Alexandriæ non eritis, sed in Libyam relegabo vos, & vobis, alijsque non licebit amplius synodos colligere, vel ad Cœmeteria, sicut vocant, ingredi. Et historiæ eiusdem *lib. 9. cap. 2.* legimus: *Galerium Maximinum aliquando conatum Cœmeteria Christianis rursus adimere, cum eos dissipare, atque pessundare vellet.* Itaque, inquit, nihil non ad subuersionem nostram molitus, primum nobis libertatem in cœmeterijs conueniendi prætextu quodam adimere conatur. Rursum cùm Imperator alius persecutionem in nos reprimere vellet, ante omnia ius conueniendi in Cœmeteria reddidit. Extat Galieni Augusti edictum, quo Christianis Cœmeteria sua restitui iussit, vt ad sua sacra coire possent, quibus à patre suo Valeriano Imperatore paulò ante impijs edictis prohibiti fuerant. Meminit huius rei Eusebius *lib. 6. cap.* 13. Ex his igitur liquet apud Christianos primitiuæ Ecclesiæ Cœmeteria loca sacra fuisse, in quibus ad sua sacra conuenire possent.

26 In eiusmodi Cœmeterijs fabricas materiales, & ædes aliquas, in quibus fideles conuenerint, fuisse, author est Damasus Papa, qui in Fabiani Papæ, & Martyris vita, ita ait: *Hic multas fabricas per Cœmeteria fieri præcepit.* Idem Damasus ait: *Liberium Papam de exilio reuer-*

reuersum, habitasse in Cœmeterio Agnetis. Immò in Cœmeterijs Romæ existentibus baptismum, & cœnam dominicam celebrare, Vigilias decantare, ordinationes, & stationes veteres solitos fuisse Panuinius ibidem docet.

27 Cœmeteria autem, vel loca sepulturæ mortuorum destinata non intra, sed extra vrbes fuisse apud veteres, multa sunt, quæ testantur. Durandus *in rational. diuinor. lib. 1. cap. 5.* inquit, *morem fuisse antiquitus, vt homines in proprijs domibus sepelirentur; sed postea propter cadauerum fœtorem statutum esse, vt extra ciuitates sepeliantur, & locum quendam communem ad hoc destinatum. Nobiles verò sepultos super montes, & in medio montium, & in radicibus eorum.*

28 Romani ab initio in domibus, quas singuli incolebant dolijs, aut vasculis condebant mortuos. Qua ex causa Lares, domesticos Deos colere cœperunt. Postea lege duodecim tabularum, ne in Vrbe sepelirentur, neue vrerentur, sancitum fuit: *In Vrbe ne sepelito, neue vrito*. Cineres tamen eius, qui triumphasset, aut Imperatoris, qui hostes bello domuisset, vel armis Rempublicam auxisset, in Vrbem ferre licebat, quibus hoc honoris causa, vt in foro conderentur, tributum est, Alex. ab Alex. *lib. 3. cap. 2.* Ne tamen in familiam ius sepulcri descenderet, simul prouisum fuit.

29 Quamuis autem Romæ benè meritis sepulcra in Vrbe admissa fuissent, illud tamen posteris temporibus sub Consule Duellio Senatus inhibuit. Et scribit Vlpianus, Adrianum Imperatorem pœnam statuisse aureorum quadraginta in eos, qui in Vrbe sepulcrum fecissent, quàm fisco inferri iussit, & cadauer inde transferri. Ipse tamen Adrianus, sed solus omnium, post hanc latam legem intra Vrbem, & in foro sepultus est, sicut refert Eusebius *in chron.* Huc etiam pertinet, quod Appianus scribit, inter præcipua, cur legem Agrariam recusarint diuites, fuisse, quod impium ducerent monumenta maiorum ad alienos transferre. At hoc prætexere non potuissent, nisi sepulcra illi in agris habuissent.

30 Frequentius autem in Flaminia, aut Latina via, aut suburbijs, & anfractibus viarum Romanorum gentilitia sepulcra fuerunt. ibique Calatini, Scipiones, Metelli, Seruilij, aliorumque honestissimæ familiæ condebantur. Plebis autem sepultura fuit in Exquilijs, vel vltra potiùs, vt Varroni placet, in loco, quem *puticolo* vocabant, vt etiam Horatius in sermonibus indicat, & Acron exposuit. Nam eo in loco vstrinas fuisse publicas, Porphirius scribit. Existimarunt fortè Romani, alijque ethinici, si intra pomærium cuiusque sepulcrum foret, huiusmodi feralibus contaminari sanctum municipiorum ius, polluique Vrbis genium, aut tetro cadauerum odore pestilenti aere affici.

31 Apud Iudæos quoque Cœmeteria extra Vrbes fuisse historia filij viduæ Naimitanæ testatur. Similiter constat Lazari sepulcrum extra Bethaniam, & Iosephi Arimathæi intra Hierosolymam fuisse. Et in monumentis, quæ extra Vrbem Gersenorum erant, domicilium suum habuit dœmoniacus, *Marc. 5.*

32 Romæ etiam ab initio Christianorum Cœmeteria extra Vrbem fuisse ex Panninij Cathalogo Cœmeteriorum Vrbis Romæ facillimè colligitur, & disertè Volaterranus *lib. 22.* indicat, Iulium Papam sub Constantino Imperatore extruxisse tria cœmeteria in totidem vijs Flaminia, Aurelia, & Portuensi. Ita Alexandriæ Cœmeteria sua extra Vrbem quoque habuere, in quibus tempore persecutionis ad orationem conueniebant. Prosper Aquitanus Episcopus extra Vrbem elatus, & sepultus est, in vita eius. Ita, & Armenium, Iustini in Episcopatu Luccanico successorem extra Vrbem iam mortuum elatum, Gregor. Turon. *lib. 2. cap. 1.* refert. & Chrysostomus *in serm. de fide, & lege* ait: *omnem Ciuitatem, omne Castellum ante ingressum habere sepulcra ante portas, ante agros esse sepulcra, vt contendens intrare ciuitatem, quæ imperat, & floret diuitijs, & potentatu, alijsque dignitatibus, priusquam videt, quod secum concipit, videat primum, quod sit.* S. Vedasti quoque Episcopi Atrebatensis, qui circa annos 510. floruit, familiares dixisse Albinus Flaccus, Alcuinus in eius vita refert, mandasse eum, vt nullos intra muros Ciuitatis sepeliri debeat, quia omnis ciuitas locus esse debeat viuorum, non mortuorum, Laurentius Sur. *to. 1. de vit. Sanct.* In Bracarensi Synodo 1. Anno 610. conuocata præcipitur *c. 36.* ne corpora defunctorum intra Basilicas Sanctorum tumulentur, sed fiant omnes sepulturæ extra Ciuitatem. Morem autem hunc diu inter Christianos homines seruatum fuisse ex multis vestigijs apparet, quæ adhuc hodie in multis vetustis, & celebrioribus Oppidis extant.

Etsi verò gentibus instituti huius causa præcipua fuit 33
fortassè, vt in Vrbibus mundicies seruaretur, & aer minus inficeretur ex cadauerum putrescentium fœtore; tamen in Dei populo maius mysterium obseruatum in hac re fuit. Nam funerum deductione extra vrbes publicè testabantur, defunctos iam è mundo exiuisse, & alterius Ciuitatis ciues factos esse, eius nimirùm, quam in Cœlis habent, quotquot per fidem filij Dei facti sunt.

In primitiuæ Ecclesiæ historia legimus, corpora Sanctorum Martyrum in huiusmodi Cœmeterijs extra Vrbes, vel alijs locis ignobilioribus humata, pace reddita Ecclesiæ certatim inde effossa, in Templa translata, ibique sepulta fuisse.

De initio Cœmeteriorum in Vrbibus iuxta Templa 34
Panuinius sic scribit *in lib. de rit. sepeliendi mortuos: Cùm antiquitus tantum extra Vrbem in Cœmeterijs hominum corpora sepelirentur, pace Ecclesia data intra Vrbes ad Templorum limina, postea etiam in Templis ipsis sepeliri mos inualuit. Constantinus in porticu Templi Apostolorum Constantinopoli. Honorius in porticu Templi S. Petri Romæ, eius vxor intra idem Templum sepelitι sunt.*

Decet autem Christianos homines Cœmeteria, siue 35
sepulturæ publicæ loca sacra putare, neque permittere, vt vllis profanis vsibus violentur. Etsi enim improborum petulantia defunctis nihil incommodet, eadem tamen frænanda, & Christianæ disciplinæ legibus coercenda est, ne eorum fidem ridere, & ijs insultare videamur, quorum corpora cùm in viuis essent, Spiritus sancti Templa fuerunt, nunc autem in Christo sopita quiescunt.

Et vt ad exteros transeamus, nulla ex gentibus non 36
omninò barbaris tam efferata fuit, quæ non senserit sepulcrorum habendam esse rationem. In Romanis certè legibus hæc habetur: *Vbi corpus de mortui hominis condas, locus sacer esto*. Et Vlpianus, *sepulchri*, inquit, *violati actio infamiam irrogat*. Immò grauiter mulctatos olim fuisse legimus, qui bustum violauissent, aut ex sepulcro columnam deiecissent, aut fregissent. Vnde in Coloniensi etiam synodo sub Rodolpho I. Imperatore celebrata *cap. 11.* sancitur, vt Cœmeteria clausa, & munita custodiantur, ne ab animalibus ossa mortuorum comedantur. Prohibetur item sub pœna excommunicationis, ne Ecclesiæ, vel Cœmeteria à laicis cuiuscumque conditionis, vel status fuerint, ad læsiones aliorum muniantur, vel vt verba Canonis habent, *incastellentur*.

Cumque moris fuisset in primitiua Ecclesia in natali- 37
tijs Sanctorum Martyrum vigilias celebrare in Cœmeterijs, ideò Concilium Elibertinum sub Syluestro primo celebratum *cap. 35.* statuit, ne fœminæ in Cœmeterio peruigilent, eo quòd sæpè sua obtentu orationis scelera committant.

Hæc in genere de Cœmeterijs dicta sufficiant. De 38
Reliquijs verò Sanctorum, earumque translatione, ac cultu adi Eminentissimos Cardinales Bellarminum, & Baronium, qui illum probant ex Conciliorum, & Patrum consensu.



CONSVLTATIO LX.

An, & quatenus hodie locum habeat, & in quibus Arcadij, & Honorij Augustorum sanctio in l. si qui ex consensu 8. C. de Episcop. aud.? An scilicet laici prorogare possint iurisdictionem Episcopalem.

1 PRo recto mundi regimine deuotè agnoscimus Summum Pontificem vniuersi Orbis Monarcham, tam in spiritualibus, & Ecclesiasticis, quàm in temporalibus, ac Principum Principem, referendo verba D. Augustini *in serm. Apostol.* Petri, & Pauli. *O mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris! Quis plebeium piscatorem Apostolorum facilè crederet Principem, & Regibus obsistere, Reges sanctificare, Regnis omnibus imperare, mundum refrenare legibus?* Ac de magis communi asserimus penes Summum Pontificem esse vtrumque gladium spirituale, & temporale, Matth. *de iurisd. p. 1. cap. 19. n. 8. & 9.* cum D. Thoma *lib. 3. de regim. Princip. cap. 18. & seq.* ita, vt Imperium Romanum erit apud Germanos, donec Ecclesiæ Romanæ expediens iudicauerit Isac. Pap. *de libert. Eccles. cap. 3. n. 2.* Pacian. *de praeced. inter Eccles. & temporal. lib. 1. cap. 2.* Iuniper. *de iur. Pontif. defens. disp. 1. p. 1. cap. 2. n. 4. & seqq.*

2 Et cum illo communissimo axiomate, quod omnis iurisdictio descendat à supremo Principe in exercitio Gentium, & Papa sit omnium supremus, erroneum putamus dicere, quod omnes iurisdictionem exercentes, illam non recognoscant à Papa per ea, quæ tradit idem Pacian. *d. lib. 1. cap. 2.* Idque exemplo Moysis 1. *Deuter. v. 12. Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus, ac iurgia. Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis Principes.* Ex quo remansit diuisum atque distinctum exercitium iurisdictionis Ecclesiasticæ, seu spiritualis ab exercitio iurisdictionis temporalis, vt per D. Augustinum *de Ciuit. lib. 5. cap. 12.* Et clarius in *can. Quoniam dist. 10.* comprobatur, diuisionem iurisdictionum à Deo processisse his verbis: *Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus sic actibus proprijs, & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusque discreuit propria.* Quod repetit Nicolaus Papa in *can. Cum ad verum 6. dist. 96.*

3 Firmata hac iurisdictionis diuisione subintrat alia comprobata, & communiter recepta iuris conclusio, ne diuisæ iurisdictiones confundantur, textus *in can. peruenit 39. caus. 11. q. 1.* ibique Gemin. *n. 2.* Præpos. *n. 4.* & ex ratione textus in *can. Si Imperator dicta d. 96.* per hæc verba: *Non sibi vindicent alienum ius, & ministerium, quod alteri deputatum est*, docetque Fagnan. *in cap. verum autem, de cognat. spir. n. 20.*

4 Itaque, cùm iurisdictiones fuerint a Deo distinctæ, non omnia, quæ publicam vtilitatem concernunt, promiscuè per vtramque iurisdictionem agenda sunt; sed temporalia per potestatem Laicalem, spiritualia per Ecclesiasticam, constansque esse debet ista diuisio, & non confundi, Buccar. *differ. inter iudic. ciuil. & crim. differ. 127. n. 7.* Ansald. *de iurisd. p. 1. cap. 1. n. 1.*

5 Quare, licet Arcadius, & Honorius Imperatores sanxerint, posse laicos iurisdictionem Episcopalem prorogare, vt in *d. l. si qui ex consensu* 8. his verbis: *Apud sacræ legis Antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius in Ciuili duntaxat negotio more arbitri sponte residentis iudicium, C. de Episc. aud.* Id tamen non ita indistinctè obseruatur post compilationem decretorum per Gratianum factam, de cuius authoritate non est amplius dubitandum ex firmatis per Præpos. *in proem. feud. in proem. decret. n. 4.* referendo se ad dicta *in proem. feud.* vbi *n. 3.* firmat, esse ius scriptum, Archid. *in cap. 1. d. 1. num. 2.* asserens, authoritates Sanctorum Patrum hodie habere eandem vim Canonum, quos Gratianus in decreta redegit, & *in can. quis nesciat n. 25. d. 9.* inquiens, istud esse ab Ecclesia receptum, & approbatum; quod repetit Dom. à S. Gemin. *in d. proem. decret. n. 9.* ibique Bellam. *n. 13.* Thom. Canon. *n. 121.* dicens, esse totius iuris Canonici fundamentum *n. 129.* fuisseque editum tempore Eugenij III. Felin. *in cap. 2. n. 44.* confutata contraria opinione, *de rescript.* Sanch. *de matrim. tom. 2. lib. 9. disp. 12. n. 3.* & Fagnan. *in cap. Canonum statuta n. 22. de constit.* referens Gregorium XIII. sua Constitutione incipiente, *Cum pro munere* edita die 1. Iulij 1590. decreuisse sub corpore iuris Canonici complecti tantummodo decretum Gratiani vna cum decretalibus Gregorij IX. in hac compilatione insertis *lib. 5. decret.* Clementis, & extrauagantes, Fermos. *ad rubr. dicto tit. q. 12. n. 50.* Et quod Gratiano referenti authoritatem Papæ, seu Concilij sit credendum, nisi ostendatur exemplar in contrarium. Quia passim Pontifices hanc fidem tribuunt Gratiano, faciuntque einsdem Gregorij XIII. verba in sua Epistola Vniuersis Christi fidelibus, nempe: Iubemus igitur, vt quæ emendata, & reposita sunt, omnia quàm diligentissimè retineantur ita, vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur.

In dicto autem decreto *d. Can. quoniam d. 10.* ita habetur: *Ideò militans Deo minimè se negotijs sæcularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere videretur, qui esset negotijs sæcularibus implicatus*, & in *can. Te quidem caus. 11. q. 1.* ita: *Neque enim iudicem, aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare voluit Christus, ne præfocatus præsentibus hominum curis, non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos à malis. Ista nanque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus exhibeant sibi inuicem vacantes laici, & te nemo occupet ab his studijs, per quæ salus omnibus datur*, quæ repetuntur in principio *seq. can. sicut ead. caus. 11. q. 1.* ibique Dom. à S. Gemin. *sub init.* 6

Remanet igitur lex illa Imperialis, quæ impertitur licentiam laicis prorogare iurisdictionem Episcoporum inutilis ex prohibitione Sacrorum Canonum. Et dixi non sic indistinctè sumenda potestas laicis tributa ab Arcadio, & Honorio, vt in secunda parte dictæ *legis si qui ex consensu*, ibi: *Quod hic obesse non poterit, nec debebit, quos ad prædicti cognitoris examen inuentos potius abijsse, quàm spontè venisse constiterit.* Lex enim intelligit, si ambo sponte, ac voluntariè in suum Episcopum compromittunt controuersiam, non autem vt possit vnus alterum in ius vocare coram Episcopo, etiam de iure ciuili, & quando non vigeret Canonum prohibitio. 7

Colligitur hæc distinctio ex Glossa *d. l. v. Antistitem, & v. abesse*, ibique Odofr. & ante ipsum Petr. de Bellapert. *in princ.* ex Butrigar. *v. quod in Episcopum*, Cyno *n. 9.* dicente, quod requiratur consensus, & perseuerantia, Bartolo, qui se refert ad Cynum, Baldo *sub init.* vbi firmat, quod prorogantes iurisdictionem Episcopi tenentur eius iudicio stare, dumtamen eum spontè elegerint. Si autem eum adiuerint non spontè, sed coactè, tunc inter eos non valet iudicium, Fulgos. *n. 1. & 4. vers. Imperator concedit Episcopo iurisdictionem limitatam, scilicet si partes semper consentiant*, Perez *ad tit. n. 4.* ibi: *de ciuilibus verò laicorum causis Ecclesiasticus Iudex non cognoscat, nisi consentiant, seque eius iurisdictioni submittant litigantes, ac eum Iudicem eligant, idque eo modo, quo solemus in arbitros compromittere.* 8

Neque hic consensus desumi potest ex formula obligationis Cameralis, qua vtitur Romana Curia, quaue quis submittitur omnium, & singularum aliarum Curiarum Ecclesiasticarum, & sæcularium vbilibet constitutarum iurisdictionibus. Nam hæc est generalissima submissio, & non prorogatio effectiua. Differunt enim in effectu iuris hi duo termini inter se, quamuis illa sit stipulatione vestita, cùm possit ab ea submissione recedi ex ratione textus *in l. Si conuenerit 18. ff. de iurisd. omn. Iud.* cùm versemur in renunciatione generali, quæ non potest reduci ad rem certam, nisi inuito vno ex contrahentibus; secus autem si esset specialissima submissio ad præscriptum *d. l. Si qui ex consensu* per modum compromissi in proprium Episcopum; alias in prorogando alienam iurisdictionem per submissionem requiritur specialis renunciatio iuxta textum *in l. 1. in fin.* ibi: *nisi suo priuilegio specialiter renunciauerit, ff. si quis in ius vocat. non iner.* Ad quem textum Baldus ait *n. 6.* non requiri spe- 9

ciali

cialissimam, sed specialem renunciationem. Idemque tradit Castr. n. 10. sed optimè Alberic. in d. l. si conuenerit n. 5. putat, quod per hanc generalem renunciationem non efficitur Iudex, qui non est, quodque non obstante hac renunciatione generali admittuntur legitimæ exceptiones, atque adeò cautius esset, quod specialiter renunciaretur huic legi. Et in eius Dictionario lit. P. v. Promittit sæpè debitor §. Aliquando ait, quod aut debitor se obligat ad respondendum in quolibet loco, aut ad soluendum, aut ad vtrumque. Primo casu quando se obligauit ad respondendum non potest conueniri, nisi coram suo Iudice, Aret. in §. Idem iuris n. 47. in princ. instit. de except. cùm alijs per Carleual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 8. sect. 2. n. 1046. & Fermos. ad cap. significasti 19. q. 6. n. 3. de for. compet.

10 Præterea obseruanda est in his terminis distinctio Iacobi de Rauenna, relati à Cyn. in d. l. si qui ex consensu n. 10. qui non distinxit inter eos, sed distinxit inter ignorantem, & scientem. Idemque facit Papien. in praxi, & in forma libelli contra plures reos n. 1. cùm alijs relatis à Nouar. quæst. for. 96. n. 4. & à Donadeo tom. 1. cap. 3. n. 5.

11 Ex circumstantijs autem facti manifesta deducitur ignorantia huius submissionis, tanquam à communiter contingentibus, dum etiam Notarij Romanæ Curiæ, qui sunt peritiores exteris, in actu stipulationis instrumentorum non recitant formulam obligationis Cameralis prout extensa typis legitur, sed paucis verbis vulgari sermone dicunt, e per osseruanza delle cose predette si obligano in forma Cameræ Apostolica con le solite clausole, e cosi giurano, & vt aduertit Galles. de oblig. Camer. q. 34. n. 5. & 6. licet contingat hanc formam notam esse aliquibus, negari tamen non potest, quin multis sit incognita. Immò multi etiam Iurisperiti, qui de ea cognitionem confusam habent, ignorant clausulas, & qualitates eius particulares; qui autem ignorant qualitates, clausulas, & tenorem, non dicuntur scire, sed potiùs ignorare, Zacch. ad eundem Galles. q. 5. n. 26.

12 Præcipuè quia formula obligationis Cameralis non est omninò, ac vbique constans, sed variatur secundum voluntatem contrahentium, vt aduertit Rota apud Pacif. de salu. dec. 136. n. 7. firmans totum pendere à voluntate contrahentium, quando enim non legitur aliqua clausula in breuiatura, seu matrice Notarij, non potest dici contenta in obligatione, vt firmatur in d. decisione, &, vt ait Aret. cons. 68. n. 2. tunc ille dicitur habere scientiam commissionis, & potestatis sibi traditæ, quando scit commissionem, & qualitatem, ac tenorem Commissionis, aliàs dicitur ignorare. Data autem ignorantia, cessat consensus, l. si per errorem 15. ff. de iurisd. omn. Iud.

13 Neque Notarij extendunt clausulas; virtus enim executiua oritur ab extensione, quemadmodum, & facultas procedendi executiuè, vt sæpiùs dixit Rota in rec. dec. 19. n. 1. p. 3. & apud Zacch. de oblig. Camer. dec. 24. n. 1. & 2. dec. 135. n. 2. dec. 139. n. 1. & seq. dec. 111. n. 19. & est communis sententia. Vnde oritur difficultas, an possint extendi ab alio notario, quàm rogato à partibus. Nam clausulæ cœteratæ in se solùm habent ea, quæ desiderantur in sermone, & in ea parte, in qua apponuntur per complementum orationis, Rota apud Pacif. loco citato dec. 137. n. 1. & seqq. Et ideò permittitur extensio Notario à partibus rogato, quia præsumitur, quod extensionem faciat secundùm intentionem contrahentium, de qua erat informatus, vt per Rotam apud eundem Pacificum dec. 136. n. 11. Non igitur potest fieri extensio à Cancellario Episcopi, si non est de voluntate partium informatus. Quare si in matrice non legitur illa debitoris submissio omnibus Curijs, prout continetur in formula Curiæ Romanæ, & in ipsa matrice non est tributa facultas cuicumque Iudici, & Notario, non potest alius illam extendere, quia, quod non est appositum, non extenditur, Rot. d. dec. 136. n. 5. & 12. & d. dec. 137. n. 5. nisi habeatur recursus ad alias matrices per eundem Notarium stipulatus, vt fuit in casu dictarum decisionum, aliàs standum extensioni Curiæ, at secus extra Curiam, vt rectè obseruat Galles. in d. q. 34. n. 8. & ampliat Zacch. ad eundem n. 13. sed semper intelligunt de Auditore Cameræ, vt & Rota apud eundem dec. 111. n. 20. & seqq.

14 Atque neque in formula typis edita legitur illa clausula consentijt in mandatum executiuum, vnica &c. & in censurarum, &c. Paulus autem V. in sua Constit. sub. Vrb. 71. aliàs 44. tom. 3. §. 4. n. 1. sanxit, quòd qui voluerit arctius obligari, consentiat relaxioni mandati executiui, aut illud suscipiat vnica, si sic placuerit citatione, aut intimatione. Quare non potest dari extensio vltra expressa, Duran. dec. 60. n. 15. neque actus agentium potest extendi vltra eorum intentionem, l. non omnis ff. si cert. pet. Vbald. dec. 175. n. 4.

15 Ex quibus concludendum est, prætensionem Episcoporum non subsistere ob impotentiam admittendi coram ipsis prorogationem, dum prædicti Canones eos impotentes efficiunt ex vi præcepti negatiui continentis in se inhibitionem, vt firmant Canonistæ per textum in cap. dilectus 29. de rescript. cap. Romana 3. §. Si vero, & §. quod si de appel. in 6. & per textum in l. 2. vers. Si & Iudex ff. de iudic. l. 1. ff. nou. oper. nunc. ac docent D. Thom. 2. 2. q. 16. ar. 1. in princ. & in concl. quam refert Mandos. de inhib. q. 1. per tot. inquiens, inhibitionem esse prohibitionem, seu interdictionem factam ab habente maiorem potestatem Iudici, vel parti, seu vtrique, ne quid faciat, quem sequitur Lancel. de attest. post inhibit. p. 12. cap. 20. in præfat. n. 7. 16. & seq. Canones vetant, ergo inhibent, irritantque.

16 Cùmque prorogatio ad suam essentiam requirat subiectum in libero exercitio Iudicis prorogati iuxta textum in l. 2. §. Sed si Iudex, ff. de iudic. Ludouic. Burgens. in l. si se subijciant n. 92. eod. tit. Petr. Calafat. in l. 1. n. 85. ff. eod. Io. Bolognet. in l. fin. n. 51. vers. fallit tamen, quando statutum disponeret, quod Iudex non possit extendere suam iurisdictionem; quia tunc non valeret sententia declarans eum Iudicem competentem, quia est contra prohibitionem legis prohibentis hanc prorogationem, & non posset contra legis dispositionem sibi dare iurisdictionem, ff. de iurisd. omn. Iudic. Dec. cons. 18. n. 5. Alex. cons. 84. n. 16. ibi: Quia ita disponendo dicitur tollere iurisdictionem, & fundamentum lib. 4. Ias. cons. 100. n. 3. vbi Bec. in annot. lit. B. cons. 105. n. 9. vers. tamen isto casu prorogatio tacita, vel expressa nihil operatur propter defectum fundamenti iurisdictionis lib. 1. Natta cons. 82. n. 9. & seqq. lib. 1. Capic. dec. 9. n. 16. vbi ait, & constat, quod quando Princeps limitat iurisdictionem in certis causis, seu personis, non habeat locum prorogatio. Suffragantur ponderata per Afflit. dec. 354. n. 17. cùm alijs à Barbosa deducta in l. 1. ar. 4. n. 44. & seqq. ff. de Iudic. & docet Ansald. de iurisd. p. 2. tit. 11. cap. 1. n. 38. & 39. ac Fermos. ad cap. significasti 18. q. 8. n. 4. de for. comp.

17 Quare firmata inhabilitate Episcoporum recipiendi prorogationem à laicis in causis merè laicalibus ex prohibitione dictorum Canonum, non est cur dubitetur, an id etiam in decretalibus vetetur, cùm ne in toto quidem titulo de offic. Ordin. etiam in 6. neque alibi legatur tributa facultas Ordinarijs audiendi certamina laicorum in figura iudicis.

18 Quod vt id perspicuè conuincatur, arguamus à maiori, quo argumento vtitur etiam Summus Pontifex in cap. licet vniuersis de test. & Imperatores in l. quicumque in fin. C. de fid. instr. in auth. vt determinat. sit num. Cleric. ac alibi. Nam si id, de quo magis videtur inesse, non inest, nec etiam id, de quo minus d. cap. vniuersis, ibique Glos. in verb. multò minus, l. nec ex vera C. de acq. possess. Vnde si Rex non potest expugnare Castrum, ergo nec miles. Quod enim non licet maiori, non licet minori can. si ergo & ibi Glos. 7. q. 1. ac Doctores in cap. Cum in cunctis in princ. de elect. & in l. qui indignus, ff. de senat. Paulus autem III. in sua Bulla 36. Bullar. tom. 1. explicans in quibus casibus liceat Eminentissimo Vicario habere iurisdictionem, sic ait §. 14. Blasphematores, vsurarios, Iudæos, periuros, & quoscumque alios committentes crimen, quod ad Ecclesiasticum forum pertinet, & §. 5. & 6. tribuit facultatem cognoscendi causas alimentorum, & miserabilium personarum non excedentes summam sexaginta ducatorum auri de Camera. Quod ponderat

Vestr.

Vestr. *in prax. lib. 2. cap. 16. n. 2.* Vant. *de nullit. ex defect. iurisd. deleg. n. 13.* & Rot. *dec. 241. n. 2.* ibi. Nullitatem autem dedocebant ex defectu iurisdictionis Vicarij, qui si non est Iudex competens laicorum &c. *p. 8. rec.* Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 22. n. 33.* Neque etiam Romæ Eminentiss. Vicarium habere iurisdictionem exequendi obligationem Cameralem, nulla alia ratio suadet, quàm diuisio illa exercendæ iurisdictionis ad exemplum Moysis, quam semper seruarunt Pontifices, ne confundantur iurisdictiones.

19 Comprobant idipsum Capitula Sixti IV. declaratoria Iurisdictionum Curiarum Vrbis apud Fenzon. *pag. 669.* vbi sola cognitio causarum Clericorum confertur Emin. Vicario. Quæ confirmauit etiam Iulius II. sua *Constit. 28. §. 2. & 3. Bullar. tom. 1.* & omnia Leo X. *const. 1. §. 1. & 2. eod. tom. 1.* Pius IV. *const. 33. §. 4. const. 34. in præf. & §. 1. const. 56. §. 30. tom. 2.* Gregorius XIII. *vt in statut. Vrb. lib. 1. cap. 42.* & Paulus V. *in Constit. 71.* aliàs *44. §. 4. n. 18. tom. 3.* Vbi, & circa executionem obligationis Cameralis sic definitur. Et quoad Clericos ratione originis, vel beneficij Romanos, loca pia locus sit præuentioni inter ipsum Auditorem Cameræ, & nostrum in Vrbe Vicarium. Atque hæc ita quidem à me dicta sint, vt nullum præiudicium inferre patiar nouissimis facultatibus, quæ multæ, ac magnæ sunt, Eminentissimis Vrbis Vicarijs ab Vrbano VIII. & Clemente X. concessis.

20 Ex quibus eredendum est, Episcopos maiorem non recepisse iurisdictionem à Summo Pontifice, quam eius Vicarium: Quare si Pontifex noluit Romæ suum Vicarium habere iurisdictiones commissas in laicos multò minus illas tribuisse censetur Episcopis, quibus à supradictis Canonibus interdicta est, aliàs essent pares summo Pontifici in inferendo præiudicium Dominis temporalibus id, quod non est eius propositum, vt per Iuniper. *de potest. Pontif. inspect. 6. q. 5. cap. 3. n. 17.* Quia, licèt Pontifex summus omnia possit, non tamen omnia expediunt, ideòque non est eius animus impedire in temporalibus Iudices: inferiores subalternos, Marth. *de iurisd. p. 1 cap. 25. n. 27.* Stricta enim facienda est interpretatio in diminutiooe iurisdictionis secularis, ne illi fiat fraus, Marth. *p. 4. cent. 2. cas. 111. n. 15.*

21 Verùm, concessa generali submissione subditorum in vim obligationis Cameralis, & data etiam scientia contrahentium tam facti, quàm iuris, & quod id quoad ipsos, & in eorum præiudicium subsisteret; quod tamen ad præiudicium Dominorum nullo modo subsistere potest, vt per Bartol. *in l. 1. §. & post, ff. de op. nou. nunc.* Bellam. *cons. 11. n. 3.* reddens rationem, quia licèt lex ciuilis statuerit iurisdictionem cuiuslibet Iudicis ordinarij per subditos alterius Ordinarij prorogari posse, hoc tamen non habet locum in casu, in quo iurisdictiones quoad vtilitates, & proprietates ab inuicem essent distinctæ, & ad diuersa dominia iure patrimonij pertinentes. Quam rationem repetit *cons. 33. n. 43.* & ante ipsum adduxerat Bald. *in l. decernimus 15. n. 40.* inquiens, quod quicumque sub iuramento fidelitatis est alicuius iurisdictionis, noo potest prorogare iurisdictionem in alterum Iudicem, Dominum, vel Populum, nisi Domino suo consentiente, *C. de sacros. Eccles.* Vigetque ratio textus *in cap. ex tenore 11. de foro comp.* vbi ita rescript Innocentius Tertius: *Nos igitur attendentes, quod sic sumus vnicuique in iustitia debitores, quod alijs iniustitiam facere non debemus; mandamus, quatenus, nisi sit talis causa, quæ ad Ecclesiasticum Iudicem pertinere noscatur, ei supersedere cures, dummodo per Iudicem secularem suam possit iustitiam obtinere.*

22 Eius igitur sententiæ Innocentius est, vt non auferatur ius alteri quæsitum in exercitio iurisdictionis. Hinc Fab. de Anna *cons. 107. n. 9.* asserit, quod laicus non possit iurisdictionem alienam sine consensu sui Domini prorogare. Quod explicat Bellug. *in specul. Princ. rubr. 15. n. 6.* his verbis: *& sic meritò est dicendum, quod in tantum sumus Principi adstricti & homines, & vassalli sui, quod citra consensum suum non possumus in alium Iudicem non suum, videlicet Ecclesiasticum, iurisdictionem prorogare.* Quibus adstipulantur Vrsill. *ad Afflict. dec. 155. num. 3.* Osasch. *dec. 78. n. 11.* Capoblanch. *super pragm. 8. p. 1. n. 107. tom. 1.* Petr. *de iur. quæs. non toll. cap. 11. n. 8.* Io. Franc. à Pont. *cons. 37. n. 19. 21. & seqq. lib. 2.* Tondut. *de præuent. p. 1. cap. 11. n. 22.* Gail. *pract. obseruat. lib. 1. obs. 40. n. 6.* Giurb. *cons. 48. n. 11.* Ab Eccles. *obseruat. for. Senat. Pedem. obser. 113. n. 7. p. 1.* Octau. Caraciol. *tract. de for. priuil. q. 45. n. 23.*

Ex quibus primò non refragamur, ne subditi Baronum 23
se obligent in forma Cameræ Apostolicæ, & pro executione adeant D. Auditorem Cameræ, vti Delegatum Executorem à summo Pontifice, sed ne præter Curiam supremi Principis non adeant in prima, quam Curiam Baronum. Quæ prohibitio habet iuris assistentiam, vt in puncto firmat Osasch. *dec. Pedem. 78. n. 13.* putà quando intendant adire Episcopos, quibus à supracitatis Canonibus interdictum est cognoscere causas laicorum ex ratione textus *in can. Cùm ad verum 7. d. 96.* Geminiani in princ. Turrecrematæ *n. 7.* & aliorum apud Fermos. *ad cap. tuam 3. de ordin. cognit. q. 12. n. 8. vers. poterit laicus Iudex inhibere Iudici Ecclesiastico, ne se ingerat in ijs, quæ spectant ad iurisdictionem secularem illi interdictam.* Id, quod nullam habet difficultatem, quando Dominus est Iudex, non solùm personæ, sed etiam rei; nam res temporalis, & personæ sunt laicæ, omnia sunt in Baronia, & propterea non potest dari prorogatio per cautelam Spadæ *cons. 1. n. 29.* & Io. Franc. à Ponte *cit. cons. 37. n. 21. & 22.* Non enim benè infertur à territorio spirituali ad territorium temporale ex Rota relata per Spad. *cons. 306. n. 9. lib. 2.* Et iste est verus intellectus præfatorum Canonum.

Secundò, neque ex his derogare aliquid volo de illis, 24
quæ hac de re dixi *tomo 1.* Sed solùm consideranda proponere viris verè apatistis.

CONSVLTATIO LXI.

Consuetudo in Regno Neapolitano recepta, & in 1
Vrbe pluries approbata à S. Congregatione Immunitatis, vt videre est apud me *tom. 3. consult. 39.* & alibi, est, Clerici maximè Latini coniugati gaudeant priuilegijs Canoni, & fori, & quod nihilominus teneantur ad collectas, & onera Communitatum. Clerici autem Italogræci ad effectum eludendi dictam consuetudinem, & fraudandi huiusmodi collectas vel promoueri se faciunt ab Episcopis Latinis ritu græco ad primam tonsuram sine minoribus, vel postquam promoti fuerint ad dictam tonsuram, & minores à dictis Episcopis Latinis, transeunt è ritu Latino ad Græcum, cuius vigore ducunt vxores, filios procreant, & non soluunt dictas collectas.

Cùm autem huiusmodi fraudes Clericorum Albanen- 2
sium coniugatorum ob eorum magnum numerum, vxorum etiam viduarum, & filiorum cederent in maximum damnum Communitatum, ideò cùm dubitaretur,

An dicti Clerici Albanenses ab Episcopis Græcis, vel 3
Latinis promoti ad primam tonsuram, & minores, & postea coniugati, gaudere debeant immunitate à collectis, & ab oneribus Communitatum, S. Congregatio Immunitatis post varias resolutiones, tandem 16. Februarij 1683. remisit dubium quoad Ordinationem ad S. Congregationem S. Officij, & interim per modum prouisionis mandauit manuteneri in quasi possessione dictæ immunitatis.

Modo quatuor excitantur dubia. *Primum, an laici* 4
Græci in Italia possint ritè promoueri ad primam tonsuram, & consequenter ad minores Ordines ab Episcopis Latinis ritu Græco vigore assertæ eorum consuetudinis.

Secundum, an Græci promoti ab Episcopis Latinis ad 5
primam tonsuram ritu Latino possint subinde ad ritum Græcum transire?

Tertium; quo ritu conferri debeant Græci ab Episcopo La- 6
tino Ordinati?

Quartum, an in ritu Græco conferatur prima tonsura 7
seorsim à Lectoratu, & ordinibus minoribus?

Ad hæc dubia primùm respondeo generatim, deinde 8
singillatim. Et

Cùm

9 Cùm huiusmodi clerici ordinati tam ab Episcopo Græco, quàm à Latino sint in hac quasi possessione immunitatis ab immemorabili tempore pro se, suis vxoribus, suisque filijs, ideò iure, meritòque sunt in eadem manutenendi ex vulgari § *retinendæ instit. de interdict.* Maximè quia immemorabilis tribuit meliorem titulum, Burat. *dec.435.n. 4. & dec.673.n.5.*

10 Potissimùm autem quia non est res insolens, neque noua, & vnius loci, sed obseruata inconcussè in omnibus ferè Oppidis, & Ciuitatibus eiusdem nationis Albanensis, ideòque hæc consuetudo maiorem efficaciam sumit ex obseruantia, Rot. *dec.384.n.* 10. *p.* 1. *tom.* 1. *rec.* Franch. *dec.56.n. 6. & seq.* Cessatque omnis ratio dubitandi ex declaratione S. Congregationis Immunitatis, quæ declarauit, Clericos Græcos indistinctè ritu Græco viuentes gaudere immunitate, etiam ab oneribus realibus, vt in Reginensi 1632. & in Bisignanesi 1646. his verbis: Episcopo non licuisse dictos Clericos ritu Græco viuentes declarare laicos eo, quod post contractum matrimonium Ordines clericales susceperint, illosque gaudere debere exemptionibus, etiam ab oneribus realibus.

11 Neque obstat, quod hi Clerici coniugati debeant æquiparari coniugatis Latinis, qui solùm fori in criminalibus, & Canonis priuilegio fruuntur, non autem à vectigalibus ex doctrina Bald. *cons.*23. *vol.*3. cum alijs. Quia contraria sententia est verior, & magis communis, quod scilicet isti Clerici differant à Latinis coniugatis, cùm gaudeant omnimoda immunitate, etiam à vectigalibus, Campagn. *Super cap. Regni Neap. cap.* 98. *n.* 17. Camil. de Curt. *in diuers. p.* 2. *cap.* 2. *n.*90. Carol. de Graf. *effect. Cler.*3. *n.*46. Add. ad Quar. *in Bullar. v. vectigal. vers. Secundò amplia*, Squill. *de priuil. Cleric. cap.* 8. *n.* 11. Bonac. *tom.* 2. *circa* 2. *precept. decal. disp.*2. *q.*9. *pun.*2. *num.*2. Delben. *de immun. p.* 1. *cap.* 1. *dub.* 8. accedente præsertim consuetudine, quæ est optima legum interpres, Rot. *dec.*266. *n.* 1. *ac seq. p.* 8. *rec.* Immò vim legis habet *l. ex non scripto ff. de iur. nat.* Rot. 577. *n.* 18. *p.* 8. *rec.*

12 Neque dubitari potest de Ordinatis à Latino Episcopo, quia sunt validè ordinati tam ratione potestatis Episcopi, quàm etiam ratione validitatis primæ tonsuræ, ac ordinum minorum. Nam dum isti Clerici subsunt Episcopo Latino, vtique manent sub eius iurisdictione, & ab eo sunt ordinandi in prima tonsura, vel in minoribus, nec ab alio Episcopo possunt Ordines suscipere, nisi cum sui diœcesani dimissorijs, *cap. quæ ad translationem de temp. Ordin.* & ita declaratum fuit à S. Congregatione immunitatis S. Iulij in Tropiensi, vt refert Nicol. *in flosc. v. Græci n.* 10.

13 Et quod deneur prima tonsura, & Ordines minores etiam attento ritu Græco apertè conuincitur ex Bulla Innocentij IV. vbi demandatur, quod Græci teneantur recipere Ordines secundum morem Ecclesiæ Romanæ, & patet ex Rituali Græcorum, illustratum à P. Goar *fol.* 235. vbi habentur orationes pro ordinatione Clericorum secundum Græcorum ritum, solùmque prohibetur Latinis Episcopis conferre sacerdotium Græcis subditis, non autem primam tonsuram, & minores, vt in per Constit. Clementis VII. quàm integre refert Leo Allat. *in opusc. de ætat. & interstit. in collatione Ord. Græc. seru. fol.* 5. 8. *&* 10. attenta maximè antiquissima obseruatione conferendi tales Ordines in toto Regno Neapolitano, præsertim in Calabria. Et ad dignoscendum, an ordinati ab Episcopo Latino sint censendi Græci, an vero Latini, inspiciendum est, cui Ecclesiæ sint adscripti. Si enim sunt adscripti Ecclesiæ ritus Græci, cui actualiter inseruiunt, certè sequitur illos esse Græcos, si verò sunt adscripti Ecclesiæ ritus Latini, censentur Latini.

14 Ex quibus firmandum videtur, hos Clericos indistinctè gaudere Ecclesiastica immunitate, & exemptione, ac proinde idem priuilegium, ac immunitatem competere eorum vxoribus, vt per Doctores *in cap. in cap.* 2. *de for. comp.* Milan. *dec.* 10. *p.* 1. Carol. de Grass. *eff.* 1. *n.* 155. *cum seqq.* Immò eodem priuilegio gaudebit vxor mortuo viro, durante viduitate, *l. Siquis decur* 10 *C. de decur. lib.* 10. ibique Constant. *n.*236. vbi quod priuilegio Exemptionis ob numerum duodecim filiorum gaudet vidua, durante viduitate, vt in his terminis notat Tiraquel. *de nobil. cap.* 18. *n.* 5.

15 Et quoad filios nulla pariter esse potest difficultas, durante vita patris, de Grass. *d. eff.* 1. *n.* 19. *& eff.* 3. *n.* 133. Decian. *lib.* 4. *cap.* 9. *n.* 19. & decisam refert per S. Congregationem Immunitatis Barbos. *lib.* 1. *de iuri Eccles. cap.* 39. §. 2. *n.*62. *in fine.*

16 Atque ita, vt non obstet, quod, vt plurimum, exerceant ruralia. Quia cùm sint pauperes, & etiam Sacerdotes, coguntur vacare culturæ agrorum, & vinearum, vt sibi, suis vxoribus ac familiæ victum comparare possint, neque idcircò priuari possunt priuilegio Clericali, vt declaratum est à S. Concilio Neapolitano, referente Lanario *in add. ad Rouit. pragm.* 1. *de Cler. vers. Illud verò*, vbi in terminis huiusmodi Clericorum.

17 Ad primum igitur respondendum videtur affirmatiuè. Quando enim agitur de conferenda sola prima tonsura, vel minores Ordines, locorum Ordinarij, qui sunt Episcopi Latini, illam, ac illos promiscuè conferunt siue iuxta Latinum, siue iuxta ritum Græcum. Quia ex veriori Theologorum sententia prima tonsura non est Ordo, sed dispositio ad Ordines, vnde nulla dignoscitur differentia inter vnum, & alterum ritum. Quando verò agitur de conferendis sacris Ordinibus intrat differentia, etiam circa collationem eorum, quæ de Ordinariorum delegatione fit solùm ab Episcopis Græcis, non autem à Latinis per textum *in cap.* 3. *&* 11. *de temp. ord.* vt alibi dixi. Et S. Congregatio S. Officij decreuit 18. Iulij 1613. quod Græci ad Ordines Sacros promouendi accedant Romam, vt promoueantur ab Episcopo ad id deputato, & de hoc certiores fiant Ordinarij Italiæ, & Siciliæ. De prima autem tonsura, ac de minoribus Ordinibus nullum verbum.

18 At verò censeo negatiuè respondendum per textum *in cap. Cum secundum* 9. *de temp. Ordin.* vbi Canonistæ, Azor. *tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 48. *q.* 14. *& ego consult. cit.* 59. *n.* 1. *&* 2. *tom.* 3. Quia implicat quod Episcopus Latinus possit ritu Græco promouere Græcos, præcipuè quia in ritu Græco non confertur tonsura, nisi simul cùm lectoratu. Episcopus autem Latinus non solùm confert tonsuram ritu Græco contra morem Græcorum, secundum quem vel seorsum, vel coniunctim confertur cum Lectoratu ab Episcopis Græcis, vel conferunt altera die minores post iam collatam primam tonsuram. Quod implicat fieri in ritu Græco à Latinis Episcopis.

19 His accedit Pontificale Romanum, iussu Clementis VIII. confirmatum. In illo enim fuit Episcopis Latinis certus modus Ordinandi præfixus ritu Latino, non autem Græco, vt ex formula in eo descripta. In cuius etiam confirmationem pro ordinandis Græco italis fuit deputatus Episcopus Græcus in Collegio Græco Vrbis per Constitutionem dicto Clementis *incip. Sanctissimus* 34. & fuit etiam sancitum per Vrbanum VIII. in instructionibus dicti Collegij Græci, de quibus Leo Allatius *in opusc. de æt. & interst. fol.* 27. Nam si Græci subditi velint ab Episcopo Latino Ordinario suo promoueri ad primam tonsuram, & ad reliquos Ordines, non possunt aliter, nisi iuxta ritum Latinum.

20 Prætensa verò consuetudo fauore Episcopi Latini Ordinandi Græcos subditos ritu Græco nullo modo toleranda videtur; quia cum sit contra *d. cap. Cum secundum de temp. ord.* & contra citatam Constitutionem Clementis VIII. atque adeò contraria sacris Canonibus, & Constitutionibus Apostolicis non valet, sed dicitur abusus, nec firmatur cursu cuiusuis temporis ex adductis *in dec.* 281. *n.* 17. *& seqq. p.* 15. *& dec.*87. *n.* 23. *& seq. p.* 17. *rec.* Ad inducendum autem consuetudinem contra sacros Canones non solùm scientia, sed etiam expressus consensus Summi Pontificis requiritur ex firmatis à Cocc. *dec.* 1552. *n.*26. *tom.* 3.

21 Ad secundum. Si taliter Ordinati fuerint adscripti seruitio Ecclesiæ Latinæ, non possunt absque dispensatione Apostolica transire ad ritum Græcum. Sic etiam è contra, vt videtur declarasse S. Congregatio S. Officij 4. Iulij 1613. *fol.*320. Et hinc est, quod cum Græcis primam tonsuram more Latino suscipientibus dispensatur, vt possint ad omnes alios Ordines, etiam sacros,

ac pro-

ac presbyteratum ritu græco, promoueri, vt dixi *tom. 3. consul. 59. n. 4.*

22 At nihilominus respondendum est negatiuè, prout aliàs declaratum fuit à S. Congregatione S. Officij in Hydruntina 16. Martij 1644. & in Larinensi, ac Sypontina 7. Iulij 1677. Nam Græci taliter promoti ab Episcopo Latino, si transeant ad ritum græcum absque dispensatione Apostolica, suspensionem incurrunt executionis Ordinum, Maiol. *de irreg. lib. 4. cap. 32. n. 2.* & ego *d. consul. 59. n. 1. & 54.* Decretum autem in dicta Hydruntina est huiusmodi. *Feria 4. die 16. Martij 1644. In generali Congregatione S. Romana, & vniuersalis Inquisitionis habita in Conuentu S. Mariæ super Mineruam Eminentissimis, ac Reuerendissimis Dom. S. R. E. Cardinalibus in vniuersa Republica Christiana aduersus hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus, à S. Sede Apostolica specialiter deputatis, proposito casu D. Viti Antonij Patera Italogræci Terræ Sternatiæ Hydruntinæ diœcesis, qui de anno 1630. prauijs dimissorijs Vicarij Capitularis dictæ Ciuitatis ad primam Clericalem tonsuram ab Episcopo Neritonensi fecit se promoueri ritu latino, & sic initiatus sine promotus obtinuit in titulum, vel in administrationem dignitatem Primiceriatus Ecclesiæ Collegiatæ Terræ Sternatiæ; postmodum verò de anno 1640. vigore Breuis Apostolici cum narratiua, quod esset laicus græcus obtinuit promoueri extra tempora à quolibet Episcopo græco, gratiam, & communionem S. Sedis Apostolicæ habente, ad primam Clericalem tonsuram, & quatuor minores Ordines, & ad reliquos sacros, etiam presbyteratum, nulla facta mentione quod esset clericali tonsura initiatus ritu Latino, & administrationem, vel in titulum Primiceriatus dignitatem in Ecclesia Latina obtineret. Quo Breui præsentato coram Ordinario Hydruntino litteras dimissoriales obtinuit à Vicario dictæ Ciuitatis, quarum vigore ab Episcopo Cyrenensi græco, Neapoli commorante, ad quatuor omnes Ordines promotus fuit ritu græco, & vxorem duxit, S. Congregatio censuit, non potuisse dictum Vitum Antonium transire à ritu Latino ad ritum græcum absque dispensatione Apostolica, nec potuisse Vicarium Hydruntinum litteras dimissoriales, ad hunc effectum ei concedere. Secundò eundem Vitum Antonium ritè non fuisse ab Episcopo græco ordinatum, & propterea vel esse ipso iure suspensum ab executione suorum Ordinum, vel saltem suspendendum.*

23 Ad tertium. Censendos esse illius ritus, cuius Ecclesiæ seruitio sunt adscripti, vt elicitur ex dicta declaratione S. Officij 4. Iulij 1613.

24 Ad quartum affirmandum videtur, cum Episcopi etiam græci conferre debeant septem Ordines secundùm ritum, ac morem Ecclesiæ Romanæ, vt declarauit eadem S. Congregatio S. Officij 31. Octobris 1613. Quod etiam sanciuit Innocentius IV. *Constit. incip. sub Catholica §. 19.*

25 Verùm negatiuè respondendum est. Ita Hallier *de sacr. Ordin. p. 2. in append. ad sect. de tonsur. Cler. ar. 2. §. 1. n. 2.* ibi: *Græci Ecclesiastica tonsura ritum cum lectoris collatione confundunt.* Clarius Morinus *de sacr. Ordin. exerc. 15. de tonsur. Cler. cap. 4. n. 1.* & Gonzal. *ad d. cap. cum secundum n. 5. tom. 1. lib. 1. decretal.* vbi refert verba Eulogij, siue Ritualis Græcorum, & constat ex Eulogio illustrato à Iacobo Goar *fol. 235.* atque colligitur ex d. Bulla Innocentij IV. §. 19. decernentis omnes quatuor minores conferri debere Græcis secundùm morem Ecclesiæ Romanæ, abrogato eorum ritu, cuius vigore solùm lectoratum olim accipiebant, omissis tribus alijs minoribus, nullaque ibi fit mentio de clericali tonsura seorsim à dicto lectoratu, & minoribus.

26 Quare præpositis infrascriptis dubijs in S. Congregatione Concilij, *An scilicet, suscepta prima tonsura Latino ritu, possit quis insigniri minoribus Ordinibus ritu græco, & sic an validè, ac licitè ordinatus?*

27 *Secundò, an possit contrahere matrimonium, tanquam Clericus græcus?*

28 *Sacra Congregatio in Hydruntina die 12. Maij 1584. respondit ad primum negatiuè, & oratorem esse validè, sed non licitè ordinatum, ideòque suspensum ab exercitio Ordinum, & inhabilem ad alios suscipiendum.*

Ad secundum negatiuè.

CONSVLTATIO LXII.

1 *An sit tolerandus vsus in aliquibus Orientalis Ecclesiæ regionibus dandi simul à presbyteris cum baptismo Eucharistiam, & chrisma confirmationis tum infantibus, tum adultis? Vbi, & quid in posterum obseruandum?*

2 *An toleranda sit in eisdem regionibus forma deprecatiua sacramenti pœnitentiæ?*

3 *An item tolerandus sit vsus, quod sacerdotes ministrantes sacramentum extremæ vnctionis, benedicant oleum non consecratum?*

4 *An ijdem presbyteri miscere possint oleo consecrato chrismatis confirmationis oleum non consecratum?*

AD primum. Fuit hoc quidem in veteri Ecclesia receptum, vt qui baptizarentur, siue illi paruuli, siue adulti essent, ijdem simul per sacrum chrisma, manuumque impositionem confirmarentur, & sacra Eucharistia reficerentur, vnoque, ac eodem planè tempore tria simul in vnum conferebantur sacramenta, baptismus, confirmatio, atque Eucharistia. Idque eam ob causam, quod nullum perfectum Christianum esse iudicabant, qui per manuum impositionem Spiritum sanctum non accepisset, neminemque Eucharistia dignum esse putabant, qui non idem confirmatus esset, solùm igitur difficultas est quoad ministrum confirmationis. 1

Et quidem quoad consignandum infantes sacro chrismate, statim ac sacro baptismate abluuntur, manifestum est non à presbyteris, sed à solis Episcopis id fieri licere ex Epistola Clementis primi ad Iuliom, & Iulianum, *ex Epist.* Innocentij primi, quæ refertur ab Isidoro *de Eccles. offic. cap. 26. & vlt.* à Gratiano de consecrat. *d. 4. can. presbyteri*, ex Bulla Innocentij IV. super ritibus Græcorum qui tolerari, vel non toleri possunt, ex Concilio Florentino in Bulla Instruct. Armen. & ex Tridentino *de sacram. Confirm. can. vlt.* ac decreuit sæpiùs, etiam quoad Græcos S. Congregatio S. Officij. Quare non solum est abusus, si à presbyteris chrismate vngantur, sed etiam error, cùm irritè conferatur, nisi ex dispensatione Apostolica id faciant ex dicto Concilio Florentino in vn. Armen. 2

Quod verò ad Eucharistiam collatam pueris, etiam statim à baptismo, est antiquus, vt dixi, ferè apud Græcos, & Orientales omnes vsus, non reprobatus à S. Synodo Tridentina *sess. 21. cap. 4.* id approbantibus sanctissimis pariter, & doctissimis Episcopis, & constat ex Dionysio Areop. Cypriano, Ambrosio, Augustino, & alijs apud Suarez *in 3. p. D. Thom. q. 72. ar. 3. disp. 62. sect. 4.* Quare hic ritus, si tolli nequeat, tolerandus est, dummodò non existiment Eucharistiæ sacramentum necessariò paruulis statim post baptismum conferendum; tunc enim turpiter errarent contra præfatam synodum Tridentinam, & ideò in hac parte corripiendi, ac instruendi sunt, vt alibi monuimus. 3

Vt in posterum tam masculi, quàm fœminæ octiduani baptizentur, neque post baptismum comunicent, vt hactenus fieri solitum est, sanctumque Eucharistiæ sacramentum non administretur, nisi vsum rationis habentibus, vt nimirum dignè sumatur secundum D. Pauli Apostoli admonitionem, vsumque, & mandatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ. 4

Sacramentum verò Confirmationis pueris octauum à gentibus annum conferatur, idque in fronte ab Episcopo conformiter Ecclesiæ Romanæ, non autem à sacerdotibus cum baptismo, vti hactenus consueuerunt. 5

Ad secundum. Extat declaratio S. Congregationis S. Officij sub anno 1613. in qua habetur, quod Græci tolerandi sont, si absoluant pœnitentes forma consueta ab Ecclesia orientali, videlicet: *Gratia sancti spiritus per meam humilitatem habeat te absolutum, & liberatum.* Vel ita: *Bone Rex per me humilem, & indignum seruum tuum remitte serue tuo, &c.* Quoniam 6

hæc abſolutio, vel remiſſio verè mandatur executioni à Deo per gratiam, quam producit in homine, eſtque intimatio voluntatis diuinæ facta ex poteſtate iudiciaria, quam ipſe ſacerdos accipit à Deo; quo ſenſu hæc forma tolerari poteſt.

7 Ad tertium. Conſuetudo eſt apud Græcos ſacerdotes, quod miniſtraturi Sacramentum extremæ vnctionis benedicant oleum toties, quoties eſt miniſtrandum, & hic mos eſt vetuſtiſſimus, vt conſtat ex Euchologijs. Vndè cùm viguerit antè ſchiſma, non eſt damnandus. Immò fuit approbatus à Clemente VIII. in inſtructione ſuper ritibus Græcorum *tit. de Oleo Cathecum. & infirm.* apud Archudium *lib. 5. de ſacram. cap. 2.* vbi ita habetur: *Non ſunt cagendi presbyteri græci olea ſancta præter chriſma ab Epiſcopis diœceſanis accipere, cum huiuſmodi olea ab eis in ipſa olearum, & ſacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, ſeu benedicantur.* Quare ſolùm monendi ſunt presbyteri etiam ſub pœnis Eccleſiaſticis vt præſtò ſint ad hoc ſacramentum infirmis miniſtrandum.

8 Ad quartum. Cùm presbyteri non ſint Ordinarij miniſtri huius ſacramenti, & ab illis collatum ſit irritum, fruſtra miſcetur oleum non conſecratum cum conſecrato. Cæterum oleum non conſecratum poteſt miſceri cum conſecrato ita, vt remaneat materia ſufficiens pro chriſmate. Habetur deciſum in *cap. quod in dubijs de conſecr. Eccleſ. & alt.* ibi: *Neque negamus, quin oleum non conſecratum conſecrato poſſit oleo commiſceri.* Et hoc idem notat Gloſs. *v. Conſecratio.* Et in Concilio 4. Mediolanenſi *p. 2. ſmtio.* Quia dum oleum non ſacrum additur ſacto, moraliter in ipſum conuertitur, quia ipſi commiſcetur cum diuiſione in minimas partes eo modo proportionaliter, quo viuens conuertit in ſuum alimentum ſibi ſuperadditum. Oleum tamen non ſacrum debet eſſe in minore quantitate, vt præter Doctores aduertit Rituale Romanum in *rubr. de ſacram. extrem. vnct.* Quia ſi eſſet in maiori quantitate, non ſacrum abſorberet ſacrum, & illud potiùs conuerteret in ſe, quàm conoerteretur in ipſum, nec ſacrum, etiam in morali exiſtimatione maneret idem numero oleum.

CONSVLTATIO LXIII.

An Chriſtiano alioquin probo, quia cum à Turcis valdè moleſtetur, ob defenſionem, & ſecuritatem ſuam factus eſt ſtipendiarius, & in arce Turcis inſeruit, liceat adminiſtrari ſacramenta Eccleſiaſtica?

1 RESpondeo, non licere. Nam, ſi hoc facit intuitu Religionis, peccat quidem grauiſſimè aduerſus fidei profeſſionem, quam factis oppugnat. Si verò id facit ſimpliciter ratione politici finis, dubium non eſt, quin ſaltem aliquo modo ſit fautor infidelium, quod eſt per ſe malum, vt proinde nec iuſſu Dominorum, neque metu mortis à culpa excuſatur, præſertim ſi non ſubeſt iuriſdictioni Turcarum, vt poſt Hugonem docet Torrecremata *in can. Iulianus 11. q. 3. n. 2.* Neque iuſſus duro Turcarum imperio cogatur inſeruire ad ſui defeſlooem, cùm alio modo tueri ſe poſſit, ac debeat, etiam cum aliquo incommodo, ſed ſua voluntate, & arbitrio. Quare ijs, qui petunt, poſſe ſacramenta Eccleſiaſtica ſuſcipere, non obſtante, quod Turcis inſeruiant, non eſt annuendum, ſed monendi ſunt, vt deſinaot huiuſmodi ſeruitia.



CONSVLTATIO LXIV.

An cauſæ eorum, qui refingunt Officiales S. Officij, cùm non ſint, & ſub huiuſmodi prætextu committunt aliquod delictum, non ſpectans ad S. Officium, debeant de iure cognoſci à S. Officio priuatiuè quoad omnes alios Iudices?

CEnſeo affirmatiuè reſpondendum. Etenim nemo 1
eſt, qui in iure dubitet, eum, qui crimen aliquod committit, non niſi ab illo Iudice poſſe puniri, cui ius dicendi poteſtas competit ratione delicti, quod forum ſortitur per textum *in l. 1. C. de iuriſd. omn. Iud. & in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. ag. oport.* cum alijs, & *in can. ſi ille 23. q. 4.* qui ait: *ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis eſt orta præſumptio*, & *in can. ſi peccauerit 2. q. 1.* ad quos textus Doctores omnes ſuffragantur. Quod præcipuè procedit in hoc caſu, nam cenſetur Maieſtatem S. Inquiſitionis offendere; vnde poterit contra illos procedi, ſi oon tanquam offendentes, ſaltem tanquam contra perturbata res S. Officij per ea, quæ notat Imol. *de offic. deleg. cap. 1.* ſub initio, Comenſ. *in Lucern. Inquiſ. v. Offendens n. 2.* ibique Pegna. Sic teſtis laicus, qui coram Iudice Eccleſiaſtico falſum depoſuit, debet ab eodem Iudice puniri, cùm illius aures, ac iuriſdictionem offenderit per textum perſpicuum *in l. nullum*, vbi Bart. ac cæteri *C. de teſtib. & in l. ſi lis, C. ad leg. Cornel. de falſ.* & Doctores communiter, nominatim Couar. *pract. q. 12. n. 8.* Afflict. *dec.* 219. Franch. *dec.* 149. & Capel. Toloſ. *dec.* 378. Non enim conuenit, quod vnius iuriſdictio offendatur, & alter puniat.

Quod ſanè obtinet, etiam ſi delicta ſub hoiuſmodi 2
pretextu commiſſa non ſpectarent ad S. Officium. Tum quia regula eſt in quocunque Iudice ſiue Ordinario, ſiue delegato, vt ipſe cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio, quoties aliquid obijcitur contra illam, vt docent communiter Doctores *in l. praeſcriptione C. ſi contra ius, vel vtil. publ. & in cap. ſuper litteris de reſcript.* quos allegat Gail. *pr. obſ. lib. 1. concl. 34. n. 1.* Tum ratione acceſſionis, ſiue connexionis ad cauſam principalem, ex quo Iudex fit competens ad *textum in l. ſi quis ex argentarijs §. rationem de eden.* cùm alijs relatis à Petr. Barboſ. *ad l. venditor 29. n. 185. de iudic.*

Quare Iudex Eccleſiaſticus poteſt inhibere Iudici ſæ- 3
culari, ne procedat in cauſa dependente ex cauſa, quæ oritur coram ſe per *cap. tuam de Ord. cogn.* vbi Panorm. *in princip.* traditque Corſet. *in repert. v. Inhibitoria 2.* Ex quo infert Comenſis loco allegato *v. Iudex*, quod Inquiſitor poteſt inhibere Iudici ſæculari, ne procedat contra aliquem vigore proceſſuum ipſius Inquiſitoris, vel occaſione alicuius confeſſionis factæ coram ipſo.

Tùm quia, cùm cauſæ iſtæ ſint præparatoriæ ad cau- 4
ſam principalem, ſequitur manifeſtè, Iudicem competentem in cauſa præparata fieri etiam incidenter competentem in cauſa præparatoria, *arg. l. etſi non ſint 21. §. perueniamus, & l. in argento 23. de aur. & arg. leg.* tametſi aliàs ſi coram ipſo principaliter proponatur, nequeat de ea cognoſcere, *l. quoties, l. nulli C. de iudic. l. vlt. C. vbi, & apud quem cognit. reſt. l. 2. in fin. C. de ped. iud. l. non diſtinguemus §. de liberali de recept. arb. l. Cum proponas C. de reb. cred. l. 2. C. de exhib. cap. 1. de in integr.* reſt. & expreſsè probatur *in l. 1. C. de ord. iud. & in l. 4. §. ſi dicantur ff. fin. reg.* Vnde dicuntur inuicem continentes *l. nulli C. de iudic. cap. 1. de ſequeſtr. poſſeſ.* Fontanel. *dec.* 256. *n. 6. & ſeqq.* ac ſequuntur Menoch. *de arb. lib. 1. q.* 45. Donel. *lib. 17. com. cap. 9. in fin.* Cuiac. *ad l. ſi ventris de ventr. in poſſ. mitten.* Fachin. *lib. 1. contr. cap. 43.* & alij, conſtatque ex ſtylo S. Inquiſitionis, quæ ſi è ſortilegio proueniat homicidium, cognoſcit etiam de homicidio,

CONSVLTATIO LXV.

1 *An Christiani subditi Turcarum possint non coacti dare nomen militiæ Turcicæ, & ab illis accipere stipendia ad militandum contra Christianos absque necessitate?*

2 *An Christiani feudatarij Turcarum, qui ratione feudi tenentur per seipsos militare in castris Turcarum, teneantur recusare militiam contra Christianos susceptam, etiam cum periculo amittendi feudum?*

3 *An Christiani subditi Turcarum, qui non habent vnde se alant, vel sunt ad militandum coacti, possint militare contra Christianos in castris Turcarum?*

4 *Et quid de Christianis in triremibus Turcarum remigantibus contra Christianos? Vbi & de alijs quibusdam actionibus, ac de mancipijs parerga.*

1 AD primum respondendum videtur affirmatiuè. Quoniam ad bellum iustum licitum est auxilium præbere infidelibus, immò sub Rege infideli militare, vt constat *ex can. quid culpatur* 23.*q.* 1. quod verum est non solùm, quando bellum est contra alios infideles, vt fecit augustæ memoriæ Carolus V. quando Regem Tunecti à Regno eiectum restituit, sed etiam quando bellum iustum est contra Christianos, non scilicet quatenus Christiani sunt, sed propter aliquam iustam causam recuperandi aliquam Vrbem, quæ eorum iuris erat, aut vindicandi iniuriam ipsis illatam.

2 Verùm negatiuè respondendum est. Quoniam id est intrinsecè malum, vtpotè innocentis percussio absque auctoritate, aut iure ad id faciendum, quod neque efficere, neque adoriri, intendere, aut suadere licet. Ita Molin. *de iust. & iur. tr.* 2. *disp.* 116. §. *sit tamen.*

3 Pro maiori explicatione tres casus constitui possunt. Primus de Christianis, siue Catholicis existentibus sub iurisdictione Principis infidelis, seu hæretici, veluti quia vel ab eo fideles tolerantur, vel quia sunt captiui. Et tunc aut bellum geritur odio Christianæ, seu Catholicæ Religionis, & in tali quidem casu nullo pacto citra peccatum in hac fidei professione licèt Christiano, vel Catholico sub tali Principe militare. Ita probat textus *in can. Iulianus* 11. *q.* 3. *& in d. can. quid culpatur* §. *Ergo vir iustus* 23.*q.* 1. quia concurrit in hoc casu iussum Dei, qui præcipit Religionem esse tuendam, & iussum terreni Principis, qui mandat Religionem oppugnari, ideòque fit, vt subditi negligendo exequi iussa terrenæ potestatis, non videantur illam contemnere, sed maiorem potestatem præferre iuxta illud: *obedire magis oportet Deo, quàm hominibus*, *Act. cap.* 5. de quo *can. Dominus*, *can.* 21, *qui præest*, *can. non semper*, *& can. qui resistit.* 15. *q.* 3. Vbi enim adest iussum superioris, præceptum inferioris remanet ipso iure solutum *l. iudicium ff. de iudic.* Neque alia ratione subditi subduntur Domino temporali, nisi propter Dominum æternum, D. Paul. *ad Rom. cap.* 13. *& cap. Omnis anima de censib.* Quare æquum planè est, vt illi primùm obsequantur, cuius contemplatione alteri subduntur *can. Imperatores in fin.* 11. *q.* 3.

4 Aut bellum geritur contra Christianos non odio, vel causa Religionis, sed pro defensione suæ ditionis, fortè quia Princeps, licet sit infidelis, vel hæreticus, concedit tamen subditis conscientiæ libertatem. Et tunc potest Catholicus militare; quia deficiente odio Religionis, remanet simplex ratio politica, pro qua tuenda possunt subditi Principem adiuuare, quamuis infidelem, donec toleratur ab Ecclesia, sicuti milites Christiani adiuuabant Iulianum Apostatam, de quo in *d. can. Iulianus*, ibi: *Pro defensione Reipublicæ*, ibique Gloss. *v. obediebant*, & Præpos. *ante not.* 3.

5 Secundus casus est, quando Christiani, siue Catholici non subsunt iurisdictioni Principis infidelis, vel hæretici. Et hac quidem specie qualitercumque bellum geratur, & contra quemcunque nullo pacto possunt militare sub ipso, vt post Vgonem docet Turrecrem. *in d. cap. Iulianus sub n.* 2. Nam si hoc faciunt causa Religionis, peccant quidem grauissimè aduersus fidei professionem, quam factis oppugnant. *Si* verò id faciant simpliciter ratione politici finis, dubium non est, quin saltem sint fautores infidelium, & hæreticorum, qui anathematizantur *in cap. fraternitatis* §. *credentes de hæret.*

6 Tertius casus est, quando bellum geritur inter duos Principes Catholicos, quorum alteri adhæret hæreticus, vel infidelis. Et in hoc casu licet Christiano, qui iurisdictioni infidelis subditur, sub tali Principe militare *ex d. can. Iulianus*, *& can. Imperatores.* Si verò eius iurisdictioni non subditur, tunc non licet.

7 Non obstat quod contra dicebatur. Quia procedit in bello iusto, non autem in bello iniusto ad impugnandos Christianos quatenus Christiani sunt, ex quo sequitur Religionis Christianæ, ac morum euersio, profanatio Templorum, virginum violatio, tyrannis. Canon verò *quid culpatur*, permittit quidem, quod vir iustus, si fortè sub Rege homine etiam sacrilego militet, rectè possit illo iubente bellare, sed si vice pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum certum est; vel vtrum sit, certum non est ita, vt fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi. Hæc D. Augustinus *lib.* 22. *contra Faustum cap.* 74. *&* 75. Non ergo militare potest iniussus, atque non coactus.

8 Ad secundum etiam videtur affirmatiuè respondendum. Nam in bello iusto fideles iuuant infideles *d. can. Iulianus* 11. *q.* 3.

At negatiuè respondendum est, idque ob rationem ante adductam. Et licet *d. Can. Iulianus* intelligi debeat de Christiano, qui Principi infideli subditus est, is tamen ratione superioritatis, ac iurisdictionis in rebus honestis, ac licitis, & quæ non pugnant cum præceptis diuinis, Principi, quantumcunque infideli, aut ethnico, parere omninò, eumque etiam in prælio sequi tenetur iuxta dictum Christi: *reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris Matth.* 22. & doctrinam D. Pauli *ad Rom. cap.* 3. & Petri 1. *ep. c.* 16. vbi docet, obediendum esse dominis non modò bonis, sed etiam malis. Pulchrè ex D. Ambrosio decretorum collector Gratianus *in d. can. Iulianus* 11. *q.* 3. *Iulianus*, ait, *Imperator, quamuis esset apostata; habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat, producite aciem pro defensione Reipublicæ, obediebant ei. Si autem aduersus Christianos confratres suos insurgere iussi essent, non parebant, sed cognoscebant Imperatorem Cœli, cui magis obtemperandum est, quàm hominibus. Maior quippe, & sanctior esse debet diuina, quàm temporaria maiestatis reuerentia*, *Act. Apost. c.* 4. *&* 5. Bucer. *de bel. & duel. lib.* 1. *c.* 8. post *n.* 17.

9 Et sanè si sacrosanctis Lateranensibus Concilijs, de quibus *in cap. Ita quorundam*, *& cap. ad liberandum de Iuda. & Sarac.* ac constitutionis summorum Pontificum Clementis III. *in cap. significauit*, & *cap. quid olim eod. tit.* Ioannis XXII. *in extrauag. copiosus*, Pauli III. in Bulla Cœnæ Domini, ac Pij IV. sub pœna excommunicationis, & anathematis ipso facto, ac iure incurrenda, publicationibusque bonorum, quæ occupanti conceduntur, interdicitur Christianis, ne aliquid ad Christianæ fidei hostes deferant, vel mittant, opem, consilium, auxilium, vel fauorem præstent, aliquidue faciant, quo infideles aduersus fideles adiuuentur. Profitemur enim in ipso sancti baptismi lauacro nos pugiles, & palestritas strenuos futuros aduersus eos, qui Christum, vel eius membra aut apertè petunt, aut insidiarum cuniculis occultè tentant, Tertul. *de coron. milit.* & sedifragi sumus, ac periuri, si aliter faciamus. Quæ omnia etiam ratione naturali, ac legibus ciuilibus comprobantur, *l.* 1. *&* 2. *C. quæ res expor. non deb. l. pen. & fin. C. quæ res vend. non*

pof. & l. 2. C. de commerc. & merc. Multò magis prohibitum censeri debet, ipsos Turcas Christi fidei hostes in Christianorum perniciem bello iuuare. Prohibitis enim rebus, multò satius præstat personas, veluti maiores, esse prohibitas, Bald. *in l. consentaneum col. 3. C. quomodo, & quando Iudex*, & Bartol. *in extrauag. Qui sint rebelles col. 2.*

10 Ad tertium pariter negatiuè, ac ita, vt ne mortis quidem metu fas illis est pugnare aduersus Christianos quenquam interficiendo, vulnerando, percutiendo, Molin. *loco alleg.* quia id est intrinsecè malum, vt dicebam. Vnde cùm fratres Ordinis Minorum regularis Obseruantiæ degentes in partibus Turcarum consulerent Sedem Apostolicam, quid facere debeant in casu, quo Turca vult, quod è quolibet Monasterio tres Regulares, & totidem sæculares proprijs sumptibus arma sumant contra Christianos, sanctissimus respondit, quod fugiant, & faciant quod possunt 12. Augusti 1621.

11 Quod verò ad vltimum, Azorius ita proponit hanc quæstionem *p. 1. lib. 8. cap. 23. q. 17.* An Christiani à Turcis capti, & serui effecti, & remigio mancipati, & addicti, lethalem culpam, ac proinde excommunicationem contrahant, cùm iussi remigant in bello contra Christianos metu mortis, verberum, aliorumue cruciatuum, quæ mala alioquin sustinerent, si à remigando desisterent? Et negatiuè respondet contra Nauarrum. Quia, inquit, remigare in eo, qui tanquam seruus est remigio addictus, est res per se indifferens. Est enim proprium serui ad id destinati munus. Quam quæstionem videtur Azorius intelligere, quando est bellum contra priuatos Christianos; respondet enim postea cuidam obiectioni probanti, eos lege charitatis teneri à remigatione desistere, vbi Saracenis, vel Turcis pugna esset contra certam Christianorum Rempublicam, vel contra Regem, vel Principem. Sed in præsentia, inquit, sermo tantùm est de seruis Christianis, qui remigant in triremibus, vel nauigijs Saracenorum contra priuatos Christianos pugnantium.

12 Salas similiter *tr. 3. disp. 3. sect. 1. n. 30.* ait metu mortis licere quidem in triremibus Turcarum Christianos persequentium remigare, nisi magnum, & commune detrimentum Christianorum præuideretur. Nam tunc captiui tenerentur etiam cum vitæ discrimine à remigatione abstinere; quia magnum, & commune damnum priuato præferendum. Quod commune damnum Sanchez *tom. 1. sum. cap. 7. n. 28.* vocat maximum damnum Reipublicæ, cùm ait, nisi ex eo, quod captiui eo modo non cooperarentur, maximum Reipublicæ damnum euitari posset, quod eorum vitæ anteponendum esset.

13 Eodem modo Molina *d. disp. 115. concl. 4.* docens quando maximum damnum euitari posset, vt captio insignis Castri, aut Ciuitatis, aut Regis, vel alterius personæ, quæ multùm communi bono referret, esse obligationem etiam cum periculo propriæ vitæ, id non efficere. Quia pro maximo Reipublicæ bono tenetur quisque sub reatu lethalis culpæ vitam propriam exponere. Rarò tamen id euenire docet. Tum quia rarò eiusmodi euentus occurret; tum etiam quia rarò ex eo, quod quis id non sufficeret, vitaretur prædictum malum eo, quod non deessent alij, qui id ipsum præstarent. Oportet igitur in hac quæstione varijs distinctionibus vti.

14 Et primò distinguendum est, quod iam notauimus, quando scilicet dicatur bellum priuatum, hoc est in quo damnum priuatis infertur ita, vt non redundet in maximum Communitatis, seu Reipublicæ detrimentum, & quando bellum dicatur publicum, in quo videlicet Communitas, seu Respublica maximè damnificatur. Quamuis enim damnum singulorum sit etiam damnum ipsius Communitatis, & Reipublicæ, non tamen præcisè sumptum in aliquibus hoc ipso tale est, vt dici possit damnum commune Reipublicæ cùm respectu ipsius non semper censeatur maximum.

15 Secundò distinguendum est inter damna, quæ contra Christianos inferuntur. Alia enim sunt in bonis externis præcisè, alia in bonis corporis & vitæ, alia in bonis qui externis primò, ac directè, indirectè verò, & consequenter in alijs bonis vitæ, aut membrorum, &c.

Tertiò, distinguendum est inter actiones damni illatiuas. Aliæ censentur indifferentes, & non solùm in eo sensu, quo alia sunt per se ordinata essentialiter ad peccatum, alia quasi essentialiter, seu indifferentia impropriè, alia indifferentia propriè, quæ ex natura sua non habent ad peccatum inducere, sed censentur actiones indifferentes in alio etiam sensu, id est quatenus non sunt per se, ac directè iniuriosæ, ac damnificatiuæ, nec trahunt secum necessariò damnum qualis est remigatio, quæ, quantum est de se, solùm est adductiua nauigij ad certum locum, vbi possunt postea Turcæ, mutata intentione, damna Christianis non inferre, & sic remigatio secum non trahit necessario talia damna. Aliæ verò actiones censentur, ac sunt per se, ac directè iniuriosæ, ac damnificatiuæ, quæ ex natura sua secum necessariò trahunt similia damna, qualis est emissio sagittæ, aut explosio bombardæ, &c. 16

Quartò, denique distinguendum est inter peccatum scandali, seu cooperationis ad peccatum Turcarum, & inter peccatum contra iustitiam, quod Christiani committere videntur, auxilium hac ratione ferentes Turcis contra Christianos pugnantibus. 17

Dicendum igitur est, quoad scandalum nullo pacto committi peccatum, cùm sit cooperatio solùm materialis indirecta, ac remota ad peccatum ipsum Turcarum, ad quod iam ipsi paratissimi sunt, & causa cooperationis iustissima; ideòque remigatio, & similia seruitia indifferentia, quantum est ex parte scandali, licita esset, non solùm propter metum mortis, cruciatuum, verberum, &c. sed multò etiam minori de causa. 18

An autem ita remigantes contrahant excommunicationem, & an peccent mortaliter in genere iniustitiæ? Quod ad primum de excommunicatione dicendum est, eos in excommunicationem non incurrere. Quia non est verisimile, quod pia mater Ecclesia velit suos filios in tali periculo constitutos, adhuc ad rem tam difficilem excommunicationis pœna compellere. Et quamuis Ecclesia possit aliquando obligare cum periculo vitæ, vt docet Caiet. *q. 96. ar. 4.* & Sotus apud Salas *tom. 1. tr. 3. disp. 3. sect. 1. n. 30. ad finem*, non tamen de facto obligat iuxta communem opinionem. Vnde sequitur, quod stante metu mortis Christiani remigantes non sint Ecclesiæ inobedientes, ideòque excommunicationem non incurrant. 19

Quod ad secundum Nauar. *in man. cap. 27. n. 63. §. septimo*, asserit, Christianos metu mortis, aut verberum remigantes in triremibus Maurorum, etiam contra Christianos non videri excommunicatos, quamuis à peccato mortali non excusentur. Ita etiam plures alij Doctores, quos tacito nomine citat Castropal. *tom. 1. tr. 6. disp. 6. pun. 11. n. 10.* existimantes, nullam dari causam, quæ eos excuset à culpa, ipse tamen multò probabilius esse ait, quod nullum admittant, si timore mortis, vel alterius grauissimi damni remigent, aliaue officia indifferentia præstent. 20

Dicendum igitur est cum eodem Castropalao, id esse probabilius, Quod antea docuit expressè Molina *de iust. tom. 1. tract. 11. disp. 115. conclus. 2.* vbi dixit metu mortis, aut notabilis alicuius detrimenti fas esse remigare in triremibus infidelium aduersus Christianos, asportare sarcinas, & arma, admouere scalas, construere propugnacula, &c. præsertim cùm charitatis ordine fas sit præponere vitam propriam aliorum vitæ, & cùm is, qui id efficit, videat, non defuturum alium, qui idem efficiat, esto ipse id non faciat, atque adeò vitandum non esse damnum proximi. 21

Idemque habet Sanchez *tom. 1. sum. lib. 1. cap. 7. n. 18.* dicens similiter Christianos captiuos remigantes in triremibus Turcarum Christianos inuadentium, excusari à peccato. Item porrigentes arma Turcis petita ad Christianos interficiendum, asportantes sarcinas, & necessaria ad bellum, admouentes scalas, & machinas ad muros, 22

ros, sustentantes humeris Turcas, & iuuantes ad munienda castra, ædificanda propugnacula, &c. nisi, inquit, citans Molinam Suarez, & Lessium, ex eo quod captiui eo modo non cooperentur, maximum Reipublicæ damnum euitari posset, quod eorum vitæ anteponendum esset. Deinde infert, excusari nauicularium cymba traoseuntem quosdam duellum inituros, aut alium interfecturos, si graue damnum subiturus sit, idest, proportionatum alteri damno, & peccato duelli. Similiter etiam excusari ait admouentem scalam furari volenti, dantem ensem paranti alterum occidere, vel ostendentem, vbi sit, qui occidendus est, quando scilicet iusta causa vrget, idest, ius damnis proportionata.

23 Palaus etiam loco citato limitat suam opinionem *n.* 11. cum Molina, Sanchez, & alijs, dicens, eos remigantes non excusari timore mortis, si videant damnum graue Reipublicæ, ipsis non remigantibus euitari posse. Quia tunc tenentur propriam vitam ob bonum commune exponere. Sed non explicat, an debeat huiusmodi damnum commune præferri vitæ priuatorum tunc solùm, quando est in boois vitæ, & certò futurum est, an etiam quando tantùm probabiliter, aut probabilius, & etiam in boois externis præcisè. Ego tamen hanc limitatioοem admitto, quando damnum commune est in bonis vitæ, & certò futurum est.

24 Addit verò similiter Palaus, rarò, vel nunquam talem casum posse contingere, in quo aliquis in particulari obligatus maneat ad præferendum tale damnum commune propriæ vitæ, sicut etiam dixerat Molina *d. disp.* 115. *post* 4. *conclus.* his verbis: rarò tamen id eueniet. Tum quia rarò eiusmodi euentus occurret; tum etiam quia rarò ex eo, quod quis id non efficeret, vitaretur prædictum malum, eo quod non deessent alij, qui idipsum præstarent. Et hoc verum est io prædicto sensu, in quo limitationem admisi, idest, quando damnum commune est in bonis vitæ, & certò futurum est, in quo sensu rarò continget, vt scilicet aliquis sibi persuadeat remigantes cessaturos, ac damnum huiusmodi esse euitandum, & per coosequens præferendum esse vitæ propriæ. Contra verò semper contingere poterit casus præferendi tale damnum propriæ vitæ, si adsit obligatio sic præferendi, quando aliquis sibi persuaderet probabiliter, aut aliquando probabilius, quod tale damnum secuturum esset. Similiter sæpè etiam contingere poterit talis casus, si per huiusmodi damnum commune intelligatur non solùm damnum in bonis vitæ, sed etiam in externis. Præterquamquod deberet priusprobari, quod damnum commune in bonis externis sit anteponendum vitæ priuatorum?

25 Denique ratio illa, quam affert Palaus ad probandum, quod rarò poterit contingere casus, in quo aliquis obligatus maneat, non caret aliqua difficultate. Nam ratio, qua id probat, est, quia rarò poterit aliquis sibi persuadere alios cessaturos fore à remigando, si ipse cesset, & sola cessatione ipsius damnum commune euitari, quasi dicat rarò id erit, quod alij cessaturi sint à remigando, & per consequens rarò etiam erit, quod euitetur damnum.

26 Sed contra. Ergo sequitur, quod si nuoquam cessaturi sint, & nunquam damnum huiusmodi sit euitandum, nunquam etiam dabitur casus, in quo aliquis in particulari maneat obligatus ad præferendum tale damnum commune propriæ vitæ. Hoc tamen videtur falsum; quia licet alij remigantes nunquam essent cessaturi, & nunquam etiam damnum illud impedituri, adhuc vnus aliquis ex illis id verè sibi persuadens, id est eos nunquam esse cessaturos, & nunquam damnum impedituros, obligabitur tamen ad non concurrendum cum illis io tali damoificatione. Sicuti si non deesset alius, qui me non occidente Petrum adhuc ipsum occideret, ego nihilominus peccarem, si vnà cum illo Petrum ipsum occiderem.

27 His tamen non obstaotibus, ratio prædicta probat, quod intenditur. Concedo itaque, si nunquam cessaturi essent à remigatione, & nunquam etiam vitandum esset damnum iam dictum, & solùm hoc sibi persuaderet vnus aliquis ex illis captiuis remigantibus, concedo, inquam, quod nunquam etiam is obligaretur ad præferendum tale damnum vitæ propriæ. Neque obstat exemplum de occisione Petri; & disparitas est, quia in eo casu, quo ego Petrum occiderem, alio non deficiente, qui ipsum occideret, me non occidente, actio mea est per se immediatè iniuriosa, ac determinata ad mortem inferendam; non sic remigatio, quæ propriè est indifferens, non verò per se immediatè determinata ad illud damnum Christianis inferendum.

Azorius vbi supra putat remigare in eo, qui tanquam seruus est remigio addictus, & traditus, esse rem per se indifferentem; quia est proprium ad id destinati munus. Quod explicat exemplo Nahamani, qui non peccabat, tametsi suo Principi inseruiebat in templo Idola colenti, dum Regis imbecillitatem suis manibus sustentaos vnà cum eo se se inclioabat; suo enim munere fungebatur. Neque aocilla peccat, si dominam ethnicam, & gentilem comitetur, gestando caudam, & simul cum ea in templo Idolorum genuflectat, vt suum officium præstet. Ita etiam Christiani in seruitutem redacti, & destinati remigijs nequaquam peccant in remigando. 28

Sed hæc ratio, quam affert, non placet. Primò, quia solùm valet pro Christianis captiuis, & se non extendit ad alios Christianos, qui fortè in ijs triremibus reperiuntur, vt vectores, vel aliquo alio casu, non tamen bello capti, nec vt serui remigio addicti, qui tamen etiam ipsi eodem metu compulsi remigando, nec peccatum incurrerent. 29

Secundò, quia ratio famulatus præcisè sumpta (idem dico in casu præsenti de ratione præcisa seruitutis,) quamuis concederemus, quod Christiani bello capti verè essent serui, non est sufficiens ad excusandam cooperationem per rem etiam de se indifferentem ad peccatum heri, seu domini, nisi aliquid aliud interueniat excusans, quale esset damnum aliquod secuturum hero, seu domino contra iustitiam, vel ipsi famulo, seu seruo, si non obediret. Alioquio si nihil prorsus mali sibi famulus, seu seruus timeret, nec hero, seu domino vllum præiudicium sequeretur, non excusaretur ille à mortali peccato cooperando hac ratione heri, seu domini præcipientis peccato. Quod in nostro casu multò verius est, cum, vt patet, verè serui non sint tales Christiani remigantes, nec famuli mercede conducti, sed iniustè ministerio huiusmodi mancipati; & ideò prædicta illa ratio, quam affert Azorius minimè placet. 30

Tertiò, quia, vt iam dixi, Christiani sic bello capti, & remigio addicti, verè serui, aut famuli oon sunt, sed iniustè sunt ad remigandum condemnati. Ergo nisi alia causa sufficiens adsit, non excusantur in remigando, & cooperando peccato Turcarum per hoc præcisè, quod fungantur munere suo, quasi verò ratione seruitutis debitores siot talis functionis, seu remigationis Turcis iubentibus, atque ita remigando satisfaciaot obligationi, quam habent, obediendi, quæ tamen obligatio nulla est cùm omnino iniustè, & capti sint, & condemoati triremibus. 31

Quartò denique, quia illa ratio præcisè sumpta, non solùm insufficiens est ad excusandam huiusmodi cooperationem ad scandalum passiuum Turcarum, sed multò magis est insufficiens ad excusandum concursum, quem habent Christiani remigantes ad damnum aliorum Christianorum, quod sine dubio tenentur impedire, & per consequens concursum, & cooperationem huiusmodi remouere. 32

Præterea indiget distinctione id, quod idem Azorius subdit ibidem, cùm ait, aliter esse dicendum, si iuberentur arma capere, & pugnare contra Christianos, aut innocentem occidere, aut furari. Quia hæc sunt per se mala, ac proinde nullo metu, etiam mortis, facienda. Concedo, si iuberentur pugnare, aut innocentem occidere: nego, si iuberentur furari. Si enim licitum est io extrema necessitate furari, quia tunc non est propriè furari, cur non etiam existentibus in tali periculo, Christianis furari similiter non licebit? eo vel maximè quia tunc ad tuendam vitam cessat ratio furti; & hoc mihi probabile videtur. 33

34 Scio contra nos in hac re sentire alios cum Azorio, & ita Lessius *lib. 2. de iust. cap. 13. dub. 13. n. 29.* loquens de cooperatione ad actiones quasdam furis proximo iniuriosas, sic ait: Non tamen hoc metu potest quis domum alienam perfringere, vel per fenestram penetrare, & res foras proijcere, vel pecora è stabulo abigere. Nam hoc est esse causam principalem, & directam furti, & iniuriæ. Quicumque enim, inquit, res meas primo aufert, vel damnificat, iniuriam mihi facit quocumque metu id faciat, nisi fortè id faciat animo compensandi. Tunc enim dominus id meritò debet permittere. Idem tenet Coninch de Christianis captiuis apud Turcas *disp. 21. de bello dub. 7. n. 104.* dicens, nullo modo ijs licitum esse deprædari, aut incendere res Christianorum, quia hoc per se malum, & iniustum est, & citat Lorcam *2. 2. sect. 3. disp. 51.*

35 At nihilominus dicendum est, esse licitum furari huiusmodi Christianis captiuis timore mortis. Ita Castropalaus vbi supra *n. 12.* loquens speciatim de actionibus directè, & per se proximo iniuriosis, quales sunt domum perfringere, deuastare, bona surripere. Ita etiam Molina *cit. disp. 115. concl. 5.* dicens metu mortis, aut amissionis membri fas esse eiusmodi captiuis nocumentum inferre Christianis in bonis exteris, ea ad infidelium imperium destruendo, capiendo, & ad triremes asportando. Quia sunt in extrema necessitate illorum bonorum ad vitam propriam conseruandam. Ergo quantum fas est, cuique in extrema necessitate sumere de bonis aliorum ad conseruandum propriam vitam, tantum damni fas erit eiusmodi captiuis inferre bonis aliorum ad vitam propriam tuendam, præsertim cùm, si ipsi non cooperentur ad illud damnum, defuturi non sunt, qui illud similiter inferant. Et regulariter loquendo credendum esse ait, Christianos neque ab illis restitutionem expectare, neque eam velle. Quoniam, præterquamquod mortis metu, & non incommodum proprium id effecerint, defuturi non erant, qui idem damnum darent.

36 Hurtadus tamen *2. 2. disp. 76. sect. 3. §. 114.* apud Dianam *tract. 7. de scandalo resol. 30. in fine*, non admittit hanc sententiam, quando dominus esset in simili necessitate, verbi gratia sulphuris, domus, murorum, & commeatuum ad vitam propriam tuendam; & quidem bene id asserit, in quo casu, inquit, non possent Christiani captiui hæc deuastare, cùm hoc esset directa pugna, quamuis concedat, eos posse remigare in locum pugnæ arma deferre, prædam asportare, præbere sulphur, &c. At de his satis.

37 Parerga de captiuis, & mancipijs.

Mancipia confugientia ad Ecclesiam libertate donanda sunt. Capta dum pyraticam contra Christianos exercent, debent à suo domino retineri in captiuitate sine aliquo scrupulo.

38 Quæ contrahunt matrimonium de licentia suorum dominorum cum mulieribus liberis, & postea venduntur, vt alibi asportentur, non possunt ab vxoribus separari, sed cum illis manere debent.

39 Infideles captiui non eximuntur à seruitute per baptismum, sed restituuntur suis dominis.

40 Tolli debet Turcis omnis spes redimendi Turcas captiuos, & præsertim apostatas à fide Christiana, quamuis soluere vellent ingentem pecuniarum summam.

41 Captiui, siue mancipia familiarium S. Officij sunt exempta. Qua de re extat Breue Apostolicum, ac proinde si ab alijs capiantur, sunt eisdem familiaribus restituenda.

42 Vbi extat consuetudo, quod captiui facti Christiani cadant sub commercio, domini ipsorum non possunt cogi ad dandam eis libertatem.

43 Captiui Christiani apud Turcas, vel alios infideles non permutantur cum Apostatis à fide Christiana captiuis apud triremes Christianorum.

44 Christiani prohibentur ex Constitutione B. Pij V. redigi in seruitutem.

45 Christiani non possunt vendi à quouis mercatore, licet asserat, quod eos emerit à mercatoribus Christianis, Tunecti, Algerij, Constantinopolis, vel alibi commorantibus.

46 Apostatæ à Religione existentes inter captiuos triremium Christianorum reconciliantur, eique cuiusuis status, & ætatis sunt, coguntur redire ad Religionem Catholicam. Quoad libertatem verò si apostatauerint in ætate adulta, licet capti à Christianis spontè compareant, & petant reconciliari, non tamen acquirunt libertatem, sed restituuntur dominis suis, quibus commendatur, vt illos bene tractent. Si verò quando apostatarunt, erant infantes, vel minores, libertatem consequuntur. Constare tamen antea debet, an fuerint baptizati. Et pro illis Apostatis, quibus post reconciliationem competit libertas, & nihilominus volunt remanere apud suos dominos, curandum est, vt cum charitate tractentur. Vide *tom. 4. Consul. 192. de apostatis.*

CONSVLTATIO LXVI.

An, & quatenus Episcopus præcipuè contra Clericum, iustè procedere possit ad conijciendum eum in Carcerem, & adhibere possit carceribus Custodes, ita vt ad expensas, & damna non teneatur? Vbi de Carceratis, & Carceribus, tàm ex Iure Ciuili, quàm Canonico plura summatim, etiam quoad S. Officium Inquisitionis.

1 Respondeo, iustè ad Carcerationem procedi, quando causa est Criminalis, & intrat pœna corporis afflictiua, vt per Clar. *in pr. §. fin. q. 28.* Farinac. etiam *in pr. q. 27. n. 38. & seq.* vbi etiam potest iustè reus in carceres conijci, quando non intraret pœna corporis afflictiua, & magis iustè procedet si timeantur scandala, iustèque Episcopus mandare poterit adhiberi Custodes, quando carceres non sunt tuti, & imminent scandala. De Iure enim qualitas Custodiæ est remissa arbitrio Iudicis, vt post Bald. *in l. 2. in fin. C. de exhibend. reis* notat Farinac. *in pr. d. q. 27. n. 99.*

2 Quod si reus condemnatus intendit repetere expensas à Iudice, qui eum condemnauit, non solùm tenetur probare Iudicem iniustè processisse, sed etiam per dolum malum, vel per pecuniam. Nam hodiè ex generali consuetudine, quæ vbique seruatur, Iudex non tenetur, nisi ex dolo malo, vel ex Iudicio corrupto, siuè nummario, vt post Amedeum *de syndic. n. 136. in fin.* & post alios Farin. *in pr. q. 115. n. 172.* Ioseph. Ludou. *dec. Lucen. p. 1. n. 50. & seqq. & dec. 3. n. 39.* Rot. in Romana tutelæ de Pellicanis 25. Febr. 1603. Coram Damasceno, quàm sequitur *in dec. 116. n. 25. tom. 2. p. 4. rec.*

3 Quinimò vbi reus condemnatus intendit repetere expensas à Iudice præter probationem iniustitiæ, tenetur prius excutere partem, ad cuius instantiam fuit condemnatus. Quia Iudex, quando tenetur, non tenetur, nisi in subsidium per textum *in l. 1. C. de Magistrat. Conuen.* ibi: *Sed aduersus Magistratus actio vtilis ita demum competit, si vniuersis bonis excussis*, & tradit Surd. *de alim. tit. 7. q. 27. n. 23.* & multis allegatis probat Rota *d. dec. 116. n. 20. & 21.* vbi, & *n. 24.* Subdit, hanc actionem recessisse ab aula.

4 Regula igitur sit, quod reus accusatus criminaliter in vincula, aut Custodiam conijcitur, ne elabi possit, *l. 1.* vbi Bartol. *ff. de cust. reor. l. fin. C. de accus.* Maximè si confessus, aut aliàs crimen notorium fuerit *l. 3. & l. si confessus ff. de custod. reor.* Quod verum est in masculis, secus autem in mulieribus, ne fiant obnoxiæ iniurijs commentariensium. Et ità regulariter de Iure Ciuili, quis non committitur fideiussoribus, nisi fortè propter criminis vilitatem, aut amplissimas facultates, dignitatemque eius, qui accusatur, aliud fiat secundum Boss. *in tr. crim. tit. de carcerato fideiussoribus committendo.*

5 Idem quoque dicendum, quando reus deprehenditur in flagranti crimine. Tunc enim simpliciter carceratur reus, neque relaxatur sub fideiussoribus. Idem etiam intellige de illo, qui capitur in fuga delicti, dum eum persequitur familia Iudicis iuxta Bartol. *in l. 1. ff. de recept.* Angel. *in l. sed, & fil. 25. §. perinde ff. de petit. hæred.* & facit textus in *l. siue igitur ff. de furt.* illudque dicitur

citur

citur crimen flagrans, quando reus in ipso delicto, aut fuga deprehenditur, aut vbi adhuc gladius, & arma in manibus eius reperiuntur, & ita captus in iudicium adducitur, vocaturque captura incontinenti facta, quæ fit in toto illo tempore, donec durat persecutio facinorosi latitantis, vel fugientis, priusquam se recipiat ad locum securitatis, quem petit, Arg. *in l. fur. est 3. in fin. & l. quo destinaui, & l. siue igitur ff. de furt.* Fugiens siquidem videtur de sua Iustitia, vel Innocentia diffidere *c. oneratos d. 84. & l. in eos ff. de Cust. reor. §. Si verò,* vbi Iacob. de Beluis. *auth. de exhib. reis.* Immò taliter deprehenso in flagranti crimine nulla est dilatio danda, sed sine mora ad Iudicem rapiendus est, debetque incontinenti condemnari, & decapitari. Quod intellige si est præsens; Si verò copiam sui non faciat, & conuincatur in termino de crimine contumax, in continenti bannitur. Ideòque aliquando vidimus de facto obseruari, vtrumque tam occisum, quàm occisorem vno tumulo sepeliri, quod postremum tamen duobus casibus verum esse intelligatur, puta si de crimine accusatorum incontinenti conuinctus fuerit, vel nisi deprehensus allegaret exceptionem necessariæ defensionis. Eo enim casu cùm sit Iuris naturalis, & communis non est præcidenda, sicut nec per statutum potest per ea, quæ notat Ias. & Doctores *in l. vt vim ff. de Iust. & Iur.;* & est Textus *in Clem. pastoralis extr. de re iudic.*

6 Et siue perpetrati delicti die, siue quandocumque posteà instituetur actio, vel accusatio contra delinquentem, modò actioni præscriptum non sit, quod quibus casibus fiat, tradunt Doctores *in l. querela C. ad leg. Cornel. de fals.* semper captiuus carceri mancipatur, neque fideiussoribus committitur Bartol. *in l. 1. ff. de Cust. reor.*

7 Notandumque, quod carceratus ob furtum, vel aliud delictum, pro quo condemnandus est pœna mortis, si quidem in custodia moriatur extincta est pœna ipsius, *l. defuncto ff. de publ. iudic. & l. defunctis C. si reus, vel accusator mort.* Estque mos in plerisque partibus, quod eius, qui se se ipsemet in carcere necauerat, extrahatur à custodia cadauer per carnificem, ac resupinum à tergo in scala alligatum exportandum è ciuitate, ac penes furcas humandum esse. Alibi tamen alij furis cadauer, qui sibi ipsi mortem consciuerat in carcere, cum vno pede alligandum publicis furcis iusserunt, ità quod caput, & corpus versus terram pendeant, sic infamis censendus non est, qui captum in carcere detentum, & mortuum fortè in tortura, ad Cœmeterium pro sepultura portauit; neque etiam si quis ducat filias eius, qui sibi mortem ipsemet intulit, si modò alias non agant turpem vitam, ob hoc non infamatur, vt idcircò ex Collegio opificum eijciatur, vt decisum apud Lipsenses *dec. 500. & 502. vol. 2.* Vide Boer. *dec. 215. 216. 217. & 349.* Boss. *in pr. crim. tit. de carcerat. fideiussorib. commis.* Clar. *in pr. crim. q. 46.* Coler. *de process. execut. p. 2. cap. 3. n. 48. & seqq.* Peregrin. Iannin. *de citat. real.* Zobel. *p. 4. diff. 25. & seq.* Fachs. *diffic. 45.* Reinhard. *p. 1. diffic. 21. & p. 6. diff. 51. & seq.* ac Seraphin. *de priuil. iuram. priuil. 17.* vbi habes, quod difficultas inueniendi fideiussorem iure iurando probetur.

8 Porrò in causa criminali carcer de Iure ciuili est ad custodiam *l. 1.* vbi Doctores, *C. de custod. reor. l. si seruus, & l. incredibile, C. de pœn.* de Iure autem Canonico est ad pœnam, *cap. quamuis de pœn. in 6.* Felin. *in cap. excommunicatus n. 3. de haeret.* Idcircò enim delinquentes arcta possunt custodia mancipari, vt legitur *in cap. vt famæ de sent. excom.* quia Prælati debent excessus corrigere, & publicæ vtilitatis interest, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerunt, nequiores, *Can. est iniusta misericordia 23. q. 4.* per totam.

9 Ab indebita verò carceratione datur appellatio, quia cum grauamen illatum cohæreat personæ, posteà reparari non potest; carcer enim dicitur; mala mansio, vt est textus cum Glossa *in l. si hominem ff. depositi, & in l. quod Labeonem §. quæstionis ff. de iniur.* Et grauior pœna est in carcere detineri, quàm laborare in agro, siue in opere publico, vt probat textus *ind. in seruorum ff. de pœn.* ibique Glossa 2. Immò carcer dicitur species seruitutis *in l. 1. & 2. ff. de liber. homin. exhibit.* & species tormentorum, vt notatur *in Clem. 1. de haeret.* & per Baldum *in l. si Clerus n. 3. C. de Episcop. aud.* Non igitur mirum, vt sicut à decreto torturæ, vel illius comminatione datur appellatio ad vtrumque effectum ex Concilio Trid. *sess. 24. c. 20.* sicut datur ex Iure Ciuili *in l. 2. ff. de appell. recip.* vbi si Iudex interloquitur, aliquem esse torquendum, admittitur appellatio, nempè quia grauamen huiusmodi posteà reparari non posset per appellationem à sententia diffinitiua, vt ibi notant Bartolus, ac cæteri, & Franch. *in cap. super eo 2. de appel. in 2. not.* vbi tenet Ius ciuile in hoc concordare cum dispositione conciliari, ita, & à captura personæ detur appellatio, prout concludit Bald. *in d. l. si Clericus,* & Abb. *incit. cap. super eo,* Franch. *loc. alleg.* & Præposit. *n. 7.* ac Guidop. *dec. 236.* vbi ait, onus, & grauamen continuum inferri ex carceratione, ideòque nunquam transire tempus appellandi à grauamine carcerationis, & semper posse appellari.

Neque obstat, quod carcer sit regulariter ordinatus ad custodiam, non autem ad pœnam, *vt l. aut damnum, §. solent ff. de pœn.* ideòque locus sanctus sit, sicut muri ciuitatis *l. Sacra §. propriè, & l. fin. ff. de rer. diu.* Cuman. *cons. 106. in fine.* Nam id verum est inspecta principali intentione, sed nihilominus pœnam infert secundario. Quia detentus in carcere, etiam custodiæ causa dicitur luere pœnam in corpore, vt notat Angel. *in l. si quis ff. de iurisd. omn. iud.* & quamuis relaxari possit, tamen incurrit aliquam infamiæ notam, & damnum ex toto irreparabile, vt tradit Alex. *cons. 17. n. 7. lib. 1.* 10

Et hanc sententiam aliàs probauit S. Congregatio Concilij. Cum etenim Archiepiscopus Brundusinus inter cætera consuluisset S. Congregationem, an quod decreto Concilij Trid. *sess. 13. c. 1. & sess. 24. c. 20. de ref.* dicitur de grauamine, quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest, intelligi possit, ac debeat de grauamine indebitæ carcerationis, Sac. Congregatio respondit, ita esse intelligendum, & ideò ab huiusmodi grauamine appellari posse, & ordinarium teneri huic appellationi deferre, & teneri processum transferre ad Iudicem appellationis. Interim tamen reo manente in carceribus, donec Iudex appellationis, causa cognita, aliud iusserit; carceratio enim irrogat infamiam, & damnum irreparabile, Baldus, Castrensis, & Alexander *in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic.* alijque superius relati. Quod si Iudex appellationis pronunciauerit, carceratum esse grauatum, debebit relaxari à carcere, sed non ideò tota causa auocanda, puta carceratus propter concubinatum, si appellat, cognoscet Metropolitanus, si legitima indicia erant ad carcerandum, si non erant, iubebit excarcerari, si erant, debebit pronunciare, vt maneat in carcere; sed neutro casu debebit prosequi causam in meritis concubinatus, sed illam relinquere Episcopo. Quam sententiam Congregationis Sanctissimus approbauit, omissa tamen posteriori clausula, quæ loquitur de remissione causæ ad Episcopum super negotio principali, fortè quia de Iure, quando appellatur à grauamine, ante sententiam diffinitiuam Iudex appellationis datur, quasi sub conditione quoad principalem causam. Vnde primò cognoscet de grauamine, & tunc si inuenerit appellationem minus legitimam, pronunciabit, male fuisse appellatum, & remittet partes ad priorem Iudicem appellantem in expensis condemnando. Sed si inuenerit appellationem legitimam esse, pronunciabit, benè appellatum fuisse, & hoc casu non remittet partes ad Iudicem grauantem, sed ipse procedet super principali. Et hic est casus *in cap. vt debitus, v. Cum autem de appell.* Vbi sic declarat *Glossa pen.* communiter approbata. Quare Abb. ibi *n. 8.* ex textu colligit, iustificata appellatione ab interlocutoria, Iudicem, ad quem succedere loco Iudicis, à quo, & Præpos. *n. 12.* similiter ex eo textu colligit regulam, quod appellatione legitima pronunciata, deuoluitur ad Iudicem ad quem negotium principale, & propterea procedet in illo. Idem probat textus à contrario sensu *in cap. Romana §. fin. de appell. in 6.* Licèt eadem S. Congregatio aliàs voluerit hoc dubium declarare. Etenim 11

nim consulta, an, si pendente causa in prima instantia coram Ordinario ante diffinitiuam à grauamine per eum illato appelletur ad Metropolitanum, debeat, iustificato grauamine ad Ordinarium causa remitti, vel potius apud eumdem Metropolitanum in eadem instantia terminari, non obstante decreto Concilij *cap. 20. sess. 24.* respondit, quo ad causas ex Iuris Communis dispositione ad Ordinarium, nec ne remittendas, nihil innouasse Concilium Tridentinum.

12 Detinens verò Clericum in custodia, vel vinculis, etiam sine læsione corporali est excommunicatus, & communicans excommunicato scienter in crimine est excommunicandus, & nisi difficultas impediat, absolui debet ab excommunicatore, vel ipsius superiore, & cum iuramento. Communicans verò extra crimen reconciliari potest per simplicem Sacerdotem sine iuramento per *text. in cap. nuper de sent. excom.* Quod autem ad incurrendam excommunicationem *can. si quis suadente* paria sunt Clericum percutere, aut eum in custodia publica, vel priuata, aut in vinculis detinere, etiam sine læsione Corporali, vt in *d. cap. nuper*, vbi Doctores communiter; aliudque est in carcere, & aliud in vinculis detinere, vt per Butr. *in cit. cap. nuper n. 2.*

13 Ex sola verò detrusione in carcerem, vel in vincula non dicitur quis corporaliter lædi secundum Io: Andr. *in d. cap. nuper n. 1.* ibique Butr. *in 4. notab.* Abb. *n. 3.* & Soccin. *n. 6.* Quia considerari debet, quod principaliter agitur, *cap. Cum voluntate de sent. excom.* carcer autem, & vincula principaliter non sunt ad pœnam, sed ad custodiam, vt supra dictum est. Quod verò ad effectum incurrendi excommunicationem latæ sententiæ ob violentam manuum iniectionem in Clericum, hæc non differunt. Nam violentia Clerico inferri potest, etiam sine manus inectione, seu corporis læsione. Debemus enim in his magis attendere iniuriam, & violentiam, quæ sapiunt causam finalem, quàm manus, quæ sapiunt demonstrationem, vt per Cardinal. *in d. cap. nuper n. 3.* Quod exemplo illustrat Innoc. *n. 1. & 2.* vt si quis ensem vibret, vel aliter necem comminetur, nisi carcerem ingrediatur. Vel si Clerico in domo propria, vel aliena existenti clausis foribus, vel positis custodibus adimatur libertas exeundi. Neque enim, vt idem Innocentius ait, videtur vis esse, an clausus sit carcere, an ligatus funibus, an custodibus vallatus. Omnes enim isti in custodia sunt, & in personam violentiam patiuntur, quia detinentur nequò velint abire, possint, nec multum differt à specie seruitutis, cui libertas recedendi non datur *. l. 3. ff. de lib. hom. exhib.* Eodem modo violentia est, si res è manu Clerici rapiatur, vel quæ aliàs ipsius corpori adhærent, aut si Clericus detineatur per vestem, qua induitur, vel per frænum equi, cui insidet, licet secus esset si equus interficeretur, vt per Innoc. Host. & Abb. *in d. cap. nuper n. 1.* Io. Andr. *n. 2.* Cardinal. *n. 4.* Anchar. *n. 2. & 3.* ac cœteri Canonistæ.

14 Quæ quidem procedunt dummodò fiant animo inferendi iniuriam, seù violentiam Clerico, secus autem si aliam ob causam. Quare si quis Clericum in castro obsideret non animo detinendi eum in custodia, sed capiendi castrum, vel faciendi Clerico verecundiam, vtique in Canonem non incideret iuxta ea, quæ tradunt Innoc. *loc. cit.* & Cardin. *n. 4.* Et idem esset, si quis circa manuum iniectionem, vel detentionem corporalem per metum cogeret Clericum ad se redimendum, vel exeundum è domo sua, quam postea occuparet. Non enim esset excommunicatus; quia hæc perpetrauit potius animo lucrandi, quàm inferendi iniuriam, nec in personam manus iniecit, vel quasi iniecit violentas, vt aiunt Host. *d. n. 1.* Io. Andr. *n. 2.* Cardin. *n. 4.* vbi tandem concludit, excommunicationem incurri, quandocumque fit violentia Clerico, per quam scilicet impeditur ei libertas præcisè, non causatiuè, & quando fit hoc animo, vt impediatur, aliàs secus.

15 An autem Carceratus iniustè peccet, non fugiendo de carcere, affirmat Soccin. *in cap. falsidicus de crim. fals. n. 12.* per *can. si non licet 23. q. 5.* At verò negandum est. Quantumcunque enim carceratio sit iniuriosa, vel iniusta, materia est iusta, & sancta. Nam velle pati iustum, & velle pati iniustum sanctum est *Can. ad hoc 23. q. 1. can. quod Christus 6. potest q. 4. & can. suggestum 7. q. 1.* Neque ad rem facit *d. can. si non licet*, quia loquitur de eo, qui occidit se ipsum. Quod nullo casu est licitum, eum sit intrinsecè malum.

Ecclesia verò non potest Clericis grauiorem pœnam imponere, quàm perpetuum carcerem Innoc. *in cap. Cum nouimus de verb. signif. in fin.* Archid. *in Can. In memoriam n. 11. 19. dist.* Cardin. *in cap. cum non ab homine n. 4.* & post eum Aretin. *n. 15. de iudic.* Quare pœna detrusionis in Monasterium ad agendum pœnitentiam est loco vltimi supplicij, & proportionatur morti naturali, saltem in eo casu, in quo sic detrusus sobstentatur pane doloris, & aqua angustiæ ad *text. in d. cap. nouimus.* Minor enim pœna est statim mori, quàm diù affligi, & salutem non sperare. Et idcircò Prælati, qui condemnant Clericos in perpetuum carcerem, non debent condemnatos ponere in tali loco, vel carcere, in quo viuere non possint, quod si morti tales condemnatos exponant, homicidæ, & irregulares reputantur. Magis enim est afflictiua illa mors, quæ cum longiori languore fit, *can. nihil enim 2. de consecr. d. 5.* Vnde Seneca: *acerbissima est crudelitas, quæ pœnam trahit*, sicut è conuerso, misericordiæ genus est citò occidere *d. can. nihil enim.* Et ità concludit Gulielm. de mont. Laud. *in Clem. 1. q. 5. de pœnit. & remis.* quem ibi sequuntur Cardin. *n. 9.* Anchar. *n. 8. & seq.* Imol. *n. 13.* tradit Boich. *in d. cap. nouimus n. 4.* Et verissimùm censet Anchar. *d. n. 9.* Cùm de victu quotidiano, vel alijs vitæ necessarijs tantum detrahitur, vt verisimiliter debeat mori, hoc enim occidere est, *l. necare ff. de lib. agnosc. c. pasce fame 86. d.* Neque est intentio Sacrorum Canonum, dùm ad pœnitentiam peragendam dant panem doloris, & aquam angustiæ, voluisse, vt homines citò morerentur, quia sic via indirecta exercerent Clerici iudicium sanguinis contra omnia Iura; *cap. in Archiepiscopatu de rapt. & cap. sententiam, ne Cler. vel Monach.* Et faciunt hæc secundùm Ancharanum contra Episcopos, & Prælatos, qui Clericos de atroci crimine damnatos puniunt in carcere, vel in loco, in quo modico tempore verisimiliter viuere possunt, vt ex hoc homicidæ, & irregulares sint censendi, vt ait Laurentius. Ex quibus patet, quàm sit cauendum ab opinione quorumdam recentium, qui existimant, Prælatos regulares posse damnare subditum, vt fame pereat in carcere, præcipiendo alijs subditis, ne cibos ei deferant, inter quos Suarez *tom. 4. de Relig. lib. 2. cap. 10. & seq.* 16

An autem Clericus debitor priuilegio, quo habet ex *cap. Odoardus de solut.* ne detrudatur in carcerem, renunciare possit, etiam cum iuramento diximus in consultatione de Clerico debitore. 17

Reus verò à Iudice dimissus, seu relaxatus è carcere sub fideiussione de se repræsentando, adhuc censetur carceratus, seù in vinculis detentus, vt firmat Guidop. *dec. 253.* & probatur in *l. In eadem ff. ex quibus causis mai.* ibi: *In vinculis eos etiam accipimus, qui ita alligati sunt, vt sine dedecore non possint in publico apparere*, vel quia nudi, vt ibi ait Glossa, vel quia iurauerant, vel sub fideiussionibus sunt. Et in *l. necnon ff. eod. tit.* his verbis: *Item si quis nec in custodia, nec in vinculis sit, sed sub fideiussorum satisdatione.* Atque ita censent Anna *cons. 140. n. 11.* Carol. de Grass. *de effect. Cler. eff. 1. n. 1142.* & declarauit S. Congregatio in casu simili sub Anno 1622. in quo censuit, Clericum primæ tonsuræ, qui in carcerem Curiæ Laicalis coniectus, ac deinde in carcere Curiæ Ecclesiasticæ depositus fuerat eo, quod ex defectu seruitij Ecclesiæ non gauderet fori priuilegio, posse à Iudice laico puniri, etiam pœna corporis afflictiua, non obstante, quod post capturam Episcopus ei contulisset beneficium Ecclesiasticum. Et mota fuit S. Congregatio, quia, quamuis solùm beneficium eximat Clericum à Iurisdictione Iudicis Laici ex *cap. 6. sess. 23.* tamen hæc qualitas superueniens illi non profuit; quia persona erat præuenta, & beneficium non reperit eum liberum per doctrinam Io. Andreæ *in cap. proposuisti de for. comp.* Nec constituenda videtur differentia in hoc, quod ille iam esset Clericus. Nam quoad fori priuilegium nulla est di- 18

uersitas

uersitas inter Laicum, & Clericum non habentem qualitates à Concilio requisitas; ambo enim pariformiter subijciuntur Iurisdictioni Iudicis sæcularis.

19 Quæ sicut qualitas beneficij, quæ per se sola potest eximere, nihil operatur, quando est præuenta persona; ita nec operatur Clericatus superuenicus. Neque refert, quod Clericorum exemptio sit de iure diuino *can. si Imperator 96. d.* quia nihilominus ex graui causa Ecclesia potuit declarare, personam Clerici in aliquo casu non gaudere fori priuilegio *arg. cap. In omni de test.* & tradit Card. *in rep. cap. perpendimus in 7. oppos. de sent. excom.* & Couar. alios referens *pract. quæst. cap.* 31. *n.* 4. & 6. sicuti declarauit, Clericum hoc priuilegio non gaudere, cùm non incedit in habitu & tonsura, & non inseruit alicui Ecclesiæ, vt *in d. cap. 6. sess.* 23. & in pluribus alijs casibus, nempè in Clerico incorrigibili, vt in *cap. cum non ab homine de iudic.* in Clerico assassino, vt *in cap. 1. de homic. in 6.* in Clerico tabernario, vel carnifice iuxta terminos *Clem. 1. de vit. & honest. Cler. in Cler. bigamo*, vt *in cap. vn. de bigam.* pariter *in 6.* & in alijs similibus. Ecclesia enim, quæ declarat personam Clerici in his casibus subesse Iudicibus sæcularibus, non obstante exemptione, à iure diuino proueniente, absurdum non est, vt similiter declaret, eandem Clerici personam subesse Laicorum iurisdictioni, quoties Clericatus assumitur post personalem districtionem Curiæ sæcularis. Et de hac potestate Ecclesiæ vide Glossam vnicam *in can. sunt quidam 25. q. 1.* & Doctores *in cap. ex parte de Cler. non resid.*

20 Effata autem de carceribus, & carceratis in praxi quoad forum Ecclesiasticum hæc accipe. Carceres non debent esse subterranei, sed supra terram, vel saltem æquales terræ, & publici habere fenestras, in publicum respondentes; cauendumque, ne eo Latrinæ auertantur, S. Congregatio super Episcop. in Panormitana 6. Augusti 1583. & in Cathanensi 1. eiusdem 1642. Debent habere locum communem, ac esse commodi, eadem S. Congr. in Alifana 20. Febr. 1601. & in Castellanensi 23. Iulij 1602. Licet quando situm carcerum discordant Episcopus, & Clerus, præualere debeat designatio Prælati, eadem S. Congr. in Andriensi 30. Septembris 1596. Campanile verò si est idoneum, potest inseruire pro carcere, eadem S. Congreg. in d. Alifana 20. Febr. 1601. Non autem Monasteria Monialium, ne quidem pro carcere mulierum delinquentium, eadem S. Congr. in Consentina 21. Aprilis 1599. Neque esse debent diuturni, præsertim cum Ecclesiasticis, si delictum non sit valdè graue, eadem S. Congr. in Lucensi 2. Maij 1601. in Mutinensi 20. Augusti eiusdem Anni, in Sarsanensi 13. Augusti 1603. & in Bisinianensi 9. Martij 1604. Nec conuenit carceratum ex causa ciuili retineri in compedibus, eadem S. Congr. in Melitensi 22. Ianuarij 1621. Et Episcopus prouidere debet, vt in principalibus carceribus etiam Laicalibus adsit Capella, vel Oratorium ad celebrandum, eadem S. Congr. in Burgensi 1. Decembris 1593. Beneuolis tamen, & vrbanis monitionibus quoad Laicales, ead. S. Congr. in Agrigentina 23. Aprilis 1602.

21 Mittere autem Clericos armatos ad capiendum reos, res est pessimi exempli, ead. S. Congr. in Melitensi 1. Iunij 1620. Mandatum verò de capiendo relaxari non debet ante processum informatiuum, nisi præcedant indicia sufficientia, & periculum sit in mora, ead. S. Congr. in Castrensi 4. Decembr. 1637. & in Campaniensi 3. Octobris 1642. Captura autem extra territorium facta, nulla est, & attentata, ead. S. Congr. in Senensi 29. Nouembr. 1641. Nec moniales intrudantur in carcerem per satellites, nisi ob grauissima delicta, ead. S. Congr. in Interamnensi 13. Iunij 1637. & Ordinarius non debet mandare transferri carceratos ad loca diœcesis, vbi ipse degit, nisi valde rarò, & propter causas multùm graues, & vrgentes, ead. S. Congr. in Campaniensi 3. Octobris 1642. Requiritur autem licentia Summi Pontificis transferendi carceratos infirmos ad hospitale, & illos, postquam conualuerint, ministris curiæ sæcularis restituendi, modo dicti ministri non se ingerant sub aliquo prætextu in re vlla, ad hospitale pertinente, neque circa ipsum, neque propter curam, & custodiam infirmorum, ead. S. Congr. in Salernitana 10. Maij 1614. Monialis verò aufugiens è Monasterio non debet in carceribus extra Monasterium detineri, sed ad illud reduci, priuari velo, voce actiua, & passiua, & collocatorio, etiamsi post debitam pœnitentiam peractam è carcere relaxaretur. Si verò vltra fugam grauiter deliquit, præsertim contra votum castitatis, muro perpetuo claudi debet, ead. S. Congr. in Ragusana 6. Aprilis 1619. in Lucensi 4. Martij 1649. & in Bituntina 11. Martij eiusdem anni; non autem ad aliud Monasterium transferri, ead. S. Congr. 22. Septembris 1645.

22 Carcerati verò puniri non debent propter mala, quæ dicunt, vel scribunt de Iudicibus, ead. S. Congr. in Albinganensi 12. Maij 1604. & carcerati in odium recursus, si propter easdem causas, iubentur illicò relaxari gratis; si propter alias habilitantur cum fideiussionibus de se repræsentando ad omne mandatum S. Congregationis. Sed si causa esset grauis, præsertim si intraret pœna corporis afflictiua, Ordinatio præcipitur, vt statim informet, ead. S. Congr. 12. Iunij 1646. Carceratis enim ex causa graui non conceditur habilitatio, ead. S. Congreg. 8. Ianuarij 1649. Quando autem carceratus nescit causam suæ carcerationis, præsumere potest, id fieri in odium recursus, ead. S. Congreg. in Ostunensi 13. Aprilis 1646. & carcerati in carceribus Laicalibus transferendi sunt ad Episcopales, eadem S. Congr. in Venusina 22. Decembris 1646. Vel ad mitiores, si detrusi erant in durioribus, ead. S. Congr. in Ferentinensi 11. Decembr. 1647. Cùm pendet differentia de iurisdictione, carcerati relaxari debent cum fideiussione de se repræsentando, vel de habendo domum pro carcere, ead. S. Congr. in Balneoregiensi 29. Nouembris 1600. hi autem qui non sunt descripti in libro custodum carcerum, ad nullas neque victus, neque carceris tenentur expensas ex Constit. 71. Pauli V. similiter si reperiantur innocentes, ead. S. Congr. 19. Nouembris 1602. Carceratus iniustè lucratur distributiones quotidianas ead. S. Congr. 5. Decembris 1600. dummodò tamen fuerit solitus Ecclesiæ inseruire. Et carceribus per annum, ieiunijs, ac pœnitentia probari debet professus antequam, vti incorrigibilis, secundum ius commune eijciatur, sublatis quibuscumque statutis, etiam firmatis à Papa, S. Congr. Concilij in decretis *de Regular. apost. & eiect.* §. 6. sub 21. Septembris 1624.

23 Quod verò ad carceres, & carceratos pro causis fidei hos damus aphorismos. Carcerum constructio, & reparatio pertinet ad Ordinarios, ipsisque commendatur.

24 Nemini, ne quidem Nuncijs Apostolicis, conceditur illorum vsus.

25 Illis non debent vti Inquisitores ad custodiam carceratorum, nisi ex causa S. Officij, etiam si sint Regulares pro causis ad eorum superiores spectantibus.

26 Relapso fugitiuo à Carceribus, & volenti spontè comparere, potest promitti remissio pœnæ relapsus, eo quod benignè tractabitur.

27 Carcerem Episcopus, & Inquisitor habere possunt, Pegna *in Eym. com.* 107.

28 Inquisitores possunt in carcerem conijcere reos illorum criminum, quæ ad suam iurisdictionem spectant, sicut omnes, qui habent merum imperium, Decian. *tr. crim. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 23. & Farinac. *de heret. q.* 185. §. 1. *n.* 9.

29 Reus potest à priuata persona capi, & in carcerem conijci, si reperiatur in flagranti crimine, vt ad Inquisitorem, vel ad Iudicem deferatur, dummodò non retineatur vltra viginti horas, Farinac. *q.* 21. *n.* 140. & *q.* 27. *n.* 23. & *seq.*

30 Non licet Iudici à captura incipere, sed antequam ad illam deueniat, debet examinare testes circa sufficientia iudicia præcedentia, Pegna *in Eym. com.* 17. & Farinac. *d. q.* 27. *n.* 111. & *seqq.*

31 Ex sola informatione extraiudiciali, non redacta in scriptis, non deuenitur ad capturam, nisi delictum sit graue, & periculum fugæ interueniat, & Iudex etiam sit certus, quod post capturam venient testes ad se subijciendum examini, Farinac. *loc. cit. n.* 130. & *seqq.*

Quæ

Quæ iodicia ad capturam sufficiant, Iudicis arbitrio relinquitur, coosiderata criminis, & personæ qualitate, an delictum sit publicum, vel occultum, persona nobilis, & diues, an verò vilis, & pauper, Farinac. *d. q. 27. n.126. & seqq.*

33 Leuia indicia non sufficiunt ad capturam, Pegna *in Eym. d. com.17.*

34 Cùm aliquis bonæ famæ, & opinionis apud Inqoisitores denunciatur, si leue sit crimen, non mittitur in carcerem, sed vocatus ab Inquisitoribus interrogatur iudicialiter, & assignatur ei locus, à quo non recedat, & secretò causa illius tractatur, Pegna *in Eym. d.com.*31.

35 Ad capturam proceditur, quando crimen est plenè, aut plusquam semiplenè probatum, aut adsunt indicia vrgentia, & vehementes suspiciones, Pegna *in Eym.d. com.17.* & Farinac. *de hæres.q.*185. §. 1. *n.7.*

36 Vnus testis de visu, vel de auditu proprio sufficit ad capturam, nisi delatus sit persona nobilis, & bonæ existimationis, aut Ecclesiastica, Farinac. *d.n.7.*

37 Propter illa tantùm indicia, quæ sufficiunt ad torturam, conijciendus est reus io carcerem in crimine hæresis, nisi sit suspectus de fuga; tunc enim minora indicia sufficiunt. Farinac. *d.n.7.*

38 Propter propositiones non hæreticales, licet malè sonantes sint, & scandalosæ, non facilè quis carceribus secretis mancipandus est Farinac. *d. n.7.*

39 Si delatus sit nobilis, & bonæ famæ, antequam capiatur, fiat extraiudicialis informatio ab ipsius Parocho, dummodò probatio non vrgeat, Farinac. *d.n.7.*

40 Hæreticus semper est suspectus de fuga, & proindè est in carcerem facilè conijciendus, cum sufficienti tamen probatione, nisi sponte coram Inquisitore se ipsum præsentet. Spootè verò dicitur venire, qui noo indiciatus venit, vel si præcesserint indicia, constet nullam eorum habuisse notitiam, Farinac. *de hæres. q.*293. §. 1. *n.*27. & *seqq.*

41 Quando adsunt sufficientes probationes ad capturam, petat Fiscalis ab Inqnisitoribus, vt reus comprehendatur, qui de peritorum consilio, quid opus sit, deliberent, quamuis sine eorum consilio id facere possint, Pegn. *in 3. p. direct. Eym. com.* 17.

42 Vbi primùm captura decreta fuerit, mandatum de capiendo reum exhibendum est ministro ad id deputato; quod si plures capiendi fuerint, de singulis singula mandata exhibeantur, quæ singulorum processibus inferenda sunt, Pegna *in 3. p. direct. com.* 108.

43 Si capienda sit aliqua persona magnæ authoritatis, religiosa, nobilis, doctrina conspicua, vel incorruptæ vitæ, consulendum est supremum Tribunal S. Inqoisitionis cum transmissione summarij, nisi suspicio fugæ interueniat, Farinac. *de hæres. q.*185. §. 1. *n.7.*

44 Non sunt omnibus reis æquales carceres assignandi, sed grauiores, vel minus graues pro personæ, ac delicti qualitate, Pegna *d. com.*108.

45 Quando marito, & vxori assignatur carcer ad pœnam, ponantur simul in eodem loco. Secus verò si ad veritatem indagandam, Pegna *d. com.* 108.

46 Duo, vel plures, præsertim negatiui in eodem cubiculo oon concludaotur, bini tamen confitentes simul esse possunt. Nullus tamen est de facili ex vno cubiculo ad aliud transferendus, Pego. *d.com.*108.

47 Inquisitores non loquantur cum reis, nisi de negocijs ipsorum, & semper cum Notario, vel alio fideli ministro. Carceres visitent saltem siogulis mensibus, quærantque à carceratis, an eis necessaria ministrentur. Mittant etiam ad ipsos aliquos viros probos, quando id expedire iudicauerint, Pegna *d.com.*108.

48 Ob hæresim, aut eius suspicionem carcerati lite pendente non suot admittendi ad audiendam missam, nec ad alias orationes, quæ intrà carcerem dicuntur, Pegna *d.com.*108. & *in 2. p. dir. com.*25.

49 Io carcerem coniectus propter hæresim, si infirmetur, & coofessarium petat, concedatur ei, qui tamen sit vir probus, & doctus, cui detur iuramentum de seruando secreto, & quod nihil dicat extrà carcerem, etiam de consensu penitentis. Si tamen necesse sit aliquid manifestare, inducat penitentem, vt ad Inquisitorem recurrat, Si confessarius inuenerit prædictum pœnitentem esse hæreticum, adhuc in vltimo vitæ discrimine eum non absoluat, nisi priùs iudicialiter confiteatur. Si tamen taliter sit morti proximus, vt non possit iudicialiter confiteri, tunc illum absoluat, data cautione, saltem iuratoria, de obediendo Ecclesiæ. Si non petat confessarium, persuadeodum est ei, vt petat, Pegna *d. com.*25.

50 Si sanus confessarium petat, concedi ei poterit, talis tamen, qui eum admoneat, vt tam de se, quam de alijs veritatem Inquisitoribus reuelet. Absolutionem tali, si hæreticus, aut aliàs excommunicatus sit, non impendat confessarius, nisi prius iudicialiter reconcilietur, & absoluatur. De auditis verò in confessione caneat confessarius, ne quidquam Inquisitoribus reueler. Quæ verò extrà coofessionem nouerit, statim reuelare debet, Pegna *d.com.*25.

51 Deprehensus in hæresi, & sic confessus, aut conuictus sub fideiussore non relaxetur. Si verò non inueniatur culpabilis, aut solùm leuiter deliquerit, sub fideiussore relaxari potest, vel sub iuratoria cautione, si fideiussorem non habent, quod domum, aut ciuitatem habeat pro carcere, Farinac. *de hæres. d.q.* 185. §. *n.7.*

52 Iudæi, & alij Infideles, pagani scilicet, & Saraceni in casibus, in quibus ab Inquisitoribus puniri possunt, non gaudent immunitate Ecclesiæ, si ad illam confugerint, nisi verè, & non simulatè velint fieri Christiani, Farinac. *de immun. Eccles. c.5. n.79. & 83. & in prax. q.* 28. *n.* 68.

53 Hæreticus etiam in Ecclesia apprehendi, & capi potest, cùm immunitate Ecclesiæ non gaudeat, Farinac. *de immun. Eccles. cap.* 13. *n.* 167. & Gregorius XIV. *in Constit.* sua *de immunit. Eccles.*

54 Suspectus de fide oon gaudet immunitate Ecclesiæ, ideòque potest ab Inquisitoribus apprehendi, & puniri, Farinac. *ibid.* & Gregorius XIV. *loc. cit.*

55 Carcerum effractores, qui iustè in eis detinebantur, siue de facto fugiant, siue non, arbitraria pœna plectuntur. Farinac. *q.30.n.8. & 25.*

56 Fugiens è carcere iuxtà communem praxim non est condemnaodus, nisi citetur ad comparendum intra certum tempus. Si tameo eo elapso non comparuerit, condemnari poterit, & secundum iuris rigorem, etiam absque citatione condemnatur, Farinac. *d.q.30.n.45.*

57 Fuga è carcere etiam attentata est indicium contra fugientem de delicto, pro quo detinebatur, sufficiens ad torturam, dummodò animo reuertendi non effugerit, Farinac. *d.q.30.n.85.*

58 Fugiens è carcere, quia inuenit ostium apertum, mitiùs punitur, nisi fractis compedibus exierit. Debet tamen id probare, quia in dubio non præsumitur, carcerem fuisse apertum, Farinac. *loc. cit. n.160. & seq.*

59 Citò reuersus ad carcerem non præsumitur fugisse animo non reuertendi. Animus autem reuertendi non præsumitur, nisi fugiens aliquam causam, saltem coloratam allegauerit, Mascard. *de prob. consul.*819.*n.*24. & *consult.*820.*n.*10. & *seq.*

60 Detentus in carcere pro crimine hæresis, si aufugiat, neque pro coofesso, neque pro conuicto habetur, resultat tamen contra ipsum nouum iudicium, quo alijs adiuncto, potest citari ad comparendum, & si non comparcat, vt hæreticus coodemnari, Royas *de hæres. p.* 2. *assert.* 15. *n.*185. & Farinac. *d.q.*30.*n.*195. & *seqq.*

61 Positus in carcere propter hæresim, non ad custodiam, sed ad pœnam, si aufugiat, non habetur pro relapso, Farinac. *d.q.30.n.200.*

62 Fugiens è carcere sibi pro pœnitentia assignato non est habendus pro relapso, sed pro impeniteote, Simanch. *de cathol. instit. tit.* 16. *n.* 24. & *seq.* Pegna *in Eym. com.*146. & Farinac. *de hæres. q.* 193. *n.*135. Quia relapsus non est, nisi qui in hæresim labitur. Fugiens autem è carcere, oullam hæresim fuga committit. Quare iste fugiens, si compareat, potest ad pœnitentiam admitti, aliqua alia pœoitentia iniuncta, Farinac. *loc. cit. & alij.* Quod l nisi tamen aliquid commiserit, per quod à iure relapsus putatur, vt si hæreticos receptauerit, visitauerit, associauerit, aut eis fauorem impenderit. Hi namque non modò impenitentes, sed relapsi iudicabuntur. Ius enim

præsu-

præsumit huiusmodi delinquentes hæc agere ex consequentia erroris à se prius approbati, Sousa *in aphor. Inquis. lib. 3. c. 29. n. 9.*

63 De non adimplentibus pœnitentiam, & nihil aliud committentibus, par est ratio, ac de fugientibus è carcere, quod scilicet impęnitentes magis sint dicendi, quàm relapsi ex Farinacio, & Simancha *loc. cit.*

64 Fugiens è carcere ad custodiam sibi assignato, pendente processu, si honestior sit, diligentius est custodiendus, ac duriùs puniendus, si verò sit vilis, fustibus est cedendus, Farinac. *d. q.* 193. *n.* 138. Quod si comprehendi nequeat, tunc contra talem fugientem proceditur, vti confessum, & impęnitentem, Simanch. *loc. cit.* Royas *d. n.* 185. Param. *de orig. S. Inquis. lib.* 3. *q.* 4. *n.* 72. & B. Pius V. *in constit. si de protegendis.*

65 Qui in carcere pro hæresi detentus se ipsum occiderit, eius tanquam impęnitentis imago relaxanda est, etiam si delictum suum reus confessus fuerit, & se pœnitere affirmauerit, Royas *assert.* 14. vbi aduertit cum Couarruuia, quod hæredes possunt innocentiam rei purgare, quod furore, vel mentis alienatione se occiderit. Quod sanè probationis genus difficilimum esse, idem Royas arbitratur.

Frangens carceres S. Officij, vt carcerati aufugiant, vel carceratos extrahens, vel dans illis ad hoc auxilium, consilium, aut fauorem, incidit in Bullam B. Pij V. *si de protegendis.*

66 Hæreticus, qui postquam deprehensus est, ad fidem conuertitur, si non sit relapsus, perpetuo carceri traditur. Si tamen spontè veniat, vel post apprehensionem fatetur delictum, antequam testes ei publicentur, non traditur perpetuo carceri, Farinac. *de hæres. q.* 193. §. 5. *n.* 101. & 103.

67 Abiurans de leui, aut de vehementi non damnatur ad perpetuum carcerem, Farinac. *d.* §. 5. *n.* 103.

68 Iis, qui perpetuo carceri non traduntur, minuitur tempus carceris secundùm quod citiùs conuertuntur, & fatentur delicta sua, & sic etiam iusto Inquisitorum arbitrio commutatur, vel dispensatur dicta pœna, Farinac. *d. n.* 103. & 104.

69 Hæreticus comparens antequam denuncietur, vel statim rediens ad fidem post deprehensionem, non est damnandus ad perpetuum carcerem, dummodo non sit notoriè deprehensus in hæresi, nec alios corrumpendi timor adsit, Farinac. *d.* §. 5. *n.* 104.

70 Pœna carceris commutari potest in peregrinationem, vel reclusionem in aliquo Monasterio, Farinac. *d.* §. 5. *n.* 104.

71 Quando mulier nupta damnata est ad perpetuum carcerem, potest de supremi Tribunalis consensu assignari pro carcere domus mariti, Farinac. *d.* §. 5. *n.* 105.

72 Carcer perpetuus pęnitenti hæretico assignandus, non debet esse talis, quod abbreuies illius dies, Farinac. *d.* §. 5. *n.* 106.

73 Hæretici ad mortem damnati, confessi, vel conuicti possunt retineri in carcere obscuro, ac tetro, vbi intra paucos dies moriantur, Farinac. *d.* §. 5. *n.* 107.

74 Condemnatis ad perpetuum carcerem prouidere debent de necessarijs ij, qui bona eorum possident, si verò bona non habuerint, eis prouideatur per Episcopum, Pegna *in Eym. com.* 46.

75 Clericus condemnatus ad perpetuum carcerem, sicut etiam damnatus ad triremes in perpetuum, actualiter degradandus est, ex consuetudine tamen solùm verbaliter degradatur, Pegna *d. com.* 46. *n.* 202.

76 Hæretici reconciliati damnati ad perpetuum carcerem, admittendi sunt ad audiendam missam, & ad alia sacramenta, cum hoc non sit eis prohibitum.

77 In criminalibus, vel ciuilibus causis carceratorum, etiam pœnitentiæ tempore durante, non possunt Inquisitores se ingerere, & ideò ij conueniri debent apud Iudicem sęcularem, Pegna *com.* 146.

78 Si carcerati siue ad tempus, siue in perpetuum, ac pœnitentes, dum sunt in pœnitentia, leuiter inter se deliquerint, in illos possunt Inquisitores animaduertere; non verò si causæ inter eos ortæ sint graues, Pegna *loc. cit.*

79 Damnatus ad perpetuum carcerem, seù monasterium, ad pęnam, vel ad pęnitentiam peragendam, si indè aufugiat, vel fugam tentet, quamuis iudicandus sit impęnitens, quandiù est in fuga, non tamen ob hanc causam censetur relapsus Farinac. *d. q.* 193. §. 7. *n.* 136. qua de rè etiam *supra.*

80 Si fugiens misericordiam petat, & paratus sit Ecclesiæ satisfacere, siuè spontè veniat, siue comprehensus, etiam si fugæ commodam excusationem non habeat, reconciliandus est, maiori tamen pœna propter fugam afficiendus. Pegna *d. com.* 146.

81 Si prædictam fugam præcedunt, comitantur, vel subsequuntur signa, siue prioris, siue alterius erroris, licet aliàs non sufficerent ad reum conuincendum de relapsu, non est tamen improbabile, quod talis fugitiuus possit, tanquam relapsus condemnari, tutiùs tamen est oppositum, dummodò signa, & coniecturæ non sint à iure approbatæ, & iudicatæ sufficientes ad conuincendum aliquem de relapsu, Pegna *d. com.* 146. & *nos supra.*

82 Atque ista ex Pegna, ex Farinacio, & ex Sousa dicta sint, quibus adijcio sequentia non adeò cunctis obuia.

83 Rei, qui detrusi sunt in carcerem S. Officij, pendente eorum causa, non possunt molestari in alijs Tribunalibus, nec quoad res, nec quoad personas, sed debet supersederi in quibuscumque illorum causis, tam ciuilibus, quàm criminalibus.

84 Idque etiam si maneant domi propriæ loco carceris.

85 Si tamen aliquid per se ipsos soluendum est pro fructibus liquidis, tenentur illud soluere.

86 Iuxta stylum non examinantur ad instantiam quorumuis Iudicum; quare acriter reprehendendi Inquisitores, qui suos carceratos examinari permittunt à Curia sæculari; non enim ei traduntur, siue ad eam remittuntur, nisi prius fuerint à S. Officio habilitati.

87 Curiæ sæculari petenti sibi eos consignari post expeditam causam S. Officij, vt pro delictis ad forum sæcularem spectantibus puniantur, non est annuendum. Est enim contra stylum S. Officij, quod non remittit suos carceratos alijs Iudicibus; quare transmittenda sunt indicia, vt puniantur ex iustitia in S. Officio. Et hoc procedit, etiam si agatur de pęna capitali. Quando verò sunt restituendi, si pœna illis imponenda erit maior imposita à S. Officio, tunc luent pœnam Curiæ sæcularis, secus autem si minor; quandoque etiam habiti non restituuntur.

88 Circa eorum examen permittitur, vt examinentur vti testes, nunquam verò vti rei principales, idque cum assistentia Inquisitoris, qui ob assistentiam, & permissionem examinis dispensatur super irregularitate, quatenus ex dicto examine sequeretur sententia sanguinis. Vndè solet concedi Inquisitoribus, vt cum sua præsentia, vel suorum Vicariorum permittant, vt curia sæcularis examinet ad torturam in S. Officio inquisitos, etiam de homicidio, sed in carceribus semper. Aliquando tamen huiusmodi licentia fuit denegata, & interdùm cum eadem licentia permittitur per Iudices sæculares examinari reus domi suæ detentus causa S. Officij. In specie verò denegatur, quando reus est examinandus, vti principalis.

89 Pauperibus carceratis Inquisitores debent consignare copiam processus gratis, vt possint facere suas defensiones.

90 Regularium expensas pro victu factas soluit eorum Religio.

91 Si qui in Curia sæculari detinentur, si de alijs interrogati aliquid incidenter deponant spectans ad S. Officium, Iudices sæculares possunt facere, quod scribatur, sed illud quamprimùm tenentur Inquisitoribus, vel Ordinarijs referre. Si verò dicti carcerati dicunt ex proposito habere aliquid deponendum spectans ad S. Officium, id significent ministris S. Officij, siuè Ordinarijs, vt illorum examen secreto recipiatur.

92 Non est eis concedendum, vt suum processum communicent suis fratribus, alijsque consanguineis, qui eis auxilium præbere possunt in scribendis copijs processus.

Mino-

93 Minoribus datur in S. Officio curator, vt ratificet eorum dicta.

94 Pendente causa non audiunt missam, nec percipiunt Sacramenta, neque, si sunt presbyteri, possunt illam celebrare, licet sint à carceribus habilitati.

95 Habiti à Curia sæculari finita causa, restituuntur.

96 Ijs, qui facta suorum criminum confessione, nondum tamen publicata sententia, in mortis periculum incidunt, potest administrari Euchatistia per modum Viatici, si illam petant, & ostendant signa pœnitentiæ.

97 Debent in carceribus secretis defensiones facere.

98 Habere debent à magistratibus, siue à societatibus sæcularibus, alijsue quibuscunque alimenta, quæ solent alijs carceratis subministrari.

99 Pro damnatis ad triremes communitates, vel magistratus recusantes soluere solitas expensas pro transmissione ipsorum ad dictas triremes, possunt cogi ad illas soluendas, & contra ipsos procedi potest.

100 Cum ducuntur Romam Domini locorum, si fuerint requisiti, tenentur ductoribus auxilium præstare.

101 Mulieres carcerandæ ex causa S. Officij ducendæ sunt per ianuam principalem conuentus absque timore violandi clausuram, non obstante quocumque impedimento.

102 Non relaxantur, nisi de mandato in plena Congregatione facto. Verùm si casus repentinus occurrat, potest consultis Cardinalibus domi hoc fieri. Quod obseruandum etiam occasione carcerationis.

103 Possunt absolui à confessarijs in foro conscientiæ, non tamen ab hæresi.

104 Non expediti tenendi sunt in carceribus separati à damnatis ad carceres, ne isti illos instruant, & subuertant.

105 Omnibus dandum est vnum & idem genus obsonij, ac cibi, exceptis infirmis, quibus exhibendum, quidquid medicus ordinat.

106 Quando sunt in confessis possunt confiteri, & absolui in foro conscientiæ, ac sumere sanctissimum Eucharistiæ sacramentum.

107 Quousque sunt in defensionibus, non possunt aliquem alloqui, neque ad aliquem scribere absque licentia.

108 Alloquens alios carceratus præterquam illos, cum quibus cohabitat in ijsdem carceribus, torquendus est arbitrio Inquisitoris.

109 Debitores possunt per Iudices causarum ciuilium ab illorum creditoribus petita licentia à S. Congregatione citari, quæ obtenta registranda est in actis causæ. Citationes verò exequendæ subscribi debent ab eodem Iudice, vel ab Inquisitore, & illas exequi debet cursor S. Officij ad hunc actum specialiter deputandus à S. Congregatione.

110 Damnati ad perpetuos carceres ex sententia mitiori, ac de iure canonico non sunt intestabiles actiuè, & passiuè.

111 Ijdem sunt capaces legati alimentorum.

In expeditione causæ condemnandi ad expensas.

112 Dictare debent ipsimet sua responsa. Quod si tam inepti fuerint, vt minimè dictare valeant, tunc examine completo eis omnia legantur.

113 Recusantes respondere præcisè, videlicet affirmatiuè, vel negatiuè, si factum sit recens, & indiciati, torquentur ad eruendam responsionem præcisam.

114 Petentes copias processuum soluunt tantùm scripturam.

115 Qui aufugiunt à carceribus S. Officij aliarum Ciuitatum, & spontè comparent in S. Officio Vrbis, erroresque suos confitentur, conijciuntur in carcerem, & remittuntur suis Inquisitoribus vnà cum eorum depositionibus, quibus commendantur, ac scribitur, vt eorum fuga, stante accessu ad S. Officium Vrbis, illis non imputetur in delictum.

Et de his hactenus. Reliqua vide apud Carenam, & alios.

CONSVLTATIO LXVII.

An saluus conductus mercatoribus, alijsque datus, comprehendat res furto sublatas? vbi multa de saluo conductu haud omnmò vulgaria.

1 ET affirmatiuè respondendum videtur. Nam omnia iura clamant, quod saluus conductus nullo modo violari debeat. Vel quia est species pacti, & transit in quasi contractum, vt probant Bursatt. *cons.* 177. *sub n.* 37. Surd. *cons.* 298. *n.* 10. *&* Cyriac. *contr.* 399. *n.* 20. *ac seq.* Vel quia dicitur fides publica, vt comprobat Mandos. *de signat. grat. tit. de saluo conductu sub initio*, quæ in his terminis etiam hosti capitalissimo seruanda est ad textum *in l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat. impetr.* & tradunt Bartol. *in l. qui Deus n.* 12. *de publ. iudic.* Menoch. *de arbitr. cas.* 336. *n.* 27. *&* 33. *& cas.* 337. *n.* 5. *&* 6. Clar. *q.* 22. *n.* 16. & in hac specie Farinac. *cons.* 131. *n.* 6. Atque adeò præcisè, ac inuiolabiliter seruari debet. Tum quia obseruatio pacti præcipitur ore Dei per organum Prætoris, vt docet Bald. *in rubr. de constit. sub n.* 1. ità, vt nec supremus Princeps sit solutus ab hac obseruatione, vt in his terminis firmat Surd. *cons.* 281. *n.* 15. Tum quia fidem publicam seruare est de iure diuino, ac naturali, quam ne summus quidem Princeps frangere potest, vt decidit Peguer. *decis. Lusit.* 39. *n.* 6. Quare, licet Princeps legibus sit solutus, ad effectum tamen obseruandi fidem publicam ligatur legibus à se conditis, vt decidit textus *in l. digna vox. C. de legib. & can. iustum* 9. *d.* & aduertit Farinac. *cons.* 183. *n.* 5. vbi quod Princeps, si non ex iure positiuo humano, saltem ex Iure naturali, ac diuino ligatur legibus à se conditis.

2 Et licèt promissio, seù cautio de non contraueniendo defensioni non sit apposita in salui conductus litteris, tamen tacitè semper intelligitur, cum sit contra naturam contractus, astruente Bartolo *in l. qui Romæ §. duo fratres in* 2. *q. de verb. obl.* quia etiam ea circumscripta, idest non expressa, tamen ex natura contractus, sicut & cuiuslibet alterius subintelligebatur, vt respondit Ruinus post concordantes per eum citatos *cons.* 138. *n.* 9. *vol.* 2. loquens in casu, quo fuerat promissum de non contraueniendo aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto in perpetuum, & ad hoc citat Bald. & Alex. Socin. *cons.* 43. *vol.* 4. & est communis opinio secundum Petrum Anton. de Petr. *de fideicom. q.* 14. *n.* 17. qui ad id refert Abb. *cons.* 29. *n.* 15. & Rimin. iun. *cons.* 204. *n.* 61. & plures *seqq. vol.* 2. Rolan. *cons.* 51. *n.* 16. *vol.* 4. & Bursat. *cons.* 64. *n.* 33. *ac seq.*

3 Ex optima quidem & æquitate, ac ratione; quod cum Princeps initio saluum conductum bona fide promiserit, turpe sit eum postea fidem fallere *l.* 1. *ff. de constit. pecun. cap.* 1. *extr. de dol. l. conuentionum*, ibique communiter Doctores *ff. de pact.* eum alijs adductis à Plot. *de in lit. iur. §.* 39. *n.* 1. *& seq.* & multò peius etiam sub data publica fide quem deceptum remouere *l.* 1. *C. de his, qui ven. ætat. imp.* Dec. & Cagnol. *in l. ea est natura ff. de reg. iur.* Vt enim in omnibus alijs actionibus detestabilis est vsus fraudis, ea tamen fraus, quæ in contracto saluo conducta sit, summè ignominiosa, atque apud veteres Romanas clientelas planè exosa fuit ad tradita Florentini *disp. de Republ. lib.* 3. *cap.* 40. A pactis enim omnis calumnia, & malitiosa interpretatio, etiamsi aliqua iuris ciuilis nitatur subtilitate, abesse debet. Vnde meritò culpantur Romani, quod Carthaginensium saluam fore pacti ciuitatem, Vrbem tamen eorum euertere non veriti fuerint. Credibile enim est de illa inter Vrbem, & Ciuitatem differentia, dum apud Romanos Vrbs ædificia, Ciuitas incolas respiciebat, Cicero in *fragm. de Republ. & ex Nonn. Marcel.* M. Stephan. *de iurisdict. lib.* 2. *p.* 2. *c.* 1. *n.* 10. Carthaginenses non cogitasse.

4 Est enim fides fundamentum iustitiæ; idcòque vbi fides non seruatur, ibi iustitia deficit, vt per Nicol. Moron. qui plura similia in idem congerit *in tr. de fid. tregu. & pac. q.* 16. 17. *&* 107. & qui protectioni Principis alicuius confidit, decipi non debet. Dec. *cons.* 51. *n.* 2. Quia

nihil

nihil magis Principi conuenit, quàm recta fides *Epist. inter claras C. de sum. Trinit. & fid. Cath.* Marsil. *cons.* 166. Bossi. *in tit. de Princip. n.* 9. Et Principis verbum debet esse firmissimum, Innoc. *in cap. ad Apostolica de sent. & re iud. in* 6. Chassan. *cons.* 64. *n.* 24. debetque Princeps vnum calamum, & vnam linguam habere, eum scriptum sit; *quæ processerunt de labijs meis, non faciam irrita.* Ideò saluusconductus ab eo concessus debet esse immobilis, sicut lapis angularis, & polus in Cœlo, vt benè hæc omnia, & alia similia considerat Bertaz. *cons.* 359. *n.* 14. *& seq. vol.* 2. ex Bossio *loc. cit. n.* 9. 19. *&* 20. Bursat. *cons.* 177. *n.* 49. *lib.* 2. Dec. *cons.* 18. *n.* 108. 110. *& seq. lib.* 1. & Latius Peguer. *d. dec.* 39. *n.* 2. sicut, & Petr. Brem. *in tr. de securit. promiss.* eleganter multa de hoc per cumulū congessit.

5 In fidei enim Publicæ obseruatione iustitiæ fundamentum, ac Reipublicæ incolumitas consistit, & sine illa bonum regimen, ac recta politia subsistere nequit, vt comprobant Canalcan. *de brach. Reg. p.* 2. *n.* 316. *& seqq.* Giurb. *cons.* 22. *n.* 3. *in fin.* Magon. *dec. Lucan.* 100. *n.* 10. *& dec. florent.* 30. *n.* 8. ac latè Peguer. *d. dec.* 39. *n.* 3. *&* 5. Nec mirum; nam fide Publica amissa actum est, cum aliud vlterius non restat, quod amittatur, vt per Add. *ad d.* 666. *n.* 32. *p.* 4. *ret. tom.* 3. Cùm aliàs si ea violaretur, vsus commerciorum tolleretur è medio, sine quibus Respublica subsistere non potest *ad text. in §. hoc similiter auth. vt liceat de cat.* aduertitque Gallierat. apud Liuium non modò fidem inuiolatè tueri oportet, sed etiam ab omni suspicione remotam.

Statuendum itaque est, Principem debere fidem factam tectamque seruare. Principem ornat fides, infamat perfidia, populi leuitatem fallacia magis infestat; Fides autem seruanda est populo, & vicissim populus Principi obligatus est. Deinde seruanda priuatis, tertiò vicinis Rebuspublicis, denique hostibus, nec in secundis modò, sed in omni fortuna manere debet cunctis in dictis, factisque constantia. Hæreat animo, ac cum eo consentescat dictum Romani Sapiētis *Epist.* 88. *Fides sanctissimum humani pectoris bonum est, nulla necessitate ad fallendum cogitur, nullo corrumpitur præmio. Vre, inquit, cæde, occide, non prodam, sed quò magis secreta quæret dolor, hoc illa altius condam.*

7 Quapropter flagitiosa est eorum Principum ratio, qui postquam imperia in tuto collocarunt, varios violandarum promissionum prætextus inquirunt. Nec desunt improbi perfidiæ palliandæ artifices, quibus nihil tam receptum est, quàm fallere fidem. Fallacia certè iustos non facit, fides enim Iustitiæ fundamentum est; quamuis verò vbi magnitudo quæstuum spectatur, integra fides rarò permaneat, manet tamen firmum, ratumque Romani Oratoris eloquium *lib.* 2. *offic. Nulla res vehementius Rempublicam continet, quàm fides.* Illud etiam indictum non dimitto, nisi iam dixi, quod plerique Principes etiam fraudibus aguot, quod fidem publicam, quæ perire non debet, vt ait Florus *lib.* 3. *c.* 10. *l. vlt. C. de re iud.* quadam iuris specie à quibusdam legitimis, & iustis conuentionibus sine fronte, & vllo pudoris indicio exterminant vanissimis ratiunculis innitentes. At enim quæ hæc dementia Principum est, famam in infamiæ, & nunquam moriturę turpitudinis ergastulum damnare, & ex hominum conuersatione segregare velle? An ita sunt Iosciosi, aut ita talpæ reliqui homines, vt non animaduertant, fide Principis vacillante, neminem cum eo, aut certè inuitum, gementemque contracturum? Quorum illa memorabilis, atque adeò laudata vox Francisci Primi Galliarum Regis? *etiamsi fides toto Orbe exularet, tamen Regibus retinendam esse, quia ea sola, & nullo metu coge, adstringique possint,* Lips. *in monit. polit. lib.* 2. *c.* 13. Ao fides Principum cæter bonis operibus! Vtinam & io hoc mendax esset Bodin. *de Republ. lib.* 5. *c.* 6. inquiens; *Fidei religionem plerique Principes nullam esse putant oportere, si publica vtilitas agitur.*

8 Quin etiam tanta est hominum perfidia, vt neue maximè fallere proposuerunt, omnibus execrationibus se deuouere non dubiteot, vt Lysandrum dicere solitum ferunt; pueros quidem astragalis, cæteros iureiurando falli oportere, Plut. *in Lysandro.* At fidei violatæ tristia exempla & sacris, & profanis Authoribus lega apud Tolosan. *de Republica,* & alios; ego hoc vnū subijcio. Turcarū vnicè

artem, cùm res secundæ sunt, periuria taceo, eū enim factum iudicent quocūq; modo hostes perdere, nulla fœdera, nisi cū libitū est, tata habent. Consule historicos, in primis Bonfiniū *in hist. Hungar.* de obsidione Famagustana. Illius cum tā manifesta in pactis malitia, Amurathes tamē Vladislaū Hungariæ Regem, quoē priorem rupisse fœdera causabatur, ad Dei tribunal pugnaturus tenm agit; fœderis enim testes litteras ante prælium legit, atq; ita apud Bonfiniū perorat. *Hæc sunt Iesu Christe fœdera, quæ Christiani tui mecū percusser e. Per nomen tuū sanctè iurarunt, datamq; sub nomine tuo fidem violarūt, perfidè Deū suum abnegarūt, nunc Christe, si Deus es, vt aiunt, & nos hallucinamur, tuas meas q; iniurias, te quæso, vlciscere. His, qui nomen tuū sanctū nondum agnouere, violatæ fidei pœnas ostende.* Vtcumque res acta sit, prælium anceps posthæc inclinauit, & Turcæ secundius fuit. In qua clade non Rex tantùm, sed, & propè cecidit Hungaria vniuersa. Eaque de te Rex ipse ità loquitur in lapide sui monumenti.

Romulida Cannas, ego Varnas clade notaui.

Discite mortales non temerare fidem.

Vide pluribus hanc historiam recensentem Æn. Syl. *Ep.* 81. Bonfin. *loc. cit.* Collimach, *in descript. rer. Vladislai lib.* 3. Cromer. *rer. Polonic. lib.* 21. & Paul. Iouium *in vit. Amurathis.* Falsum igitur caoit Claudianns: *Nunc, qui fœdera rumpit, ditatur, qui seruat, eget.*

Nō obstat, quod res, de quibus agitur, sint furto ablatæ. 9

Quia huiusmodi saluiconductus cōcedūtur pro habēdis commercijs, & non pro illis, qui res cōducunt, ad se pleno iure spectantes. Hi enim non indigent beneficio saluicōductus, nec alio auxilio, vt securè veniant, ac redeant, sed propriè cooceduntur ad fauorē pyratarū, furum, & similiū, qui sine saluoconductu, & sine obseruatione publicæ fidei non possunt res conducere absque periculo vitæ, & amissione rerum ablatarum; ipsaque materia saluiconductus dictat, quod ille, qui illum impetrat, timeat pœnam alicnius delicti; nam alioquin non esset opus securitatem impetrare, vt optimè aduertit Dec. *cons.* 51. *n.* 3. Surd. *d. cons.* 238. *n.* 25. *& seq.* Et dum in saluoconductu datur securitas, etiam pro causa criminali, dignoscitur; cogitatum fuisse de hoc delicto, & sufficit, quod verisimiliter cogitati potuerit, vt tradit Dec. *d. cons.* 51. *n.* 3.

Idque videtur comprobari ex diplomatibus saluicōductus, in quib; Principes liberè, ac generaliter concedūt saluumconductū omnib; cōducentibus res ad talē locum, & ideò cū huiusmodi cōductores habeant legem generaliter loquentē, generaliter ad eorū fauorē debet intelligi. Solēt enim apponi hæc, vel similia verba: *sub quouis prætextu tā ciuili, quā criminali,* quæ demōstrāt, cogitatū fuisse de quocunq; delicto, vt docet Dec. *loc. cit. n.* 2. Cyriac. *d. cōtr.* 399. *n.* 26. 28. *ac* 30. ac præsertim quia inter nauticam artē excrcantes rapinæ nō sunt insolitæ, vt aduertit Card. Tusch. *v. Nauta concl.* 16. *n.* 6. ac præsertim si agatur de saluoconductu geminato, atque adeò cum maiori deliberatiooe, ac causæ cognitione eius concessio emanasse præsumitur, vt in terminis adnertit Capiblanc. *de potest. Baron. pragm.* 6. *c.* 35. *n.* 10. *& seq.* & emanauerit ad formā Diplomatis Principis, & sic habetur, ac si ab ipso Priucipe emanasset, vt probat Farin. *cons.* 53. *n.* 10. *&* 38. *vol.* 1. & ideò absque vllo scrupulo obseruari debet, vt probat Mādos. *de signat. grat. d. tit. de saluo cōducto §. voluerūt.* Nec Iudicibus inferioribus cōpetit facultas aliter interpretandi. Tum quia id spectat ad ipsum Priocipē, qui diploma saluicōductus edidit, *ad l. si Imperialis Maiestas C. de legib.* Surd. *dec.* 2. *n.* 5. Card. Seraph. *dec.* 892. *n.* 3. Nā & generale iuris dogma habemus, eius esse cognoscere, & interpretari priuilegia, cuius est ea largiri, *arg. l.* 6. *C. de sacros. Eccles. cap.* 12. & ibi Glos. Abb. & Canonistæ *de iudic.* Vasq. *lib.* 1. *illustr. controuers.* 46. *n.* 7. *&* 8. Ideò que si super saluiconductus concessione dubitatio aliqua oriatur, declarationi concedētis standū esse, respōdit Modest. Pist. *cons.* 49. *n.* 25. *vol.* 2. Et quod Princeps, si de mente, vel sensu priuilegij inter subditos contentio oriatur, eiusdē controuersiæ iudex, & priuilegiorū suorū, seu & antecessorū suorū interpres sit, probatur per textū *l. ex facto* 43. *in pr. ibi: beneficia quidem principalia ipsi Principes solent interpretari,* ibiq; Rip. *n.* 6. & Doctores *de vulg. & pupil. substit.* & ex *l. Neratius* 181 *ibi: quē tamen modū beneficij fuisse vellet, de re quir. l. fin.* & ibi Bald. *C. de legib.* item ex *cap. Ordinarij de offic. Ord. in* 6. *cap. fin. de cōcess. preb. can.* 10

ficut 11. *q.* 1. *cap. inter alia,* §. *vt igitur* vnde ius prodit, interpretatio quoque procedat *extr. de sent. excom.*

Et tum quia, licet tenor diplomatis esset aliqua ex parte ambiguus, nihilominus suppleret interpretatio, quæ semper plenissima admittitur in his saluisconductibus, ac beneficijs Principum ad fauorem illorum, quibus fuerunt concessa per textum *in l. beneficium ff. de constit. Princip.* & in specie saluiconductus Farinac. *cons.* 131. *sub n.* 1. vbi quod absurdum, ac temerarium esset per astutam interpretationem velle beneficia Principis redigere ad strictã interpretationem, Quodetiam in materia saluiconductus comprobat Menoch. *d. cas.* 336. *n.* 25. & firmant Surd. *cons.* 298. *n.* 58. & Ioseph Roman. *cons.* 12. *n.* 17. *& seq.*

12 Cessatque omne dubium, quando finis Principis constituentis est publica vtilitas, cuius ratione receditur à regulis iuris communis, & multa permittuntur, quæ aliàs essent probibita per textum *in l. vulneratus* §. *multa, ff. ad leg. Aquil.* traditque Farinac. *d. cons.* 131. *n.* 1. In hoc autem casu non potest dubitari, quin totalis finis Constitutionũ Principum sit publica vtilitas, & propterea si publicaretur violatio publicæ fidei, deficerent commercia Reipublicæ, Principibus vectigalia. Quare plures Principes rescripserunt, quod etiam pyratis, ac furibus pro rebus furto ablatis obseruetur saluusconductus, & publica fides.

13 Postquàm igitur saluusconductus fuerit concessus, non est ampliùs locus cauillis verborum, neque admittitur allegatio, quod hoc, vel illud non fuerit excogitatum, quia sibi imputare debet illum concedens, si non exceperit id, de quo non cogitauit, vel quod nolebat concedere, sed indistinctè loquutus fuit, vt probant Dec. *d. cons.* 51. *n.* 2. Assent. *dub. in addit. ad Franch. dec.* 258. *n.* 3. vbi testatur, sic se iudicasse in Prouincia Aprutina, egregiè Capiblanc. *dicta pragm.* 6. *cap.* 31. *n.* 7. Surd. *d. cons.* 281. *n.* 12. Cyriac. *d. contr.* 399. *n.* 35. & Farinac. *cons.* 45. *n.* 41. *lib.* 1.

14 Et quando saluusconductus datur à ministro publico, tunc, etiamsi indebitè concessus fuerit, quia forsan aderat defectus potestatis, nihilominus debet seruari, ne quis sub fide dublica decipiatur; vt post alios comprobat Molfes. *in addit. ad p.* 4. *consuetud. Neapol. de success. ab intest. q.* 47. *n.* 2. *&* 3. Bellug. *in specul. Princip. tit. de effect. Imper. rubr.* 23. *v. sed pone,* Capiblanc. *de potest. Baron. pragm.* 6. *d. cap.* 31. *n.* 28. Cyriac. *d. contr.* 399. *n.* 19. Giurb. *cons.* 22. *n.* 3. Hering. *de fideiuss. cap.* 18. *n.* 5.

15 Atque ita fuit decretum in Senatu Cathaloniensi apud Fontanel. *decis.* 245. *n.* 16. à Senatu Valentino apud Franc. Hieronym. Leo *dec.* 205. *n.* 6. *p.* 2. ac sæpè in consilio Neapolitano apud Franch. *dec.* 158. *n.* 1. & apud Mauric. de *Apul, in addit. ad tract.* sui patris *de dilat. n.* 7. Tapiam *lib.* 4. *iur. nouis. de mora, & saluocond. rubr.* 19. *n.* 60. Ioan. Bapt. de Toro *in compend. decis. tom.* 1. *v. captus pendente securitate fol.* 75. & ità quotidie in dicto Consilio Neapolitano, & in magna Curia obseruari, testatur Paschal. *de patr. potest. p.* 4. *cap.* 3. *n.* 37. & apud Senatum Mantuanum, teste Surd. *dec.* 307. *n.* 1. & apud Tribunalia Romana, teste Vulpel. *cons.* 19. *n.* 12. Atque ita imposterum obseruandum, cùm magnis Tribunalibus conueniat habere vnam linguam, & vnum calamum, vt docent Prob. *in cap. frustra n.* 5. *de reg. iur. in* 6. Martin. Laudens. *in tr. de Princip. p.* 238. *n.* 5. *&* 6. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 9. §. 2. *n.* 31. *& seqq.*

16 Quare post concessionem saluiconductus nil aliud est quærendum, nisi vt obseruetur, neque est inuestigandum de qualitate assicurati, neque de illius delictis, cùm etiam prædoni, ac hosti fides seruanda sit, vt probant Giurb. *cons.* 21. *n.* 8. Io. Botta *cons.* 56. *n.* 7. Amendul. *in addit. ad d. dec.* Franch. 258. *n.* 2. & Surd. *d. cons.* 281. *n.* 12.

17 His tamen non obstantibus contrarium asserendum censeo. Posito enim, tanquam certum, quod res à fure sublata potest per suum Dominum vindicari, & quod Iudex quilibet, etiam quod aliàs contra furem procedere nequeat, potest tamen de furto cognoscere, vt Domino suo rem furatam restitui faciat, sicuti post Plotum & alios firmant Cabal. *cas.* 163. *n.* 5. *&* 7. Guazzin. *defens.* 1. *cap.* 15. *n.* 3. *ac seq.* non obstat saluusconductus; tum quia, quantumuis generalis, non comprehendit res furatas, vt per Castrens. *cons.* 203. *n.* 5. *lib.* 1. quem refert, ac sequitur Petrin. Bell. *de re milit. p.* 9. *n.* 14. *in fine.* Et tum quia saluusconductus in præiudicium partis læsæ concedi non poterat, vt post Plotum *cons.* 73. *n.* 65. vbi ait: *Et sicuti non potest facere gratiam, si non potest facere saluumconductum lib.* 2. *inter crimin. diuers.* sequitur Camer. *var. resol. tit. de pac. & treg. cap.* 11. *num.* 13. Cùm igitur saluusconductus recipiat interpretationem à potestate concedentis, Farinac. *q.* 29. *n.* 44. *& cons.* 131. *n.* 14. vtique dum in præiudicium partis concedi non poterat, non videtur concessus. Voluntatis enim defectum esse, inquit Crac. *cons.* 241. *n.* 20. non posse, quod iure permissum non est, Menoch. *cons.* 244. *num.* 11. in terminis concedentis saluumconductum.

18 Ideòque non obstat amplitudo verborum continens saluumconductum, etiam pro rebus; quia intelligendum est de rebus proprijs, ne alias concedens transcendisse dicatur suas facultates; maximè si concedens vsus sit dictione suas. Res autem furata non dicitur furantis, sed aliena, etiamsi dominium comprobetur aliquando in sola possessione; quia id non procedit fauore furis, vt in hac specie Castrens. *loc. cit.* Neque hac ratione saluusconductus redderetur inutilis quoad res inuectas; quia esset valdè vtilis quoad res proprias, ne sint obnoxiæ pœnis furum, & quadrupli, ac expensis, quæ da iure communi fur teneatur refundere furtum passo.

19 Neque obstat, quod habens saluumconductum non sit subiectus iurisdictioni illum concedentis, sed exemptus. Nam, quidquid sit de hoc, quod fur etiam in casu, in quo non sit sub iurisdictione Iudicis loci, vbi furrum contrectat, an puniri possit, est tamen certum, quod semper est sub illius iurisdictione ad effectum retinendi res furatas, & illas domino restituendi, vt per Cabal. *d. cas.* 163. *n.* 7. & Guaz. *d. defens.* 1. *cap.* 15. *num.* 3.

20 Minùs obstat, quod fuerit exceptum solùm crimen læsæ Maiestatis, & quod exceptio firmet regulam in contrarium in omnibus alijs delictis. Nam id habet locum quoad punitionem, ac pœnam, non autem quoad restitutionem rerum furto ablatarum. Libertas enim promissa standi, & abeundi, tam quoad personas, quàm quoad res, si in saluoconductu non fiat mentio specifica de rebus furto subtractis, intelligitur de rebus proprijs, non autem furatis, & alienis.

21 Minùsque obstat, quod saluusconductus siue benè, siue malè detur, semper est seruandus; quia non negamus, quod concedens saluumconductum non potuerat illum concedere, sed dicimus, quod illum non dedit quoad res furatas, quæ indigebant speciali mentione. Aliàs enim verba quantumuis ampla restringuuntur ad res proprias, nec comprehendunt alienas, in quibus deest potestas concedendi saluumconductum metiendo voluntatem à potestate, vt dictum est.

22 Denique non obstant, quæ pro fida publica congesta sunt. Concedimus enim, quam fidem dedit Princeps, omnindò integram, atque illæsam conseruet, oportet, & quæcumque de libertate, priuilegijs, immunitatibus promisit, præstanda sunt, modò tamen iusta sint, & honesta; quæ enim iniqua sunt, aut flagitiosa, sine scelere nunquam promittuntur, & maiori scelere præstantur, quam promissa fuerunt. Quare non suffragantur res in plerisque Tribunalibus aliàs iudicatæ; quia non inquirimus, quod factum est, sed quod debet fieri, vt tollatur omnis occasio furandis, deprædandi, & pyraticam exercendi.

23 Hactenus ad quæstionem. Nunc rem hanc non infrequentem prosequamur. Licèt de Iure ciuili magna sit disputatio, an securitas homicidis, adulteris, vel similibus criminosis data seruari debeat, cum sint, qui negent per textum *in* §. *sed neque, auth. de mandat. Princip.* & qui affirment, vt Cyn. *in l. præsens C. de his, qui ad Eccles. confug.* Cagnol. *in l. Ea est natura n.* 23. *ff. de reg. iur.* Ex communi tamen obseruantia indubitatum est, quod habens fidem, vel securitatem publicam à Iudice, nullo modo debeat captiuari, donec per probationem constiterit de delicto ita, quod Iudex ex actis & actitatis pronunciet, reum carceri mancipandum esse, cum saluusconductus à persona publica datus etiam hosti sit seruandus, Ias. *in l. conuentionum,* ibique Alex. *ff. de pact.* Bald. *in l. penult. C. de donat. inter vir. & ux.* Signorol. de Homod. *cons.* 102. & 103. est enim legitimum præsidium, quod iustè timentibus periculum, vel damnum Officio Præsidentis præstatur,

statur,

statur, Gulielm. de Cuneo in tract. de securit. n. 4.

24 Porrò saluusconductus non infrequenter pro ea securitate accipitur, quæ peregrinantibus, homicidis, immò hostibus, vel delinquentibus, ac bannitis, alijsue, qui communi legum securitate carent, aut non satis tuti sunt conceditur, Georg. Euerard. *cons.3. n.40. & seq. vol. 2.* vbi inter saluosconductus peregrinantibus, & malefactoribus concessos, sex differentias, & alia huc pertinentia notat, prout etiam accuratè Bechtius *disp. de saluoconductu thes.11.* Idque vt defensionem suam, vel innocentiam prætensam deducere possint, Farinac. *lib.1.quæst. 29.tit.4.n.620.pract.crim.* Petr. Brehm. *q. 2. de securit. promiss.* Quare qui saluiconductus litteras habet a nemine lædendus est, Menoch. *de arb. lib.2.dec.338. n.1. & 2.* illumque concedens promittit, receptum in securitatem non solùm ex sua persona haud offensum iri, verùm etiam se per alios id fieri prohibiturum *arg. l. stipulatio ista §.2. & 3.ff. de verb. oblig. l. in lege ff. locat. l. emptores si quis habere ff. de act. empt.* idem Cuneus *d. tr. n.24.* Nullum tamen per se Imperium infert, attestante Rulando *de commiss. p.4. lib. 2. c. 3. n.7.* vbi ait, conari Principes saluum conductum in Ciuitatibus, & villis alienis vsurpare, nec tamen ex illo sibi acquirere iurisdictionem. Concessum tamen saluumconductum alicui pro se, ac socijs, quoad socios Iudæos quoque seruandum esse, asserit Tiraquel. *de primog. q.66.n.14.* Gigas *de crim. Læs. Maiest. lib.1. q.33. n.14. & lib.1. pr. crim. q.27. 47.* quos refert, ac sequitur Holpingk. *disp. de iur. protect. concl. 37.* Maior enim præstantissimorum Iurisconsultorum pars sub generali termone etiam in fauorabilibus Iudæos comprehendi adstruit Bald. *in l. 15. §. 6. de excus.* Natta *cons.620. n.8. 21. & seq.* Et statuta loci Iudæum ibi commorantem comprehendunt, vt per multas pro more suo corroborat authoritates idem Tiraquel. *loc. cit. n.9.* & Gigas *d. q.33. n.16.* vbi post Baldum, & Barbatiam immunitatem incolis alicuius loci concessam, Iudæos etiam comprehendere dicit. Quod & Alexand. *cons.74.n.6. vol 5. & cons.99. n.7. vol.6.* probat. Et datum Titio saluumconductum, etiam Vxori prodesse, ac rebus, tradidit Angel. *in l. Papinianus ff. de inoffic. test.* atque etiam familiæ necessarijs, quæ pro viri qualitate censentur *l. 4. de vs. & habit.* Hinc est, quod vsus mulieri relictus communicetur viro, & è contra, Bald. *in l.1. de constit. Princip.* & in personalissimis actibus inseparabiles personæ includuntur *l.penul. ff. de prec.* vbi dicitur, cum precario quis rogat, vt ipsi in fundo morari liceat superuacaneum sit adijci: *Ipsi suisque.*

25 Sumitur, & non tarò pro assecuratione nomine Principis concessa, tam merces, quam mercatores, aut alias personas concernentes, quæ tempore mercatuum nomina sua profitentur, persoluuntque eo nomine hactenus solitum, vnde per territorium deducuntur, cuiusmodi securitatem omnibus per Imperium peregrinantibus voluit Carolus V. Anno 1548. Et sanè petere perquàm vtile erit. Nam deprædatus damni emendationem iure postulat, Gail. *lib. 2. obs. 64.*

26 Atqui forsan dices, petitio saluiconductus eo in casu, cùm de crimine inculpatis conceditur, superuacanea est. Nam petens vel innocens est, & pro eo legis præsidium, quod securitatem omnibus tribuit militat, *l. iubemus 4. §. sed & C. de prepos. sacr. cubic.* Vel nocens est, & frustrà implorat auxilium magistratus, contra quem deliquit, *l. auxilium in fin. de minor.* Nec crimina delinquentibus parcere conuenit, ait Iustinianus; sed hoc patientibus, vt non talia à præsumptoribus patiantur, *neque autem Nouell. 17.* Verùm quia saluus conductus hunc ob finem ab accusatis peti, ijsque, præuia tamen cautione, dari solet Coler. *p.2. cap.3. n.90. de proces. execut.* vt metu carceris liberati commodiùs defensionis, & innocentiæ prætensæ telam prætexere possint, inspectio illa an nocens, vel innocens sit, conductum tardare non debet, sed ad litis finem, qui, prout se se ostenderit, reum excipiet, reijci debet.

27 Quisnam autem saluum conductum accusatis concedere possit? sunt plurimi, qui id ad solùm Principem spectare credant. Mouentur textu *l. relegatis in fin. ff. de pœn.* vbi dicitur, quod nemo potest commeatum remeatumue dare exuli, nisi Imperator ex aliqua causa. Non ergo id potest inferior, Blancus *§. Securitas, n.189. in pract. crim.* etiamsi iuramento saluusconductus firmatus sit, citati à Farinac. *d. q. 29. n. 8. lib. 1. pract. crim.* Nam, cum teste Boetio *lib. 4. de philos. consol. pr. s 2.* duo sint, quibus omnis humanorum actuum constet effectus, voluntas scilicet, ac potestas, quare si alterutrum desit, nihil est, quod explicari queat. Deficiente enim voluntate, ne aggreditur quidem quicquam, quod non vult, ac si potestas absit, voluntas frustra sit. Quapropter cum in casu nostro potestate ea, qua saluusconductus concedi solet inferior destituatur, frustra voluntas eiusdem interueniet.

28 Addunt insuper, eum, qui saluumconductum habentem offendit, crimen læsæ Maiestatis incurrere *l. 1. §. ad l. Iul. Maiest.* quod sanè vel omnium confessione aduersus solum Principem committitur *l. 1. §. public. instit. de public. iud.*

29 Verùm borum opinio experientia quotidiana, quæ vel stultorum magistra esse solet, satis superque refellitur. Videmus enim tota die, etiam Principes recognoscentes Cæsarem, immò Comites, Barones, Ciuitates, & nobiles, merum imperium habentes, saluumconductum concedere. Quod rationem habere videtur; nam cum sententiam illi in criminibus ferre omnes possunt, ad eam verò, nisi accusatus auditus sit, perueniri nequeat, audiri verò is non aliter, quàm iudicio præsens sit, soleat, *l. pen. §. 1. de publ. iudic.* Clar. *§. fin. q. 32.* comparere verò in loco non tuto haud cogatur, *cap. accedens 4. §. mandamus, extr. vt lite non contest.* aut saluumconductum concedere ipsi fas erit, aut iudiciorum tela impediretur. Nam cùm Imperator omnibus locis adesse nequeat *l. 7. C. de profes. & medic.* si eum pro saluoconductu reus solicitare cogeretur, iudicium interea sileret, quod dicendum non est per notata Sichard. *cons. crim. 5. n. 15.* Atque hanc sententiam habet Decian. *cons.96. n.1. vol.3.* Farinac. *d. q. 29. n. 103. & seqq.* & Brehm. *q. 1. de securit. promiss.*

30 Nec obstant verba *d. l. relegati.* Quia non loquuntur de saluoconductu, sed de remissione, & indulgentia criminis, quam solus Imperator, vel Princeps dare ex legibus potest, Farinac. *lib. 1. q. 6. n. 1. & seqq. pract. crim.* quamquam, & hac in re mores suam in potestatem leges redegerint. Illis enim eò deuentum videmus, vt Comitibus, Baronibus, & liberis ciuitatibus post sententiam delictorum quoque veniam concedere fas esse, Osatch. *q.66. n.39.*

31 Non obstat quoque alterum argumentum, quod de crimine læsæ Maiestatis ex *d. l. 1. ad leg. Iul. Maiest.* allatum fuit. Quamuis enim me non lateat, aliter Budæum, & Duarenum *lib. 2. disp. cap. 22.* vocabulum *securitatem* in *d. l. 1.* ac vulgò soler, nempè pro tranquillitate, & pace interpretari; attamen licèt communis intellectus retineatur, nihil sententiæ nostræ aduersatur. Siquidem eum saltem in violatore securitatis à Cæsare concessæ admittimus. Nam si inferior securitatem concesserit, quia nullam is Maiestatem habet, delinquens pro arbitrio Iudicis minori pœna plecti debet, Farinac. *d.q.29. n.14.* Coler. *p. 4. c.1. n.229. de proces. exec.*

32 An verò saluusconductus alicui concessus ad locum iudicij, etiam ad intermedia loca, per quæ ipsi eundum est, extendi debeat, pro negantium sententia argumenta hæc militant. Primum. Saluusconductus est quædam per modum gratiæ dispensatio, quia interim dum conceditur, fouet delictum, Sichard. *cons. crim. 5. n. 24.* Dispensationes autem vtporè odiosæ sunt restringendæ *cap. 1. de fil. presbyt. in 6. cap. odia de reg. iur. eod.* Quapropter, licèt ad locum iudicij concessus sit saluusconductus, quia tamen intermedia loca expressa non sunt, aut etiam eo in casu, vbi ad concedentem ea haud pertinent, exprimi non potuerunt, & ideò ad illa securitas data extendi non potest.

33 Secundum. Limitata causa limitatum perducere debet effectum *arg. l. in agris de A. R. D.* & extra territorium

nullum iubendi ius est, *l. extra territorium ff. de iurisd.* Ergo cùm concedens limitatam habeat iurisdictionem, extra quam iussus eius se se extendere nequeat, certè nec securitas, tanquam effectus; hunc enim procreat iurisdictionis robur, vlterius se se exerere poterit.

34 Tertium. Et si ad loca intermedia securitatem extendere volumus, vel ponendum, quod ea sint superioris, vt si nobilis securitatem ad pagum certum, vbi solet iudicium exercere, concedat, reus autem necesse habeat per Principis ditionem ire, certè, quia inferior in superiore nullam potestatem habet, *cap. cum inferior extr. de maior. & obed.* Vel ponendum erit, quod concedens æqualis sit ei, per cuius territorium reus ire cogitur; & quia nec æqualis in æqualem imperium habet *l. 4. & 5. ff. de recept. arb.* sanè vix est, vt saluus conductus, & si generaliter loquatur, extendi ad loca intermedia possit.

35 Pro affirmatiua tamen sequentia stare videntur. Primùm, quia securitatis promissio est bonæ fidei, & verba salui conductus sunt verba fidei datæ, sapiuntque naturam pacti, Brehm. *q. 6. de securit. promiss.* Bonæ fidei autem congruere videtur, & de natura pacti est, vt id, quod promissum est, præstetur, *l. 1. ff. de pact.* Promissa verò securitas est generaliter sine vllius loci expressione, aut exemptione, & ideò generaliter exaudienda, & ad intermedia loca extendenda erit.

36 Secundum. Est insuper non ignotum, quod responsio petitioni conformis censeri debet, *l. si sine 9. §. interrogatus ff. de inter. inter. fac.* Reus autem generaliter petiuit saluumconductum per loca omnia: Conformis itaque, & concessio, quæ instar responsionis est, dici, & generaliter ad loca quæuis extendi debet, vel maximè cùm legibus cautum sit, concesso consequente etiam necessarium antecedens concessum reputari, *l. 2. ff. de iurisdict.* Cùm ergo concessa sit securitas ad locum Iudicij, vtique, & eadem ad loca intermedia, per quæ necessariò eundum est, data dici debet, Otto Moland. *ad proces.* Noe Meiers. *p. 1. n. 54.*

37 Potest colligi tertium argumentum ex verbis Baldi, qui sic loquitur *in cons. 414. lib. 5.* In istis securitatibus, ait, considerandam esse formam verborum, & nihilominus bonam fidem, & mentem tam promittentis, quàm recipientis, qui videntur idem sentire, quod homines prudentes & viri boni sentiunt. Quis verò vnquam vir prudens committeret se securitati tali, quæ, quod nomen sonat, non plenè, sed certis in locis saltem præstaret? Nullus sanè, nisi vitæ, & salutis prodigus. Nec Iudex, vt vir bonus *l. continuus §. ita ff. de verb. oblig.* quemquam sub fide, & authoritate sua decipi patietur, *l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. l. Barbarius ff. de offic. Præt.*

Existimo itaque pro concordia vtriusque opinionis sic distingui non incommodè posse. Vel Iudex citans, & securitatem præstans intermediorum locorum dominus est, & haud dubiè ad ea securitas extendi debet. Vel dominus non est, & hoc casu, si in locis intermedijs reum detineri propter defectum iurisdictionis procuraret, quia id in fraudem præstitæ securitatis fieret, à viri boni autem officio, fide, & authoritate sua periculum alicui creare, alienum esse debeat, vtique id ei concedendum non erit, & tamen, quia defectus iurisdictionis sese ostendit, nec concedens quicquam superiori, vel etiam pari præiudicare possit, Cels. Bargal. *lib. 1. cap. 6. n. 23. & seq. de dolo;* ideò vt securitate plena reus gaudere possit, tutius fuerit, si conductum eius quoque per cuius territorium ad locum tribunalis ipsi veniendum est, petierit, Coler. *d. p. 4. cap. 1. n. 213. & seq. de proc. execut.*

38 Atque hac distinctione bene attenta facilis superiorum argumentorum erit concordia. Nam quæ pro negatiua sententia prolata sunt, suam recipiunt interpretationem, & præsertim secundum, & tertium ex posteriori membro distinctionis nostræ. Primum verò, quo saluumconductum strictè interpretandum esse innuebatur, corruit ex eo, quod imo bonæ fidei eum esse diximus, & ex fide bona explicandum, Menoch. *cas. 336. n. 17. de arb.* Et argumentis affirmatiuæ adsistentibus prius distinctionis membrum fulcitur.

39 Illud etiam in controuersiam vocatur, an saluus conductus concessus ad eundum, redeundi quoque facultatem contineat? Verum quia in conductu reis impertiri solito non vna omnium est sententia, ideò de eis paucis dispiciendum erit. Stephanus Rex Poloniæ monitu Turcici Imperatoris fide data ad se Potkouan militum Ducem inusitatæ fortitudinis euocauerat, qui cum se Regi sisteret, à Legato Turcico incusatus, quod damna contra fœderis pacta Turcis intulisset plurima, capitis damnatus fuit; cumque nonnulli fidem datam obtenderent, Rex quidem id negare non potuit, verùm eam recipere hanc interpretationem volebat, quatenus vocatus non malam foueret causam, quæ cum in Potkoua ex eo, quod contra fœderis pacta egisset, satis effulgeret, non vtique vt veniendi, ita & redeundi facultatem ei concedi posse, Laurent. Mull. *in hist. septentrion.* Hoc nimirùm illud est, quod ex Crantij *lib. 11. cap. 28. in Saxon.* afferimus: *Militares Viri*, ait, *suum habent interpretationis genus in explenda fide, quæ nullis Codicibus legitur.* Fac enim Potkouan contra fœderis pacta egisse, & per hoc Regni Polonici hostem fuisse, an propterea fides data tam ancipiti interpretationis modo circumscribi debuit?

Cumque Philippus Landgrauius Hassiæ fide data ad Carolum V. Halam venisset, & in captiuitatem ire iussus esset, ortum certamen inter Cæsarem, & intercessores duos, vt cui pax publica ad conueniendum concessa esset, eam ipsam eodem inregentium ad discedendum negari non debere, ait Lambert. Hortens. *lib. 7. de bell. German.* sanè in fidei, aut securitatis promissione non solùm quid concedens, verùm etiam quid recipiens verosimiliter cogitauit inspiciendum esse, monet Bald. *cons. 414. vol. 5.* Menoch. *cas. 336. n. 15. de arbitr.* Ponendum verò recipientem de reditu omninò cogitasse, quia vtique venire etiam sine vlla securitatis promissione potuisset, & ideò vt securitas data aliquem effectum habeat, omninò reditum implicet, necesse est, & captiosa ex eo satis apparet interpretatio, etiam si tabulæ securitatis in specie reditus insertus non fuisset, quia sufficit, quod in genere promissa sit securitas, qua qui gaudere debet, vt tutò redire possit, consectarium est; & ideò Franciscus Sfortia, ne videretur à Carolo V. saluumconductum, vt in tuta redire posset, quod natura eius implicat, petijsse, Cæsarisque verbis sine tabulis non satis fidere, in conspectum admissus, nullam aliam cautionem dixit, præsidiumue, quàm propriam innocentiam exoptare, idcircò liberè se fidei ab eo acceptæ renunciare; & hæc dicens eius litteras, quas manu tenebat, ante Cæsarem proiecit, Guicciardin. *lib. 19. hist. Ital.* 40

Immò in priuatorum pactis iter eundi, ius quoque redeundi contineat, *l. vtimur ff. de sepulchr. viol. l. si venditor ff. de relig. & sumpt. fun. l. si mercedem §. si eum fundum ff. de act. empt. l. qui fundum §. 1. ff. de contrah. empt.* sanè in Regum, & Principum promissionibus, in quibus exuberantior bono fides requiritur, hæc duo vel maximè se inuicem comitari debent. Vnde Mauritius Elector Carolo V. subtiles quasdam interpretationes aduersus Philippi Landgrauij liberationem vertenti: *At ego*, dixit, *te tanquam Imperatorem, non tanquam legistam volo pactiones, & fœdera interpretari.* Post Thuanum tradit Gentil. *2. de legat.* 10. & habet securitatis promissio se instar pacti, quia est duorum, scilicet concedentis, & accipientis in idem placitum, *l. 1. ff. de pact.* Vt ergo à pacto, altera parte inuita, recedere fas non est, *l. sicut C. de obl. & Act.* similiter nec concedenti solà promissa securitate resilere licebit; debent enim eadem esse principia destructionis, quæ constructionis. Turpe est, inquit Belisarius apud Procopium, tum alijs omnibus, quibus vel minima virtus cordi est, tum in primis Principi viro fidem fallere, & pacta etiam scripto sancita violare, ne abiectissimo homini decorum esse arbitror. Quo nomine Cuspinianus Adolphum Nassouiensem inter cætera Solio Imperiali deiectum scribit, quod fidem litteris, & sigillo roboratam violare solitus fuit. Et Iacobus Barbatus Marchio Brandeburgensis, qui Venceslao ignauo suffectus fuit, sola barba se virum ostentabat, homo alioquin inutilis, & qui veritatem non amabat, promittensque 41

neque

neque præstare poterat, neque si posset, seruare voluit, grandia intempestiuè locutus, fidem, & ore, & litteris promissam minimè seruans, Cuspinianus *in eius vita*.

42 Suppeditatque miles, nescio, quis veteranus argumentum aliud, cui exigenti promissa à Sigismundo Imperatore, cùm diceret Imperator: *At immoderata petitio tua fuit*; respondit miles; *Poteras negare cùm peterem, nunc sine turpitudine, quod promissum est, rescindere non poteris*. Tum Sigismuodus: *si ex duobus alterum me ferrè oportet, faciliùs verum, quàm famæ iacturam subibo*, Æn. Sylu.*lib.3.n.3. com. ad Panorm. de dict. & fact. Alphonsi*. Quod si pro argumento in rei præsentis comprobatiooem assumpserimus, rectè concedenti securitatem publicam reperimus: Poteras negare, cùm ea peteretur, at promissam rescindere arbitrij tui non est; Bursat.*cons.177. n.41. vol.2.* Menoch.*cas.336.n.33.* sed vel cum detrimento eam obseruare teneris.

43 Quod coofirmatur dicto Decij *cons. 5. n. 3. in fin.* cogitet, ait, inclytus Comes, quod dignitati suæ, & hoori multùm conducat, ne sub fiducia litterarum quis decipiatur, meruitque non iniuria Leo Pootifex X. homioum doctorum reprehensionem, quod tuto, ac saluo conductu præcedente Ioaooem Paulum Baionum Ducem strenuum ad se vocarit, & caput amputari iusserit, Guicciardin. *lib. 13. hist.* eique fidem salui conductus violatam conquerenti, respondit: Securum iter veniendi, non autem reuertendi se concessisse Mattheac. *de via & rat. iur. lib. 1. cap. 4. n. 21. & seq.* vbi subijcit: Sed Baldus consultus respondebat, tutum iter, vel securitatem à Principe datam seruari debere, oec verba calumniaoda, sed omnia bona fide agenda, & varias affert formas, qualis etiam ea est, quæ per ora virum passim circumfertur: Ibitis, redibitis, non, capiemini, in qua solum comma postpositum particulæ negatiuæ, non, eos captiuos fore significat; Gall. *lib. 5. c. 6. de republ.* Menoch. *d. cas. 336. n. 11.* Rutger. Ruland. *lib. 7. c. 8. n. 25. de commissar.*

44 Securitas igitur data ad veniendum intelligitur etiam concessa ad recedendum, Bartol. *in d. l. vtimur ff. de sepulchr. viol.* de quo vide *decis. Lipsens. 262. vol. 2.* Hinc est, quod citati in criminalibus causis, ante omnia petunt saluum conductum ad ius, & contra vim iniustam. Quod tameo ita intelligendum est, dummodò rei offerant sufficientem cautionem de stando iuri vsque ad determinationem litis, si velint audiri super meritis causæ principalis, *Lipsens. dec. 113. vol. 2.* Aliàs semper locum habet theorica Bartoli, & aliorum *in l. 1. ff. de requir. reis.* Immò quælibet citatio, vt maximè non habeat annexam clausulam publicæ fidei, vel securitatis, eius effecti est, vt quasi in dorso secùm afferat saluum conductum, & sic stante termino, ad quem quis citatur, non debet captiuari. Quare bannito à loco, ad quem citatur, non suffragatur excusatio, si per Iudicem offeratur saluus conductus ad remouendam suspicionem ex banno resultantem; tunc enim personaliter tenetur comparere Salyc. *in l. reos n. 10. C. de accus.* Imol. *in l. penul. §. ad crimen n. 26. ff. de publ. iudic.* alijque, quos sequitur Pacian. *de prob. lib. 2. c. 46. n. 23. & seq. & n. 27.* Hinc factum est, vt in indictiooe generalium Conciliorum consueuerint Summi Pontifices particularibus sanctionibus concedere saluum conductum generalem ad hoc, vt nemo possit se excusare. Qua de re inferius. De hac materia saluiconductus est elegans consilium 49. *lib. 2.* Modestioi Pistorij, & *cap. 1. lib. 2. semestr.* Moleti.

45 Quid verò si quis præcipuè Nuncius, vel Legatus, siue Orator insolitam viam ingrediatur, & spolietur, tenebiturne territorij dominus, si eius conductum petere oeglexerit ad damoi emendationem? sunt multi Principes, qui vbi latrocinium in sua ditione commissum didicerint, vocatis ijs, qui damno affecti fuerant tantum eos ex fisco suo accipere iubent, quanti esse, quæ amiseraot, iure iuraodo affirmassent. Quod vt laudandum, ita & in casu proposito idem ex iure decidendum videtur ex Gail. *lib. 2. obs. 60.* Myosing. *lib. 5. obs. 79.* Vel maximè si sint Nuncij, legati, vel Oratores argumento eorum, quæ ex Varrone, ac Tullio tradit Alberic. Gentil. *lib. 1. cap. 1. de legation.* Legati autem etiam in via insolita tuti esse debent. Nam quod iuris est in toto, idem in qualibet eiusdem parte esse debet *arg. l. quæ de tota 76. ff. de reg. iur.* Retinent iosuper vbique locorum nomen Legati sacrosanctum *l. 8. §. 1. de rer. diuis.* etiamsi conductum à territorij domino non petierunt, Ruland. *lib. 7. cap. 8. n. 5. & seq. de commis.* quoniam securitas, qua fruuntur non ab vnius, sed commuoi hominum iure dependet, *l. fin. ff. de legat.* Quare Galliæ Rex ob interfectos Cæsarem Fregosum, & Antonium Rinconem legatos suos, quos ille, quantumuis per vias insolitas ad Turcam destinauerat, bellum Carolo V. Imperatori inferre voluit, Sleidan. *lib. 14. de stat. relig.*

Possunt quoque multa esse, ob quæ Legati malint per 46
viam iosolitam, quàm regiam ire, vel quia illa compendiosior sit, aut etiam facilior, vel commodior saltem ipsi, quæ sanè commoditates, si damni emendationem petere nequeat, ipsis præciderentur; nam vtique in via regia, & solita passo damnum, id domious territorij resarcire teneretur, Gail. *d. obs. 64.* ac præsertim si illa hac tutior sit, Rectè Halicarnas securitatis ratio potior, quàm decoris habenda est, ait. Quò spectat Legis peritorum decisio, licèt via solita, ait Viuius *dec. 190. n. 3.* per insolitam deferenda noo sit, tamen hoc vbicumque via ipsa inusitata foret magis tuta, claudicat. Surdus quoque *cons. 12. n. 28.* si via recta, inqoit, & vsitata non sit tuta, debet ad aliam diuertere non adeò consuetam.

Verùm, cùm, vt vetus habet diuerbium, semita 47
quærenda non sit, vbi via adest, & axioma illud nauticum, quod Prioceps damna per nauem, quæ vexillo suo non vtitur, data resarcire ooo teneatur, Philip. Matth. *lib. 3. narrat. 1. num. 11. in hist. Henrici IV.* placet mihi, alijsque pro territorij domino stare, cuius partes tuetur ratio non vna. Ius enim non patitur alij per alium iniquam conditiooem inferri; quod fieret, si spoliatum vestire dominus territorij cogeretur. Nam dum ex iure ad solitæ viæ securitatem saltem constringitur, facto hoc, si contrarium diceremus, ad insolitæ quoque curam cum adigeremus. Et hoc est quod Doctores magno consensu tradunt, viam solitam, & non inusitatam io damni præstatione attendendam esse, Crauet. *cons. 400. n. 15.* Gail. *d. obs. 64. n. 12.* Constatque, quod mutata via, ius quoque eiusdem mutetur, vt in simili dicimus, mutato territorio, mutatur potestas, Alber. Gentil. *lib. 1. cap. 5. Hisp. aduoc.* Et ideò cùm alia ratio sit viæ, alia deuiæ, illa quippè tuta, haec noo item præstare dominus territorij tenetur; aliud quoque noo mirum, si ius obseruetur.

Deinde nomen, quod profiteri spernimus, mox no- 48
bis patrocinio esse, cùm oolumus, non debet, & est commone Doctorum dictum: qui non vult, cùm debet, id cum vult, non potest, Alber. Gentil. *lib. 2. c. 2. de legat.* Quod si assumpserimus, sanè nec Nuncius, aut Legatus dum nomeo suum profiteri apud territorij dominum spernit, potest ad id, si quid aduersi ipsi accidat, confugere. Sibi enim imputet, quod concesso vti prætermiserit. Et notum est, quod initium cuiusque rei inspiciendum sit, *l. 5. ff. de reg. iur.* Initium autem nostro in casu illicitum fuit, quia debuit viam solitam transire, & ideò ex illicito ad damnum alterius pro sui refocillatione progredi ipsi fas noo erit.

Quin si ab Vlpiano decisio huius rei peteretur, haud 49
dubiè eam hisce verbis definiret. Ingressum etiam, hoc eum obseruare oportet, vt per eam partem prouinciam ingrediatur, per quam ingredi moris est; magni enim faciunt prouinciales, seruari sibi consuetudioem istam, & eiusmodi prærogatiuas, vt loquitur *in l. 4. §. 5. ff. de offic. Proconsul.* & quia legatus est, occultè iter ingredi, & intutum, ait Carol. Pascal. *cap. 23. tr. de legat. & sanctissimo legationis munere indignum est, latebras ignorat legatio, palam ambulat, & aperto velo, amat agnosci, aspici, salutari*; Atheniensès suos, quos in Arcadiam miserant legatos, ideò morte affecerunt; quod per viam insolitam iter fecissent, Ælian. *lib. 5. var. hist.*

Atque ab hac sententia non dissentiunt argumenta 50

in contrarium allata. Et non quidem primum; nam Legato quoque per viam insolitam conductum territorij dominus præstare tenetur, scilicet, si eum petierit. Alterum argumentum concedimus; sunt enim Legati vbique tuti, etiam in via insolita, quia vtique sacrosanctum Legati nomen esse debet; sed id non eam habet cõsequentiam, vt deprædati emendationem damni petere possint. Sufficit enim territorij dominum solitam viam tutam seddere, qua omissa, si insolitam ingressus fuerit Legatus, facere id quidem, sed suo periculo, poterit. Quodque tertiò oppositum est, tutum esse Legatum, etiamsi conductum non petierit, verum quidem est, sed id tamen non eum implicat intellectum, vt non à domino territorij, sed alijs læsus damni emendationem petere possit. Est enim quod de se quętatur, cur finis viæ solitæ transilierit, cur non Legati potiùs, quàm speculatoris more itionem suam instituerit, habitum priuatum, omisso tam illustri publico, finxerit.

51 Fregosum, & Rinconem quod attinet, peperit eorum interceptio anceps, & graues inter Cæsarem, & Gallum bellum, nec hic placari voluit, etiam si Carolus Imperator nec factum probauerit, & vlturum se promiseris si cędis authores in suam potestatem venirent, & iniussu Cæsaris cęsos esse dicit Ayla *lib. 1. cap. vlt. de iur. & offic. belli n.5.* qui iure tamen eos à Cæsarinis interfectos esse pronunciat. Rincon enim exul Hispanus, Fregosus Genuensis erat, quæ ad Imperium vrbs pertinet, quia, & ideò Regis, & Imperatoris sui iurisdictioni, & potestati se eximere non poterant. Quæ ratio mea opinione ad rem parùm apta est, quia non ad missos, sed mittentem respiciendum fuerat, qui si mittere Hispanum & Genuensem potuit, non iure cęsi erunt. Mittere verò Gallus potuit, nam nulla ratio est, quæ Hispanum, aut Genuensem Gallo seruire vetat; si seruire possunt, vtique quæ ipsis à Domino iniuncta fuere, vt studio fideli exequerentur, necesse habuerunt. Quapropter inspectio hæc à qualitate illa desumpta rem non explicat, nec iure Rinco, qui exul Hispanus, aut Fregosus, quà Genuensis cœsi sunt, quia Legati erant Gallici, quod nomen qualitatem à natiuitate ductam tollit, & tamen iure cœsi videntur, quia Legati erant Gallici contra Cęsarem ad eius hostem Turcam. Cæsar verò rectè Legatum ad hostem suum hostilia molientem, qualia in mandatis Rinco, & Fregosus habuerunt, intercipit. Exemplum habet Liuius *lib. 23.* de legatis, quos Philippus, Macedoniæ Rex ad Annibalem misit, qui in manu Romanorum incidentes Legatos se ad Romanos dixere missos, fœlici primùm mendacio, ait ille, euasere, mox verò cogniti capti sunt, Romamque deducti. Rectè, inquit Alber. Gentilis *lib. 2. c. 3. de legat.* legati enim ad Romanos non erant, sed ad hostes, itaque hostilia molientes si passi paria sunt, non habent, quod iustè doleant, non magis, quàm miles quispiam, qui parci sibi ab hostibus velit, quod ipse non per se, sed pugnet pro Principe suo: & Gallus ipse, si ad Turcam contra Cæsarem itionem instituisset, iure interceptus fuisset. Qua itaque ratione Legatis eiusdem parci prætenditur? Parantem enim nos offendere illum licitè offendimus *l. fin. C. quib. caus. in integr. restit. necess. non est*. Oportet, ait Nicephorus *lib. 5.* qui citra periculum velint viuere, eos occurrere impendentibus malis, & anteuertere, nec esse cunctandum, aut expectandum, vt acceptam iniuriam cum periculo vlciscaris, si in præsentia crescentis plantæ præcidere possis, & aduersarij malè cogitantis conatus opprimere. Aptè, & ingeniosè ad rem Ouidius in Fastis cecinit: *Quique potest alios perdere, perde prior.*

52 Adque hanc rationem in eo scripto, quod habet Sleidanus *lib. 14. comm. de stat. relig.* Cæsar ipse collimare videtur. Quid verò conati sint Fregosus, atque Rinco illius mandata per Italiam, atque Turciam, ait, & quam operam ei sæpè præstiterint, satis esse notum. Voluisse enim Rempublicam Christianam proditione in summum adducere discrimen. Non ergo pacis Nicænæ potuisse frui beneficio, qui pacem publicam ipsi violassent. Subijcit, & alteram priore non minus prægnantem. Deinde furtim, & occultè transcurrisse per Insubriam cum exulum comitatu, quod ipsum capitale est eius Regionis consuetudine.

Quod insuper oppositum fuit, multa esse posse, ob quæ Nuncius, vel Legatus viam insolitam transire velit, concedimus, & si id velit, conductum per eam à domino eiusdem expetere debet, alioquin si eum omiserit, ad damni emendationem dominus non tenebitur. 53

Quibus ex paritate rationis consequens est, si Nuncius, aut Legatus per insolitam viam absque conductu iuerit, & spoliatus, vel etiam à latronibus captus fuerit, nec mittentem ad præstationem damni, vel lucri teneri. Siquidem hoc magis culpa ipsius, quàm mandato domini accidisse constat *l. inter causas §. non omnia 6. ff. mandati.* Qui autem in culpa est, damnum & non alius præstat *l. 1. §. hac in factum actio, ff. de his, qui deiec. vel effud.* Vnde notat Bald. *in l. qui fiscales, C. de nauicular.* textum eum contra *Ambasciatores, & nuncios*, qui per insolitas vias vadunt, induxit, quod damni perpessi intuitu nihil petere, vel consequi debent. 54

Quod tamen rationabiliter restringendum putauerim, si Nuncius, vel Legatus periculum maius, quod in via solita fuit, per ingressum insolitæ euitare voluerit. Siquidem tunc magis ad bonam eius intentionem, quàm sequiorem euentum, cuius euictionem nemo præstare tenetur, respiciendum erit, qui & ideò, ne officium misso damnosum sit, efficere haud debet, *l. 7. ff. quemad. testam. aper. l. si forum, §. quod verò ff. de furt.* Qua de re Latius Hieron. Laurentius *decis. 126. n. 4.* Anton. Thesaur. *lib. quæst. singul. cap. 73.* Missus ergo hac in re cautus sit, ne semitam pro via eligendo, in damnum, quod repetere à territorij domino, aut suo Principali difficilè, & sumptuosum erit, incidat, sicque suum iter peragat, vt ad locum inductum, si non maturiùs, tamen ante propositionem accedat. 55

Cessare autem saluum conductum debitori ob paupertatem concessum, excrescentibus facultatibus, & paupertate cessante quoque expirare, & cessare, dixit Magolot. *tr. de saluo conduct. p. 4. col. 4. & col. 5.* vbi generaliter dixit securitatem datam propter certam causam simul cum ipsa causa expirare ex doctrina Bart. *in l. 1. n. 5. in fin. ff. ad leg. Iul. maiest.* quam dicit communem, ac receptam. Et quod, cessante causa salui conductus, cesset etiam saluus conductus propter dictam causam concessus ex facto consuluit Imol. *cons. 33. post princip.* vbi tamen declarat, hoc procedere, quando causa cessat finalis ipsius salui conductus, secùs si cesset causa impulsiua, nempè ad commodum recipientis solùm, quia tunc minimè saluus conductus expirat, vt ibi per eundem. 56

Item saluus conductus non prodest ei, qui concedentem offendit, vel offensionis causam præbet. Habet enim in se tacitam illam conditionem, nisi assicuratus concedentem offenderit, aut offensionis causam dederit, *l. quæro §. inter locatorem ff. locati, l. quid ergo §. si heres. ff. de leg. 1.* & tradit Magnlot. *in pract. salu. conduct. p. 2. col. 4.* Menoch. *cons. 244. n. 31. & 38. vol. 3.* & Farinac. *in pr. crim. lib. 1. tit. 4. q. 29. n. 60.* Ratio, quia promissio securitatis intelligitur facta cum clausula, rebus sic stantibus, & non aliàs, *l. cum quis ff. de solut.* & non seruanti fidem non est seruanda fides, Glos. & Doctores *in l. Cum proponas 2. C. de pact. l. si conuenerit §. fin. ff. pro soc. textus in cap. peruenit de iureiur.* Glos. *ibid. in v. paruisse*, Gail. *de pac. publ. cap. 9. n. 3. lib. 1.* Quemadmodum ex noua causa contraueniens transactioni, vel sententiæ, non dicitur contrauenire transactioni, vel sententiæ, textus *in l. si de certa C. de transact. & in l. cum quæritur ff. de except. rei iud.* Bart. *in l. aut facta, §. causa n. 2. ff. de pœn.* 57

Sic promissio omnis de defendendo ita intelligenda est, quatenus offensionis causam non præbuerit is, qui defendi debet, tradente in specie Bartol. *in d. l. quæro §. inter locatorem n. 1.* vbi qui promisit non molestare, non obligatur, si aduersarius causam præbuit. Idem dicit *in l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig.* Menoch. qui plures allegat *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 38. n. 4.* Ias. *ad l. qui fornum n. 2. ff. de verb. oblig.* Roman. *cons. 258. n. 5.* vbi ait, promissionem de non offendendo, habere tacitum intelle- 58

tellectum, noua offensione non superueniente per allegata ibidem Bartol. *in d. l. aut facta §. causa n. 1. ff. de pan.* Alex. *in l. qui insulam n. 5. ff. eod.* vbi dicunt, illud perpetuò menti tenendum, & quod in dubio præsumatur offensio facta ex noua causa, idque tanquam aureum nunquam obliuioni tradendum, Alex. *cons. 115. n. 7. vol. 4.* idem *in l. semel mora n. 13. sol. matr.* Roman. *cons. 183. n. 1.* ad quem recurre, Hippol. *sing. 503.* & Bald. *in cap. 1. n. 2. de pac. tenen.*

59 Et saluus conductus ad certa tantùm loca restrictus, ad alia non extenditur Zas. *cons. 15. n. 13. lib. 1. arg. l. cum prat. ff. de Iudic.* & per notata *in l. 3. ff. de eo, quod cert. loc.* Textus *in l. si vt certo 5. ff. commodati*, vbi dicit Vlpianus: *si vt certo loco, vel tempore reddatur commodatum, conuenit, officio Iudicis inest, vt rationem loci, vel temporis habeat.* Vnde qui promittit certo loco defendere, is extra illum defendere non cogitur, nisi valdè esset propinquus per notata Specul. *tit. de citat. §. 1.* & Ripæ *de pest. p. 1. n. 104.* Et certo loco qui dare, aut facere aliquid promisit, & alibi conuenitur, ad interesse agit, tradente speculatore *de offic. omn. Iud. §. 6.* Promissum enim in vno loco non tenetur quis soluere in alio, *l. 1. de eo, quod cert. loc. l. vsuras*, vbi Glos. *C. de solut.* Thilman. de Benign. *dec. Camp. Imper. syntagm. 2. dec. 3. not. 9. n. 21.* Hinc est, quod dominus proprios subditos cogere non possit, vt alibi, vel extra fines præscriptos, operas, & ministeria præstent, textus elegans *in l. sicut serui. & arg. l. quadam natur aliter fam. ercisc. & in l. opera enim 21.* & ibi notata *ff. de oper. libert.* Iacob. de S. Georg. *n. 7.* vbi ait, se ita sæpiùs consuluisse, Montan. Ferrar. *lib. feud. 6. c. de oper. & prastat. subdit. 3.*

60 Quando verò salui conductus tabulæ generaliter loquuntur, nec certus locus destinatus fuit, tunc Princeps illam alicui concedens non solùm in proprio, sed, & in alieno territorio eundem seruare tenetur, Bart. *in l. 6. §. 2. ff. de offic. Prasid.* Modest. Pistor. *cons. 49. n. 7. vol. 1.*

61 Saluus verò conductus non solet dari hæreticis, alijsque delinquentibus in materia fidei, & in rebus, quæ pertinet ad S. Officium Inquisitionis, licèt concedatur alijs, qui de alijs criminibus sunt inquisiti, etiam bannitis à Principe sæculari, vt accedere possint ad deponendum, quæ sibi occurrunt in S. Officio vt per Caren. *de offic. S. Inquis. p. 3. tit. 5. §. 8. n. 38.* Poterit tamen ipsis hæreticis concedi, gratia verò minimè, donec non comparuerint, soletque aliquando concedi Apostatæ à fide, vt possit venire ad Vrbem. Concessus verò hæreticis, Apostatis, ac alijs, siue concedatur iure communi, siue speciali, seruari ijs omnibus debet. Potest etenim hic saluus conductus duobus modis concedi, Primò quidem iure communi, vt quando datur securitas contra vim iniustam, salua semper iustitia, de quo Mysinger. *obs. 8a.* vbi sic habet. *Quando datur alicui saluus conductus, tunc intelligitur solùm de violentia, quod de facto contrarius infertur. Et ideò meo tempore cuidam, qui habebat saluum conductum, capto propter delictum, & maleficium, & supplicanti in Camera pro mandato de relaxando, & citatione ad videndum &c. petiti processus à PP. Assessoribus sunt denegati.* Eodem modo loquitur Eucrand. *centur. 1. q. 1. §. 18.* vbi citat plures auctores in eandem sententiam, extatque formula, qua vtuntur Saxones ex constitutione Carolina, quæ est huiusmodi. *Damus tibi fidem publicam causam dicendi in iudicio contra vim, non tamen contra iuris executionem*, quam refert Petr. Prem. *de securit. promis. & fid. publ.* & Molan. *lib. 2. de fid. haret. seru. cap. 3.* Eandemque formulam secuti sunt Patres Concilij Constantiensis *sess. 6.* his verbis: *Ad. quod à violentia, iustitia semper salua, omnem saluum conductum nostrum, quantum in nobis est, & fides exigit orthodoxa, præsenti tenore efferimus.*

62 Secundò concedi potest iure speciali cum derogatione iuris communis, & quando datur securitas contra omnem vim siue iustam, siue iniustam, præsertim in illa causa, de qua agitur. Et de isto aguot Patres Concilij Tridentini post *sess. 15.* vbi dicunt se *omnibus Germanis, Catholicis, & hareticis largiri publicam fidem, & plenissimam securitatem veniendi Tridentum, ibidem manendi, standi, morandi, proponendi, disputandi*, &c. illo etiam addito, vt *Religionis pratextu excessus, aut delictorum circa eam commissorum, aut committendorum minimè puniantur.* Et in hac parte dicunt se derogare Concilio Constantiensi, quod tam plenam securitatem non concesserat, sed cum illa communi clausula: *Iustitia semper salua.*

Nam si neque hæresis, neque excommunicatio, vel publica inimicitia obstare potest, quo minus fides seruari debeat in pactis licitis, & honestis ex D. Thom. *2. 2. q. 40. a. 3.* D. August. relato *in c. Noli 23. q. 1.* ex D. Ambrosio *1. offic. c. 29.* & ex Becano *de fid. cap. 17. n. 5.* neque saluus conductus obstare debet. Expedit porò bono communi, quod hæretici cum saluo conductu veniant ad Concilia, & proponant suas difficultates, vt sic veritas magis explicetur, fideles in fide confirmentur, confundantur hæretici, suosque agnoscentes errores, ad fidem Catholicam redeant, cùm alioquin si timerent, ne fides ipsis seruaretur, nunquam ad Concilia venirent. 63

Hinc Summi Pontifices, & Concilia sæpiùs saluum conductum hæreticis concesserunt, & quam promiserant fidem, religiosissimè seruarunt. Gregorius *lib. 4. Registr. indict. 13. ep. 49.* illum concessit Episcopis quibusdam hæreticis. Leo X. in Bulla, quæ habetur post Concilium Lateranẽse, misit Luthero saluum cõductum, vt Romam veniret, qui tamen venire recusauit. Concilium Senonense illum concessit Abaylardo. Concilium Basiliense *sess. 24.* Græcis. Tridentinum *sess. 15.* hæreticis Protestantibus, & *sess. 18.* hæreticis Germaniæ. Carolus V. Imperator Luthero veniendi ad Diætam cum conditione tamen, quod extra diætam nec publicè, neque occultè suas hæreses doceret, quare eidem Luthero Vuormatiam eunti nihil contra datam fidem agi passus est. Quinimmò rogatus à quodam Principe, cur homini hæretico fidem non violaret, respondisse fertur: *Fidem rerum promissarum, etiam si toto orbe exularet; tamen apud Imperatorem consistere oportet.* Præclara vox, & digna Catholico Imperatore, & Domo Augusta Austriaca. 64

Obijcitur exemplum Ioannis Hussij, & Hieronymi Pragensis, quos, dicitur, accepto saluo conductu, nihilominus contra datam fidem combustos esse in Concilio Constantiensi; Igitur Concilium Constantiense iudicauit, saluum conductum hæreticis concessum non esse seruandum. Immò Patres illius Concilij disertis verbis definiuerunt, non esse hæreticis seruandam fidem. Et tamen saluus conductus ita intelligi debet, quod hæreticus, etiamsi permanserit in sua hæresi, non sit puniendus; alioquin saluus conductus nullius esset momenti. Nam hæreticus numquam veniret ad Concilium, cùm putet, quod virtute salui conductus possit immunis, etiamsi suam hæresim retinuerit, à Concilio recedere, quamuis quidem iure Ordinario saluus conductus concedi soleat cum expressa clausula de non puniendis hæreticis venientibus ad Concilium, etiamsi in prioribus erroribus perseuerauerint, & sub hac expressa clausula idem Gregorius *cit. Epist. 49.* concessit saluum conductum hæreticis, Concilium Senonense Abaylardo, Basiliense Bohemis, Tridentinum Protestantibus: Et hæc fuit causa, cur hæretici ad Concilium Tridentinum, etsi oblato saluo conductu, venire recusarint, Hussium autem Constantia clam profugisse, quia videbat se obseruari à Patribus, & suspectum haberi, ideòque fugam arripuit, & quia fugerunt eodem tempore tres Pontifices Ioannes, Benedictus, & Eugenius, ideòque Hussius culpandus non erat. Quinimmò Hussius hæreticus non fuit, & tamen ei fides violata fuit. Quid plura? Concilium ipsum Tridentinum ex *sess. 15.* concedens saluum conductum Protestantibus, ait in hoc se derogare Concilio Constantiensi, & Senensi, atque adeò illius Patres iudicarunt in Concilio Constantiensi definitum esse, quod fides hęreticis data non sit seruanda. 65

Verùm quod Ioanni Hussio violata non fuerit fides, liquet manifestè ex varijs argumentis. A quo enim violata fuit? Non quidem à Patribus Concilij Constantiensis, nam ij fidem illi non dederunt. An ab Imperatore Sigismundo? Is dedit quidem, sed non violauit; quia saluum conductum illi concesserat cum conditione, ne 66

fugam

fugam arriperet, alioquin esset pęna mortis puniendus, qui nihilominus contra præceptum Imperatoris fugam arripuit, de qua testantur omnes probi Authores, Nauclerus *generat.* 48. Coclæus *lib.* 2. *hist. Hussit.* & alij, nominatim verò Campianus *in ration. ad Academ. Angl. rat.* 4. vbi etiam subdit, dictum Ioannem Hus, conditiones, quas cum Imperatore Sigismundo inerat, violasse: sic enim inquit Campianus: *Sed nec in Hussium, tamen animaduersum fuisset, nisi homo perfidiosus, & pestilens, retractus ex fuga, quam ei Sigismundus Imperator periculo capitis interdixerat, violatis etiam conditionibus, quas scripto pepigerat cum Cæsare, vim omnem illius diplomatis eneruasset.* Idem ingenuè fatetur inter Caluinistas Laurentius Humfredus in volumine, quod contra Campianum edidit. Cùm igitur Hussius fuga elapsus sit, & retractus à fuga noluerit hæresim abiurare, iustè combustus fuit; nam leges etiam Imperatoriæ pœnam capitis decernunt in Hæreticos pertinaces *l. quicumque C. de hæret.* Nec illum ex fuga excusat, quod obseruabatur à Patribus, & quod eodem tempore fugerunt tres illi Pontifices. Quia Patres meritò obseruabant illum, quem sciebant palàm professum esse hæresim in Bohemia, ne fortè & Constantiæ virus suum proseminaret. Nec culpa vnius potest patrocinari culpæ alterius. Fugerint sanè Pontifices, an propterea licuit Hussio contra conuenta pacta impunè fugere?

67 Prolixus est hocce in argumento Io. Molanus *in tr. de fid. hæret. seru. lib.* 1. *c.* 25. *& seqq.* qui ibidem *lib.* 2. *cap.* 1. probare conatur Ioanni Hussio saluum conductum à Concilio Constantiensi non fuisse violatum, eique tantùm fidem publicam fuisse datam, causam in iudicio dicendi contra vim, non tamen contra iuris executionem. Addatur Rosuueidus *in corol.* quod suo Anticapello subiunxit, & Robertus Suuertius *dissert. singular. de fide hæret. seru.* contra Danielem Plancium, qui edito quodam libello inducias Belgicas impedire voluit; eoque fine rationibus aliquot euincere conatus fuit, Ecclesiam Romanam vniuersaliter docere Hæreticis, quæ Hæreticis, fidem non esse seruandam, sed falsò, vt etiam docet Martin. Becan. *in disp. Theolog. cap.* 7. *concl.* 2.

68 Præterea Sigismundus concessit Hussio saluum conductum iure communi, hoc est, nil aliud quàm securitatem contra violentiam iniustam, salua semper iustitia, & iuris executione, vt supra dictum est. Hanc autem præstitit, quia nihil iniustè passus est Hussius, atque adeò illi fidem seruauit. Quod inde comprobatur, quia complures de morte Hussij eo tempore scripserunt, & tamen de violata fide ei data nihil loquuti sunt, ne quidem ipse Hussius, cum ad mortem duceretur, & multa liberrimè dixisset in Ecclesiam Romanam; neque Lutherus, & Hieronymus Pragensis illum laudantes, de violata fide verbum proferrent, legique potest Epistola Poggij, quam scripsit de morte Hieronymi Pragensis, cuius ipse spectator fuit, qui, vt libenter inuehitur in Clerum, id non dissimulasset, si hanc notam potuisset Catholicis appingere. Denique Bohemi nobiles, qui impensè fauebant Hussio, & eius dogmata tuebantur, cùm postea ad Concilium Basiliense, oblato saluo conductu vocati essent, missa insigni legatione comparuerunt. Quis credat hoc facturos fuisse, si de fide Hussio violata Catholicos suspectos habuissent?

69 Quod autem Hæreticus fuerit Hussius, negari non potest. Nam tenuit ille, ac pertinaciter defendit doctrinam Vuiclefi, cuius inter cœtera sunt hæc capita. I. Deus debet obedire diabolo. II. Si Episcopus, vel Sacerdos existat in peccato mortali, non ordinat, non conficit, nec baptizat, nec consecrat. III. Nullus est Dominus Ciuilis, nullus est Prælatus, nullus Episcopus, dum est in peccato mortali. IV. Omnia de necessitate absoluta eueniunt. V. Iuramenta illicita sunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus, & ciuilia commercia. VI. Contra Sacram scripturam est, quod viri Ecclesiastici habeant possessiones. VII. Augustinus, Benedictus, Bernardus damnati sunt, nisi eos pœnituerit de hoc, quod habuerunt possessiones, & intrarunt Religionem. VIII. Omnes Religiones indifferenter introductæ sunt à Diabolo. Ita refert Concilium Constantiense *sess.* 8. Cochlæus *lib.* 1. *hist. Hussit.* Sanderus *lib.* 7. *Monarch.* & alij. Hæc autem dogmata planè hæretica sunt, quod etiam Lutherani, & Caluinistæ fateri debent, ac proinde Hussius fuit hæreticus, & quidem pertinax, quia hæc eiurare noluit.

70 Neque refragatur Concilium Constantiense *sess.* 19. Nam duo ibi decernuntur. Alterum est, quod Principes sæculares non possint impedire Prælatos Ecclesiasticos in exercitio suæ iurisdictionis Ecclesiasticæ, scilicet reum examinare, & contra illum secundùm allegata, atque probata procedere. Quod etiam docent Iurisperiti, quos sequitur Euerardus *supra* §. 3. inquiens: *Iudex superior talem fidentiam à Iudice inferiori factam, ratam habere non cogitur. Tum quod Reipublicæ intersit delicta puniri. Tum etiam quod superior legibus, aut pactis inferioris non ligetur.* Est enim iuri, ac rationi quàm maximè conforme, vt quando sunt duo Principes, qui habent distincta iudicia, & Tribunalia, quorum vnum altero maius, ac superius est, Princeps inferior non possit impedire superiorem ab executione suæ iurisdictionis, adeò quod securitas, quam ille promittit alicui, non se extendat ad Tribunal Principis superioris, cum superior legibus, & pactis inferioris non ligetur, *cap. cum inferior extr. de maior. & obed.* Princeps autem Ecclesiasticus, & Princeps sæcularis habent distincta Tribunalia, & Tribunal Ecclesiasticum est superius, ac maius Tribunali sæculari, *cap. solitæ eod. tit.* Atque ideò Princeps sæcularis concedens alicui saluum conductum, non potest illum sine ipsius consensu extendere ad Tribunal superioris, nec per concessam à se securitatem impedire iurisdictionem Principis superioris.

71 Alterum quod in Constantiense Concilio decernitur est, quod sæcularis Princeps, qui promittit alicui securitatem, cùm fecerit, quod in se est, non maneat in aliquo obligatus? Et hoc etiam est quidem absque dubio. Nam qui promittit securitatem, non censetur securitatem maiorem, promittere, quàm ipse præstare possit. Ac proinde, si fecerit, quod in se est, non peccat vllo modo contra fidem promissionis. Quare Concilium Constantiense non negat fidem hæreticis esse seruandam, sed solùm instruit sæculares Principes, quid in saluo conductu seruare debeant, quidue ijs liceat, & quousque eorum potestas, & iurisdictio in promittenda, ac præstanda alicui securitate se extendat. Hinc poterat Pontificis Legatus, qui erat in Diæta Imperiali, Lutherum habentem saluum conductum à Carolo V. apprehendere, & in carcerem detrudere, vt instabat Ioannes Echius, allegans dictum decretum Concilij Constantiensis. Sed forsitè id fecit, quia iudicauit tunc temporis non expedire, cum in illa Diæta adessent multi Principes sæculares, qui Luthero fauebant ita, vt non sine ingenti scandalo, ac tumultu apprehendi is potuisset.

72 Neque ex eo, quod Concilium Tridentinum ait, se derogare Concilio Constantiensi, ac Senensi, iudicauit in Concilio Constantiensi definitum esse, quod fides hæreticis data non sit seruanda. Nam Tridentinum dixit, se derogare Concilio Constantiensi, quod in Constantiensi non tam plena, sicut in ipso Tridentino securitas concessa fuerit; sed cum illa clausula: *Iustitia semper salua.* Sicque Patres Tridentini concesserint saluum conductum, quia sciebant inter aliquos Doctores controuersiam esse, qualisnam sit sensus Concilij Constantiensis in decreto de saluis conductibus, & propterea, vt hæretici essent tuti veniendo ad Concilium, voluerunt Patres sic derogare decreto Concilij Constantiensis, si scilicet in opinione aliquorum Doctorum quid in illo esset, ex quo hæretici possent dubitare, se non posse venire tutò ad Concilium Tridentinum. Per Concilium autem Senense intelligunt ijdem Patres Concilium Basiliense, quod fuit incboatum Papiæ & tempore Martini V. translatum Senas, & sub Eugenio IV. translatum Basileam, vt colligitur *ex sess.* 1. Concilij Basiliensis, & notat Miranda *in sum. Concil.* Hoc autem Concilium Senense, siue Basiliense approbat ea, quæ in Concilio Constantiensi decreta sunt, inter quæ continebatur decretum de saluis conductibus, & idcircò Concilium Tridentinum fecit expressam mentionem de Concilio Senensi. Hæc autem

appro-

approbatio facta à Concilio Basiliensi est affixa Concilio Constantiensi *tom.3.* Conciliorum.

73 De Hieronymo autem Pragensi hæc certa sunt. Primò illum non accepisse saluum conductum ab Imperatore Sigismundo, vt aduertunt Molanus *lib. 3. c. 2.* Cochlæus *lib. 2. hist. Hussit.* & alij. Secundò, citatum tamen esse à Concilio Constantiense oblato saluo conductu cum hac expressa clausula: *salua semper iustitia*, vt habetur in eodem Concilio *sess.6.* & passim apud alios Authores. Tertiò, citatum comparuisse, disputasse, conuictum esse, hæresim abiurasse, patet ex eodem Concilio *sess.19.* vbi ponitur formula abiurationis. Quartò, in hæresim relapsum esse, fugisse, reductum esse, exustum esse, *ibid. sess. 21.* & apud Cochlæum, Molanum, Campianum & alios. Hinc non fuit illi fides violata. Primò, quia datus est illi saluus conductus cum hac clausula: *salua semper iustitia*. Secundò, quia per fugam expirauit saluus conductus. Tertiò, quia in hæresim, quàm abiurauerat, relapsus est.

CONSVLTATIO LXVIII.

An Domini locorum cogere possint suos subditos, vt ad suum tantùm furnum, molendinum, tabernam, &c. accedant?

1 RESpondeo, id de iure communi prohiberi non posse, testibus Hartmanno Pistorio *obs.200.* & alijs, quos citat Carpzou. *in iur. p.for.p.2. const. 4. de fin.9.* & Georg. Euerard. *vol.2. cons.34. n.83.* Idque ampliant, vt, licèt subditi alicuius longissimo tempore ad nullum aliud, nisi ad molendinum Domini iuerint, non tamen ex hoc in futurum cogi possint, Couar. *in cap. possessor. de reg. iur. in 6. in 2. p. relect. §.4.* Bald. *de præscript. p. 4. q. 5.* Bartol. *cap. vn. quæ sint regal.* Maxim. Faustin. *in cons. pro ærar. clas.4. de regal.* & *cons.*308. *ord.*459. Afflict. *dec.* 388. *n.* 3. *& seqq.* ac Ziegler. *nobil. conclus.3. n.30. 31. & 33.* Vbi ait, licèt per mille annos à rusticis aliquod factum proponatur, veluti si per 50. 60. 100. & plures annos ad molendinum, aut furnum domini iuisse probentur, non tamen propterea seruitutem exinde sibi vindicare, aut imposterum eos cogere possunt, vt idem faciant.

2 Ratio autem est, quia hi actus sunt voluntarij, ex quibus nec obligatio, nec quasi possessio alicui facilè acquiri potest per *l. Lucius* 88. *§. Testator ff. de leg. 2. l. 2. §. 1. l. & habet* 15. *ff. de precar. l. 2.* vbi DD. *ff. de via public.* Carpzou. *loc. cit. n. 2.* & in libero homine seruitus cadere non potest. Ad molendinum autem ire, est res meræ facultatis. Ea autem, quæ in mera facultate consistunt, per præscriptionem non adimuntur, *l. viam publicam ff. de via publ.* Coral. *lib.2. miscel. c. 21. n. 2. & seqq.* Nec enim ex his, quæ gratuitò fiunt, vllo tempore ius acquiritur, *arg. l. qui iure familiaritatis ff. de acq. poss.* Faust. *loc. cit.* & in his, quæ sunt meræ facultatis non inducitur consuetudo, neque præscriptio post Cyn. *in l. 1. C. de seruit. & aq. & in l. 2. C. quæ sit longa cons.*

3 Limitant autem primò, nisi aliud habeat ex consuetudine, vel priuilegio, Iul. Clar. *§. ferendum q. 30.* & Boer. *dec.*125. Limitant secundò, nisi alibi volentes molere Dominus prohibuerit, & ipsi prohibitioni per legitimum tempus ad præscriptionem requisitum acquieuerint, *Scheid. in epit. iur. feud. q. 5. n. 4.* Afflict. *d. dec.* 388. *n.3.* cum *seqq.* & semper ad certum molendinum accesserint. Nam tunc iure seruitutis acquisito compelli, ac cogi possunt, ne imposterum alibi molant. Quia dubium non est, ius vtendi certo molendino, vel furno hoc modo præscriptione acquiri posse post Cæpol. *de seruit. vrb. præd. cap.50. n.2.* Boer. *dec. 125. n.50.* Ziegler. *loc. cit. n. 32. & 33.* vbi dicit, quod ex tempore prohibitionis incipiat dominus esse in quasi possessione; vnde post lapsum triginta annorum causetur præscriptio, & quod prohibitio faciat possessorem eum, qui antea non possidebat, Euerard. *loc. cit. n. 84.* vbi ait, quod consuetudine, vel præscriptione acquiri possit ius, quod vnus solus habeat molendinum, furnum, vel aliquid simile in tali villa, vel loco. Cùmque ista iura seruitutis naturam, & qualitatem habeant, & ius libertatis præsumptæ impugnent, non nisi apertissima consuetudine, concessione, aut præscriptione inducta appareant, præsuponenda esse, Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tit. 23. n. 1.* Quare principijs obsta, serò medicina paratur.

CONSVLTATIO LXIX.

An ex omni licentia seruiliter laborandi Dominicis, ac festis diebus, possit exigi aliqua eleemosyna eroganda locis pijs, vel pauperibus?

RESpondeo affirmatiuè per textum *in cap. licet de fer.* 1
vbi decernitur, quod, post factam capturam, Ecclesijs circumpositis congruam faciant portionem, vbi Glossa inquit: *& vota; quod necessitas facit licitum, quod aliàs erit illicitum*, & Abb. *n. 4.* ait, quod quando ex necessitate quis intendit circa opus seruile, debet in recompensationem facere aliquam eleemosynam, & *n. 6. ac 7.* dicit, vltimò quæro de qua necessitate intelligitur iste textus? & sequitur, quod prima expositio est nimis stricta, vnde intellige de qualibet necessitate alimentorum, quæ possunt non solùm in præsenti, sed etiam in futurum contingere, si dilatio est allatura damnum.

Hostiensis in *sum. lib. 2. de fer. n. 4.* vbi inquirit, quid in eis agi debeat, ait, item ea, quæ pertinent ad agriculturam, vel putationem vinearum, prout de Episcopali authoritate dicit *§. Rursus ergo*, hoc autem intelligas necessitate instante; quandoquidem licet piscari in diebus dominicis, vt cum facta collectione, & captura, congrua portio Ecclesijs circumpositis, vel Christi pauperibus fiat, vt infra *cap. licet de fer.* Caietanus etiam *in sum.* vbi agens de violatione festorum, ait, & pari ratione non solùm alios pisces transitorios, sed quomodolibet repenter occurrat transitorium aliquod lucrum aggredi, licitum est, tanquam huiusmodi lucrum cessans, damnum reputatur, sed momento moderaminis subiuncti, vt scilicet circumpositis Ecclesijs, vel pauperibus honesta lucri portio detur, vt *in cap. licet de fer.* Azorius quoque *p. 2. lib. 1. cap. 28. q. 11.* docet, quod absque Simoniæ vitio fas est Episcopo, dummodò non offendantur alij, facultatem dare in die festo laborandi ex necessitate cum hac conditione, vt aliquid erogent petentes in vsus pios, & religiosos, & non tanquam pretium datæ facultatis, sed tanquam eleemosynam in recompensationem non obseruandi festa fiat aliud opus in honorem Dei in benefaciendo illi Ecclesiæ, vel pauperi.

His adstipulatur Genuensis in *man. pastor. cap.* 18. de 3
auaritia euitanda ab Episcopis in exigendo, quod sibi non competit, nec debetur ratione Officij Pastoralis, vbi *n.* 7. quærit, an Episcopus possit concedere licentiam laborandi, metendi, ac seminandi in diebus festis sine necessitate, dummodò aliquid soluant fideles Ecclesiæ Cathedrali pro oleo lampadis? & respondet, Episcopum, qui hoc faceret, grauiter errare, & non esse aliud, quàm vendere festa, & pecuniam accipere pro offensis Dei, quia talis licentia non debet concedi sine necessitate, & consideratur necessitas in rebus transitorijs, vel propter pluuiam, vel propter aliam iustam causam, vel necessitas alimentorum, vt notat Abbas *in cap. licet de fer.* sed an quando conceditur licentia laborandi propter necessitatem, possit aliquid exigi? Abbas *in d. cap. licet n. 4.* ait, quod sic, conuertendum tamen in vtilitatem Ecclesiæ. Quod censet verum, dummodò non exigatur ante labores, & fructus perceptos iuxta terminos *d. cap. licet.* Sed si adesset timor litis in exigendo puto, posse exigi ante labores ex Caietano *loco cit. v. Simonia* & Nauarro *cap. 23. n. 166. manual.* ac Bonacina *disp. 5 §. vlt. de dispensat.* dicente: dubium remanet, vtrum Episcopus possit alicui dare licentiam, seu facultatem seruiliter laborandi hac conditione, & onere adiecto, vt aliquid eroget ad emendum vestes pro Ecclesia, vel oleum pro luminibus, vel quid simile faciat in vsus pios? respondent Azor, vt supra, Reginaldus, & alij, quod sic. Ratio est, quia hoc onus non imponitur, tanquam pretium datæ facultatis, sed cultus, & honor cessationis ab operibus serui-

libus

sibos in die festo commutatus in opus pium, erogando aliquid in pios vsus; quod licitè fieri posse colligitur tum ex *cap. licet de fer.* tum ex simili in alijs dispensationibus, quæ in causis matrimonialibus à Sede Apostolica obtinentur. Molses. *tr. 2. de præcept. decal. cap. 17. de dispensat.* in diebus festis, vbi citat Sayrum, Suarez, Reginaldum, Azor. & alios, ait, vndecima responsio est etiam communis, vt quoties ex iusta causa dispensatur in obseruatione festorum debeat commutatio fieri, vt soluatur certum quid alicui Ecclesiæ, vt *in cap. licet de fer.* vt dicunt etiam præcitati Authores, & *n. seq.* subdit: Vt autem hoc meliùs intelligatur, notandum est cum præcitatis Authoribus, quod si dispensatio fieret ab illis, qui possunt festa abrogare, sicut ad libitum illa tollere possunt, ita etiam ab eisdem poterunt concedi licentiæ laborandi in eis nihil soluto. Si verò Episcopus dispensaret in festis statutis de iure communi, vel Parochi, vel alij substituti dispensarent etiam in festis diebus statutis per Episcopum, tum textus *in d. cap. licet* mandat, vt soluatur certum quid pro eleemosyna habita ratione lucri, quod percipitur ex illis operibus seruilibus, quæ fiunt in festis, & sic onus commutatur in aliud onus, seruata morali proportione.

4 Idem post alios probat ipsemet Suarez. *lib. 6. de legib. cap. 16.* & quoties fit dispensatio circa leges, quæ secum habent onus aliquod annexum, à quo per dispensationem quis eximitur, vt à ieiunio, à præcepto seruandi festa, & sic de alijs, tunc licita erit commutatio in pecuniam, vt onus cum onere seruet proportionem; at quando lex multum habet onus annexum, vt est in denunciationibus matrimonialibus, & alijs huiusmodi, tunc gratis facienda est dispensatio, & hæc est communis praxis. Et *n. 78.* ait: Denique bene post alios notant Azor. *d. q. 11.* Reginaldus *d. n. 54.* & alij plures, vt semper Prælati conari debeant, quod in huiusmodi commutationibus euitent occasionem scandali populorum, vt si esset nimis excessiua commutatio, vel Episcopi, vel eius Vicarij, & substituti in proprios vsus pecuniam illam conuerterent; hoc enim fieri non debet. Itaque cùm sit dispensatio ratione necessitatis, vel vtilitatis populorum non debet esse nimis excessiua eleemosyna, & eroganda erit in opera pia, vt sic cesset & scandalum, & murmuratio populi, & ita boni Pastores obseruant.

5 *Summa.* In ferijs introductis in honorem Dei, & Sanctorum nihil seruile, aut operis agere permittitur: nisi necessitas vrgeret, vel pietas suadeat, *cap. fin. de fer. c. 1. 2. 3. 15. q. 4. l. si Feriatis, 16. de fer. l. omnes dies, & l. fin. C. eod.* Exemplum necessitatis D. Matthæi *cap. 12. v. 1.* Marci 2. *v. 3.* Lucæ *6. v. 1.* vbi excusantur discipuli tempore famis euellentes in Sabbatho spicas, atque *in cap. 3. de fer.* permissum est halecia capere, etiam diebus dominicis, & feriatis, exceptis maioribus solemnitatibus, & ea lege, vt post capturam factam portio capturæ distribuatur proximioribus Ecclesijs, & pauperibus. Et Constantinus *in l. Omnes Iudices C. de fer.* permittit etiam tempore festorum tuti positos, agrorum culturæ liberè, licenterque inseruire, quoniam frequenter, inquit, euenit, vt non aptiùs alio die frumenta sulcis, aut vineæ scrobibus mandentur, & ne occasione momenti pereat commoditas cœlesti prouisione concessa. Quæ tamen lex admittitur in casu tantùm necessitatis, non aliter; vt si spicis maturis repentè suboriatur ventus validus, qui grana excutiat. Si fœno iam siccato immineat maxima pluuia, &c. vt notat Glos. fin. iuncto *Can. ieiunia sane 16. de consecr. d. 3.* Ratione quoque necessitatis vitæ excusantur artifices, qui apparant vendenda victus gratia, vt laniones, tabernarij, molitores, medici, pharmacopolæ, equorum ferratores, vectores peregrinorum, viatores, & his similes, qui necessitate vrgente quidpiam coguntur agere. Sic Cato *de re rust. c. 139.* ait mulis, equis, asinis nullas esse ferias, nisi in familia sint. Varro verò *lib. 2. de re rust. C. fin.* docet quæ ferijs licitè agerentur. Sic etiam in feriarum iudicialium iustitia, si actio sit peritura tempore messium, vel vindemiarum, vel res ipsa, datur iudicium. Exempla ponuntur *in l. 1. 2. & 3. ff. de fer.* Quod enim non est licitum in lege, necessitas facit licitum, *cap. quod non est licitum de reg. iur.* apud Gregorium *cap. 2. de obser. ieiun.* Pugnatur ex necessitate & diebus festis non aliter *d. cap. quod non est licitum, can. 15. nulla 25. q. 8.* Idque didicerunt experimento faciendum esse Machabæi, primùm ob id victi, quod non pugnassent 1. *Machab. 2. v. 38. & seq.* Sicque Dio Cassius *lib. 37. hist. Roman.* scribit, Pompeium Templum Hierosolymitanum expugnasse, quod Iudæi die Sabbathi non fuerint ausi bellare, qui illud tuerentur, aliter nunquam potuisse expugnare. Christus quoque de hac necessitatis excusatione admonet Iudæos, dum Lucæ 13. *v. 5.* ait: *Hypocritæ, nonne vnusquisque vestrum soluit sabbatho equum suum, aut asinum à præsepio, & non ducit adaquare?* Atque adeò omnia, quæ pertinent ad salutem hominis actionem habent à Deo dispensabilem in necessitate, cum sabbathum propter hominem factum sit, non homo propter sabbatum, Marc. 2. *v. 27.*

6 Verùm S. Congregatio Concilij censuit, licere diebus festis operam dare rebus ad vitam necessarijs, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, ac messium, & recollectionis fructuum, vel vbi necessitas vrgeat, ac pietas suadeat. Cæterùm quoniam verendum est, ne priuatis affectibus, domesticarumque rerum studio eò perducantur, vt hac sacrorum canonum indulgentia etiam in alijs casibus abutantur, ijdem Illustrissimi Patres adijciunt ad Ordinarij cuiusque iudicium, ac censuram spectare, vt dignoscat, num verò vlla ex prædictis causis subsit, propter quam liceat dictis festis operibus seruilibus operam nauare, vt nec dierum festorum obseruantia vlla in re violetur, nec opera illis diebus summa ratione permissa impediantur 12. Martij 1601. Quod si hæ causæ verè subsint, Ordinarius tenetur dare licentiam S. Congregatio super Episcop. in Beneuentana 12. Maij 1645. Et quidem gratis ex constitut. Vrbani VIII. quæ incipit *Vniuersa* edita 1642.

CONSVLTATIO LXX.

An manutenendi sint Reu. Parochi S. Angeli in foro piscium, & S. Mariæ in Monticellis Vrbis in possessione, etiam quoad petitorium, exigendi à Iudæis Pretaticum vulgò nuncupatum, pro decimis, & oblationibus, quas a Christianorum domibus percipiebant, antequam ad ipsos Iudæos quocumque titulo deuenissent?

1 Affirmatiuè omninò respondendum est. Primò, ex textu *in cap. quanto de vsur.* per hæc verba: *Hac eadem pœna Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum Ecclesijs pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus, & possessionibus alijs percipere consueuerant, antequàm ad Iudæos quocumque titulo deuenissent, vt sic Ecclesiæ conseruentur indemnes.* Quæ verba ita perspicua sunt, vt nulla indigeant expositione.

2 Idem habetur ex *cap. de Terris de decim.* vbi Abbas *n. 5. & 6.* docet per modum saltem compensationis obligari Iudæos habitantes in Parochijs Christianorum ad soluendum Ecclesiæ valorem decimæ, quam Christianus ibidem habitans posset soluere. Nam Iudæi ibi habitando impediunt, ne Christiani habitent, & consequenter defraudant Ecclesias earum decimis, & oblationibus, quas essent percepturæ à Christianis, si ibi habitarent, & ideò cogi possunt ad eis satisfaciendum.

3 Hoc ipsum docent Syluester *in sum. v. decim. q. 7. n. 1.* Ostiensis *in dd. cap. de Terris, & cap. quanto*, ibique Barr. *n. 6.* Azor. *p. 1. instit. moral. lib. 7. cap. 35. q. 3.* & Glos. *in cit. cap. de Terris, v. prætextu*, addens rationem, quia, inquit, res transit cum suo onere. Quod *in d. cap. de Terris* decernitur, ibi: *Ne fortè illa occasione Ecclesiæ valeant suo iure fraudari.* Itaque supponit Ecclesijs ius esse quæsitum in tali fundo quoad talem pensionem, & Iudæos cogi non ad decimas, vt sic, sed ad non lædendum Ecclesias, vt etiam habetur *in d. cap. quanto de vsur.* verbis illis: *Pro decimis, & oblationibus debitis*, ac illis: *Vt sic Ecclesiæ conseruentur indemnes.* Et nunquam priuatæ fuerunt Ecclesiæ iure isto acquisito in illas domos,

vt à

vt à fortiori desumitur ex Concilio Hispalensi 2. *c.* 1. *& ex c. prima* 16. *q.* 3. *& ex cum per bellicam* 34. *q.* 5. Neque contra hoc ius à Iudæis præscribi potest, ideòque semper videntur obligari ad satisfactionem reddendam Ecclesijs pro illa læsione, vt rectè docet Suarez *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 8.

4 Secundò, id constat ex consuetudine immemorabili, quæ causam dedit condendi *d. cap. Quanto de vsur.* & post dictum textum ex illius obseruantia subsequuta exigendi huiusmodi Pretaticum ad hanc vsque diem, quæ optimè declarat iura, priuilegia, concessiones, & quoscunque actus *cap. Cum venissent de instit. cap. cum dilectus de consuet.* vbi Canonistæ communiter, ac Rota coram Merlino *dec.* 150. *n.* 27. *p.* 1. *rec.* & coram Eminentiss. Othobono *dec.* 214 *n.* 12. Tantaque est eius virtus, vt etiam possit inducere ius nouum, *l. de quibus ff. de legib. & l. nullis ff. quod cuiusque vniu.* cùm alijs. In casu autem præsenti obseruantia subsequuta declarat hoc Pretaticum deberi in satisfactionem damni, quod Iudæi inferunt Ecclesijs habitando domos, quas habitabant Christiani, & proinde illis assistit consuetudo, & obseruantia iuxta Ius introductum ad illud exigendum ex *d. cap. quanto de vsur.* Et hanc quidem consuetudinem approbauit Author Theatralis *tom.* 12. *de Parochijs discurs.* 21, in hanc rem edito, cùm patrocinaretur Iudæis apud S. Congregationem Visitationis Apostolicæ, inquiens ex ea solùm ipsos teneri ad hanc solutionem. Quod ipsa deinde S. Congregatio firmauit, cum decreuerit Anno 1660. seruari solitum, siquidem ex consuetudine immemorabili dari titulum meliorem de mundo, tradunt passim Doctores. Et eò magis, quia cùm agatur de obseruantia interpretatiua iuris, non est necessarium, quod ita semper fuerit obseruatum, sed sufficit, si pluries Crauet. *cons.* 118. *n.* 2. Corn. *cons.* 188. *n.* 10. *lib.* 4. Rota coram Buratto *dec.* 676. *n.* 9. & coram Caual. *dec.* 80. *n.* 5. Immò includitur talis obseruantia etiam ex vnico actu, vt *in d. decis.* coram Buratto, & in Florentina iurispatronatus de Bicatolis 11. Febr. 1604. §. *non obstat quartum* coram Lancellotto, & *dec.* 165, *n.* 19. coram Eminent. Othobono.

5 Tertiò, id euincitur ex Instrumentis transactionum inter eosdem Parochos sub Anno 1600. 1614. & 1643. per acta Cœsij tunc temporis, deinde de Blanchis cùm decreto Reuerendiss. D. Vicesgerentis, & Vniuersitatem hebræorum, in quibus se obligauit in forma Cameræ soluere præfatis Ecclesijs huiusmodi Pretatium. Quæ quidem Instrumenta probant possessionem *l. non idcircò C. de fid. instrum.* Pusth. *de manut. obs.* 35. *n.* 2. Et transactio est species rei iudicatæ, perimitque quamcunque aliam actionem ita, vt alia non competat, nisi pro eiusdem transactionis obseruantia, *cap.* 1. *de transact. l. non minorem, & l. causa C. eod. tit.* Burat. *decis.* 464. *n.* 7. & plenè in Romana rescissionis concordiæ 15. Iunij 1644. coram Carrado. Et ex lapsu triginta annorum cum obseruantia continua, vera, & non interrupta intrat ad fauorem Ecclesiarum beneplacitum Apostolicum præsumptum ex Gregorio & Add. *dec.* 52. *&* 354. Buratto, & eius Add. *dec.* 45. cùm alijs ad *dec.* 12. *p.* 3. *recent.* de Luca in suo Theatro *loc. cit.* qui pariter approbauit hanc concordiam, quam seruandam esse à Iudæis fatetur, quod procedit ipsis Ecclesijs non reclamantibus.

6 Accedunt quartò pro Ecclesia S. Mariæ in Munticellis duo Breuia Apostolica, Vrbani VIII. & Innocentij X. in quibus assignatur huiusmodi Pretaticum pro stipendio vnius Vicecurati dictæ Ecclesiæ, cui olim erat vnita, & subiecta Ecclesia Parochialis S. Mariæ in Candelabro, propter Ghettum Iudæorum suppressa, exigendum ab eius Rectore cum clausula sublata, & decreto irritante. Vnde ijdem Pontifices declararunt hoc Pretaticum deberi, cumque hæc declaratio sit authoritatiua, & authentica, non potest dici, quòd non afficiat Iudæos ad illud soluendum iuxta limites *d. cap. quanto de vsur.* & illius inconcussam obseruantiam.

7 Non obstat illud toties à vulgò decantatum, quod Iudæi non tenentur ad decimas, cùm non recipiant à Parochis Sacramenta, pro quorum administratione soluuntur decimæ, vt per Ricciullum *de iur. person. lib.* 2. *cap.* 9. Nam Ricciullus negat tantùm deberi à Iudæis decimas personales, de quibus certant Doctores, & nos modò non postulamus, non autem prædiales, immò neque prædiales vt sic & formaliter, vt inquit Suarez *loco allegato*, sed quæ ex domibus percipiuntur ab Ecclesijs in satisfactionem damni, quod patiuntur ex habitatione Iudæorum in domibus, quas habitabant Christiani, vt ex eius *n.* 3. *&* 7.

8 Eòque magis quia Ricciullus se refert ad Suarez, qui loco superius adducto *n.* item 7. apertè ait, *quod, quia prædia ipsa habent annexam decimam Ecclesiæ soluendam, tanquam onus ipsius met rei, necesse est, vt ad Iudæum, & quemlibet alium transeat cum illo onere, vt Ecclesia seruetur illæsa, & hoc modo potest infideles obligari ad decimas prædiales per modum satisfactionis. Quod satis in iure ipso declaratur.* Testaturque hanc esse frequentiorem Doctorum sententiam, & probari per iura superiùs allegata, & per Glossam *in d. cap. de Terris de decim.* quibus adde præter antea citatos Oldradum *cons.* 91. Mantuam *cons.* 188. *col.* 2. Rebuffum *de decim. q.* 5. *n.* 31. Monetam *eod. tract. p.* 5. *n.* 38. Lapum *alleg.* 63. & alios communiter, quos adducere possumus. Sed quia in hac re habemus textum clarissimum, & ad litteram expressum, ideò superuacanea est scriptorum interpretatio, quæ in dubijs tantùm desideratur. Verbo dicimus: Non sunt formaliter decimæ, neque oblationes, vt æquiuocando, quod facit sæpiùs, scripsit idem Author Theatralis *in cit. disc.* sed satisfactio pro decimis, & oblationibus, vt verbis rotundissimis loquitur citatum *cap. Quanto de vsur.* Quare mirum est in tam raro tramite scirpum quæri.

9 Minùs obstat; quod cùm Iudæis in Vrbe commorantibus prohibitæ sint modò vsuræ, debeant ab huiusmodi solutione esse immunes. Tùm quia Innocentius III. *in d. cap. quanto de vsur.* inhibuit quoque eis vsuras, & nihilominùs mandauit, vt ad satisfaciendum Ecclesijs pro huiusmodi decimis, & oblationibus compellantur. Tum quia hoc Pretaticum non datur pro fœnore exercendo, sed pro damno Ecclesijs illato. Et tum quia vsura est sublata duodecim, vel quindecim fœneratoribus Iudæis, & ad hoc Pretaticum tenentur omnes habitatores iuxta *d. cap. Quanto*, & transactionem superiùs relatam.

10 Hoc sanè certum, quod Iudæi præstarent soluere sexcentum alios aureos pro bacchanalium braccijs, in Cursorum præmium, quàm vnum aureum Ecclesijs Parochialibus, quas appellant Templa Idolorum, earumque ministros Idololatras, vt ex eorum Thalmude *ord.* 1. *tract.* 1. *distinct.* 2. inter cuius blasphemias est, quæ sequitur: *Templa Christianorum sunt domus perditionis, & loca Idololatriæ, quæ Iudæi tenentur destruere.*

11 Ex quibus manutenendæ sunt supradictæ Ecclesiæ in sua possessione exigendi huiusmodi Pretaticum in scuta 90. circiter monetæ, ne Iudęi glorientur in sua perfida malitia, neue scandalum Christianis generetur, ne Ecclesiæ priuentur suo cultu, sed seruentur indemnes, & ne earum ministri priuentur sua mercede. Quod si secus fieret, Iudęi omnem expectationem tam impij, ac diurni desiderij sui in destructionem Ecclesiarum Parochialium consceleratè explebunt.

12 Iudęos igitur esse compellendos ad supplenda emolumenta, quæ Parochi perciperent, si Christiani inhabitarent domos, quas priùs inhabitabant, & modò inhabitant Iudæi, certum omninò est per textum in *d. cap. quarto de vsur.*

13 Et quamuis textus videatur loqui de oblationibus fixis, ac certis, cùm tamen verba dispositionis operari possint etiam in incertis, & in his quoque ratio finalis expressa à lege locum habeat, vt scilicet *Ecclesiæ seruentur indemnes* casus erit sub dispositione legis non per extensionem, sed per comprehensionem *l. regulâ §. fin. ff. de iur. & fact. ignor.* vbi Bart. & Bald. *& l.* 2. *§. si mater ff. ad Turpil. Ferd. dec.* 276. *n.* 8. Constat autem Ecclesias Parochiales valdè damnificari, dum domos Parochiarum, in quibus habitabant fideles, inhabitant Iudæi, cùm diminuantur oblationes.

14 Et talis fuit consuetudo antiqua, vt desumitur *ex cap. nimis praua de excess. Præl.* ibi: *nec non de habitaculis fratrum, sicut de Iudæorum domibus contendunt redditus extorquere, asserendo quod nisi fratres morarentur ibidem, ab alys*

ab alys

ab alijs habitatoribus prouentus aliqui soluerentur. Vbi notanda sunt *prouentus aliqui*, quæ important incertas obuentiones,

14 Quod verò ad quantitatem huiusmodi Pretatici standum est transactionibus, siue consuetudini etiam in materia decimarum, & in ijs casibus, in quibus decimæ sunt de iure debitæ; ac licèt consuetudo, per quam decimæ in totum tolluntur, postulet rigorosas probationes cum titulo, & quadragenaria, siue cum immemorabili, attamen vbi non agitur de tollendis decimis in totum, sed de illis minuendis, seu ad certam quotam, vel formam reducendis, sufficit quælibet præscriptio, seu consuetudo ordinaria iuxta veriorem opinionem, de qua Couar. *lib. 1. var. cap. 17. n. 8.* Rebuf. *de decim. q. 13. n. 46.* Seraph. *dec.* 1204. Rot. *dec. 23. n. 3. & dec. 311. n. 5. p. 6. rec.* & in Beneuentana decimarum 8. Martij 1649. coram Roias.

15 Et in transactionibus super huiusmodi decimis, & emolumentis Parochialibus non requiritur beneplacitum Apostolicum, sed sufficit decretum Ordinarij, ad textum *in cap. fin. de pact. in 6.* Rot. *dec. 218. p. 7. rec.* & in Vercellen. decimarum 31. Maij 1647. coram Royas in Comen. funeralium 7. Iunij 1651. coram Meltio, & in alijs; quia non agitur de concordia super re, vel iure certo, & alienari prohibito ita, vt per eam dicatur Ecclesia priuari iure quæsito, sed agitur de iure, quod vel à nuda consuetudine, vel ab ipsarum partium beneuolis conuentionibus pendet.

16 At nihilominùs requiri beneplacitum, puto probabiliùs saltem quando transactiones videntur esse damnosæ Ecclesijs, vt per Marescot. *var. resol. 95. n. 31.* Quia cum graui præiudicio diminuuntur oblationes de iure debitæ, Maresc. *loc. cit. n. 32. ex cap. Vanicus de transact.* Neque illud præsumi potest, quia vltra quod non fuit in illis reseruatum, ex quo apparet fuisse factas cum solis authoribus, non autem cum successoribus, nullo modo præsumi potest ex cursu longi temporis, quia ad illud inducendum non sufficit præsumpta obseruantia, sed requiruntur certæ, & concludentes probationes, Marescot. *loc. cit. lib. 1. c. 17. n. 13. & 14.* Rota coram Seraph. *dec.* 1042. *n. 4.* Et fuit sublata talis præsumptio per Constitutionem Vrbani VIII. vt dixit Rota in Romana deuolutionis domus 15. Iunij 1654. §. *huiusmodi autem coram Meltio*, & in alijs sæpè. Et id locum habet, quando Ecclesiæ reclamant, & nolunt successores stare concordiæ, & transactioni suorum antecessorum.

CONSVLTATIO LXXI.

An statutum laicale, confirmatum à summo Pontifice, præsertim ex certa scientia obliget etiam Ecclesiasticos?

1 AFfirmatiuè respondent Paris. *cons. 27. n. 12. lib. 3.* Croc. *cons. 35. n. 46.* Gabr. *cons. 127. n. 24. lib. 1.* Vrsill. *ad Affl dec. 310. n. 13. in fin.* Honded. *cons. 4. n. 42. lib. 2.* Bart. *in l. priuilegia C. de sacros. Eccles.* Alex. *cons. 19. vol. 1.* Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, de const.* Dec. *ibid. n. 17. & seq.* Roman. *cons. 387. n. 4.* Ruin. *cons. 130. n. 8. vol. 2.* Roland. *cons. 86. n. 28. vol. 1.* Surd. *cons. 535. n. 15. tom. 4* Thesaur. *sun. lib. 2. quæst. for. q. 5. n. 13.* Bellon. *cons. 74. n. 125.* Gratian *cap. 10. discept. for. n. 4.* Marth. *p. 4. de iurisd. cent. 1. cas. 99.* Bellet. *p. 1. disq. Cler. §. 1. de exempt. Cler. n. 44.* Pic. *de contr. sine cert. form. non val. ad stat. Vrb. lib. 1. cap. 151. glos. 2. n. 27. & seq.* firmatque Rota *dec. 365. n. 2. p. 2.* coram Durano, Addit. ad Ludouis. *decis. 576. n. 18. & dec. 452. n. 1. p. 1. diu.* & in Balneoregien. bonorum 30. Octobris 1589. coram Pamphilio, *& dec. 797. n. 26.* coram Seraphino. Nam meritò omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur ait Iustinianus Augustus *in l. 1. §. Omnia, C. de Veter. iur. enucl.*

2 Nihilominùs tenendum est, eiusmodi statutum non obligare Ecclesiasticos, nisi de ijs fiat expressa mentio. Ratio autem est, quia confirmatio non extendit confirmatum extra suos limites, sed solùm intra illos dat robur, vt docent Dec. *in l. More n. 34. ff. de iurisd. omn. Iud. & in rubr. de confir. vtil. vel inutil. n. 5.* Bald. *in l. nominationes in fin. C. de appel.* Menoch. *cons. 704. n. 36. & cons. 378. n. 39.* Socin. sen. *cons. 159. n. 30. lib. 2.* Ruin. *cons. 48. in fin. & cons. 158. n. 16. lib. 1.* Crauet. *cons. 33. n. 6.* Archid. *in cap. seruatis 25. q. 2. n. 2.* Coro. *cons. 224. n. 1. vol. 3.* Alex. *cons. 122. n. 2. lib. 4.* Bero. *q. 50. n. 2.* & Rota in Romana pensionis domus 16. Ianuarij 1598. coram Lancellotto. Cùm ergo confirmatum non extendat, nec possit extendere suos limites in Ecclesiasticos; quia statutum non plus extenditur, quàm extendatur potestas, & iurisdictio statuentis, & proindè non valet quoad non subditos, *l. 1. §. hac autem, ff. Quod quisq; iur. in alt. & l. 1. C. de sum. Trin.* vbi Doctores, & *cap. A nobis 1. de sent. excom. & cap. quod autem, de pœnis. & remis. & cap. 2. de constit. in 6.* ac notant Bald. *in l. fin. C. de iurisd. omn. Iud.* Bart. *in l. omnes populi q. 1. princ. ff. de iust. & iur.* Ecclesiastici autem nullo pacto subijciuntur Laicis, nec Laici habent in ipsos aliquam Iurisdictionem, *d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, & Leo X. sacro approbante Concilio Lateranensi *sess. 9.* profectò eos non obligabit ex eo, quod accedat confirmatio Pontificia, quæ solùm tantum operatur, quantum disponitur per tale statutum, & ideò operatur solùm circa obligationem Laicorum.

3 Comprobatur. Quia confirmatio intelligitur in terminis, in quibus statuta loquuntur, vt dixit Rota in d. Romana pensionis. Statutum autem Laicale de se loquitur solùm de Laicis. Igitur non trahit confirmationem ad personas non inclusas in dispositione. Ità Bald. *in auth. Quibuscumque C. de sacros. Eccles* Corn. *cons. 9. n. 5. & cons. 25. n. 21. vol. 3.* Ruin. *cons. 60. n. 3.* Euerard. *cons. 28. n. 43. vol. 2.* Quare, vt statutum Laicale obliget Ecclesiasticos, debet confirmatio, non solùm tribuere valorem intra proprios limites, sed etiam tribuere nouam rationem dispositionis. Quia, cùm sit conceptum dumtaxat pro Laicis, non potest extendi ad Ecclesiasticos, nisi acquirat ex noua facultate legislatiua nouam rationem alterius dispositionis,

4 Non obstat, quod contra adduxi. Nam dicitur Princeps ea sua facere, quibus auctoritatem suam impartitur, non quomodocumque, & per confirmationem, sed quando ita suam auctoritatem impartitur, vt auctoritate ipsius fiant, & ex ipsa validitatem habeant, & in hoc sensu procedit *d. l. 1. §. omnia, C. de ver. iur. enucl.* & in eodem sensu procedit Pontifex *in cap. si Apostolica, de preb.* vbi non est sermo de confirmatione, sed de ijs, quæ fiunt ab inferiore auctoritate Principis delegata.

5 Præterea dici posset, quod tunc statuta confirmata à Pontifice dicuntur Pontificia, quando aliàs seclusa confirmatione, nullam haberent vim obligandi, sed ab ipsa confirmatione eam totaliter accipiunt: tunc enim huiusmodi statuta non subsistunt, nisi auctoritate confirmantis, & proindè ab ipso censentur condi. Quod est iuxtà doctrinam Bart. *in d. l. Omnes populi q. 3. princ. quæstiunc. 4. ff. de inst. & iur.* Felin. *in cap. Cùm accessissent n. 5. de const.* Bellon. *cons. 37. n. 8.* Suarez *lib. 6. de legib. cap. 26. n. 16.* Granadi *1. 2. contr. 1. p. 2. tr. 3. disp. vlt.* & aliorum. Immò Bald. *in l. Ex placito, C. de ver. permut.* vult, statuta confirmata à Pontifice, non dici Pontificia, nisi vnum tantùm statutum confirmet specificè. Vt vt autem sit, non idcircò, quod Pontificia sint, extenduntur ad personas Ecclesiasticas, sed remanent intra suos limites, & solùm ad eos extenduntur, pro quibus sunt condita. Qua de re extant insignes decisiones S. Rotæ in Romana pecuniaria 18. Iunij 1655. §. *Quia huiusmodi*, & 22. Iunij 1657. §. *Vndè*, & 1664. ferè per totam, & 1668. §. *aut enim*, coram Cerro eiusdem S. Rotæ olim Decano, nunc autem Eminentiss. Cardinali, purpuram assecuto pertinacia meritorum.



CON-

CONSVLTATIO LXXII.

Præsuppositо, quod sit vnus Episcopus, vna diœcesis, vnicus Decanus, vnusque Vicarius Generalis, ac duæ Cathedrales coniunctæ, quæritur, an per sacrum Concilium sess. 25. cap. 6. de reform. sit derogatum immemorabili quoad locum carceris processus, ac Tribunalis?

1 Difficultatem excitant verba Concilij, ibi: *Episcopus in eius domo, aut consueto Tribunali procedere teneatur*, an scilicèt consuetum Tribunal intelligatur de Tribunali Episcopi, vbi residet cùm Curia, an autem de consueto vniuscuiusque loci, vel Ciuitatis. Si primo casu res est manifesta, quod immemorabilis consuetudo est expressè abrogata, ponderando clausulam derogatoriam in fine *d. cap. 6.* positam, quæ refertur ad omnia capita supra narrata, præsertim ex verbo *quoad supradicta*, *vt de clausul.* Alex. *cons.* a 12. *lib. 6.* Gabr. *de clausul. concl. 9.* Dec. *cons. 63. n. 6.* & fuit dictum in Bononien. de Maluerijs 23. Martij 1609. coram Sacrato, & impedit, quod immemorabilis possit allegari, Gonzal. *ad reg. 8. glos. 9. §. 1. n. 47.*

2 Et sanè attenta mente Concilij affirmatiuè respondendum videtur. Nam in his de iure communi potest præualere consuetudo etiam non immemorabilis, immò, & præscriptio, cùm Episcopalia, quæ non sunt ordinis, sint præscriptibilia, vt in terminis tenendi Vicarium in certo, & determinato loco probat Abb. *in cap. Venerabilis n. 5. de censib. & in cap. constitutus n. 10. de relig. dom.* Cocchier. *de iurisd. in exempt. p. 1. q. 3. n. 6.* Si autem de iure potest præscribi tota iurisdictio Episcopalis contra Episcopum vnà cùm exemptione ab ipso; multò magis potest præscribi locus exercitij iurisdictionis, Bald. *de prascript. p. 1. quinta p. princip. q. 11. & 12.* Maximè ex potentia immemorabilis, cùm qua etiam reseruata Principi præscribuntur, Gabr. *concl. 1. de prascript.* Ideòque Episcopus tenetur procedere in loco consueto, sicque immemorabilis quoad locum consuetum non est sublata, & verba Concilij in eius domo stant subrogatiuè, scilicèt quando non detur locus consuetus ad tradita per Gratian. *discept. for. lib. 3. cap.* 338. *n.* 2. quòd probo; Quia mens Concilij non fuit fauere Episcopo, sed commoditati, & indemnitati Capitularium, & ratio eliciendi, atque coniectutandi in hac re mentem Concilij est perspicua ex iuris interpretatione. Episcopus namque de iure habet pro loco procedendi, & Tribunali totam Diœcesim, *Cap. Cùm Episcopus, de off. Ordin. in 6.* Dum igitur Concilium hanc libertatem, & latitudinem reducit ad domum, vel locum consuetum, non fauet Episcopo, sed restringit illius iurisdictionem, præsertim cùm vtatur verbo, *teneatur*, quod est necessitatis, Rot. *dec. 276. n. 2. p. 1. rec.* atque ideò iuxtà mentem Concilij capienda est interpretatio, quæ fauet Capitularibus, vt minùs grauentur.

3 Secundò, quia etiam si Concilium esset intelligendum in sensu, quo olim intellexit Rota, vt scilicèt Episcopus facultatiuè possit, vel in domo propria, vel in consueto Tribunali, prout magis sibi placuerit, procedere, procedit tamen textus Concilij in Episcopo vnius Cathedralis, non duarum; quod sufficit, vt immemorabilis non sit contra Concilium; quia Concilium non loquitur in his terminis, & derogatio non egreditur terminos, & contenta in dispositione, *Clem. 1. de prab.* & Rot. *dec. 159. n. 7.* coram Gregorio XV.

4 Et licèt in terminis tenendi Vicarij in altera ex duabus diœcesibus vnitis Rota sæpiùs resoluerit, idem iuris esse in Episcopo vnius diœcesis, ac duarum vnitarum, vt in Calciaren. iurisdictionis coram Remboldo, coram Coccino, & coram Caualerio *dec.* 418. id tamen procedit quando illæ duæ diœceses sunt vnitæ, & habentur pro vna Ecclesia, secùs autem quando Ecclesiæ non sunt vnitæ; quo casu militat ratio Mandosij *cons. 27.* & Rotæ *d. dec. 418. n. 10.* ne Capitulares trahantur extra propriam Ecclesiam, præsertim si sunt distantes, vt asserit *d. decisio* 418. Tunc enim ad euitandam incommoditatem, ac dispendia litigantium debet Episcopus habere Tribunal in diuersis locis diœcesis constituendo ibidem Vicarios Foraneos pro commoditate litigantium per textum *in l. si locus ff. de iudic. & in l. Cùm post sententiam, C. de appel.*

5 Immò hæc quæstio excitata à Rota, & resoluta de Episcopo vnius, vel duarum diœcesum vnitarum pendet ab illa, in qua fundantur dictæ decisiones, nimirùm quando vna diœcesis est admodum ampla, quod possit Episcopus ad remotiorem partem diœcesis trahere capitulares, quæ sententia non est valdè tuta, cùm negatiuam teneat Abb. *in cap. sanè in fin. de for. comp.* Anchar. Felin. & alij, quos adduxit Rota in allegata decisione coram Remboldo, §. *nec obstat*, & præ cęteris eum amplectuntur Decius, Nauarrus, & Rebuffus, qui in his terminis, quando vna diœcesis est multum lata, ità limitant *d. cap. Cùm Episcopus, de offic. Ordin.* vt refert Quaranta *in sum. Bull. v. Archiepiscopi auctoritas, vers. Inter quas connumeratur.* Neque hanc opinionem, quando loca valdè distant, reijcit decisio Rotæ 292. *n. 8. p. 2. diu.* quæ pro alia opinione allegari solet.

6 Saltem autem negari non potest Concilium loqui, quando vnus tantùm est locus consuetus, & vna tantùm domus, secùs verò si in vtraque Ciuitate, & Cathedrali adest locus consuetus; quia tunc in hoc casu mixto non militat eadem ratio, quæ in simplici, ac propterea non potest Episcopus, omisso loco consueto vnius Ciuitatis, & Ecclesiæ Cathedralis, procedere in domo alterius Ciuitatis; quippè casus simplex non trahit ad se mixtum, data diuersitate rationis, & domus intelligitur de vicina Ecclesiæ, quemadmodum debet esse domus, & palatium Episcopale, vt per Germon. *de immun. Eccles. lib. 4. cap. 16. num. 49.* & hæc interpretatio consentanea Concilio, cuius mens fuit fauere Capitularibus, ne trahantur, vt dixi, extra suam Ecclesiam. Quæ ratio magis vrget, quando vtraque Ecclesia habet suos Adiunctos, & Coniudices, *d. dec. 708. p. 2. rec.* Et non possunt Adiuncti vnius Ecclesiæ procedere contra Capitulares alterius; quod apud me est demonstratio in iure. Nam Adiuncti, seù Coniudices, qui cum Episcopo procedere debent, non accipiunt iurisdictionem ab Episcopo, vt fusè probat Sarau. *tr. de iurisd. Adiunct. q. 1. à n.* 10. Immò neque à Concilio, sed à iure, idem Sarau. *eo loco, & q. 2. à n. 7.* nemoque extra locum suum iurisdictionem habet, atque ità repugnat menti Concilij, Episcopum posse procedere in vna diœcesi, & Ecclesia cum Adiunctis alterius, sed in vtraque cùm suis.

7 Dum igitur Concilium tollit immemorabilem, illam certè non tollit quantùm ad locum carceris; quia super illo Concilium nihil decernit, sed statuit dumtaxàt, quod locus sit decens, quæ decentia in hoc casu magis est in Ciuitate, vbi commorantur Capitulares, quàm quod cùm dedecore trahantur ad Carceres alterius Ciuitatis valdè distantis; ideòque derogatio immemorabilis non intrat, nisi quoad ea, quæ ibi Concilium expressè disponit; cùm derogatio obstantiarum tanquam clausula accessoria, & consecutiua ad principalem dispositionem, illam non alteret, sed restringatur ad limites dispositionis per Bald. *in l. eam, n. 36. C. de fideicom.*

8 Et de hoc loco carceris extant in terminis declarationes S. Congregationis Concilij in Valuensi, & Nepesina tenoris sequentis. *Cùm superioribus annis Capitulares, & Clerus Valuenses sæpius conquesti essent apud S. Congregationem, quod etiam si extarent peculiares carceres in Palatio Episcopali Valuensi, vbi Episcopi Vicarius morabatur; nihilominùs Episcopus prædecessor, cùm aliquis è diœcesi Valuensi in carcerem, cùm conijciendus, ad Sulmonensem Ciuitatem duci mandaret in maxi-*

mum reorum damnum, *& incom modum*.

9 Sacra Congregatio die 17. Ianuarij 1604. Episcopo ità rescripsit. *Quandiu Amplitudo tua Valuensi, & Sulmonensi Ecclesiæ Dei, & Apostolicæ sedis gratia præest, ipsam vtriusque Ciuitatis diœcesanis æquè prospicere decet. Et propterea cùm aliquis ex dictis Valuensibus in carcerem fuerit conijciendus, non ad Sulmonensem Ciuitatem ducendus est, sed carceribus Valuensibus Palatij Episcopalis, vbi Amplitudo tua moratur, mancipari debebit, ne accedat squallori carceris etiam itineris incommodum, ac rerum necessariarum defectus, quas vltrò in propria patria consanguinei reis ægrè suppeditant. Id summa æquitas postulat, & ab Amplitudine tua obseruari mandant Illustrissimi Patres, &c.*

10 Idem scripsit Episcopo Nepesino. Quæ declarationes licèt loquantur in duobus Episcopatibus vnitis, tamen eadem est ratio; quia quoad Episcopum virtute vnionis reputantur pro vno Episcopatu, & vnica diœcesi, ità vt ille iudicetur vnus Episcopus duorum Episcopatuum iuxtà ea, quæ tradit Mandos. *d. cons.* 27.

11 Hæc quoad locum Tribunalis obstat derogatio immemorabilis; quia licèt, vt dixi, vna sit diœcesis, & vnus Episcopus, tamen quia sunt duæ Cathedrales distinctæ, & separatæ, cuiuslibet Cathedralis est tamquam vnus Episcopus ità, vt respectu Capitularium cuiuslibet Cathedralis iudicetur Episcopus proprius. Nam vbi duæ qualitates conueniunt in eadem persona, perindè est, ac si essent duæ personæ, Ias. *in l. singularsam.* 8. *ff. si certum pet.* Surd. *dec.* 153. *n.* 16. *& seq.*

12 Quando enim vnus Episcopus habet duos Episcopatus virtute vnionis, vel ex dispensatione Apostolica, seù aliàs quoad commodum particulare, concernens vnumquodque Capitulum Cathedralis, iudicatur pro duobus Episcopis distinctis. Et ideò sicut cùm adiunctis vnius Capituli non potest cognoscere causas alterius, ità pariter Concilium, dum alternat locum consuetum, vel domum Episcopi, loquitur suppositis terminis habilibus, & ordinarijs, & sic de domo Episcopi propè suam Cathedralem, Gonzal. *super reg. glos.* 43. Et in his terminis verum est, quod alternat locum sub potestate Episcopi; at hæc alternatiua non intrat, quando locus consuetus Tribunalis est apud vnam Ecclesiam Cathedralem, & ipse habitat apud alteram; quia tunc cessat alternata facultas de domo propria, vel consueto loco. Et propterea Episcopus duorum Episcopatuum non potest residendo in vno Episcopatu exercere iurisdictionem contentiosam contra personas alterius Episcopatus; quia tunc est extra domum propriam respectu subditorum alterius Episcopatus, Mandos. *d. cons.* 27. *num.* 6. Azor. *instit. moral. lib.* 6. *cap.* 19. *q.* 2. *in princ.* Rebuf. *in prax. tit. de vnion. num.* 52. vbi quod ità demùm possunt conueniri coram Magistratibus illius Ciuitatis, cui sunt vniti, si ibidem degunt, secùs si morantur apud propriam Ecclesiam, vel Ciuitatem.

13 Comprobatur exemplo. Licèt enim legatus duarum Prouinciarum possit commorando in vna Prouincia supplere negotia alterius, Ionnc. *in cap. Nouit. n. fin. de Offic. leg.* tamen id non procedit in exercitio iurisdictionis contentiosæ; quia non potest subditos vnius Prouinciæ trahere ad litigandum coram se in altera Prouincia, & illos ibi citare, vt rectè declarat Abb. *in d. cap. Nouit. in* 2. *notab. n.* 1. *&* 2. Felin. *in cap. Nonnulli in fin. de script. & in cap. fin. n.* 2. *de iudic.*

14 Nihilominùs, quod sit sublata immemorabilis, & verba Concilij intelligantur de consueto Tribunali Episcopi, probatur primò. Quia cùm de iure Episcopus possit erigere, ac exercere Tribunal quocumque in loco suæ diœcesis, vbi maluerit *ex d. cap. Cum Episcopus*, ibique Doctores, *de offic. Ord. in* 6. & prosequitur Bertachin. *de Episcop. p.* 5. *lib.* 4. *q.* 38. *n.* 6. vbi etiam in cubiculo; immò illud extrahere ex vno loco ad alium, Mandos. *d. cons.* 27. *n.* 7. & firmauit Rota in Calciaten. iurisdictionis coram Remboldo 10. Maij 1624. & coram Coccino 5. Maij 1627. cuius decisiones legendæ omninò; & *dec.* 418. *n.* 2. coram Caualerio, quibus concinunt verba Concilij, ibi: *in eius domo*, quæ non de materiali, sed de formali, vbi scilicet Episcopus cùm sua familia eligit residere, intelligitur, *ad l. nec in ea*, *§. sed domus*, *ff. ad leg. Iul. de adul. l.* 1. *§. Item notandum*, *ff. de aleat. & l. lex Cornelia*, *§. domum*, *de iniur. & famos. libel.* ibique Doctores communiter, ac latè Cephalus relatus à Menoch. *cons.* 398. *n.* 23. *& seqq.* vtique dicendum est, concordare etiam cum dictis verbis, *consueto Tribunali*, quod intelligitur de eo Tribunali Episcopi, vbi consueuit, ac libuit Episcopo cùm sua Curia residere, prout de iure intelligitur, & æquè Concilium interpretationem passiuam recipit, vt benè Gonzal. *ad reg.* 8. *§.* 5. *proem. n.* 136. *& seq.* Anchar. *cons.* 6. *n.* 8. Roman. *cons.* 320. *n.* 10. Rot. *dec.* 475. *n.* 4. *p.* 1. *diu. & dec.* 620. *n.* 1. *in fin. p.* 2. *rec.* Illudque minùs corrigit, quàm fieri potest, Rot. *dec.* 571. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* & videtur admittere S. Congregatio Concilij in eadem verba nimirùm: data optione Episcopo, vel Vicario, quo magis in loco velint, procedunt, quia optio competit ei, qui ad aliquid faciendum est obligatus. Nec salua diceretur Maiestas Episcopi, nec mos maiorum seruatus, si teneretur in loco subditi, & sic more inferiorum ius dicere, *l. penult. in fin. ff. de inst. & iur.* vbi, salua Maiestate Imperij sui, saluoque more maiorum. Et ità respondit Hostien. *in sum. tit. de feud. §. Apud quem n.* 13. & videtur considerasse S. Congregatio in Abulensi; ibi: *Inter Episcopum, & Capitulum Abulense de pluribus dubitari contingit, quæ Episcopus petit à S. Congregatione declarari. An Capitulum possit visitari ab Episcopo in suis domibus Episcopalibus, vel in loco capitulari tantum? Congregatio respondit ad* 8. *Episcopum posse visitare in eius domibus, vbi congregari, & eorum actus expedire consueuere, si tamen id congruè fieri posset, sin minùs in loco congruo, & communi, sed non teneri accedere ad loca capitularia, quoties prosequi velit visitationem alicuius particularis personæ de capitulo.* Præsertim quia Episcopus consideratur tamquam caput; nam licèt interueniant Coniudices, attamen sententia adscribitur soli Episcopo, & sub illius nomine pronunciatur, Seraph. *dec.* 1203. Regulare quippè est, quod Capitulum teneatur sequi Episcopum, tamquam caput, & magis dignum Put. *dec.* 88. *lib.* 3.

Confirmatur. Quia dum in aliqua lege, Constitutione, aut statuto fit mentio de domo, intelligitur de domo, siue domicilio solitæ habitationis ex allegatis à Farinac. *quæst. crim.* 11. *n.* 41. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 45. *sub n.* 23. Aliòquin sequeretur, quod si Episcopus haberet domum in decem partibus diœcesis, deberet in illis omnibus iurisdictionem exercere; quod absurdum est. 15

Secundò, quia Concilium Tridentinum cogendo alternatiuè Episcopum, ibi: *In eius domo, aut consueto Tribunali teneatur cognoscere*, remisit arbitrio illius eligere, quem ex duobus locis maluerit; quia vt S. Congregatio dixit, optio competit ei, qui ad aliquid faciendum est obligatus, Glos. *fin. in cap. sicuti de iudic.* Felin. *in cap. Inter cæteras de rescript.* firmauitque Rota *in d. Calciatensi* coram Remboldo. Et tamen eluderetur arbitrium, si teneretur stare consueto Tribunali aliorum, quod sanè asserendum non puto, Rot. *dec.* 340. *n.* 2. *post cons.* Farinacij. Dictio enim *aut* stat disiunctiuè, *l. si ex toto*, *§.* 1. *ff. de legat.* 1. *l. Ille*, *aut ille in princ. ff. de leg.* 3. *l. Titio ff. de leg.* 2. Roland. *cons.* 99. *n.* 56. *lib.* 4. Et disiungit sensum & verba, Bart. *in l. si is, qui ducenta n.* 2. *ff. de reb. dub.* Natt. *cons.* 625. *n.* 26. *vol.* 4. Paris. *cons.* 91. *n.* 29. *lib.* 2. Honded. *cons.* 35. *n.* 17. *vol.* 2. Et de natura illius est, vt possit in vno disiunctim comprobari, Riminal. sen. *cons.* 187. *n.* 15. *lib.* 1. Decian. *cons.* 42. *num.* 10. *lib.* 1. Honded. *cons.* 86. *num.* 13. *lib.* 2. quia est alternatiua, Roland. *cons.* 99. *num.* 57. *lib.* 4. Et in alternatiuis electio est debitoris, seu obligati, sufficitque alterum adimpleri, *cap. In alternatiuis*, *de reg. iur. in* 6. Rot. *dec.* 569. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* 16

Tertiò,

17 Tertiò quia Concilium abrogando per clausulam, *non obstantibus*, omnes consuetudines, etiam immemorabiles, si de alio consueto tribunali, quàm Episcopi in illis verbis, *aut consueto Tribunali*, intellexisset, videretur statim se corrigere, sibique contrariati tollendo consuetudines, quas antea excepisset, & concessisset, cum dicta derogatio Generalis trahatur ad consuetudines omnium locorum, quæ obstare possint, vel liberæ potestati datæ Episcopo conueniendi subditos per ea verba, *in eius domo*, vel saltem electioni super loco, vt patet ex iam dictis, Ias. *cons.* 210. *n.* 4. *&* 28. Marth. *claus.* 79. *n.* 1. *p.* 1.

18 Et quidem derogatio refertur ad omnia contenta *in d. cap.* 6. *sess.* 25. non solùm quia derogatio in fine apposita refertur ad omnia præcedentia *l.* 1. vbi Doctores, & post alios Ias. *n.* 3. *& seq. C. de lib. præscr.* Alex. *cons.* 101. *n.* 10. *lib.* 3. Corn. *cons.* 174. *n.* 2. *&* 3. *lib.* 4. Socin. sen. *cons.* 118. *n.* 5. *lib.* 2. Dec. *cons.* 539. *n.* 4. Rot. *dec.* 246. *n.* 2. *p.* 1. *diu. & dec.* 73. *n.* 2. *p.* 1. *rec. & dec.* 148. *n.* 7. apud Caualerium; sed etiam quia expressè derogat immemorabili quoad supradicta in eodem capitulo contenta. Atque ita perinde est ac derogatio fuisset adiecta singulis in eo capitulo contentis. Quia hoc est de natura illius dictionis *supradicta*, Bart. *in l.* 1. §. *hoc edicto in fin. ff. de postul.* Dec. *cons.* 377. *n.* 5. Paris. *cons.* 37. *n.* 59. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 206. *n.* 5. *vol.* 2. Bero. *cons.* 132. *n.* 7. *vol.* 3. Surd. *cons.* 230. *n.* 23. *& dec.* 319. *n.* 9. Sicque aliàs declarasse S. Congregationem Concilij refert, ac sequitur Rota *diu. dec.* 715. *n.* 4. *p.* 4.

19 Quartò, quia decretum S. Concilij præscribit modum, quo debeat præcedi contra Capitulares, & ad eum modum reducit omnia iura, quæ Capitulis competere poterant vigore priuilegiorum, aut consuetudinum immemorabilium, ac sententiarum, & concordiarum, illis omnibus expressè derogando; & ideò non potest fieri fundamentum super consuetudine immemorabili, sed ostendi debet, quod vigore huius decreti Episcopus accedere teneatur ad Coniudices, quodque teneatur conijcere in carceres Capitulares in eorum Ciuitate. Quod tamen nullo pacto ostenditur, sed potiùs contrarium probatur; nam circa locum, in quo debet formari processus, disponitur, quod fiat in Episcopi Domo, vel consueto Tribunali, quod intelligitur de tribunali Episcopi consueto, non ante Concilium, sed eo tempore, quo est formandus processus; quia vltimum solitum, & consuetum est attendendum, Alex. *cons.* 5. *n.* 10. *vol.* 5. Natt. *cons.* 767. *n.* 18. Surd. *cons.* 207. *n.* 10.

20 Accedit, quod Concilium hoc *cap.* 6. habet relationem in principio ad aliud suum decretum factum sub Paulo, in quo est 4. *sess.* 6. *de refor.* illud ampliando, & declarando. In illo autem derogatur cuicumque consuetudini, ibi: *nullis exemptionibus, consuetudinibus &c.* Dictio autem *nullus* tollit etiam immemorabilem, quia est vniuersalis negatiua, Corn. *cons.* 70. *n.* 12. *lib.* 2. Caputaq. *dec.* 283. *n.* 3. *p.* 2. Grat. *dict.* 143. *n.* 1. & declarauit S. Congregatio in eo loco Concilij *n.* 29.

21 Cùm igitur Concilium sustulerit exemptionem, & iurisdictionem, quæ Capitulis antea competebat, consequenter sustulit etiam Tribunalia, in quibus antea iudicia fiebant, atque ita Tribunal consuetum non censetur illud, quod erat ante Concilium, sed illud, quod pro tempore Episcopus habet, dum formantur processus. Prædicta autem verba fuerunt apposita ad declarandum, quod Capitulum potest solùm prætendere electionem Coniudicum, qui intersunt vnà cum Episcopo in formando processum, & sententiam, remanente facultate penes arbitrium Episcopi circa deputationem Notarij, fiscalis, & loci, in quo est formandus processus. Quod est omninò rationi consentaneum, & conforme dispositioni iuris communis, vt latè firmatur in allegatis decisionibus.

22 Quòd verò ad carcerem expressè in eodem decreto disponitur, quod in omnibus casibus ea ratio habeatur, vt iuxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur. Et ideò qualitas carceris, & custodiæ debet remitti arbitrio Episcopi, quod est regulandum, prout qualitas delicti, & personarum requirere videatur tam ad securitatem, quàm ad veritatem eruendam, cui maximè suffragatur præsentia inquisiti in loco iudicij, Bald. *in l.* 1. *C. de exhib. reis*, Boer. *dec.* 216. *n.* 3. Ias. *cons.* 27. *in fin. lib.* 3. Menoch. *de arb. cas.* 305. *n.* 1. *&* 6. fusè Farinac. *in prax. de carcer. & carcerat. q.* 27. *n.* 99.

23 Non obstat, quod sint duæ Cathedrales; quia sunt ad inuicem vnitæ, vnusque est Decanus vtriusque, quod est proprium vnitorum, *Rebuff. de vnion. n.* 49. Rot. *dec.* 710. *sub n.* 2. *p.* 2. *rec.* Ideòque non debent dici duæ Cathedrales distinctæ, sed vna tantùm, *cap.* 1. *Ne sede vacante, & cap. sicut vnire de excess. Prælat.* Vnde non grauantur Capitulares vnius Cathedralis, dum eorum lites cognoscuntur in altera, vt per Rebuff. *loc. cit. n.* 52. quia non dicitur cognosci, nec in carceres trudi extra Diœcesim, & Prouinciam.

24 Immò, dato etiam quod essent duæ diœceses distinctæ, tamen quoad Episcopum vna censeretur ex Innoc. *in cap. Nouit. in fin. de offic. legat.* possetque negotia vnius in altera terminare, vt de communi, & veriori firmauit Rota *in d. Calcaten.* iurisdictionis, sequendo decisiones Cardinalis Caualerij in Viterbiensi, & Tuscanensi Vicarij 3. Martij 1617. Vbi ponitur casus de legato duarum Prouinciarum, cuius respectu censentur vna Prouincia.

25 Minùs obstat, quod quando diœcesis est ampla, Episcopus non potest cogere subditos ad litigandum in loco longinquo; quia de iure contraria sententia verior est, vt per Abb. *in cap. dilectus* 2. *n.* 4. *de rescript. & in cap. Sane n.* 3. *de for. comp.* Rot. *dec.* 297. *n.* 8. *p.* 2. *diu.* & obiectio procedit tantùm de æquitate, vt post Imol. *in d. cap. sanè n.* 3. dixit Felin. *in cap. Nonnullis col.* 1. *de rescript.* debentque concurrere duæ qualitates; quod causa sit modica, & locus longinquus vltra duas dietas. Nec sufficit harum altera, Felin. *loc. alleg.* Rot. *d. dec.* 297. *in fin.*

CONSVLTATIO LXXIII.

An ad effectum optandi contra formam Regulæ reseruatoriæ olim 8. nunc 9. Cancellariæ, allegari valeat aliqua consuetudo in præiudicium Sedis Apostolicæ, vel saltem Ordinarij collatoris indultarij?

1 RESpondeo negatiuè. Quia per dictam Regulam declaratur, quod consuetudo optandi non habet locum aduersus reseruationem, ac derogatur eidem consuetudini etiam immemorabili, vt notant Gonzal. in eum locum *glos.* 40. & Rota coram Puteo *dec.* 319. *n.* 4. *lib.* 1. Lotther. de re benef. *lib.* 2. *q.* 38. *n.* 10. *& seqq.* cum alijs relatis à Rota in Taurinen. optionis coram Peutingerio 18. Februarij 1650. & 10. eiusdem 1651. Vnde non habere locum optionem in mensibus reseruatis quoad bona temporalia præbendalia, disertè tradunt Gonzal. *ibid. glos.* 34. *n.* 1. *Moneta de opt. can. q.* 3. *n.* 12. *p.* 3. Garz. *de benef. p.* 5. *cap.* 1. *n.* 450. Rota coram Mohedano *dec.* 27. *de præb.* & coram Puteo *dec.* 4. *lib.* 2. & coram Ludouico *dec.* 478. *n.* 2. & in Mediolanensi Canonicatus 4. Iunij 1636. coram Ghislerio, & *dec.* 138. *n.* 4. *p.* 8. *rec.* Ratio autem est, quia bona præbendalia, quæcumque sint, quamuis de se non sint spiritualia, sunt tamen quid annexum titulo spirituali ita, vt quamquam possint ab hoc, vel illo Canonicatu separari, dum tamen non possunt separari ab omni, remanent in genere annexa titulo spirituali, & proindè inducunt naturam spiritualis, & eodem iure censentur, *cap. Quanto, de iudic.* & obseruant Glos. *ibid. v. Connexa*, Anchar. *num.* 2. Imol. *n.* 1. Barbat. *n.* 9. & Anguian. *lib.* 2. *de legib. contr.* 13. *n.* 21. Quod sufficit, vt reseruatio se extendat ad bona præbendalia, tanquam annexa spirituali, & eodem iure censenda.

2 Cùmque hæc Regula emanauerit non ad certæ personæ petitionem, sed motu proprio, & per modum legis Generalis, vtique excludit consuetudinem etiam legitimè præscriptam, ac etiamsi nulla facta esset specialis derogatio, vt firmauit Rota in Aquileiensi

optionis 14. Aprilis 1636. coram Motmanno, & coram Phislerio *dec. 385. n. 6. p. 9. rec.*

3 Quæ sanè habere locum etiam ad fauorem Ordinarij collatoris indultarij, cum ex tali indulto Vices in hoc Papæ sustinere dicatur, resoluit Rot. *dec. 10. n. 12. & seqq. p. 8. rec.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 1. n. 628.* & Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 21. n. 124. & seq.* Nam virtute Indulti Ordinarius non solùm conferre dicitur sua ordinaria iurisdictione in Regula præseruata, sed nomine Sedis Apostolicæ. Vnde tanquam tali non obstat illi ius consuetudinis; quia id extinctum dicitur per dictam Regulam reseruatoriam ad fauorem Sedis Apostolicæ, quæ repræsentatur in persona indultaria; vt proinde dicendum sit, quod Indultum tribuat Ordinario iurisdictionem conferendi nomine Papæ, non autem remoueat ad fauorem Canonicorum impedimentum contra ipsos per dictam Regulam inductum de non optando in mensibus reseruatis, etiam ex immemorabili consuetudine, vt præ cœteris firmauit Germon. *de Indult. Card. §. etiam ex eo à n. 22.* Et in his terminis extat decisio Rotæ in d. Mediolanen. Canonicatus coram Dunozetto 8. Februarij 1638. *quæ est 10. p. 8. rec.*

4 Confirmatur, quia hodie neque alternatiua per Ordinarium acceptata, neque Indultum eidem concessum suffragatur Canonicis, simultaneitatem, & iuris consortium in conferendo cum illo habentibus, vt ex speciali decreto, siue constitutione Vrbani VIII. quam Alexander VII. in sua Regula 9. Cancellariæ innouauit, docet Lotther. eo loco *lib. 2. q. 21. n. 122. & seqq.* & alij relati per Rot. *dec. 366. à n. 11. & seqq. p. 9. tom. 2. rec.* Ergo multò minus idem Indultum cuiquam Ordinario peculiariter concessum, ipsis Canonicis prodesse debet in iure optandi. Atque ita declarauit S. Congregatio Concilij in vna Bergomensi optionis die 18. Nouembris 1662. ad *cap. 1. sess. 5. de reform.*

CONSVLTATIO LXXIV.

1 *An Canonicis licitum sit optare pinguiores præbendas, quæ vacant in mensibus Sedi Apostolicæ vigore Regulæ 9. Cancellariæ reseruatis, nullique alij sunt debitæ, nisi Canonicali dignitate insignitis? Et*

2 *An, suboriente lite inter prouisum Apostolicum, & optantem, licitè ijdem agant, si priuata authoritate certam quandam super redditibus controuersa præbendæ pensionem paciscantur, ab eo percipiendam, qui acquiescendo tacitè suis iuribus renunciat, quamque post inde pensionem, Apostolico assensu non impetrato, pecunia extinguant?*

1 AD primum negatiuè. Resistit enim clara dispositio dictæ regulæ, tollens in specie quamcunque facultatem taliter optandi præbendas, & beneficia. Quod etiam notarunt Gonzal. *ad d. regul. glos. 34. n. 1. & seqq.* Garz. *de benef. p. 5. cap. 1. n. 450.* Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 38. n. 10.* Rota coram Greg. XV. *dec. 478. n. 2.* ibique Add. *n. 5.* Tondut. *resol. benef. lib. 1. cap. 110. n. 6.* & firmauit sæpiùs Rota, vt in Messanen. Decanatus coram Ghislerio 23. Maij 1644. quæ est decisio 285. *p. 9. to. 1. rec. n. 1. & seqq.* & in Taurinen. prætensæ optionis coram Peutingerio 11. Februarij 1650. Vnde, cùm sit in præiudicium reseruationis Apostolicæ, non licet.

2 Ad secundum etiam negatiuè. Resignatio enim præbendarum debet esse libera, & pura ab omni pacto, & conditione; quia pactiones omnes in hac materia sunt de iure prohibitæ, & inducunt simoniam, *cap. Cùm pridem, & cap. Pactiones de pact. & cap. quæsitum de rer. permut.* & tradunt Abb. *ibid. n. 7.* Dec. *cons. 141.* Rebuf. *in prax. benef. tit. de permut. n. 52.* Vnde non est dubium, quin præfatum pactum sit simoniacum, si habeat veram rationem pacti firmati. Quod præsertim verum est, quia pensio absque authoritate Pontificis non potest imponi, redimi, aut extingui, aliàs impositio, & extinctio est nulla, & simoniaca, Doctores communiter, nominatim Parisius *de resignat. lib. 6. q. 2. n. 128.* ac Rota *dec. 454. n. 7. p. 1. diu.* & *dec. 585. n. 3. p. 4. rec. & dec. 450. p. 5.* & in Britinoriensi commendæ 12. Decembris 1588. coram Gypsio post 1. *vol. cons. Farinac. dec. 63. n. 4.* & desumitur ex doctrina D. Thomæ *2. 2. q. 100. ar. 1. ad 6. & ar. 4. in corpore*, quam amplectitur Lotther. *lib. 2. de re benef. q. 29. n. 90.* Quia cùm ius ad pensionem sit annexum spirituali, trahitur ab ipso, & fit spirituale *arg. cap. quanto, de iudic.* Et ideò non potest venire in contractum, Nauar. *cons. 58. de præb.*

Præbendas autem esse omninò spirituales duo potissimùm euincunt. Alterum est, quod illæ tot sunt numero, quot sunt tituli Canonicales, Abb. *in cap. Maioribus n. 4. de præb.* Lotther. *de re benef. lib. 2. q. 25. n. 56.* cum pluribus adductis à Rota in d. Taurinen. prætensæ optionis coram Peutingerio. Nam institutio Canonica assignauit has præbendas, vt essent semper debitæ alicui titulo, ne ius, quod dat ad percipiendos fructus, esset frustratorium. Vnde infertur necessaria connexio inter bona præbendalia, & titulum, ac spiritualitas ex connexione cum spirituali, vt notant Abb. *in d. cap. Maioribus d. n. 4. de præb.* & Rota in Hipporegiensi præbendæ 23. Ianuarij 1608. coram Manzanedo, & in Cordubensi Coadiutoriæ 27. Nouembris 1609. coram Dunozetto, & in Mediolanensi Canonicatus 4. Iulij 1636. coram Ghislerio & *dec. 138. n. 6. p. 8. rec.* 3

Alterum est, quod non nisi Canonicis conferri solent, adeò vt, cùm stare absque titulo non possint, siue inseparabilitas consideretur in genere, siue in specie in ordinem ad Canonicatus, indiuisibilem vtroque caso semper præseferunt spiritualitatem; ad inducendam enim temporalitatem non referret, quod præbenda esset separabilis ab hoc, vel ab illo Canonicatu, sed ab omni titulo Canonicatus debet esse seiuncta, Abb. *loco alleg.* & *in cap. dilecto num. 6. de præb.* Cassador. *dec. 17. n. 9. de præb.* Rota coram Verallo *dec. 356. n. 1. p. 2.* & in d. Mediolanen. Canonicatus coram Ghislerio, *& d. dec. 138. n. 4. p. 8. rec.* Quare, vt præbendæ eximerentur à reseruatione, opus esset, quod possent ex se stare absque exigentia alicuius tituli Canonicalis iuxta ea, quæ tradunt Æneas de Falcon. *de reser. effect. 39. in fin.* Rot. *dec. 9. n. 3. de consuet. in antiq.* & coram Caualerio *dec. 116. n. 2.* & coram Pegna *dec. 677. n. 6.* Alioquin intrat dispositio Regulæ reseruatoriæ, vt compluribus allegatis resoluit Rota coram Peutingerio in d. Taurinensi optionis 10. Februarij 1651. Præter quod regulariter in assecutione nouæ præbendæ nouus adipiscitur titulus, Mandos. *ad Lap. alleg. 84. lit. H.* Gemin. *cons. 3. n. 8.* Æneas de Falcon. *effect. 5. sub n. 2.* Rot. *dec. 285. n. 25. & seq. p. 9. tom. 1. rec.* Atque ita quoad vtrumque declarauit S. Congregatio Concilij *ad cap. 1. sess. 5. de reform.* in Bergomensi die 7. Octobris 1662. 4

CONSVLTATIO LXXV.

1 *An in participantibus de massa communi habeant locum pœnæ non residentium, tam à iure communi, quàm à S. Concilio inflictæ?*

2 *An eisdem participantibus possit Episcopus permittere longiorem absentiam à residentia, quàm in Canonicatibus, & alijs collatiuis beneficijs, eam requirentibus, ex causa indulgere potest?*

3 *An per assecutionem incompatibilis, tam in eadem, quàm in alia Ecclesia, ius seruiendi, & participandi adeò expiret, vt dimisso incompatibili huiusmodi, illud amplius non reuiuiscat?*

4 *An posito, quod in casu dictæ assecutionis incompatibilis dictum ius expiret, & per istius dimissionem non reuiuiscat, Capitulum, siue Congrega-*

gatio

tio illius Ecclesiæ eum, qui illud antea possidebat absque Episcopi consensu, ad eandem participationem admittere possit?

5 *An à dictis Participantibus post dimissa incompatibilia, ad Ecclesiæ seruitium redeuntibus, debeatur præcedentia iuxta priorem eorum admissionem, vel vltimum locum tenere compellantur?*

6 *An præsupposito, quod ex immemorabili obseruantia, & maiorum traditione constet, memoratum ius non competere, nisi originarijs, exteri à dictis Capitulo, siue Congregatione ad dictam participationem admitti possint, vel Episcopi Consensus, aut S. Sedis Apostolicæ beneplacitum necessariò requiratur?*

1 AD primum. Habere locum. Ita elicitur ex Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 12. de refor.* ibi: *Præterea obtinentibus in eisdem Cathedralibus, aut Collegiatis Dignitates, Canonicatus, prebendas, aut portiones non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis vltra tres menses ab eisdem Ecclesijs quolibet anno abesse, &c. Alioquin, &c. contra eos iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedatur.*

2 Ad secundum. Non posse. Quia licèt sint Pastores suarum Ecclesiarum, non propterea possunt statuere contra ius commune, vel Concilij, quia est ius superioris. Inferior autem non potest contra superiorem, & causa essentialiter subordinata non potest agere contra motum subordinantis. Desumitur ex *cap. Quod super his, de maior. & obed. & cap. fin. de offic. presbyt. & Clem. Ne Romani, de elect. c. Institutionis* 25. q. 2. & c. *Cùm simus* 9. q. 3. Alioquin posset puniri, *cap. Denique §. fin. dist. 4. Clem. 1. de ætat. & qual.* ac dici periurus, Panorm. *cap. Ego N. n. 3. de iureiur.*

3 Ad tertium. Affirmatiuè. Habetur ex Tridentino *sess. 24. de refor. cap. 17.* ibi: *Tam Parochiales, quàm beneficia omnia, quæ obtinent, ipso iure vacare censeantur, ac tanquam vacantia liberè alijs idoneis conferantur.* Non possent enim liberè conferri, nisi ius prioris possessoris extingueretur.

4 Ad quartum posse. Cùm enim portionarius dimittit incompatibile, & reddit ad seruiendum suæ Ecclesiæ, redditur etiam ipsi ius, quod ratione seruitij habet ad portionem, quæ absque collatione, aut alia prouisione solet conferri. Si autem requireretur consensus Episcopi, non conferretur omninò absque collatione, aut prouisione.

5 Ad quintum. Non deberi. Etenim cum extinguantur priora iura, oportet, quod per nouam admissionem noua iura seruitij insurgant, ex cuius mensura regulatur præcedentia.

6 Ad sextum. Non posse. Nam obseruantia non solùm habet vim interpretandi legem, sed etiam constituit ius, & facit, quod lex complectatur casum, qui per obseruantiam ponitur sub ipsius dispositione, *l. de quibus ff. de legib. & l. nulli, ff. quod cuiusque vniu. & l. Obseruare, §. 5. ff. de off. Proconsul.* Vbi enim deficit ius scriptum, seu lex, pro lege suscipitur consuetudo, *cap. Consuetudo autem, d. 1.* Et ideò retinenda erit hæc obseruantia iam existens, cùm sit rationabilis, vt alibi diximus.

7 Atque ita censuit, ac declarauit S. Congregatio Concilij in Asculana participantium 18. Nouembris 1662. nempè.

Ad 1. *Affirmatiuè.*
Ad 2. *Negatiuè.*
Ad 3. *Affirmatiuè.*
Ad 4. *Seruanda omnia seruari solita in prima receptione.*
Ad 5. *Negatiuè.*
Ad 6. *Pariter negatiuè.*

CONSVLTATIO LXXVI.

An Regularibus liceat in proprijs Ecclesijs mulieres post partum ad purificationem admittere?

AFfirmatiuè respondendum videtur. Magna, & primaria ratio est, quod admissio mulierum post partum ad purificationem non est functionis Parochialis. Secunda, quia non est necessitatis, sed deuotionis *cap. vn. de purif. post. part.* & propterea indistinctè permittitur Regularibus, vt in specie declarauit S. Congregatio Concilij die 2. Iulij 1620. rescribendo ad Cardinalem Ludouisium, olim Archiepiscopum Bononiensem, vt testantur Lezana *qq. regul. tom. 1. cap. 12. n. 41.* Peyrin. *de priuil. Minim. tom. 2. in constit. 7.* Pij V. Pasqualig. *ad Lauret. de Franch. p. 2. q. 69. n. 2.* Cesped. *de exempt. Regular. cap. 7. dub. 152. n. 12.* Declaratio autem est huiusmodi. Ad 9. *Regulares non prohiberi in eorum Ecclesijs mulieres post partum ad purificationem admittere.* 1

At verò dicendum est, præcisa legitima consuetudine, spectare ad Parochum priuatiuè quoad Regulares, atque alios quoscumque. Primò, quia purificatio huiusmodi est quid Sacramentale, Nauar. *in Man. cap. 22. n. 83.* Ita, vt si quis censuris ligatus puerperas ad purificationem admitteret, efficeretur irregularis, Nald. *in sum. v. Mulier. n.* 10. Atqui prohibitum est Regularibus, alijsque Sacramentalia alienis Parochianis ministrare; nam ad eum pertinet Sacramentalia ministrare, ad quem, & Sacramenta: sunt veluti pars Sacramentorum. At Sacramenta suis Parochianis administrare ad solum Parochum spectat. Quod quidem certum est, loquendo de his Sacramentalibus, quæ sunt veluti circumstantiæ solemnis administrationis alicuius Sacramenti; ille enim potest Sacramentalia ministrare, qui potest tale Sacramentum, tanquam minister ex officio conferre. Vnde cùm purificatio puerperæ sit Sacramentale, dependens à Sacramento matrimonij, & baptismi, quorum administratio ad solum Parochum ex officio spectat. ex Tridentino *sess. 24. de ref. matr. c. 1. & c. 2.* ac alibi, vtique ad illum solum spectat illud administrare. Est enim eiusdem naturæ, Anchar. *cons. 283. n. 2. ex l. cui iurisdictio, ff. de iurisd. omn. iud. & l. Oratio, ff. de sponsal. illamque sequitur, cap. Accessorium* cum ibi notatis, *de reg. iur. in 6.* 2

Secundò, quia eiusmodi purificatio fit publicè cum superpelliceo, stola, & aqua benedicta, quæ sunt iurisdictionis. At Regulares nullam exercere possunt in alienos Parochianos iurisdictionem, nullamque benedictionem publicè impertiri queunt. Quæ ratio, atque distinctio est sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium expressa sub die 31. Augusti 1628. 3

Atque hinc in actis Sanctæ Liobæ *cap. 22.* à Rudolpho iussu Rabbani conscriptis narratur, tanquam admodum singulare, nec vlli ante eam, vel post eam aliquando concessum, quod Fuldense Monasterium de die posset intrare cum vnica comite, relictis in vicina cella sociabus, atque pædissequis reliquis; mox ab oratione, & collatione sacra cum Monachis foras se ante noctem proripiens. Datum hoc commendationi S. Bonifacij, & fortassis ingressus ille non est accipiendus de ingressu intra claustrũ, siue cœnobium, sed tantùm de ingressu in Templum cœnobij. Nam in actis Sanctæ Raineldis Virginis, & Martiris, sororis B. Gudilæ, narratur viguisse similem vsum in Monasterio Lubiensi, in quod, ex quo die fundatum erat, nulli fœminæ patuerat ingressus, nec nisi diuino miraculo patuit introitus piæ illi Virgini post triduanam ad ostia Monasterij perseuerantiam. Quod tamen mox ibidem exponitur de foribus Templi, in quod solùm est ingressa B. Raineldis, Deo pandente ostia. Verisimile igitur est neque ingressum Sanctæ Liobæ in Fuldense Monasterium fuisse alterius rationis ita, vt admissa sit singulari priuilegio in Templum Monachorum, quo nulla fœmina intrare sinebatur, vt bodieque in plerisque secessus amantioribus Monasterijs seruari videmus. Rossani sanè apud Calabros Templum B. Mariæ patientis Ordinis S. Basilij nulla fœmina ingreditur, ac vel si 4

incogitanter id fiat, tantis illicò aer impletur fragoribus tonitruum, tot ardet coruscationibus, vt Orbis vniuersus euertendus videatur, illicò autem à digressu mulieris sedatur tempestas. Causam referunt in decretum S. Bartholomæi discipuli S. Nili iunioris, qui aduerterat B. Virginem Templi ichnographiam ei delineantem, stetisse extra Templi aream. Itaque edixit, vt feminæ omnes extra Templi ambitum starent.

5 Sic interrogante *Lupicino* fratrem suum Romanum Abbatem, quo in monasterio sepulchrum ad simul quiescendum essent habituri, negauit Romanus, posse se in monasterij Ecclesia sepeliri, vnde prohibendæ essent mulieres, quas tamen ob concessam sibi à Deo gratiam curationum, magno concursu frequentaturas esse suum tumulum, affirmabat. Id, quod euentus comprobauit, vt narrat in vitis Patrum Gregorius Turonensis *cap. 1.* Sancti Fechini Abbatis acta describens.

6 Illustre in hanc rem exemplum habetur in opere Aldeualdi *lib. 1. cap. 28.* de S. Benedicti miraculis. Adductis enim Floriacum sanctorum Martyrum reliquijs, cum illuc confluxisset ingens virorum, ac mulierum multitudo, excita illustribus miraculis à Deo ad eorum Martyrum inuocationem editis, quid tentatum sit circa mulierum admissionem in Templum Monachorum, sic scribit Aldeualdos. *Porrò, quia ex antiqua authoritate sancitum erat, feminas infra exteriores portas monasterij haudquaquam transitus introrsus habere, ij, qui à longe memorias sanctorum sequuti fuerant, ad preces conuertuntur, vt permitteretur eis poscentibus causa orationis, Ecclesiam, in qua sanctorum Reliquiæ depositæ erant, ingredi, votaque sua persoluere. Quod quia aduersum erat Religioni monasticæ, nullo omnino pacto impetrare valuerunt. Illis verò in prece perdurantibus, cœpere etiam quique nobiliores, causa tanti rumoris excitati, ad tam venerabile vndequaque confluere spectaculum, cunctisque precibus, vix extorquere quoquomodo ab Abbate, & Fratribus potuerunt, vt extra portam monasterij ad occidentalem plagam in loco nemoribus consito, tentorium extendi iuberent, quo memoriæ sanctorum certo tempore, hoc est, vigilia dominica diei deferrentur, manerentque sub reuerenti vigilum custodia tam Monachorum, quàm Clericorum vsque ad eandem horam dominicæ diei, iterumque sacris referrentur ædibus.* En quàm seuerè antiquam regularem disciplinam à Templis Monachorum arcentem mulieres tuebantur Monachi.

7 Hanc ipsam ob causam arcendi à Templis monasticis mulieres cautum iam olim est, ne Missæ publicæ in monasterijs celebrarentur, sed tantùm priuatæ, hoc est ex Philippo Abbate *lib. de conti ent. Clericor. cap. 83.* fas fuit ad vsum Monachorum celebrare Missas in cœnobijs, priuatim tamen & ita, vt ad eas Missas populus non conueniret. Causam Philippus ibi videtur referre ad inquietudinem ex concursu populi inferendam Monachis. Sed D. Gregorius scribens ad Castorium Episcopum germanam causam aperit, dicens de monasterio Luminosi Abbatis, se id vetare, *ne in seruorum Dei recessibus popularibus prebeatur ulla occasio Conuentibus, & simpliciores ex hoc animas plerumque, quod absit, in scandalum trahat, frequentior quoque mulieribus introitus.* Laudatur hic locus in actibus S. Abbonis Floriacensis *cap. 12.* vbi etiam additur, S. Gregorium mandasse, eandem haud dubiè ob causam, ne in virorum cœnobijs publica fieret processio. Vetuit item S. Gregorius, prædicationem diuini verbi fieri in monasterijs ex litteris ad Fœlicem Pisaurensem *lib. 5. indic. 14. cap. 146. siue Ep. 94. relata in cap. Luminoso 16. q. 1.* quam iussit S. Pontifex, vt omni excusatione seclusa, illicò cathedram à quodam monasterio amoueret, nec deinceps tale quidpiam in illo monasterio præstaret, ne per occasionem sacrificij publici, ac concionis aduentantes illuc mulieres seruorum Dei pacem illecebroso obiectu perturbarent. Hæc autem benedictio puerperarum fit publicè, quia pertinet ad iurisdictionem, cùm sit actus pascendi proprias oues, vt desumitur ex Concilio Carthaginensi 1. c. 7. & Mileuitano c. 18. Quòd si Templis ipsis monasteriorum arcendæ visæ sunt mulieres, quantò magis excludendæ sunt septis cœnobiorum! In quam rem extant Constitutiones Apostolicæ seriò, & non serò à Regularibus legendæ.

8 Monasteria itaque sacrorum virorum patere quibusuis mulieribus esse inaccessa, nec secus deuitari à molliore sexu, quàm Cemeterium illud in Vltonia, de quo his verbis Gyraldus Cambrensis *lib. 4. Est in Vltonia cœmeterium quoddam, locusque sacer, Sanctorum virorum diutina frequentia consecratus. Fœmineus hic sexus non admittitur, hunc sponsum sponsa non sequitur, celebratque localis diuortio, consortes orationum non effectu, ex hac parte iam ad imparia indicantur.* Prætermisit de Insulis in Momonia Boreali in quarum maiore est Ecclesia antiquæ Religionis, & de tota Insula sic habet: *In eam nunquam fœmina, vel fœminei sexus aliquod animal intrare potuit, quin statim moreretur. Probatum est hoc multoties per canes, & catos, aliaque sexus illius animalia, quæ periculi causa frequenter aduecta statim obierunt. Mirum de auibus terra illius, quæ cum masculæ fruticibus Insulæ passim insideant, alterius sexus illius auiculæ prætereuolando suos pares ibi relinquunt, & tanquam ipsius virtutis non ignaræ, Insulam illam quasi pestem fugiunt.*

Hæc mysticè ad mulieres, ne sacrorum virorum monasteria subire velint, accommodare non erit operosum.

9 Tertiò, quia Parochus habet fundatam intentionem super omnibus oblationibus, quæ fiunt à suis Parochianis intra Parochiam ex cap. *Quoniam de decimis, & cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à Prœl. sin. cons. cap.* vbi Butr. Abb. & Imol. sequiturque Marian. Socin. *de oblat. lib. 18. q. 6.* & Maluetius item *de oblat. in 4. dub. col. 6.* qui testatur de communi, Bellett. *disq. cler. p. 1. tit. de bon. Cler. §. 3. n. 9.* Quam ob rem Parochum duntaxat, & non alium debere accipere eleemosynam occasione benedictionis, resoluit S. Rituum Congregatio in Acheruntina 23. Iunij 1602. traditque in hac specie Genuensis in *prax. cap. 57. n. 13.*

10 Quartò, quia admissio illa ad purificationem per Regulares est simplex actio, quæ fit ab ipsis, qui non sunt ministri Ecclesiæ ex officio, neque Ecclesiæ nomine id præstant, cùm eos ad id non instituerit. Quare nil aliud est, quàm vulgaris benedictio, quæ etiam mensis adhiberi solet. Nam licet Regulares quoque sacris Ordinibus initientur, non sunt tamen totius alicuius Ecclesiæ, sed Ecclesiæ suæ priuatæ ministri, hoc est ministrant in sola proprij Monasterij Monachorum Congregatione; neque sunt ministri Ecclesiæ Ordinarij, sicuti sunt Parochi, qui ex prima sui institutione Ecclesiæ ministri ad ministranda Sacramenta, & Sacramentalia potissimùm vocari, & instituti sunt, & vt subditis moribus, vita, doctrina prælucere debeant, illorumque muneris sit fidelem populum instruere, atque in via Dei gubernare, quod omnium virtutum, ac præsertim flagrantissimæ charitatis supellectilem requirit.

11 Quintò, quia ita religiosè obseruatur in Vrbe, sacrorum rituum magistra, Rot. *dec. 657. n. 21. & dec. 743. n. 12.* coram Merlino. Item, & Mediolani, vt patet ex Concil. Prouinc. *p. 1. tit. 30. & p. 2. num. 2.* atque alibi, constatque ex Rituali Romano per Paulum V. edito, qui in Diplomate illius confirmationis, postquam retulit, qualiter Pius V. & Clemens VIII. Breuiarium, Missale, & Cæremoniale condiderunt, ita subiungit: *Restabat, vt vno etiam volumine comprehensi sacri, & sinceri Ecclesiæ Catholicæ ritus, qui in sacramentorum administratione, aliisque Ecclesiasticis functionibus seruari debent ab ijs, qui curam animarum gerunt, Apostolicæ Sedis authoritate prodirent.* Vnde Gauantus super rubricas Missalis *p. 4. tit. 19. n. 1. & 20.* rectè obseruat, quod benedictiones, quæ sunt in Missali, à quocumque Sacerdote citra præiudicium iurium Parochialium fieri possunt, quæ verò sunt in Rituali, vt est benedictio puerperæ, ad Parochos propriè pertinent. Et Matth. Beuuelt, in suo Manuali, quod ex plusquam quadraginta Ritualibus Galliæ, Italiæ, Hispaniæ, Germaniæ, & Belgij compilauit *cap. 2. de baptism. §. 12.* asserit, quod eiusmodi purificatio fieri debet per proprium Parochum, vel per alium Sacerdotem ab illo approbatum, & in Ecclesia Parochiali, nunquam verò in Ecclesijs Regularium, quod ait, esse illis prohibitum in multis Manualibus sub pœnis arbitrarijs.

Sextò,

12 Sextò, quia Parochi de iure diuino ad huiusmodi munia obeunda constituti sunt, Vnde D. Paulus *ad Tit.* 1. præcipit Episcopo Cretensi, vt constituat per Ciuitates Presbyteros, vt potestatem exerceant. Hoc modo, & Paulus, & Barnabas *Act.* 14. constituebant per Ciuitates Presbyteros, vt quisque suæ Ciuitatis, non alterius curam gereret. Petrus quoque 1. *Petr.* 1. siue Episcopos, siue Parochos alloqueretur, proprium duntaxat illis gregem, non alienum, non vniuersalem pascendum commendat, cum ait: *Pascite, qui in vobis est gregem Dei*, non sanè omnium Parochiarum, vel Diœcesum gregem, sed eum tantùm, qui cuique commissus est, gregem curandum præcipit. Quare meritò dixit Ignatius *Ep. ad Antioch.* super his verbis Apostoli; *non dicit Pascite totum gregem, qui inter vos est, non alienum, sed proprium, non totam diœcesim, sed solam Ecclesiam, sed singularem, quæ apud vnumquemque extat:* Quid ita? Vtique quia Parochis, multò magis Regularibus proprias Parochias tantùm non alienas commissas agnoscebat. Et Patres, ac Concilia quid magis inculcant, quàm Presbyteros sua Parochia contentos esse debere, neque illis quicquam in aliena Parochia, & alienos Parochianos agere licere? Ita Concilium Ancyranum *c.* 13. Concilium Nicenum *c.* 60. & Concilium Nannatense *c.* 8. Quomodo igitur Regulares potestatem habent in omnes alienos Parochianos, in puerperas purificandas, quando id etiam alieni Parochi non habent, nisi ex licentia proprij Presbyteri? Vide etiam Gratianum 13. *q.* 1. *c. Ecclesias.* Plura alia testimonia prætereo, quandoquidem ex Apostolica traditione, ac perpetuo Ecclesiæ vsu res adeò clara est, vt vberiori confirmatione non indigeat.

13 Septimò, probatur ex congruentijs, & quidem vrgentissimis. Prima est. Cùm ad eam benedictionem puerperæ de iure non obligentur, si relinquamus in earum libertate ad illam recipiendam, facilè fiet, vt pleræque eam omninò negligant; quia Parochus non poterit in casu animaduertere. Et tamen est Cæremonia laudabilis, & conseruanda. Vnde in Synodo Prouinciali Mechliniensi *tit. de Sacram. cap.* 4. ita statuitur: *Quia superioris temporis negligentia probatissimus ille Christiana Ecclesiæ mos quibusdam in locis est collapsus, quo puerperæ certo post partum die referre Domino Deo gratias solent, statuit sancta Synodus, vt vbique conformiter in vsum reuocetur, ut puerperæ ad Missæ sacrificium veniant, & contra negligentes, seu piæ consuetudinis violatores procedatur.* Idem lego in Concilijs Prouincialibus Mediolani, & in Archiepiscopali Bononiensi.

14 Secunda, quia in Vltramontanis partibus, speciatim in toto Belgio, moris est, vt puerperæ, quæ ex concubinatu, vel fornicatione notoria pepererunt, non nisi ab Archipresbytero, seu Decanis purificentur, vt istius purificationis occasione informationem accipiant de patre prolis natæ, quam ad Vicarium Episcopi transmittunt, vt contra fornicatorem castigandum iuridicè procedatur; si enim esset Regularibus permissum, puerperas purificare, omnes promiscuè purificarent. Vnde magnum ostium fornicatoribus pateret.

15 Tertia est. Quia quemadmodum prohibetur Regularibus habere commatres, *c. Non licet, de consecr. d.* 4. ibi: *Non licet Abbati, vel Monacho de baptismo suscipere filios, nec commatres habere, & c. Monachi ead.* ibi: *Monachi sibi compatres, commatresue non faciant, nec osculentur fœminas*; ita debet illis prohiberi (nisi fortè sint Parochi) puerperas purificare, in quarum purificatione solent in multis locis obstetrices interuenire. Etenim Regulares, & omnes Clerici familiaritatem cùm mulieribus euitare debent; quo in genere Patres infiniti propè sunt, vt suadeant Religiosis, & Clericis omnibus pudicitiam, cauendum esse cum mulieribus etiam pijs qualecumque commercium. *Nam, & oris decor*, ait S. Chrysostomus *in dialog.* 6. *de Sacerd. & motuum exquisita mollities, & incessus affectatum studium, & vocis confractio, & oculorum, & malarum pigmenta, & vinculorum compositiones, & capilli tinctura, & vestium sumptuosarum, aurearumque diuersitas, & gemmarum pulchritudo, & vnguentorum fragrantia, & cætera omnia, quæ muliebre genus affectare solet, talia sunt, quæ mentem commouere possint, nisi is continentiæ austeritate occalluerit.* Hoc sensu pronunciatum prudentissimè est ab Ecclesiastico 42. meliorem esse iniquitatem viri, quàm mulierem benefacientem; idest, vt exponunt Hieronij, Liranus, & alij, castitati minus est periculosum versari cum viro tamen si inquinato, & motibus deprauatis, quàm cum muliere bona, & optima. Itaque & Nazianzenus *orat.* 44. fortuitum contuitum suspectum vult haberi. Nec minùs prouidè Origenes *lib. de singular. Cler.* Hieronymus *Ep.* 47. quæ est de vitando contubernio suspecto, Antiochus accuratè *hom.* 17. & 18. S. Basilius, & Nyssenus *lib. de Virginit.* & S. Ephrem varijs de hoc ipso argumento tractationibus nominatim *to.* 1. *tr. de abstinendo ab omni consuetudine perniciosa*, & *serm. de Virgin.* & alibi. Quandoquidem ex Hieronymo ad Vigil. Chrysostomo *hom.* 80. & Bernardo *in Cant. ser.* 4. Monachorum Regularium præcipuum officium est propria, & aliena peccata plangere, ac proindè monasteria esse domos luctus, & habetur *c. Placuit* 16. *q.* 1. non verò puerperas purificare, nisi eis ex officio incumbat, *ead. c. Placuit, c. Peruenit, c. Interdicimus, c. Alia.* Quod si dicatur hæc, aliaque eiusmodi non ex Regularium instituto, sed ex Ecclesiæ priuilegio ab ipsis præstari, nullum equidem ostendetur priuilegium, quod eis purificationem puerperarum concedat, vel si concedat, nullum infert præiudicium iuribus Parochialibus ex illa clausula in literis concessionis apponi solita, nempè: *Sine tamen quorumcunque iurium Parochialium præiudicio.* Vnde referunt Io: à Cruce *de stat. Relig. lib.* 2. *c.* 5. *dub.* 7. *concl.* 2. Ascan. Tambur. *de iur. Abb. to.* 1. *disp.* 18. *q.* 6. *n.* 18. Rodriquez *in compend. resol.* 9. *n.* 6. Thom. Tambur. *opusc. de sacrif. Miss. lib.* 1. *cap.* 4. §. 3. *n.* 12. Sixtum IV. declarasse aliam similem clausulam, scilicet *sine præiudicio Ecclesiæ Parochialis*, quod nõ inferatur præiudicium Parocho quoad decimas, primitias, & aliàs oblationes. Tametsi alij rectiùs velint, quod eiusmodi clausula intelligatur etiam de ijs, quæ spectant ad Sacramentorum administrationem, & alia, quæ ipsi Parocho debentur. Ita Quintanadueg. *to.* 1. *sing. tr.* 7. *sing.* 33. *n.* 3. & Barbosa, qui ait, hunc in modum declarasse S. Congregationem Concilij, additque Pelliz. *tom.* 2. *man. Regul. tr.* 8. *cap.* 2. *text.* 2. *subsect.* 7. *n.* 47. non posse ministrari sacramenta, dari pacem, denunciari festa, ieiunia, matrimonia, & similia, quæ ad Parochum spectant. Quia clausula habet *quorumcunque iurium*, & proinde complectitur omnia. Idipsum approbat Tambur. *opusc. de sacrif. Miss. lib.* 1. *cap.* 4. §. 4. *n.* 25. licèt Molfesius *p.* 1. *sum. tr.* 4. *cap.* 17. *n.* 73. id intelligat de administratione sacramentorum, & de ijs, quæ debentur Parochiæ. Et quidem stante dictione *quorumcunque* certum est præseruari omnia iura Parochialia. Quia est vniuersalissima, & omnia complectitur ita, vt prætextu priuilegij nullum præiudicium afferri possit Parochis quoad ea, quæ ipsis de iure debentur. Vnde si puerpera solet offerre aliquam oblationem intuitu purificationis in Parochia, non potest eam offerre Regularibus.

Atque ex his rationes in contrarium facilè diluuntur. 16
Prima enim, quam magnam censent, &, quemadmodum aiunt ipsi, primariam, falsum supponit, vt hactenus probauimus. Secunda nihil magni habet momenti. Quæ res quò fiat apertior, & tergiuersandi minùs pateat locus, Genuensem ipsum in sua praxi *alleg. cap.* 57. *n.* 13. audiamus. Sic ait: *licet purificatio post partum non sit actus necessitatis, sed deuotionis, c. vn. de purif. post part. & proinde videtur, quod ab omnibus sacerdotibus, etiam Regularibus expleri possit; tamen quia in ea fit quædam oblatio candelarum honorem oblationis facta per Beatam Virginem, turturum, vel columbarum, super quibus oblationibus Parochus habet intentionem fundatam, ideò dicendum est, quod ad ipsum solum, non ad alios Sacerdotes spectet purificare mulieres post partum, & absurdum esset, quod in vna Ecclesia fieret purificatio, in alia oblatio, seu alteri Sacerdoti. Non enim perficeretur ille actus deuotionis purificationis.* Item benedictio nuptiarum est de consilio Concil. Trid. *cap.* 1. *sess.* 24. *de refor. matr.* & probat Nauar. *cap.* 22. *n.* 83. tamen à proprio Parocho fieri debet, *d. cap.* 1. Idem videtur dicendum de benedictione ouorum, & tantò magis domorum, cùm fiat extra Ecclesiam in Parochia,

rochia, in quam non possunt se intromittere Regulares, sed habenda est ratio consuetudinis legitimè introductæ iuxta *cap. fin. de consuet.* quin addo quoad benedictionem nuptiarum à proprio Parocho faciendam ei non obstare quamcumque consuetudinem etiam immemorabilem, quæ potiùs corruptela dicenda est, vt statuit idem Tridentinum loco citato. Eadem fermè habet Fuschus *lib. 2. de Visit. cap. 2. n. 8.* & alij quamplures.

17 Ad declarationem S. Congregationis Concilij pro Archiepiscopo Bononiensi respondeo, illam emanasse vigore concordiæ inter Parochos, & Regulares illius Ciuitatis, & vigore consuetudinis legitimè præscriptæ. Vnde re semel, ac iterum maturè discussa eadem S. Congregatio in Antuerpiensi die 18. Nouembris 1662. censuit, ac declarauit Regularibus non licere in proprijs Ecclesijs mulieres post partum ad purificationem admittere. Nec quis dicat ideò S. Congregationem ita declarasse, quòd id in Synodo Antuerpiensi prohibebatur Regularibus. Nam cum statutum diœcesanum non obliget Regulares, vt cum communi sententia probat Pasqualig. *in prax. Ieiunij. dec. 196. n. 6. & seq.* quam etiam tradunt Suar. *de legib. lib. 4. cap. 20. n. 8.* & alij; quia lex non extenditur ad exemptos, cum non egrediatur terminos iurisdictionis, sanè dicendum est, S. Congregationem declarasse spectare ad Parochos ex iure proprio, quod habent ex eorum institutione.

CONSVLTATIO LXXVII.

An Regulares, qui nullitatis suæ professionis conscij, se ad sacros Ordines promoueri faciunt, incidant in pœnas Constitutionis B. Pij V. incipientis, Romanus Pontifex? Vbi plura initio discutiuntur de Ordinibus sacris collatis, seu receptis sine titulo legitimo beneficij, vel patrimonij, vel pensionis, vel Religiosæ paupertatis.

1 EX Concilio Chalcedonense *c. 6.* de quo *in c. Neminem 70. d.* eos, qui absolutè ordinanror, idest sine titulo, vt ibi exponuot Glossa, & Doctores, decreuit Santa Synndus, *vacuam habere manus impositionem, & tale factum non valere ad iniuriam ordinantis.* Et in *c. sanctorum 70. d.* ex Concilio Vrbani II. *sanctorum Canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur.* Vnde ex hoc textu aliqui putant ordinatum sine titulo esse ipso facto irregularem. Ita Borgal. *de irregul. p. 1. q. 5. tr. de suspens. n. 24.* sed communis sententia docet, per verba præmissa inferri suspensionem latæ sententiæ, quam violantes efficiuntur irregulares, Nauar. *in man. cap. 27. n. 245.* Sayr. *lib. 4. de censur. c. 14. n. 16.* Quaranta *v. Ordo vers. Tertius casus*, Suarez *de susp. disp. 31. sect. 1. n. 33.* Item aliqui putant hic requiri titulum beneficij præcisè, vt Sayr. *ibidem*, Torrecrem. *dist. 70. in princip.* At communis sententia docet, requiri hic titulum beneficij, vel patrimonij sufficientis, vt testatur Suarez *n. 2.*

2 At in cap. *Cùm secundum Apostolum de præb.* Innocentius III. correxit Canones supradictos, benigniùs agere cupiens, statuitque, prædictos sine titulo ordinatos, non esse suspensos, seu non esse irritam ordioationem, sed illis tandiù per Ordinantes, vel successores eorum prouideri debere de sustentatinne, donec beneficia consequantur. Quod etiam decernitur *in cap. Accepimus de ætat. & qualit.* Et quamuis videatur, quod successor non debeat luere pœnas sui prædecessoris, hoc tamen non habet locum, quia non fit in punitionem, sed ad tollendum opprobrium Cleri, vt inquit Glos. *in d. cap. Cùm secundum, v. successores.* Nam cederet in opprobrium Cleri, si quis Clericorum cogeretur aliquo vili modo sibi victum quærere. Addit etiam, quod Ecclesia punitur, quia non resistit ordinanti, quod tamen non placet. Vbi est enim ista Ecclesia, quæ possit, ac debeat resistere? Ratio ergo est, quia bona Ecclesiæ sunt pro alimentis ministrorum; ideòque eo ipso, quod quis factus est minister, debet de bonis ipsius sustentari. Et ita communiter illum textum intelligi à Doctoribus, testatur Suarez *loc. cit. n. 6. cum allegatis.*

3 Hæ autem obligationes subministrandi alimenta, donec prouideatur de beneficio, sunt inter se distinctæ, & diuerso iure censentur; nam non solùm versantur circa diuersam materiam, vt per se constat; sed etiam obligatio prouidendi de beneficio admittit exceptiones, cùm possit Episcopus excipere, quod Ordinatus non sit idoneus, *d. cap. Accepimus*, & *cap. Cùm secundum.* Obligatio verò sustentandi statim subintrat, nec admittit exceptionem. Vnde *in d. textu* non conceditur, sicut conceditur in Ordine ad prouisionem beneficij.

4 Quare, quod spectat ad prouisionem beneficij, Episcopus obligatur in conscientia ad prouidendum de competenti beneficio ei, qui Ordinatus est sine titulo, si cognoscat, esse idoneum, & solùm potest excipere, si non sit idoneus; nam de iure compelli potest Episcopus ad conferendum beneficium, & solum de æquitate conceditur, posse excipere, vt constat *ex d. cap. Accepimus*, ibi: *Cùm & si tecum de iure agere vellemus, te possemus meritò ad prouisionem eorum compellere, quos à te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret.* Et subdit, quod pro gratia debet accipi, si Pontifex faciat sic Ordinatos per alios examinari ad experiendam idoneitatem. Ex quo deducitur, quod eo ipso, quod constat, aliquem fuisse Ordinatum sine titulo, potest de iure Ordinator compelli ad ei prouidendum de beneficio. Si autem potest de iure compelli, non est dubitandum de obligatione; quia compulsio illam præsupponit, tanquam certam, si autem obligatio est certa, tenetur Ordinator in conscientia satisfacere propriæ obligationi absque eo, quod contra ipsum intentetur actio.

5 Nam eo ipso quod quis Ordinatus est, acquirit ius, vt sibi de patrimonio Ecclesiæ subministrentur alimenta, tanquam electus minister in ipsius obsequium, & incorporatus illorum corpori, pro quibus sustentandis institutum est Ecclesiæ patrimonium. Quæ ratio egregiè explicatur ab Innocentio III. *in d. cap. Cùm secundum, de preben.* Ergo cum Ordinatus acquirat ius ad sustentationem de patrimonio Ecclesiæ, tenetur Episcopus in conscientia, tanquam administrator bonorum propriæ Ecclesiæ, ei prouidere, ac reddere ipsi ius eius, si aliàs dignus sit, quod promoueatur ad beneficium.

6 Episcopum verò non posse excipere contra eos, quos ipse ordinauit, sed tantùm contra ordinatos à suis prædecessoribus, tradit Glos. *in d. cap. Cùm secundum, v. liceat*, & habetur *ex d. cap. Accepimus*, ibi: *Eo præsertim, quod ad obtinendum Ecclesiasticum beneficium eos debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti.* Cùm enim, vt dicebamus, eo ipso, quod quis ordinatur, acquirat ius, vt sibi de bonis Ecclesiæ prouideatur, qui iudicat idoneum, vt ordinetur, iudicat etiam idoneum pro beneficio. Neque potest contra factum proprium excipere; quia ipsum impugnare non potest, *l. Post mortem, ff. de adopt. & l. Cùm pater, §. libertis ff. de leg. 2. & cap. Cùm super, de concess. præb.* & notant Bart. *tr. de consort. cap. 22. n. 13.* Tiraquel. *de retr. consang. §. 1. glos. 9. n. 27.* Menoch. *cons. 89. n. 47.* Surd. *cons. 284. n. 5.* ac Seraph. *dec. 334. n. 1.*

7 Quod si Episcopus non examinauit Ordinatum, sed commisit alteri examen, nempè Vicario, vel Archidiacono, alijsue examinatoribus, teneri eos, qui examinauerunt, docet Glos. *in d. cap. Cùm secundum v. Successores*, quam sequuntur Quaranta *v. Obligatio Episcopi*, Marchin. *de Sacram. Ordin. tr. 2. p. 6. cap. 7. difficul. 4.* quia negligenter se gesserunt, & si non habeant vnde alant, teneri Episcopum. Verum id difficultatem patitur; nam de iure debet ipsis prouideri de beneficio competenti; hoc autem non potest præstari ab alio, quàm ab Episcopo. Deinde obligatio transit ad successorem Episcopum, quamuis ipse negligens non fuerit, *d. cap. Accepimus, & cap. secundum.* Quod satis declarat, quod obligatio prouidendi his Ordinatis est penes Episcopum. Et si ratio habeatur culpæ, est in culpa Episcopus quoque, quod ministris negligentibus committat examen. Nam per Ordinationem acquirunt ius, vt sustententur de patrimonio Ecclesiæ, ac proinde obligatio subministrandi

nistrandi alimenta, aut prouidendi de beneficio est penes illum, apud quem est administratio patrimonij Ecclesiæ.

8 Quod verò spectat ad subministrationem alimentorum, Episcopus statim teneatur in conscientia illa subministrare, absque eo quod contra ipsum intentetur aliqua actio; quia statim ac constat de ordinatione, compelli potest Episcopus de iure ad alendum, donec prouideat de beneficio, *d. cap. Accepimus*. Ex ordinatione enim consurgit obligatio, & in tantum permittitur exceptio, in quantum potest ordinatus non esse idoneus pro beneficio; quæ cessat quoad subministrationem alimentorum. Et ideò, cum ex ordinatione consurgat ius in ordinato percipiendi alimenta de patrimonio Ecclesiæ, tenetur Episcopus statim illa subministrare.

9 Quod etiam procedit in casu, quo ordinatus præmisso examine non reperiatur idoneus pro obtinendo beneficio, nisi alimenta aliundè sibi honesto modo acquirere possit; desumitur ex *cap. Non licèt, de præb.* vbi decernitur; quod Episcopus vnum de duobus eligere debet; aut non facere Clericos, aut si fecerit dare illis vnde viuere possint. Ex quo constat, quod ius absolutè intendit, quod ordinari habere debeant, vnde viuant, & proinde ordinatis sine titulo vult subministrari alimenta, donec eis prouideatur de beneficio; est enim in dedecus ordinis Clericalis, si sacris initiati cogantur mendicare, aut vili exercitio sibi victum quærere, vt desumitur *ex c. Diaconi d. q. 93. & cap. Ioannes in fin. de Cler. coniug.* & obseruat Glos. *in d. cap. Cum secundum eo v. successores de præb.* Igitur ad tollendum hoc dedecus tenetur Episcopus prouidere de necessarijs alimentis ordinato sine titulo, licèt non sit idoneus pro beneficio; quia adhuc mendicare cederet ipsi in dedecus Ordinis, sicut etiam viles artes exercere. Præsertim quia Clericis pauperibus tenetur generaliter Episcopus subuenire, vt tradunt communiter Doctores cum Glos. *in d. cap. Cum secundum, v. Donec, de præb.* Sanchez *lib. 6. de matr. disp. 33. n. 8.* Vgolin. *de offic. Episc. cap. 26. §. 15.* Molfes. *p. 1. sum. tr. 10. cap. 15. n. 5.* Marchin. *de sacram. Ord. d. tr. 2. p. 6. cap. 7. diff. 4. n. 7.*

10 Neque obstat *cap. Episcopus de præb.* vbi statuitur, quod tunc solùm Episcopos debet ordinato assignare stipendia Clericalis militiæ, quando de sua, vel paterna hæreditate non potest habere vitæ subsidium; si autem ratione ordinationis acquireret ius ad alimenta de patrimonio Ecclesiæ, essent ipsi subministranda, siue aliundè haberet vitæ subsidium, siue non haberet; nam vnicuique reddendum est, quod est de suo iure, siue indigeat, siue non indigeat; quia respondetur, acquirere ius ad alimenta de patrimonio Ecclesiæ, quando ordinatur sine titulo. Tunc enim censetur ordinatus ad titulum patrimonij eiusdem Ecclesiæ; siquidem ratione ordinationis censetur assumi ad hæreditatem Christi, vt dicitur in *d. cap. Cum secundum de præb.* Quando verò habent de proprio, censentur ordinari ad titulum proprij patrimonij. Et ideò cum ordinatio sit innixa titulo, non fituit consurgere ius ad commune patrimonium Ecclesiæ. Cùm enim interueniat pactum, quo ordinatos obligat proprium patrimonium ad sui sustentationem, & sub hoc pacto tacito censetur ordinari qui habet proprium patrimonium, *d. cap. Episcopus de præb.* hæc prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, *l. 1. §. si conuenerit, ff. depos. & l. Pacisci ff. de pact.* & notant ibi Bart. Angel. & alij, traditque Alex. *in l. si socer. §. Lucius circa fin. v. Verum, ff. solut. matrim.* Roland. *de doc. q. 29. n. 16.* Rot. coram Durano *dec. 527. n. 2.* Immò subintrat alia prouisio legis, quæ confirmat pactum particulare, & eximit ordinantem ab obligatione subministrandi alimenta, *vt in d. cap. Episcopus, de præb.*

11 Et licèt, quando obligatio prouenit ex natura rei, & à iure communi per prouisionem hominis, non cessat prouisio legis, vt notant Ias. *in l. 2. n. 543. C. de iur. emphyt.* Ruin. *cons. 34. n. 8. & 26.* Negusant. *de pignor. p. 2. princ. membr. 4. n. 87.* Obligatio autem alendi ordinatos prouenit ex ordinatione, atque adeò ex natura rei, & ex iure communi. Id tamen verum est, quando obligatio ex natura rei inducit aliquid diuersum, quod non inducit prouisio hominis. At in hoc casu prouisio hominis inducit prouisionem alimentorum pro ordinato, quæ inducitur etiam ex natura rei. Deinde ex natura rei, seu ordinationis non inducitur obligatio alendi ordinatum absolutè, sed solùm quando absque titulo ordinatus est, & tunc solùm inducitur etiam à iure communi. Qui autem habet de proprio non habetur pro ordinato absque titulo, sed cum titulo patrimonij, ob pactum tacitum resultans ex iure, quod sic ordinatis non sit prouidendum de necessarijs alimentis. Et ideò tale pactum cum assistentia iuris non sinit oriri obligationem legis ex natura rei. Vnde censetur sic ordinatus ad sui patrimonij titulum ordinatus saltem ad hunc effectum, vt scilicet Episcopus ordinans non teneatur eum alere; quod approbauit Glos. *in d. cap. Episcopus de præb.* An verò patrimonium illud censeatur titulus, nisi expressè hoc agatur, possitque sine Episcopi licentia alienari, affirmat Imol. *eod. cap. Episcopus n. 5. & cap. Tuis. de præb. in 6. n. 3.* vbi etiam Io. Andr. adduntque Host. & Imol. etiam in dubio non censeri assignatum patrimonium pro titulo, sed oportere, vt expressè, & specificè assignetur pro titulo, Quod etiam docet Panormit. *eod. cap. Tuis n. 3.*

Idem quoque dicendum est in casu, qoo summus Pon- 12
tifex concedit, vt quis possit à quocumque Episcopo ordinari, nempè quod subministrare necessaria alimenta taliter ordinato sine titulo pertineat ad proprium Episcopum Ordinati. Proprius autem Episcopus intelligitur ille, qui debet concedere dimissorias ordinando. Nam summus Pontifex concedendo, vt quis ordinari possit à quocumque Episcopo, solùm tollit impedimentum, quod obstare potest, ne possit ordinari, non autem habilitat pro suscipiendo ordine, sed supponit, prout de iure habilitatum, aut habilitandum. Et proinde ij, ad quos de iure spectat, tenentur inquirere super habilitate, & requisitis, inter quæ requiritur titulus, ad quem ordinetur, quo secluso censetur inhabilis, vt ordinetur. De iure autem requiritur, quod proprius Episcopos examinet, & approbet quoad necessaria requisita ordinandos, vt statuitur in Concilio Trid. *sess. 23. cap. 3. de ref.* ibi: *subditos suos non aliter quàm iam probatos, & examinatos ad alium Episcopum ordinandos dimittant.* Et ideò licèt quis obtineat à summo Pontifice, vt possit à quocumque Episcopo ordinari, sunt tamen necessariæ literæ dimissoriæ proprij Ordinarij, testificantes super idoneitate, aut quod Ordinator informetur aliundè super eadem habilitate; quia Pontifex censetur concedere licentiam, supposita habilitate.

Nec obstat textus *in d. cap. si Episcopus, de præb. in 6.* 13
ibi: *Eis autem, quibus à Diœcesanis datur licentia, vt possint, à quo voluerint, Episcopo, ad omnes sacros Ordines promoueri, non qui ordinant, sed qui tribuunt licentiam, cùm eam dare non debeant titulum non habenti, ad præmissa, si titulum non habeant, obligantur.* Ex quibus deduci videtur, quod cum summus Pontifex tribuat licentiam suscipiendi ordines à quocumque Episcopo, ad ipsum Pontificem spectet prouidere ordinatum sine titulo de congruis alimentis; quia non debebat dare licentiam non habenti titulum; nam ille textus disponit de Episcopo, aut alio qui suis subditis potest concedere licentiam suscipiendi Ordines; quia ad ipsum spectat inquirere super idoneitate, & præsertim super titulo. Et ideò, si non inquirat, deficit in proprio munere, & consequenter ad ipsum spectat alere ordinatum. Hæc autem dispositio non potest extendi ad summum Pontificem; tum quia loquitur solùm de inferioribus Ordinatoribus, aut concedentibus licentiam; tum quia concedendo huiusmodi licentiam non dispensat super obligatione inquirendi de idoneitate ordinandi, neque super ipsa aliquid affirmat. Vnde refunditur ista obligatio in executorem literarum Apostolicarum. Hinc si, pendente lite inter duos Ordinarios, ad quem ipsorum spectet concedere dimissorias, & proinde neutrius admitti possint, concedat Pontifex alicui, vt possit à quocumque Episcopo ordinari ille, cui huiusmodi literæ præsentabuntur, tenebitur examinare ordinandum, & inquirere super titulo ordinationis; quia Pontifex per huiusmodi licentiam non supplet dimissorias, quibus ordinandus commendari deberet, sed solùm dat facultatem, vt possit ordinari

dinari

dinati à non suo Episcopo, & absque dimissorijs sui Ordinarij. Et ideò ad ordinantem spectat cognoscere super habilitate ordinandi.

14 Declaratur tamen constitutio Innocentij III. *in d. cap. Cùm secundum Apostolum, de præb.* vt procedat solùm, quando ordinans fuit in culpa; si enim promoueri quis faciat per fictum titulum, ignorante Episcopo, nempè per falsa instrumenta, tunc ordinans non tenebitur eum alere, vt Garz. *de benef. p. 2. cap. 5. n. 32.* Surd. *de alim. tit. 7. q. 37. n. 40.* Abb. & Imol. *in cap. 2. de præb.* Suar. *loc. cit. n. 8.* Item, vt non teneatur Episcopus alere ordinatum, si iste habeat congruam aliundè sustentationem, scilicet ex suo patrimonio, aut paterna substantia, vt docuimus supra, & tradit Suar. *n. 33. in fin.* per decretum Concilij Lateranensis sub Alexandro III. *p. 1. cap. 5.* Item, vt non procedat, nisi de ordinatis ad sacros Ordines, vt de recepta consuetudine testatur Turrecr. *in d. c. Neminem n. 2.* Dec. *in d. cap. secundum Apostolum, de præb.* Nauar. *cons. 14. de temp. Ordin.* Garz. *n. 4. loc. cit.* & Rota *diu. p. 1. dec. 731. n. 13.*

15 Sed Tridentinum *sess. 21. cap. 2. de ref.* statuit, vt nullus Clericus ad sacros promoueatur, nisi prius legitimè constiterit, eum beneficium Ecclesiasticum sufficiens pacificè possidere; ad patrimonij autem, vel pensionis Ecclesiasticæ titulum ordinari non possint, nisi quos Episcopus iudicauerit pro Ecclesiarum suarum necessitate, vel commoditate, constito tamen prius de tali titulo, eiusque sufficientia, & canonum antiquorum pœnas super his innouauit. Vnde ex hoc Tridentini decreto aliqui dicunt, solùm innouari pœnas *c. Neminem & c. sanctorum,* qui antiqui Canones dicuntur non autem innouari *cap. Cum secundum Apostolum.* Quia hoc est ius nouum. Et ita Maiol. *lib. 4. cap. 15.* Sanch. *lib. 6. de matr. disp. 32. n. 8.* Suar. *loc. cit. n. 35.* Laym. *lib. 5. tr. de sacr. Ord. cap. 10. n. 7.* Quam communem ait Garz. *loc. cit. n. 24.* Alij verò dicunt, solùm innouari pœnas *d. cap. Cum secundum Apostolum.* Ita tenent Toletus *lib. 1. cap. 48.* Sayr. *lib. 4. cap. 14. n. 16.* Gutier. *pract. quæst. lib. 2. cap. 65. n. 11.* Cened. *collect. 33. n. 2.* Nauar. *cons. 19. n. 2. de tempor. ord.* Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. §. 10. n. 24. & 27.* Garz. *eo locon. 27.* Et hanc in praxi tutam, ait Diana *miscel. 2. resol. 5. p. 1.* sed verior sententia ex stylo Curiæ, & sacræ Pœnitentiariæ recepta est, quæ distinguit, atque asserit, omnes dictas Constitutiones, & Canones innouari respectiuè, scilicet quod si ordinatus quis fuerit ad sacros ordines sine titulo beneficij, vel patrimonij, vel pensionis, sciente Episcopo, seu cum Episcopi culpa, solùm in hoc casu innouata est pœna *d. cap. Cum secundum Apostolum,* vt scilicet Episcopus teneatur ad alimenta, ipse verò ordinatus non est suspensus; si autem ordinatus fuit ipse solus in culpa, quia finxit titulum per falsa instrumenta, tunc ipse solus pœnas incurrit, nimirùm suspensionis *ex d. c. Sanctorum.* Et ita tenet Sanchez. *opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 35. n. 12.* cum Nauarro, & Salzedo, & eam probabiliorem, & in praxi receptam ait Reginald. *lib. 32. tr. 2. n. 72.* Filiuc. *tr. 17. n. 89.* vbi etiam testatur de praxi Pœnitentiariæ; estque communior Doctorum sententia, quæ tradit non esse reuocatos *c. Neminem, & c. sanctorum d. 70.* quos sacrum Concilium Tridentinum innouauit, aliàs fraus, & dolus patrocinarentur sic malè promoto, quod nulla iura permittunt, *cap. Aduersus 7. §. fin. de immun. Eccles. cap. Intelleximus 7. de iudic. cap. Tuæ 12. de Cler. non resid. cap. ex tenore 16. de rescript. cap. 2. de dolo, l. Itaque 12. ff. de furt. l. sancimus 22. de pœn.* Sicque intelligendæ sunt declarationes S. Congregationis Concilij, quas adducit Gonzal. *ad reg. 8. cancel. glos. 5. §. 10. n. 23.*

16 Nec suffragatur, quod prædicti Canones sint reuocati *per cap. Cùm secundum Apostolum, de præb.* Nam talis reuocatio est tantùm intelligenda quoad illos, qui sciente Episcopo ordinati sunt absque titulo, non autem quoad illos, qui malitiosè, ac decipiendo suos Ordinatores absque titulo promouere se fecerunt; nam aliàs sequeretur ordinantes absque sua culpa puniendos esse, cùm probabiliter factis suis diligentijs crediderint ordinato, qui exhibuit se habere sufficiens beneficium, vel patrimonium. Iura autem non permittunt innocentem puniri, sed pœnam tenere solos authores, & delinquentes vt decernunt *d. l. sancimus C. de pœn. l. Absentem ff. eod.* Et nemo pro alieno delicto puniendus est, *c. Iam itaque 1. q. 4. c. si habes 24. q. 3. c. Quæris, de Consecrat. d. 4. cap. 2. de Constit.* Itaque à talis suspensionis incursu excusari non debet, qui decipiendo suum Episcopum, promoueri se facit ad sacros Ordines cum ficto, & simulato titulo, sicut eum non excusat praxis Curiæ Romanæ, quæ hac in re magni facienda est; sicque sæpius declarauit S. Congregatio Episcoporum, præsertim in Verulana 6. Iunij 1601. in Andriensi 1. Octobris 1602. & sacra Congregatio Concilij 27. Nouembris 1610. Accedit, quod pœna Decretalium non afficit ordinatos, sed ordinantes, Concilium verò Tridentinum tam ordinatos, quàm ordinantes respicit, illorum fraudes, horum negligentiam punire volens. Igitur eas quoque pœnas innouare censetur, quæ afficiunt etiam ordinatos; atque ita dicendum est, renouasse pœnas tam Canonum contra ordinatos, quàm decretalium contra ordinantes, cùm nihil impediat vtrasque pœnas simul innouari, eo quod nulla illarum sit alteri contraria, & per accidens, sit quod pœna decretalium extendatur. Maximè cum fieri possit, quod taliter ordinatus suspensionis absolutionem obtineat, & sic beneficium Ecclesiasticum consequatur; vnde Ordinator ab obligatione alendi liberetur. Et ita declarauit etiam S. Congregatio Episcoporum in Pharensi 13. Decembris 1593. & S. Congregatio Concilij 26. Ianuarij 1621. in Boianensi. Quod est contra Gonzalez *loc. alleg.* & alios.

17 Hæc autem suspensio relaxari nequit, donec ita promotus assequatur sufficientem, & legitimum titulum pro congrua sui sustentatione; durante enim causa suspensionis, debet durare, & suspensio, *arg. l. semper in ciuitate 5. §. negotiatores, ff. de iur. immunit.* Et etiamsi non relaxetur suspensio quoad ordines exercendos, rehabilitari tamen potest ad beneficia consequenda, remouendo suspensionis causam, quæ est defectus tituli. Remoueri autem nequit, nisi mediante consecutione beneficij, vel patrimonij. Quod si quis ordinatus sit subdiaconus cum ficto, vel ementito titulo, & postea etiam obtenta absolutione suspensionis incursæ promotus est similiter, sine verò titulo ad Diaconatum iterum suspensionem incurrit. Et si tertiò, licèt obtenta suspensionis huiusmodi absolutione similiter sine titulo, aut cùm ficto, vel ementito ad sacerdotium promoueatur, iterum afficitur suspensione. Quia hic dicitur suscipere sacros Ordines sine titulo, & iura suspendunt absolutè suscipientes sacros Ordines sine titulo. Ita ex S. Congregatione, & alijs Bonac. *tom. 3. disp. 3. q. 1. pun. 8. n. 4.* secus autem si post susceptum sacrum Ordinem alienet patrimonium, vel victum non petat ab eo, qui assignauit. Idem Bonac. *n. 7.* quia verè habuit patrimonium, est tamen nulla renunciatio, & peccat, atque adeò puniendus est à suo Prælato. Nauar. *lib. 1. cons. tit. 11. de temp. ord. cons. 16. n. 14.* Rodrig. *tom. 2. sum. cap. 15. n. 2. & 5.*

18 Immò si post assignatum patrimonium ad Ordines contrahat debita, potest ratione illius ordinari; quia ea debita non sunt ex illo patrimonio soluenda, cùm datum sit præcisè ad Ordines, & vt Ordinatus ex illo viuat, Rodriq. *eo n. 2.* Nauar. *eod. tit. cons. 13.* Et ex hac eadem ratione qui recipit ex donatione prædium, vt ad titulum illius ad Ordines promoueretur, & postea contrahit debita, vel promisit sorori certam summam, vt nuberet, quæ sunt maiora valore prædij, potest ad illius prædij titulum ad Ordines promoueri, quia illa sunt priora, quando æs alienum potest, ac debet solui de illis bonis, & debita in hoc casu non possunt, neque debent solui de illo patrimonio. Quia illud non potest peti ante ordinationem; donatum enim fuit causa ordinationis faciendæ per *l. 1. & 2. C. de donat. quæ sub mod. fiunt.* Nec post ordinationem, si aliàs non habet beneficium, vel patrimonium sufficiens, quia eatenus non potest alienari per Tridentinum; sicque Nauar. *loc. cit. cons. 13.* Rodriq. *ibid. n. 2.* & Sanchez *opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 42.* Hinc Doctores *in cap. Odoardus de solut.* dicunt, quod Clericus non potest molestari super patrimonio, nisi deductis alimentis, & licèt aliqui id admittant, quando debitum prouenit ex delicto, pro quo non solùm in bonis, sed etiam in persona puniri potest, vt Marsil. *in pr. crim. §.*

attin-

attingam n.5. & Farinac. *de delict. q. 26. n. 11. & 12. & de Carc. q. 27. n. 72.* Sacra tamen Congregatio Concilij semper solet rescribere, *deductis alimentis*, Alias pœnas latæ sententiæ statuit Sixtus V. Constitutione sua *sanctum, & salutare 91.* contra ordinantes, & ordinatos sine titulo. Sed fuerunt sublatæ per Constitutionem Clementis VIII. *Romanum decet 40.* Ab hac autem suspensione absoluere, & in irregularitate eius occasione contracta dispensare in foro conscientiæ potest Episcopus in sua diœcesi residens, si secretæ sint ex facultate ipsi concessa per Tridentinum *sess. 24. c. 6. de ref.*

19 Patrimonij autem appellatione strictè, & in suo primæuo significata intelligitur res patris, seu hæreditas, quæ à patre prouenit filio *l. quantitas 72. & l. In quantitate 73. ff. ad l. falc. cogi 16. ff. ad Trebel.* Dec. *cons. 80. n. 3.* Extenditur tamen, & communiter accipitur, atque intelligitur pro omnibus rebus, & bonis, quæ vndecumque obuenerunt alicui, & sic capitur pro substantia, & facultatibus illius, *l. munera 2. & l. quæsitum 10.* vbi Glos. *C. de muner. patrim. lib. 10.*

20 In eo duas conditiones præcipuè requirit S. Concilium Tridentinum. Prima est, vt illud, quod pro patrimonio exibetur verè, hoc est, actualiter, & cum pleno iure realiter possideatur à promouendo. Dictio enim *verè* importat proprietatem, & excludit fictionem, seu interpretationem, Glos. *in l. singularia 15. v. Non acceperis, ff. si certum pet.* vbi Cagnol. *n. 140. l. Verum 216.* vbi Glos. & Rebuf. *v. Verum, ff. de verb. signif.* Et verbum *obtineri* importat non solùm possessionem, sed etiam ius in re plenum. Ille enim, vt benè aduertit Archid. *in cap. Si gratiosè 5. n. 2. de rescript. in 6.* non dicitur rem obtinere, qui non habet plenum ius in ea, vt probatur ex *d. cap. Si gratiosè*. Et ideò secundum Concilium Tridentinum istius patrimonij prima conditio est, vt à promouendo possideatur, non solùm possessione naturali, quæ est simplici fructuum perceptione, *l. naturaliter 12. ff. de acquir. & amitt. poss.* quam habent etiam Colonus, & qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ, *l. 3. §. Creditores, ff. vti possidetis, l. Cùm legata 12. ff. quibus ex causis in possess. eat.* Et qui precario habent, *l. 1. & seqq. ff. de precar.* Sed necesse est, vt pleno iure, & dominio possideatur. Hanc enim ob causam à S. Concilio appellatur patrimonium, quod iure hæreditario hoc est pleno iure, & dominio possidetur, *l. 1. & l. bona autem 3. §. hæreditatis autem, & §. bonorum igitur ff. de bonor. possess.*

21 Secunda conditio est, vt sit constitutum in re fructifera; quia satis esse debet ad vitam sustentandam. Quæ autem sint istæ res fructiferæ, nemo erit, qui ignoret, si animaduertat fructus appellatione nec res ipsas, nec earum pretium venire, sed quod ex eis nascitur, *cap. salubriter 16.* vbi Panorm. *in fin. de vsur.* & insimul si consideret fructuum genera, quorum alij sunt naturales, in quorum productione magis natura, quàm hominis industria operatur, vt sunt fœnum, glandes, castaneæ, poma, ligna, & similia, quibus, prout natura producit, vtimur, *l. 1. ff. de glande legata, l. qui venenum 236. §. glandis, ff. de verb. signif. l. Item si fundi 10. & l. si fur 14. cum seq. ff. de vsufr. & quemadm. quis vtatur.* Alij sunt industriales, qui potius ex hominis industria, quàm ex ipsa natura proueniunt, & percipiuntur, vt sunt triticum, hordeum, vinum, oleum, & id genus alia, in quorum productione, & vsu industria humana magis operatur, *l. fructus 45. ff. de vsur. l. & ex aduerso 36.* vbi Glos. & Doctores, *ff. de rei vendic.* Alij sunt ciuiles, eo quod ex sola industria, & negotiatione hominis acquiruntur, & percipiuntur propter rem, vt sunt pensiones domorum, nauium, & huiusmodi, *l. h. qui 11. §. 1. ff. de pignor. l. Arboribus 13. §. nauis, ff. de vsufr. & quemadm. quis.* Eius verò quantitas non taxatur; quia cùm illius redditus sufficientes esse debeant ad honestam promouendi sustentationem, & id regulari debeat, & loco, vbi promouendus inhabitat, & facillimè reperiatur in vno loco illud esse sufficiens ad honestam sustentationem, quod alibi est insufficiens, ideò hæc taxatio relinquitur arbitrio Ordinarij.

22 Ex donatione constitutum efficitur irreuocabile post susceptos sacros Ordines; nam donatio facta est ob causam onerosam, scilicet ob matrimonium spirituale, respicitque tertiam personam, nempè Episcopum Ordinantem, qui eum non ordinasset, nisi sub spe donationis irreuocabilis, & aliter tenebatur illum alere. Sic Salzed. ad Diaz. *cap. 18. n. 17.* Matiench. *lib. 5. recopil. tit. 6. l. 1. glos. 9. n. 8.* Couar. *cap. Raynaldus, de testam. §. 2. n. 7.* Auendagn. *resp. 17. in fin.* Gatier. *lib. 2. pract. q. 65. n. 7.* & alij communiter contra Spinum *in specul. testam. glos. 18. n. 75. & seq.* Constituti ex beneficio renunciatio non valet, nisi fiat facta mentione, quod ad illius titulum promotus sit, & ordinatus habeat aliundè necessaria ad commodam sustentationem, vt expressè definitur in Tridentino *d. sess. 21. cap. 2. de ref.* Idem dicendum est de renunciatione, aut alienatione aut extinctione, aut remissione patrimonij, vel pensionis facta sine licentia Episcopi, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens ordinatus sit adeptus, vel aliundè habeat, vnde viuere possit; quia Tridentinum ait, quod aliter nullatenus possit fieri. Dictio autem *nullatenus* inducit nullitatem actus ipso iure iuxta celebrem Clem. *vn. de sequestr. possess.* & docent Zenzelin. *ibid.* Glos. *in auth. si qua mulier, C. ad Senatuscons. Velle.* Cardin. *in cap. super literis de rescript.* & Nauar. *cons. 14. de temp. Ord.* Item quia dicit *non possit fieri*; verbum enim *non possit* inducit inualiditatem actus. Hinc cùm dubitaretur die 12. Maij 1588. in S. Congregatione Concilij *in vers. Id verò beneficium*, an pro forma traditum esset, vt resignans teneatur facere mentionem, se ad titulum illius fuisse promotum, adeò quod per æquipollens adimplere non posset, fuit resolutum pro forma tradita esse à Concilio, stante clausula annullatiua, quæ negatiuè loquitur, Ias. *in l. si quid nominatim, de liber. & posthum.* Felin. *in cap. Cum dilectus, de rescript.* Quo stante per æquipollens non potest adimpleri, & quidem eadem militat ratio, ac in beneficio, ne scilicet cogatur promotus cum Ordinis decore mendicare. Immò & maior; quia faciliùs patrimonium alienatur, quàm beneficium, & ita tenent Nauar. *loc. cit.* & Molin. *to. 1. de iust. tr. 2. disp. 238. ad fin.* Henriq. *lib. 13. de excom. cap. 37. n. 2.* Rodriquez *tom. 2. sum. cap. 15. n. 5.* & quoad patrimonij renunciationem dixit Sanchez *lib. 6. de matrim. disp. 32. n. 7. & 8.*

Idem quoque tenendum est de resignatione beneficij, 23
ad cuius titulum fuit ordinatus etiam ex causa permutationis, non facta mentione dictæ qualitatis, videlicet, quod fuerit ad illius titulum ordinatus. Talis enim resignatio, & permutatio est ipso iure nulla, obstante dicto decreto Concilij, cuius dispositio non potest per æquipollens adimpleri, vt modò diximus, & resoluit Ruta in Aretina Plebis 4. Decembris 1600. coram Millinio, & in Mutinensi Canonicatus 19. Nouembris 1602. coram Litta, vbi permutatio non potuerit habere effectum noua culpa resignantis, quia in examine fuit reprobatus; cùm enim resignatio sit nulla, ius non abdicatur à resignante, Garz. *de benef. p. 2. c. 5. n. 228. &* Rot. *dec. 614. n. 1. p. 4. diu.* Quòd procedit, etiam si resignatio facta fuerit coram summo Pontifice, vt in decisione Millini *n. 13.* neque obstare illi Constitutionem Gregorianam de publicandis resignationibus, Gonzal. *ad reg. 8. glos. 5. §. 10. n. 35.* vbi *n. 16.* quod nec possit permutari patrimonium pro beneficio.

Constitutum verò à matre ex integra eius dote nullit- 24
ter constituitur; siue quia mulier non potest remanere indotata, quantumuis alienatio necessaria, & priuilegiata sit, vt latè Merlin. *de pignor. lib. 2. tit. 1. q. 18. à n. 12. & seqq.* siue quia concernit præiudicium aliorum filiorum, quibus in bonis maternis omni iure debetur, saltem pro legitima, quæ continet causam piam, & est fauorabilior qualibet alia causa pia, etiam Ecclesiæ, vt pluribus relatis firmat Rot. *dec. 420. n. 1. p. 1. rec.*

Præterea *in cap. Per tuas 37. de simon.* Si quis rogauit 25
Ecclesiæ Rectorem, vt eum ad Ecclesiæ suæ titulum præsentaret, vt ordinari posset, firmiter promittens nunquam in Ecclesia sua aliquam petere portionem, ad eum titulum ordinatus est, suspensus, vt non possit in sic susceptis ministrare, neque ad superiores ascendere, donec cùm eo dispensetur. *Et cap. penul. de simon.* Si quis aliquem

quem ordinauerit, vel ad ordinem præsentauerit, promissionem, vel iuramentum ab eo recipiens, quod super prouisione sua non inquietabit eum, ordinator à collatione, præsentator ab executione ordinum per triennium, & ordinatus absolutè, seu tali fiduciario titulo sub ordine sic suscepto, donec à sede Apostolica dispensationem meruit obtinere, nouerit se suspensos. Has pœnas innouatas esse à Tridentino *supracit. sess. 21. cap. 2. de ref.* tenet Henriq. *lib. 13. cap. 37. n. 2.* & Auil; *p. 2. disp. 2. dub. 5. concl. 1.*

26 Qua in re aduertendum est, quod licèt hæ decretales ponantur sub titulo de simonia, non tamen isti incurrunt pœnas simoniæ in ordine propter hoc solùm, quod promittat promouendus non petere sustentationem, aut non percipere portionem ex massa communi, aut non petere, vel non retinere patrimonium; quia nihil hîc datur propter ordinem immediatè, cùm tantùm promittat promouendus nihil petere de eo, quod ante ordines collatos non debebatur; ita Innoc. Io. Andr. Abb. & Zabarel. *in d. cap. penul. de simon.* Nauar. *cons. 67. de simon.* Quaranta *v. Ordo §. vndè resolutiuè.* Neque incurrunt pœnas simoniæ super beneficijs, si fictè quis accommodat ordinando titulum sui beneficij, Idem Quaranta *§. sed res dubia.* Si autem verè ei resignaret beneficium, sed cùm occolto pacto retrocessionis beneficij, vel fructuum, tunc multi dicunt, recipientem beneficium sub eo pacto fiduciario incurrere in pœnas simoniæ confidentialis, & resignantem, ac complices in pœnas simoniæ ordinariæ in beneficijs, vt Paris. *de confid. q. 1. n. 93.* Gonzal. *regul. 8. glos. 5. §. 10. n. 27.* Tamen magis communis sententia tenet, pactum retrocessionis fructuum, vel pensionis, & non beneficij ipsius non inducere pœnas simoniæ confidentialis, sed simoniæ ordinariæ beneficialis, scilicet si fuerit vtrimque completa, vt Sanchez *opusc. lib. 2. cap. 3. dub. 34. n. 12.* Quaranta *ibidem.*

27 Secundò aduertendum, quod prædictæ pœnæ *cap. Per tuas, & cap. penul. de simon.* secundùm magis communem non procedunt in casu, quo quis constituit patrimonium promouendo cùm pacto fiduciario de retrocedendo patrimonio, vel fructibus illius; quia illi textus tantùm loquuntur de accommodato titulo beneficij, Zabarel. *in d. cap. penul.* Less. *lib. 2. de iust. cap. 35. n. 134.* Tolet. *lib. 1. cap. 48. §. quinta,* Nauar. *cons. 17. n. 2. de temp. ord.* Quaranta *loc. alleg. §. quod intellige,* Gonzal. *ibid.* Garzias *p. 2. cap. 5. n. 168.* quod est contra Suarez *tr. de suspens. n. 35. disp. 31. sect. 1.* Sayr. *lib. 4. cap. 15. n. 23.* Azor. *p. 3. cap. 15. q. 1.* Nauar. *cap. 27. n. 158.*

28 Tertiò aduertendum, quod dictæ pœnæ contra præsentantem ad titulum beneficij, contracta fiducia, solùm procedunt de præsentante ex officio, qualis est Archidiaconus, vel concedens dimissoriales Io. And. *in d. cap. penul.* Zabarel. *ibid. in fin.*

29 Denique aduertendum est, quod pactum illud fiduciarium de non petenda sustentatione ab Episcopo ordinante est ipso iure nullum, vti contra bonos mores, estque contra ius publicum, cui renunciari non potest, vt optimè Glos. *in cap. si Episcopus, de præb. in 6. & in d. cap. penul.* vbi etiam Felin. Anan. Panorm. & alij. Ideòque neque firmatur iuramento, Sanchez *opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 34. n. vlt.* Salzed. *cap. 18. n. 11.* cùm Anania contra Panormitanum. Pactum verò de non petendo patrimonio verè constituto, aut de eo restituendo secundùm multos Doctores est validum, vt teneatur promittens in foro conscientiæ illud obseruare. Et ideò tanquam ordinatus sine vero patrimonio, sed ficto incurrit ordinatus in suspensionem innouatam à Concilio Tridentino. Posse tamen ab Ordinario tale pactum rescindi in pœnam, tenent Suarez *ibid. n. 167.* & complores apud Garziam *n. 166.* & apud Dianam *resol. 184. tr. 4. par. 2.* sed contra plores etiam tenent, pacta prædicta esse ipso iure nulla, & ita patrimonij titulum validum remanere, & idcircò ordinatum non incurrere in prædictam suspensionem. Ita Quaranta *loc. cit. §. quod intellige,* Garz. *n. 161.* Tolet. *loc. cit.* Diana *ibid.* cùm alijs multis per eos allegatis; si autem constitutio patrimonij fuit ficta, & simulata, certum est ordinatum incurrere in præfatam suspensionem, quia nullum habuit titulum, Garz. *n. 153.* Sanchez *de matr. lib. 6. disp. 32. n. 8.* Suar. *n. 35.* qui plures adducit.

30 Hinc non dicitur fictum, vel fiduciarium patrimonium ex eo, quod instrumento adsit conditio, vt bona reuerti debeant ad donatorem, casu, quo ordinatus fuerit prouisus de sufficienti beneficio Ecclesiastico; vt declarauit S. Congregatio Episcoporum in Carpensi 6. Decembris 1588. ibi: *Carpensi Archipresbytero. La clausola, che suole apporsi nelle donationi, che soglion farsi a' Chierici per titolo ad ordinarsi, cioè, che la cosa donata, debba ritornare al donante ogni volta, che il promosso conseguisca beneficio, ò altro titolo, è valida, e non vitia la donatione.* Vel consequatur alia bona sibi ad suam congruam sustentationem sufficientia, eadem S. Congregatio in Eugubina 22. Maij 1590. dummodò sit tot certorum redditnum ad vitam super certis bonis, donec sit sufficienter prouisus, eadem S. Congregatio in eadem Eugubina 1. Aprilis 1596. Idque non obstante, quod bona sita sint in aliena diœcesi, eadem S. Congregatio in Leodiensi 6. Martij 1600. Et quod Patri, vel fratribus donantibus nihil remaneat pro eorum victu; dummodò donatio sit realis, firma, legitimè facta, & tot bonorum, vt fructus ascendant ad taxam in illa diœcesi firmatam, eadem S. Congregatio in Aretina 10. Aprilis 1590. quæ tamen assignatio non cessat per prouisionem amouibilem, eadem S. Congregatio in Brixiensi 26. Ianuarij 1616. Itaquidem, vt pœnæ solùm habeant locum, quando constat, donationem fictè factam fuisse, secus si dubitetur tantùm, sed non plenè constet; quia in dubio iudicandum est in fauorem actus, & status Ecclesiastici, Bonacin. *d. tom. 3. disp. 3. q. 1. pun. 8. n. 8.*

31 Patrimonium verò hypothecis subiectum perindè est, ac si esset falsum: Nam ordinatus non poterit ex illis bonis sustentari, si creditor de ijs sibi satisfieri voluerit; quia transierunt cùm onere hypothecæ, Bonacin. *loc. cit. n. 16.* & declarauit S. Congregatio Episcoporum in Vgentina 6. Octobris 1617. Id tamen non obtinet; quando bona hypothecata, vel etiam emphyteutica, deductis oneribus, sufficiunt ad congruam sustentationem, eadem S. Congregatio in Fauentina 9. Maij 1614. & S. Congregatio Concilij sæpiùs, quæ etiam die 2. Iunij 1629. censuit, posse super censibus perpetuis, cohærentibus rei immobili, & cùm legitimis cautionibus, & dummodò proprietas census sit talis summæ, vt in casu restitutionis, & conuersionis in bona stabilia; vel loca montium non vacabilia, annui reditus decenti sustentationi promotorum sufficiant; quodque in casu huiusmodi restitutionis censuum debitores teneantur pretium deponere penès ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam, ad effectum inuestiendi in alijs censibus eiusdem qualitatis, vel in bonis stabilibus, vel in locis montium non vacabilibus, ad quod inuestimentum faciendum teneantur ipsi ordinati sub pœna suspensionis. Minùsque procedit, quando donator, vel assignator patrimonij alijs hypothecam promisit euictionem, & habet alia bona libera, ex quibus eam præstare potest; quia tunc ratio cessat, & multò magis, quando ipsa bona donata, vel assignata, deductis oneribus realibus, sufficiunt promotis ad sustentationem. Ita etiam declarauit S. Congregatio Episcoporum in Fauentina 9. Maij 1614.

32 Et quamuis aliqui velint, quod possit quis promoueri ad sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines ad titulum beneficij, cuius fructus lucrari non potest, nisi post susceptum Presbyteratus ordinem; quod cum primis sentit Barbos. *de potest. Episc. alleg. 19. n. 29.* Attamen hæc doctrina, eiusque obseruantia in iure non subsistit; quia sic promotus multis modis à suscipiendo Sacerdotio posset impediri, & ita contra intentionem sacri Concilij ad mendicandum cogeretur; ideòque hanc doctrinam repudiauit S. Congregatio Concilij in Vicensi 26. Septembris 1623. Poterit tamen propter talem spem ordinari cum patrimonio minori solito, vt censuit S. Congregatio Episcoporum in Comensi 12. Nouembris 1597. Vel etiam cum patrimonio sufficienti assignato, donec ad Presbyteratus ordinem promotus fuerit, vt censuit S. Congregatio Concilij in eadem Vicensi modò relata.

Ita

Itaetiam non est admittenda doctrina P. Dianæ *p. 5. tr. 10. res. 48.* de promoto ad titulum fideiussionis alimentorum. Nam S. Congregatio hunc titulom non admittit, licèt promissio sit in tuto posita super bonis stabilibus, sed requirit patrimonium rei certæ, de cuius fructibus possit ordinatus liberè disponere. Ita enim censuit 6. Iunij 1589.

33 Multòque minùs ad titulum annuæ præstationis sub hypotheca omnium bonorum, vt declarauit S. Congregatio Concilij 12. Ianuarij 1619. vel salarij præstandi per Communitatem, eadem S. Congregatio in Stabiensi 28. Octobris 1613. secus autem si salarium sit certum, sufficiens, & irreuocabile, ac sub vera, efficacique bonorum obligatione debeatur, eadem S. Congregatio in Laudensi 12. Decembris 1615. vel saltem vsusfructus sufficientis ad congruam sustentationem, S. Congregatio Episcoporum in Senensi 15. Februarij 1595. Etiamsi sit sofficiens coniunctim cùm beneficio, non autem diuisim, si adsit necessitas, vel vtilitas Ecclesiæ, eadem S. Congregatio Episcoporum in Compsana 30. Iunij 1593. ac in vna Melphitana 17. Septembris 1647. & S. Congregatio Concilij in Isclanensi, ac alibi sæpius; sicut etiam de eo, qui habet patrimonium, vel beneficium per se insufficiens, sed benè sufficiens iunctis distributionibus quotidianis censuit eadem S. Congregatio Episcoporum in Senensi in hunc modum. *Archiepiscopo. Congregatio Episcoporum habita sententia Congregationis Concilij decreuit, Clericum posse promoueri ad Ordines sacros etiam Presbyteratus ex redditibus beneficij per se ad sustentationem insufficientis cùm redditibus patrimonij itidem insufficientis, modò simul iunctis ipsi alimenta commodè suppeditentur, & Archiepiscopus illum duxerit ordinandum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ.* Idem censuit In Veronensi 6. Decembris 1636. At non ita si cùm beneficio, aut patrimonio insufficienti iungantur eleemosynæ, anniuersaria, salaria Confraternitatum, aliaque emolumenta, quæ ex celebratione Missarum, & exercitio sacrorum Ordinum, si ad eos promoueantur, habebunt; vel si Episcopus obliget se ex fructibus mensæ supplere, quod deerit. Vndè S. Congregatio Episcoporum in Felitrana 20. Februarij 1590. ita Episcopo rescripsit. *La Santità di Nostro Signore, e la Congregatione non hanno approuato il pensiero di V.S. in volere ordinare i Chierici a titolo della mensa di cotesta Catedrale per la carestia che hà di Sacerdoti, non potendo per la pouertà di patrimonij, e di beneficij, come già scrisse, prouedere alli bisogni della diecese altrimente; ha ben detto sua Beatitudine, che quando V. Sig. hauerà da prouedere a qualche Parochiale, ò al seruitio d'altre Chiese debba dare auuiso de' casi particolari, che non gli si mancherà dalla Santità sua d'opportuno suffragio. Fratanto s'aiuti a rimediare nel miglior modo, che può, e Dio la prosperi.* Vel si possit facilè habere reliquum ex honesto aliquo artificio, putà musicæ, grammaticæ, picturæ. Ita etiam censuit S. Congregatio Concilij.

34 Ij verò, qui ad titulum Massæ communis in Ecclesijs receptitijs promouentur, licitè promoueri possunt, si hæ conditiones concurrant; quod reditus sint fundati super rebus stabilibus, & tutis; quod numerus participantium sit certus, & pars cuique contingens tanta, quæ sufficiat ad congruam sustentationem; quod taliter ordinati intelligantur obligati illi Ecclesiæ, tanquam beneficiati eiusdem. Quod permitti possint ad celebraodom, licèt patrimonium amiserint per antiqua debita; quod ijs sufficiens, seu congrua pars negari non possit, donec vixerint, modò velint inseruire; quod illis detur ad instar distributionum quotidianarum, etiam quando sunt impediti seruire sine propria culpa, putà propter infirmitatem &c. secus si voluntariè absint, etiam studiorum causa. Ita de mandato Clementis VIII. sæpiùs rescripsit S. Congregatio Episcoporum, præsertim in Capuraquensi 20. Februarij 1601. in Guardiensi 17. Septembris 1591. in Lauellensi 25. Ian. 1593. in Bitettensi 18. Octobris 1594. in Brundusina 12. Septembris 1598. in Compsana 8. Iunij 1593. & in Melphitana 27. Septembris eiusdem anni, in Larinensi 3. Ianuarij 1594. & in Auersana 2. Iulij 1062. Extatque hac de re decretum Sixti V. die 28. Februarij 1590. huius tenoris. *Che non ostante li ai lui constitutione, e senza incorrer le pene contenute in quella, i Vescoui possano promouere i Chierici ascritti alla participatione della massa commune di qualche Chiesa, purche questi tali restino obligati al seruitio, e la participatione consista in frutti di beni stabili, e redditi certi, e sicuri, e bastanti per la congrua sustentatione. Con questo però che si prescriua vn numero proportionato all'entrate, il quale non si ecceda, e li promouendi per il tempo, che tarderanno a participare della messa, habbino assicuratione per gli alimenti con publico contratto.* Idem sæpè censoit S. Congregatio Concilij præsertim in Melphitensi Ordinationis 26. Augusti 1662.

35 Idem quoque dicendum est de promoto ad titulum Coadiutoriæ, si tantum interim inde percipiat, quod sibi ad victum honestè sufficiat; quia hic non minùs beneficiatus est, titulumque habet, ac mittitur in possessionem, quàm coadiutus; quod docet Sanchez *opusc. lib. 7. c. 1. dub. 35. n. 4.* Vicaria verò temporalis, omniaque alia beneficia manualia non sunt legitimi tituli, vt possit quis ad sacros Ordines promoueri; quia titulus necessarius ad Ordines debet esse perpetuus ex Tridentino. At Vicaria perpetua legitimus titulus est; quia comprehenditur sub dispositionibus de beneficio loquentibus, textus *in cap. Constitutus*, ibique Abb. *cap. Michael, de fil. presbyt. cap. Postulasti, de rescript. cap. Ad hæc de off. Vic. Clem. vn. eod. tit.* & notant Butr. *cons. 3. n. 2.* Roman. *cons. 356. n. 5.* Bellam. *dec. 702.* Rebuff. *tr. congr. port. n. 110. & 112.* Mandos. *reg. 34.* Camel. *q. 13. n. 3.* ac Salzed. *cap. 18. n. 8.* seruari tamen debet consuetudo, siue statutum seruitij biennalis pro quolibet Ordine Sacro, antequam ordinatus participet de fructibus, vt censuit S. Congregatio Episcoporum in Andriensi 10. Aprilis 1620. & 4. Maij 1621. Non tamen promoueri quis potest ad titulum seminarij, S. Congregatio Episcoporum in Bononiensi die 1. Septembris 1572. quæ ita declarauit: *Clerici seminarij non possunt promoueri ad aliquem Ordinem sacrum ad titulum ipsius seminarij, nisi pro seruitio beneficij vniti seminario, & tunc cùm assignatione certi annui redditus, vndè sic promoti viuere honestè possint, & prædicta assignatio cessare debebit, postquam ipse aliundè prouisus fuerit de congrua sustentatione.* Neque Doctor insignis Vniuersitatis titolo Doctoratus, de quo sospicio non possit esse, quod mendicare cogatur, vt declarauit S. Congregatio Episcoporum in Vulturariensi 6. Octobris 1597. in Ostunensi 3. Iulij 1601. Hinc S. Congregatio Concilij sub die 13. Septembris 1637. noluit concedere licentiam alienandi suum patrimonium D. Augustino Barbosæ, noto ex voluminibus editis viro vt æs alienum, quod contraxerat, soluere posset; estque contra Cordub. *in sum. q. 36.* Henriq. *lib. 13. de excom. cap. 37. n. 2. & lib. 10. de ordin. cap. 17. in fin.* & Rodriq. *tom. 2. cap. 15. num. 15.* & Gonzal. *ad reg. 8. glos. 4. n. 36.* Nam Concilium Tridentinum expresè petit pacificam beneficij possessionem, & patrimonium verè ab eis obtineri; graduatus autem solam spem habet, quæ multis modis impediri potest. Item quia certius habet beneficium, qui illius habet canonicam institutionem, & tamen nequit ordinari, donec pacificè possideat, vt dicit Sanchez *lib. 7. opusc. c. 1. dub. 35. num. 10.* ex Nauarro, Salzedo, & Lassarte, & est expressa decisio Tridentini *d. cap. 2.* Quinimmò & Nauar. *in cap. accepta, de restit. spol. oppos. 5. n. 22.* ait, renunciantem metu beneficium non posse ad eius titulum initiari, quia valet renunciatio, cùm tamen habeat manifestum ius, vt sibi plenè restituatur; & expresè hanc sententiam tenet Petrus de Ledesma *tom. 1. sum. tr. de sacr. Ordin. c. 7.* & Sanch. *loc. cit.*

36 Similia habentur in resolutione trium dubiorum per S. Congregationem Episcoporum, & Regularium facta pro Episcopo Aretino sub Sixto V. quæ sunt huiusmodi; *e stato sporto in Congregatione vn memoriale di V. S. con consulta di quattro dubij, delli quali essendosi fatta relatione a sua Beatitudine col parere di questi miei Illustrissimi Signori per risolutione le dico in questa quel tanto, che si è degnata la Santità sua rispondere.*

37 *Sopra il primo: se il Vescouo ordinante i Chierici d'altra diocesi, hauendo fede de' requisiti per lettere patenti de'*

loro Vescoui, sia obligato far'altra diligenza, che d'esaminargli, quanto all'idoneità; si dice esser mente di sua Beatitudine, che gli Ordinarij habbiano da fare con i sudditi, che gli dimanderanno le dimissorie la debita diligenza sopra tutti i requisiti, che conforme al Concilio, e sagri Canoni debbono concorrere negl'Ordinandi, & constandogli di essi, nell'istesse lettere dimissoriali, che concederanno, habbiano da farne fede sopra le conscienze loro, e in questo caso con simili dimissorie il Vescouo Ordinante non habbia da fare altra diligenza ne' sudetti requisiti, eccetto che nell'esame sopra la sufficiente letteratura.

38 *Sopra il secondo: se sia valida la consuetudine d'alcuni luoghi dou'è solito per carestia di Sacerdoti promouersi ad Ordini sagri quei, che sopra li beni d'altri hanno assicuratione del vitto, e cose necessarie, con cautione certa, senz' hauer'altro titolo, ò patrimonio, e se ne' luoghi poueri si potrà dire patrimonio sufficiente quello, che renderà venticinque scudi d'entrata ogn'anno? Si dice quanto al primo capo, che la Santità sua non approua questa tal consuetudine, volendo, che il patrimonio, a titolo del quale l'ordinando deue promouersi, sia cosa certa de' frutti, della quale possa disporre liberamente, e però prohibisce l'osseruanza di essa in tutto, e per tutto; quanto al secondo capo, si lascia all'arbitrio dell'Ordinario il giudicare la sufficienza del patrimonio per la diuersità de' luoghi, potendo in vno esser bastante quel, che in altro non sarà; purche si auuertisca, che i beni siano proprij dell'ordinando, sicuri dalle simulationi de' contratti, & altre che in simil caso da amici, e parenti si soglion fare.*

39 *Sopra il terzo: se l'anno dee interporsi dalla promotione dell'vno all'altro Ordine sagro debba esser di dodici mesi compiti, ò pure basta, che siano passati i quattro interstitij, i quali alle volte per la varietà delle feste mobili occorrono, prima che finisca il duodecimo mese? Ha detto sua Beatitudine, che si deue attendere il corso de' quattro interstitij, e non del tempo di dodici mesi compiti.*

40 Mitto alia passim obuia in hanc materiam; nunc ad quæstionem ex constitutione Pij V. 75. Romanus Pontifex supradictæ pœnæ latæ à iure communi, & à Concilio Tridentino innouatæ contra Clericos sæculares, in sacris ordinatos sine titulo, seu ficto titulo beneficij, seu patrimonij, seu pensionis extensæ sunt contra Clericos Religiosos non professos, & alios Clericos sæculares more Religiosorum in aliqua Congregatione viuentes, in qua non fiat professio propriè dicta ita, vt vel promoueri debeant ad titulum Religiosæ paupertatis, idest, professionis validæ, & propriè dictæ, vel ad titulum beneficij, vel patrimonij, vel pensionis; & insuper statuit, vt Episcopi, qui prædictos Religiosos, seu Religiosorum more viuentes absque aliquo ex prædictis titulis ordinauerint, sententiam suspensionis per annum à collatione talium ordinum ipso facto incurrant. Ipsi verò promoti contra hanc constitutionem careant eorundem Ordinum exequutione, vt ministrare non possint, idest, vt suspensionis sententiam ipso facto incurrant; quod si hanc suspensionem ministrando violauerint, priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, & alijs gratijs concessis priuari eos decernit, & vt irregularitatem incurrant, & alias pœnas in dicto decreto Concilij Tridentini contentas; à quibus censuris, & pœnis à solo Romano Pontifice absolui possint.

41 Atque ex his assero, quod hæc Constitutio procedit, non solùm de prædictis personis, si non emiserint propriè dictam professionem, sed etiam si eam emiserint, sed irritam.

42 Ita Garzias *de benef. p. 2. c. 5. n. 12.* Item procedit contra ordinatos cùm dubio de validitate professionis, si verè reperiatur nulla, vel irrita, Garz. *ibi* cùm Rota Romana; vndè si professio erat nulla, & inualida, duo reperiuntur in ista promotione excessus; vnus est, quod promotus fuit absque literis dimissorijs sui Ordinarij, videlicet Episcopi loci originis, vel domicilij, vel beneficij, qui solummodò possunt concedere literas dimissorias suis subditis *ad cap. Nullus* 3. vbi Glos. *v. Oriundus de temp. Ordin. in 6.* Superiores autem Religionum in professos tantùm habent huiusmodi iurisdictionem ordinariam, *cap. super 9. cap. significatum 11. de Regular. cap. Ad aures 5. de temp. Ordin.* quare die 28. Februarij 1594. Cardinalis Matthæius, vti Ponens in S. Congregatione Concilij retulit hoc decretum: scilicet *de mandato fel. record. Sixti V. fuerunt auditi Procuratores Ordinum super declaratione facta à fel. rec. Gregorio XIII. super eo, quod Regulares teneantur recipere Ordines sacros, vel dimissorias ab Episcopis, in quorum diœcesibus sunt monasteria, in quibus ipsi tunc degunt, & idem Sixtus dixit, Regulares posse concedere dimissorias ad Episcopum diœcesanum, qui si abfuerit, ad quemcunque dummodò ab eo Episcopo, qui Ordines contulerit, examinentur quoad doctrinam.* Ergo non professis non possunt concedere dimissorias ad Ordines; atque adeò si promotus non est verè professus, debet promoueri cùm literis dimissorijs sui Episcopi, & non Prælati Religionis, & aliter promotus malè est promotus ex Concilio Tridentino *sess. 23. cap. 8. de ref.* Alter excessus est, quod fuit promotus ad titulum fictum suæ Religionis, cuius non est professus. Titulus enim Religionis non suffragatur non professo, & ideò volens canonicè promoueri ad sacros Ordines, debet exhibere sufficiens patrimonium, vel beneficium eodem modo, quo Clerici sæculares tenentur exhibere, vt declarauit, & decreuit Pius V. ex Constitutione.

43 Ideòque qui sciens suam professionem esse inualidam se promoueri facit, ordinatur sine titulo, ac proindè non solùm peccat mortaliter, quia facit contra ius commune, cùm ad sacros Ordines ascendat absque vllo titulo patrimonij, vel beneficij, aut professionis validæ, ac propriè dictæ, sed etiam manet suspensus, Sayr. *lib. 4. de censur. cap. 13. n. 14.* & alij. Quia, cùm non sit verè Religiosus, prohibitum ei est promoueri ad Ordines sacros absque titulo, vt in dicta Constitutione Pij extensiua decreti Tridentini, ne cogatur cùm Ordinis dedecore mendicare, vel ne sordidum aliquem quæstum exercere cogatur. Sicut etiam peccat suscipiendo Ordines sine literis dimissorijs sui Ordinarij, cùm is, qui non est Religiosus, vt non est qui emisit professionem inualidam, sine literis sui Ordinarij promoueri non possit, vt constat ex Tridentino *sess. 7. cap. 10. de reform.* & extrauag. Pij II. quæ incipit, *Cum ex sacrorum*, ac docent Add. ad Diaz *cap. 26.* & Henriq. *lib. 10. de sacram. Ordin. cap. 22.* Ac proindè incurrit pœnas dictæ Constitutionis; in iure enim idem est, actum non esse, ac esse nullum, vt communiter Doctores.

44 Hoc tamen primò non procedit contra emittentes tria vota substantialia Religionis simplicia in Societate Iesu, quia illi sunt verè Religiosi ex Constitutione Gregorij XIII. cùm declaratione S. Congregationis apud Garz. *loc. cit. n. 13.* & Sanchez *opusc. lib. 7. cap. 1. dub. 35. n. 9.* vbi tradit in vim motus proprij d. Pij V. Patres Societatis Iesu, qui non habebant patrimonium, cuius titulo initiarentur, emittebant trium votorum solemnem professionem ante sumptionem ordinum. Postea tamen Gregorius XIII. vltimo Februarij 1573. concessit, vt Religiosi Societatis Iesu post vota triennij emissa possent absque patrimonio, & beneficio ad ordines promoueri.

45 Quare ijs non videtur obstare S. Concilij Trid. decretum *d. sess. 21. c. 2. de ref.* quo cauetur, ne qui Sacerdotes sine sufficienti prouisione hinc inde contra honorem Ordinis quandoque diuagari cogantur, quia multos ex illis Societas ante professionem ad Sacerdotium promoueri facit; quo fit, vt contra Concilij intentionem multi vagentur Sacerdotes ab ea expulsi, vel dimissi. Primùm, quia, vt ait Iacob. Cretserus *lib. 1. de mod. agend. Iesuit.* qui tria vota Societatis Deo in societate nuncupant ij verè sunt Religiosi, & in Religione degunt; poterunt ergo titulo Religionis etiam ante professionem maioribus Ordinibus initiari, quia æquè benè, & commodè illis prospectum est, atque ijs, qui beneficium Ecclesiasticum, quod ad victum honestum sufficiat, pacificè possident, aut aliundè habent, vndè commodè possint viuere, quod Tridentinum Concilium à Clericis sæcularibus requirit. Cæterùm etiam Professi, si criminis admissi grauitas id postulet, eijci possunt non modò ex Societate, sed & ex alijs Ordinibus. Et tamen non obstante, quod ex statu, in quo degunt, excidere possunt, initiantur titulo Religionis, seu paupertatis. Secundò,

vt Re-

vt Religiosus ab Ordine exterminari, ita Clericos propter scelera beneficio priuari potest, & eijci, vt ear quò pedes rapiunt, & autæ; potest etiam varijs casibus, seu iure, seu industria spoliari patrimonio, vel alijs quibuscumque bonis, & obligationibus, quibus tanquam titulo, vt vocant mensæ, ad sacros Ordines ascendit. Ergo ex Concilij Tridentini sententia satis est, vt dum quis initiatur, habeat, vnde debita decentia, & honestate vitam sustentare queat, deque eo imposterum quoque sit certus, & securus, quantum futuris in rebus licet, quæ omnia apud Patres Iesuitas itidem locum habent; certissimus enim quilibet est, postquam Deo vouit in societate Iesu perpetuam paupertatem, castitatem, & obedientiam se, & vitæ præsidia habiturum, nisi suo merito ijs indignum sese reddat, vt periculum non sit, ne quid Sacerdotio minùs consentaneum admittere, aut exercere cogatur. Accedit, quod Concilium Tridentinum eo loco tantùm de sæcularibus Clericis, non de Religiosis loquitur; & quamuis Pius V. Pontifex Maximus decretum illud postea extendit ad Religiosos non professos ex plenitudine potestatis Apostolicæ, cuius ius, fasque aut restringere, aut extendere Conciliorum decreta, attamen Gregorius XIII. idem decretum optimis rationibus adductus iterum contraxit, & vt ante Pium V. ita, & in postetum concessit, vt Clerici Regulares Societatis Iesu licèt non professi sacris Ordinibus initiari queant. Accedit tandem, quod Concilium hoc ipso Societatem excepisse videtur, quod concessit, vt suos Patres finito probationis tempore professionem differrent; hoc ipso enim quod hanc consuetudinem approbauit, videtur etiam approbasse illam alteram de Sacerdotio sine solemni votorum professione suscipiendo; non enim ignorabat Concilium, Societati hunc morem esse, vt suos ad sacros Ordines mitteret, quamuis simplicium duntaxat votorum obligatione adstrictos. Immò Concilium licèt potissimùm institutum Societatis commendarit, & amplissimis verbis laudauerit occasione professionis differri, & proferri solitæ, tamen non obscurè significat, sibi propositum non fuisse, vt quidquam in illo instituto innouet, aut etiam prohibeat, quo minùs Deo, & Ecclesiæ inseruiant eo more, & modo generatim, quem sedes Apostolica iam antea confirmauit, & grauissimo suo suffragio ratum habuerit.

44 Eadem ferè habet Cardinalis Pallauicinus *in Vindicat. Societ. cap.34.* vbi *sub principio* asserit, Gregorium quoque XIV. rescissa eiusdem Pij V. iussione pristinam Societati facultatem reddidisse, Clementem VIII. auditis sententijs amplissimorum Cardinalium tùm Tridentini Concilij Interpretum, tùm sacrosanctæ Inquisitionis præfectorum, nihil ea in re mutandum existimasse, & Paulum V. rem interios scrutantem, auditisque per Cardinalem Belarminum rationibus, quibus nixi Patres in septima sua Congregatione coacti hanc Societatis legem, & consuetudinem tutabantur, integram omninò seruasse. Additque: Tùm verò ex illis paucissimis, qui post acceptum Sacerdotalem characterem à sodalitate discedunt, si qui bona sua Societati donauerit, nunquam alimoniæ indigus amandatur; quod si eadem bona transtulerunt in consanguineos, hi ad eosdem enutriendos, si minùs ducantur amore, lege coguntur; quod sanè religiosè obseruari mandauit Eminentissimus Cardinalis Vicarius; si verò vndecumque inopes repererit eos, vel suspensos declarat vel suspendit: atque ita constare ex praxi testatur Secretarius Tribunalis ipsius Eminentissimi Cardinalis. Certè tem hanc prouisione Apostolica indigere nemo est, qui negauerit, ne à quacumque Religione expulsi, vel etiam è Societate discedentes, qui diuino ministerio adscripti sunt, cùm Ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quæstum exercere cogantur: quibus incommodis vt Concilium Tridentinum, & Pius V. obuiam irent, legem hanc tulerunt. Tametsi ne timendum quidem esse ex hoc capite quoad dimissos è Societate sapienter ex more aduertit idem Cardinalis Pallauicinus loco allegato; quandoquidem illi amplissimum habent patrimonium, hoc est doctrinam cùm pietate coniunctam, quæ vbique terrarum quærit illis aut opportuna sacerdotia, aut commodas magnatum clientelas, aut lucrosam docendorum iuuenum curam, aut alia eiusmodi munera victum amplè suppeditantia; quod planè experimento comprobatur, Episcoporum ferè omnium testimonio, atque suffragio, quibus & ego adstipulor.

45 Secundò, non procedit contra eum, qui putabat bona fide suam professionem validam esse, aut sciens esse nullam propter instam causam, superioribus volentibus eum promoueri, non est ausus detegere nullitatem ratione scandali, aut damni grauis imminentis, nec poterat effugere sine scandalo, Sanchez *de Matrim. lib. 7. disp. 37. n. 43.* cùm Nauarro; quam ob rem excusabitur à peccato, & à censuris, si non possit sine magna iactura suæ famæ, & honoris vitare Ordinum susceptionem; nam si tempore, quo alij Religiosi solent ad Ordines ascendere, ipse cùm illis non ascenderet, facilè alij iudicabunt, ideò eum non suscipere Ordines, quia aliquo graui facinore tenetur obstrictus. Quare ad vitandam grauem infamiam poterit absque culpa Ordines suscipere, nec vllam contrahet censuram, cum à Religione commodè discedere non possit. Quod probatur; nam excommunicatus non potest exercere resolemniter actum ordinis, quem habet, alioqui peccaret grauissimè, & contraheret irregularitatem, vt patet *ex cap. si quis Episcopus damnatus, & cap. si quis Episcopus in Concilium 11. q. 3.* sicut nec suspensus, vt constat *ex cap. 1. de sent. & re iud. & cap. 1. de sent. excom. in 6.* sicut etiam nec interdictus, vt liquet *ex cap. Is cui de sent. excom. in 6.* & asserunt Pallud. *in 4. d. 18. q. 4.* & ibi Gabr. *q. 2. ar. 3.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 10. punct. 3. §. 5.* Henriq. *lib. 14. cap. 7.* Couar. *in cap. Alma mater p. 1. §. 2. num. 11.* Sot. *in 4. d. 22. q. 1. ar. 4. concl. 2.* D. Anton. *3. p. tit. 29. de irreg. cap. 1. §. 1.* Tolet. *lib. 1. cap. 72. num. 3.* Anglés. *excom. vlt. §. 9. & Irregularitas 1. §. 40.* Nauar. *in sum. cap. 27. num. 163. & 244.* Sebart. Medic. *p. 2. tit. 9. q. 35. §. 4.* Syluest. *v. Irregularitas q. 13.* Tabiena *eod. v. 4. in princ.* Zerol. *in prax. p. 2. etiam 2. Irregularitas dub. 2.* Ledesm. *2. 4. q. 46. ar. 2. de irregul.* Maiol. *lib. 3. cap. 31.* Viuald. *intr. de excom. n. 33.* & alij communiter, tamen si fuerit excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus occultus, nec possit abstinere ab exercitio Ordinum sine periculo propriæ famæ, non peccat, nec vllam censuram, seu irregularitatem contrahit, si non abstineat, vt notant Henriq. *lib. 8. de Eucharist. cap. 47. n. 4. & lib. 13. cap. 21. n. 3. & lib. 14. cap. 3. n. 6.* Nauar. *in sum. d. cap. 27. n. 239.* Auil. *de censur. p. 7. disp. 2. dub. 2. concl. 5. & disp. 9. sect. 2. dub. 1.* non longè à fine; ergo nec talis professus peccabit, nec vllam contrahet censuram, si Ordines suscipiat, cùm absque notabili famæ suæ detrimento eorum susceptionem vitare non possit. Secundo, quamuis lege humana præcipiatur, ne quis sacris Ordinibus initietur absque sufficienti patrimonio, & absque literis dimissorijs sui legitimi Prælati, attamen huiusmodi lex est humana, quæ non obligat cùm graui periculo amissionis propriæ famæ; lex enim naturalis, & diuina de cauendo scandalo, & de consulendo propriæ famæ præferenda est legi merè humanè. Ergo si talis professus ad vitandam grauem infamiam suscipiat Ordines sacros sine legitimo titulo, & sine literis dimissorijs sui legitimi Prælati, non peccat, nec vllam incurrit pœnam; atque in hunc sensum accipio declarationem S. Congregationis Concilij in Panormitana Ordinationis die 7. Octobris 1662. ibi: *Sacra &c. censuit Regulares, qui nullitatis suæ professionis conscij se ad sacros Ordines promoueri fecerunt, non incidunt in pœnas Constitutionis 75. fa. me. Pij V. incipientis: Romanus Pontifex.*

46 Nec obstat, quod potest huiusmodi professus vitare hæc omnia incommoda ratificando priorem professionem, ac proindè tenetur in conscientia eam ratificare, vt sentit Angles, quando hic non potest commodè fuggere, *p. 2.* vbi agit de voto, *q. 1. ar. 1. diff. 4.* & Rodriq. *in sum. tom. 2. cap. 92. concl. 5. n. 5.* & teneri hunc ratificare professionem, videtur etiam sentire Nauar. *comment. 4. de regul. n. 74. §. Aduertendum quartò.* Nam nego con-

consequentiam, Hic enim non est obligandus ad suscipiendum statum religiosum, cùm hic status, si non spontè suscipiatur, sit grauissimum onus; & propterea videmus ob nullam culpam quamuis grauem aliquem astringi ad suscipiendum hunc statum, aut ad perpetuam castitatem seruandam, & ad viuendum sub obedientia; qua de re latè egimus *tom. 1.*

CONSVLTATIO LXXVIII.

An matrimonium celebratum coram alieno Parocho de licentia proprij Ordinarij dolo extorta cùm errore nominis, & personæ vnius ex contrahentibus, sit validum?

1 Respondeo huiusmodi matrimonium esse nullum, atque irritum; nam aduersatur S. Concilij Tridentini dispositioni *sess. 24. de reform. matr. cap. 1.* dum scilicet præscribit pro forma, quod matrimonium contrahatur coram proprio Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia; cumque inibi decretum irritans contineatur, eiusdem forma præcisè debet obseruari, actusque in contrarium factus ipso iure est nullus, vt constat ex eo loco, quem pluribus exornant Piasec. *in prax. p. 2. cap. 4. de matrim. n. 8.* vbi refert S. Congregationis Concilij decretum, Lud. Bell. *cons. 224. n. 20.* Louuet. *in suis* Arestis *lit. M. n. 16.* ibique Add. *col. 2.* vbi id etiam in Gallijs obseruari testatur, firmauitque Rota *dec. 643. n. 1. & dec. 656. in princ. p. 1. diu.* Et coram Gregorio XV. *dec. 395. n. 5.* & in Mutinensi matrimonij 27. Februarij 1637. coram Decano, passimque alibi, & declarauit sæpiùs eadem S. Congregatio, præsertim in Bosnensi die 14. Aprilis 1611. *Sacra &c. Omissis alijs, &c. Cæterùm quantum pertinet ad eos, qui absque forma Concilij matrimonia contraxerunt, respondit, si in ea regione decretum Concilij cap. 1. sess. 24. de ref. matr. obseruari consueuerit, nulla esse matrimonia, in quibus contrahendis proprius Parochus non fuerit adhibitus.* Quæ doctrina Catholica est ita quidem, vt sola declaratoria opus sit, vt censuit eadem S. Congregatio relata per Add. ad Buratt. *dec. 713. n. 13.* quia præsentia proprij Parochi datur à Tridentino pro forma substantiali contractus; absque enim forma substantiali non potest res subsistere, ac proindè neque contractus matrimonij.

2 Quod autem eiusmodi matrimonium non fuerit celebratum coram alio Sacerdote de licentia Ordinarij certum omninò est; nam licentia semper intelligitur iuxta verba in ea posita, vt de priuilegio docent cùm pluribus Ias. *in l. Gallus in 1. lectura, §. Idem credendum, n. 10. ff. de liber. & posthum.* Loaz. *de matr. Reg. Angl. dub. 5. n. 28.* Gutier. *lib. 3. pract. q. 18. n. 12.* Matienz. *lib. 5. recop. tit. 2. l. 1. glos. 2. n. 3.* Manuel *in addit. ad Bull. §. 9. n. 109.* & probatur *ex l. si Præses, ff. de pœn. & ex §. Præterea instit. de inutil. stipul.* At in ea fuerunt posita propria nomina, & personæ contrahentium: non ergo porrigitur ad alios defectu intentionis Ordinarij, qui licentiam restrinxit ad illas determinatas personas. Etenim absque intentione, siue consensu concedentis non est valida licentia; sublatis autem personis, quas ille adesse credit, aufertur omninò consensus, ac proindè licentia est inualida; nam mutata, vel ablata ratione aliqua in obiecto actus indiuisibilis, necesse est totam entitatem actus variari; neque enim idem actus voluntatis remanere potest, si aliquid obiecti, in quod fertur voluntas varietur, sed actum variari necesse est. Illa autem circumstantia personarum contrahentium expresse tunc cognita, & cogitata in obiecto, & in quam simul fertur voluntas, eodem actu pertinet ad rationem obiecti. Ergo ea variata, aut deficiente, destruitur tota ratio illius consensus, atque adeò nihil remanet, vnde sit valida licentia.

3 Confirmatur; quia in hoc casu talis licentia virtute est conditionalis ex concedentis intentione, si nimirùm eæ subsistant personæ contrahentes; quandoquidem vt supponimus, animus concedentis expresse nititur illi circumstantiæ, & ex illa ducitur ad concedendum licentiam; si autem quis sub ea conditione expresse licentiam concederet, nemini dubium esse poterit, tali conditione non subsistente inualidam illam esse. Idem ergo in hoc casu dicendum est; siquidem consensus ille concedentis licentiam alieno Parocho est virtute conditionalis; idque siue dolus, quem Iurisperiti *in l. & eleganter ff. de dolo*, appellant dantem causam contractui, adhibeatur à contrahente, siue ab aliquo tertio ex eadem ratione, quia scilicet excludit substantialem consensum, Rota coram Pegna *dec. 107. n. 5.* Nam concedens licentiam consentit in illas personas contrahentes, pro quibus petita est, quasque putat subesse illis circumstantijs, in quibus fuit concessa; error enim concedentis tollit eius consensum, & facit, quod nulla sit errantis voluntas, *l. error, C. de iur. & fact. ignor.* & notant Crauet. *cons. 257. n. 2.* Dec. *cons. 54. n. 73. lib. 2.* Surd. *dec. 214. n. 20. & dec. 130. n. 1.* Cæs. de Graff. *dec. 1. n. 2. de transact.* Merlin. *dec. 573. n. 3.* Rota in Romana bonorum 9. Iunij 1617. coram Andrea, excluditque scientiam, & patientiam errantis, *l. nihil consensui, §. non videtur, ff. de reg. iur.* vbi Dec. aduertit, quod hæc regula nullam admittit limitationem, & *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud. & l. 2. ff. de iudic.* cuius quidem voluntatis actus ita dependet necessariò à cognitione, vt ne de potentia quidem absoluta possit haberi absque illa, vt communiter cùm Aristotele 3. *de an. text.* 46. docent D. Aug. 10. *de Trin. c. 1.* & D. Thom. 1. 2. *q. 1. ar. 1.* quia voluntas non potest operari modo sibi proprio, nisi moueatur ab obiecto, atque adeò nisi mediante cognitione, cùm non possit moueri ab obiecto, nisi proponatur per cognitionem. Vndè non fertur quocumque modo in obiectum, sed vt stat in apprehensione, & ideò potest amare malum, quando in apprehensione habet rationem boni, atque idcircò non potest moueri ab obiecto, nisi virtute cognitionis.

4 Quare, licèt interuenerit licentia, illa tamen fuit subreptitia, atque adeò nulla; quod autem interuenerit subreptio, satis constat, quia Ordinarius se declarauit, quod si cognouisset alterum ex contrahentibus, licentiam ei non concessisset; quod, & illius facto conuincitur; nam celauit suum nomen, atque personam, & falsum expressit. Hoc autem sufficit, vt licentia sit subreptitia, & nulla, *cap. super literis, de rescript.* ibi. *Nullas prorsus literas dedissemus*, vbi Glos. Felin. Abb. Butr. & cæteri, & idem Butr. *in cap. Dilectus n. 11. in fin. eod. tit.* Benedict. Caprara *in commun. Concl. 47. n. 10.* Seraph. *dec. 653. n. 5.* Costa *de fact. scient. & ignor. dist. 5. n. 3. cent. 1.*

5 Idque habet locum, etiam si Ordinarius cognita veritate fuisset licentiam concessurus, sed non ita de facili; nam hoc quoque sufficit ad inducendam subreptionem, *cap. Pastoralis, de rescript.* vbi Doctores, traditque Alex. *cons. 161. n. 4. lib. 7.* Costa *loco alleg.* Caputaq. *dec. 274. n. 3. lib. 1.* Atqui Concilium Tridentinum, dum requirit pro forma matrimonij præsentiam alterius Sacerdotis de licentia proprij Parochi, vel Ordinarij, requirit veram, & realem licentiam, & quæ subsistat, quia quæ non est legitima, reputatur tanquam si non extaret, *l. quoties, ff. qui satisd. cog. & l. si autem nullum, C. de legit. hered. & cap. Veniens, de presbyt. non baptiz. & cap. fin. de restit. spol.* Vnde habetur, tanquam si assisteret sine licentia.

6 Non obstat, quod error nominis non vitiat contractum ex *l. In venditionibus 9. ff. de contrah. empt.* ibi: *Planè si in nomine dissentiamus, nulla dubitatio est, quin valeat emptio, & venditio; nil enim facit error nominis.* Idem expressiùs habetur *ex Instit. de leg. §. si quis in nomine* ibi: *Siquidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit, nihilominùs valet legatum; nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt.* Nam respondeo, id esse verum, dummodò de corpore, vel de persona constet, vt allegatæ leges loquuntur, si integrè, & non mutilatè illas adducere velimus. Ita enim in prima legitur: *Planè si in nomine dissentiamus, verum de corpore constet, nulla dubitatio est, quin*

valeat

valeat emptio, & venditio; nil enim facit error nominis, cùm de corpore constat. Ita, & in alia: si quidem in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit, si de persona constat, nihilominus valet legatum. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, quę si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest, quod docent Butr. in cap. Tua n. 14. de sponsal. Maior in 4. d.30. q.1. notab. vlt. ante 1. conclus. Ledesma p.4.q.53. ar.1. dub.4. Gaet. in repet. cap. Ad limina 30. q. 1. §.4. n.324. Lancellot. Instit. iur. can. lib.2. tit. de nupt. ad fin. Probaturque ex cap. significante de rescript. vbi Innoc. n.vn. Abb. n. 4. Imol. n. etiam 4. Felin. sub princ. Bellam. n.8. Henric. Boich. n.1. Butr. n. 9. traditque Hostiens. in cap. super literis n.12. eod. tit. Felio. n.1. cùm Speculatore, Bartolo, alijsque quampluribus, Milis in repert. lit. R. n.7. v. Rescriptum, v. Rescriptum se continet, Petr. de Ledesm. in sum. sacram. vbi de matr. cap. 27. post 7. conclus. dub.2. Perez in addit. ad Seguram l. imperator, n. 41. ff. ad Trebel. quos refert, ac sequitur Sanchez de matr. lib.7. disp.18. & lib.8. disp.21. vtrobique n.37. Eiusque in hac re, atque in pluribus alijs transcriptor, & compilator Martin. Perez eod. tract. disp.46. sect.8. n.16. & seq. & firmauit Rota dec.16. de rescript. in nou. quod præcipuè locum habet in matrimonio, quod est contractus cum persona omninò determinata, pro qua licentia conceditur, & ad quam concedens dirigit dumtaxat suam intentionem. Error enim personæ in matrimonio est substantialis; quicquid sit in alijs sacramentis, vt rectè idem Sanchez cit. lib.8. disp.21. n.38. Perez eo loco, & Pontius de matr. lib.4. cap.20. n.4.

7 Minùs obstat, quod sufficit præsentia huiusmodi Parochi respectu alterius contrahentis in licentia verè expressi, atque intenti, quia cùm licentia sit indiuisibilis, sitque concessa, vt contrahat cùm persona determinata in illa expressa, non potest extendi ad aliam non expressam, nec cogitatam, aut intentam à concedente ex ijs, quæ superius dicebamus.

8 Nec tandem obstat declaratio S. Congregationis Concilij in Parisiensi nullitatis matrimonij, in qua sub die 18. Septembris 1660. Ægidius falsò exposuit Ordinario loci, se cognouisse Margaritam, eandemque ex huiusmodi copula concepisse, ac proinde petijt, & obtinuit ab eodem Ordinario, vt omissis vna excepta denunciationibus posset cùm illa matrimonium legitimè contrahere, & licèt nomen, & cognomen, & conditio dicti Ægidij nota esset Margaritæ, nihilominus ipse hæc omnia occultauit, adeò vt ipse mutato nomine, & cognomine cùm dicta Margarita matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerit, illudque carnali copula confirmauerit, filiumque ex ea susceperit. Petit modò Ægidius declarari, An prænarratum matrimonium vt supra contractum fuerit validum? S. Congregatio censuit esse validum. Hæc, inquam, declaratio non obstat; quia id matrimonium fuit celebratum coram Parocho proprio contrahentium, cuius consensus minimè prærequiritur; at in casu nostro matrimonium est celebratum coram Parocho alieno, qui non poterat interesse absque legitima licentia vel Ordinarij, vel proprij contrahentium Parochi. Præterea in eo casu error tantùm fuit nominis respectu Parochi, in hoc autem casu error personæ, qui licèt in proprio Parocho non irritet matrimonium, irritat tamen in Parocho, vel Presbytero delegato, qui extra licentiam sibi concessam nullam habet facultatem in alienos Parochianos.

9 Atque ita censuit S. Congregatio Concilij in vna Bononiensi matrimonij tertiò proposita sub die 9. Februarij 1669. in qua hoc votum dedi.



CONSVLTATIO LXXIX.

An matrimonium contractum coram Parocho, seu Ordinario loci originis vnius ex contrahentibus, ad quem contrahentes se transtulerunt non animo ibidem domicilium contrahendi, sed recuperandæ sanitatis gratia, vel ex alia simili causa temporali, sit validum? Et an coram Parocho ruris, ad quod quis se transfert recreationis causa, vel vt ruralia exerceat, possit validè matrimonium celebrari? Vbi etiam aliqua de Parocho quoad matrimonia schismaticorum, & hæreticorum ardua, & scitu digna.

QVod Parochus loci, in quo reperiuntur coniuges recreationis causa, non sit proprius Parochus ad effectum interessendi matrimonio per textum in cap. Is, qui, vbi Glos. de sepult. in 6. tradunt communiter Doctores, nominatim Paschal. de iurib. patr. potest. p. 2. cap. 5. n. 51. Sanchez de matr. lib.3. disp.23. n. 1. & seqq. Ricc. in prax. resol.213. n.2. Piasec. etiam in prax. cap. 4. n.13. Menoch. cons.398. diffusè, ac doctè per tot. & ibi: Rota n.49. & dec.643. n.2. & dec.656. in fin. p. 1. diu. alijque adducti per Rotam in Mutinen. matrimonij 27. Februarij 1637. coram Decano. Quia requiritur domicilium; ad contrahendum autem domicilium non solùm exigitur factum, seu accessio ad locum, sed etiam animus permanendi, l. 3. & 4. C. de Incol. lib. 10. l. Domicilium, ff. ad municipal. Verall. dec.80. lib.2. Rot. apud Gregor. dec.279. n.11. cum seqq. passimque alibi: alioquin si sub alio prætextu, quàm permanendi in loco quis reperiatur, non dicitur contrahere domicilium, sed hospitium, & temporaneam habitationem à domicilio longè differentem, l.1. §.7. ff. de his qui effud. Galganet. de differ. lit. N. n.6. Spin. de testam. glos. 15. n. 42. Ricc. in prax. d. resol. 213. in fin. p. 1. Valenz. cons. 37. n. 36. lit. P. Sperell. dec. 87. n. 3. Vbert. de citat. p. 1. cap. 7. n. 261. alijque non pauci. Neque Parochus loci originis, quamuis Iudex originis dicatur etiam Iudex domicilij, & domicilium ibi quis retinere præsumatur, vbi est oriundus. Nam id quidem procederet, quando versaretur in dubio, non autem quando clarè patet, quod coniuges originis domicilium mutauerint; quo casu proprius Parochus nullatenus est Parochus originis, sed Parochus domicilij acquisiti, vt ex textu in cap. de his de sepult. desumunt Io. Andr. in d. cap. Is, qui in princ. Abb. in cap. extirpanda, §. qui verò, n. 11. de præb. Archid. in cap. Vbicumque n. 13. q. 2. Valenz. d. cons.37. n.15.21. & 25. tom. 1. Sanchez de matr. lib.3. q. 23. n.7. Filiuc. tom.1. tr.10. q.1. cap.6. n.208. Bellarm. in declar. S. Concilij Trid. sess.24. cap. 1. lit. L. Piasec. loc. cit. p.2. cap. 4. n.13. Pontius de matr. lib.5. cap. 13. §. 1. Perez eod. tr. disp. 40. sect. 2. n.1. 1

Ratio vera est; quia sicuti ius Parochiale in alijs ministerijs non tribuitur Parocho Originis, sed domicilij, Franch. in cap 2. §. Cùm ab eo, n. 1. de sepul. in 6. Valenz. eo cons.37. n.21. & 23. Ita dum Sac. Concilium exposcit matrimonium coram proprio Parocho celebrari, non nisi de Parocho domicilij, vti iurisdictione munito, certum est intellexisse, cùm Parochus propriè sit is, cuius iurisdictioni subest Parochianus, domicilijque appellatione non veniat locus originis hospitij, vel recreationis, sed propriè locus habitationis ad tradita per Glos. in cap. statutum §. Cùm verò, & ibi communiter Doctores, de rescript. in 6. Brunor. à Sole in comp. lit. D. v. Domicilij mentio, Rebuff. de citat. ar. 2. glos. 3. n. 5. Vbert. de citat. d. p. 1. cap.7. n.262. Affict. dec.384. n.6. & 7. 2

Statuendum itaque est tanquam certum ad hunc effectum censeri proprium Parochum Parochiæ, in qua contrahentes inhabitant, etiam si ad dictam habitationem se transtulerint, vel ab ea animum recedendi haberent, dummodò verè habitationem ibidem absque fraude 3

contraxerint, aliàs secus, si certa fraude. Ita firmant Cardinal. *in Clem.* 1. *de priuil.q.*16.*n.*8. vbi Glos. *v. Parochus*, Abb. *in d. cap. Extirpanda n.*11. *de præb.* Sylu. *v. Domicilium n.*2. Sanchez *de matr. lib.*3. *disp.* 23. *n.* 14. Pontius *eod. argum. d. lib.*5. *cap.*13.*n.*4. *& seqq.* Rot. in Taurinensi prætensi matrimonij 16. Ianuarij 1602. & censuit S. Congregatio Concilij in hisce declarationibus, estque contra Add. ad Buratt. *dec.*713.*n.*16. aliosque ibi citatos, & Rotam *dec.*194.*n.*19. coram Merlino.

4 *In Coloniensi die 5. Septembris 1626. dubitatum fuit, an si incola tam masculi, quàm fœmina solo animo, sine Parocho, & testibus contrahentes, se transferant ad locum, vbi Concilium non est publicatum, habitationem non mutantes, vel eo solo animo habitationem transferentes, validè in dicto loco matrimonium sine Parocho, & testibus contrahant?*

5 *S. Congregatio respondit, non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes cum fraude, & nisi domicilium verè transferatur, matrimonium non esse validum.*

6 *Die 6. Octobris 1618. in Cameracen. Sacra, &c. censuit, matrimonia coram testibus, & Parocho habitationis non tamen in fraudem contracta, etiam si contrahentes animum recedendi habeant, nisi aliud obstiterit, esse valida.*

7 *In Antuerpiensi die 16. Decembris 1628. in qua Dauid, & Maria, qui pridem habitauerant, vbi Concilium est publicatum, cum profecti essent ad oppidum distās itinere vnius diei, vbi non erat publicatum Concilium, ibi more hæretico contraxerunt matrimonium, postridie domum reuersi; cùm diu inter se cohabitauerint, ob dissidium natum instabant, declarari matrimonium inualidum, Sac, &c. censuit, matrimonium, vt supra contractum, fuisse nullum, quia non reliquerunt locum proprij domicilij.*

8 Et luculentius *die 4. Februarij* 1580. *Vir, & fœmina vnius diœcesis, in qua decretum sacri Concilij cap. 1. sess. 24. de reform. non fuerat publicatum, peregrinantes in loca, vbi dictum decretum erat publicatum intra se secreto, sine Parocho matrimonium per verba de præsenti contraxerunt, mutato proposito redeundi in Patriam, in alio loco domicilium constituerunt, cohabitando vti vir, & vxor; dubitatum fuit, an dicantur legitimi coniuges.*

9 *Sacra Congregatio respondit negatiuè, & quod teneantur contrahere iuxta formam Concilij in loco domicilij constituti.*

10 Dubitatum fuit, *an sit validum matrimonium eorum, qui ad Ciuitatem hæreticorum migrarunt, & ibi matrimonium contraxerunt, non seruata forma Concilij Tridentini cap. 1. sess. 24. de reform. matr. ibidem non publicati? Sacra Congregatio censuit esse validum, si intra limites illius Parochiæ contrahentes sedem fixerunt.*

11 *Sacra Congregatio censuit huiusmodi matrimonia nulla esse, si isti hæretici, qui illa contraxerant, habitabant in certa Parochia, in qua iam fuerat publicatum decretum S. Concilij cap. 1. sess. 24. de refor. matr. & lapsi erant triginta dies à dicta publicatione, & in dicta Ecclesia aderat proprius Parochus Catholicus, coram quo ipsi non contraxerunt, sed coram ministris hæreticis, nisi tamen ipsi de dicta Parochia transtulissent habitationem ad loca hæreticorum, vel alia loca, in quibus adessent Curati Catholici, sed in Parochialibus Ecclesijs dictorum locorum nondum fuisset publicatum Concilium. His enim casibus, etiam si coram ministris hæreticis, & non seruata forma Concilij contraxissent, tamen matrimonia valuissent.*

12 Hoc idem latiùs legi in declatationibus bo. me. Cardinalis Pamphilij incipientibus: *Habita Congregatione super hoc*, in quibus firmatur attendi locum habitationis absque fraude, & in alia incipiente, *Duo Vltramontani*, Idipsum censuit eadem S. Congregatio in Posnaniensi matrimonij die 14. Decembris 1652. & 22. Februarij eiusdem anni.

13 Aduerto autem sufficere, vt adhibeatur Parochus alterius ex contrahentibus, vt firmat Nauar. *in Man. cap.*25.*n.*144. Petr. de Ledesm. *de matr. q.*45. *ar.* 5. *dub.* 3. Sanch. *de matr. lib.*3. *disp.*19.*n.*4. Pontius *vbi supr. cap.* 16.*n.*2. Rota *dec.* 390. *n.* 6. *p.*2. *rec.* & in Toletana matrimonij coram Merlino, ac censuit S. Congregatio Concilij in sequentibus declarationibus.

14 *Sacra Congregatio censuit, sufficere Parochum viri, quando in Parochia viri contractum fuit matrimonium; si enim in alia Parochia contractum sit, non sufficere.*

15 *In Eduensi die 11. Iulij 1620. matrimonium ritè, & rectè in forma Concilij contractum, extra tamen Ecclesiam Parochialem celebratum, validum esse censuit S. Congregatio.*

16 *Die 16. Februarij 1595. sacra Congregatio censuit, valere matrimonium celebratum coram Sacerdote de licentia Parochi viri in Parochia mulieris, etiamsi in diuersis diœcesibus ipsæ Parochiæ constituta sint.*

17 *In Triuentina. Sacra &c. censuit matrimonium, vt proponitur, contractum in Parochia mulieris coram Sacerdote curam animarum exercente, ac sacramenta omnia legitimè administrante in Parochia Viri, & coram duobus testibus, etiam omissis denunciationibus, nisi aliud obstiterit, esse validum.*

18 Præsuppositis declarationibus S. Congregationis, quibus declaratum fuit, validum esse matrimonium contractum in Parochia mulieris coram Parocho viri, & è conuerso, an etiam censeri debeat validum matrimonium celebratum in Parochia mulieris coram Sacerdote habente licentiam à Parocho viri, præsertim quando Parochiæ viri, & mulieris sunt in diuersis diœcesibus constitutæ? *Sacra &c. censuit, valere.*

19 Quod locum habet, etiam si Parochus, coram quo matrimonium celebratur, consentire nolit, quinimmò etiamsi expresè celebrationi matrimonij dissentiat; quia pro eius validitate solùm requiritur præsentia Parochi etiam dissentientis, non autem eius consensus, vt pluries censuit eadem S. Congregatio apud Seraph. *dec.* 1099. *n.*5. *& dec.*124.*n.*18. *p.*7. *rec.* Ac etiamsi Parochus, & testes interfuerint metu, vi, aut fraude, licèt contrahentes peccarent mortaliter, & facerent contra Ecclesiæ interdictum, vt per Nauar. *cap.* 22. *n.*68. & censuit eadem S. Congregatio, traditque Add. ad Buratt. *dec.*713.*n.*11. & Rot. *dec.*431.*n.*3. *p.*4. *tom.* 2. *rec.* & ibi Add. *n.*14. *& seqq.* dummodò tamen formaliter adhibeantur, & intelligant, quid agitur. Pontius *d. lib.*5. *cap.*21.*n.*4. *&* 5. vbi refert S. Congregationis resolutiones; quia sunt tantùm testes, qui etiam inuiti in iure valent, vt explicat Donell. *l. pen. de testib.* & declarauit S. Congregatio apud Pontium loco citato, & alibi censuit sufficere, si Parochus sit præsens, nec aliquo ministerio fungatur, vel aliquid loquatur; quia in Sacramento matrimonij non est dare aliud ministerium pro forma, nisi vt præsens sit, & Concilium requirit præsentiam eius, ac testium, non autem verba. Debet tamen, vt diximus, præsens adhiberi, vt Parochus, aliàs non fungeretur Parochi Officio, sicque matrimonium esset nullum; nec obstat doctrina Abb. *in cap. Dilecti, de arbitr. & conf.* 4. *n.*4. vbi quando requiritur præsentia alicuius, intelligitur ad solemnizandum vel authorizandum actum, & similiter doctrina Baldi *in l. fin. §. necessitatem col.* 1. *in fin. C. de bon. qua lib.* vbi habetur, quod præsens alicui actui, & non consentiens pro absente habeatur; quoniam respondetur, iura prædicta procedere, quando requiritur præsentia cùm consensu. Tunc enim sola præsentia non sufficit ad Glos. *in cap.* 1. *de reb. Eccl. non alien. lib.*6. Præsertim cùm præsens præsumatur scire, & facit, quod matrimonium contra interdictum Ecclesiæ contractum, teneat, licèt contrahentes, puniantur *cap.* 1. *&* 2. *eod. tit.*

20 Proceditque etiam si Episcopus prohibeat Parocho ne præsens sit, & ipse fuerit præsens; quia S. Concilium in hoc Parochum æquiparat Ordinario, ibi: *De ipsius Parochi, seu Ordinarij licentia*; nec Episcopus potest prohibere Parochum sine causa, ne suo fungatur officio. Præterea, si hoc esset permissum, vtique quilibet Episcopus suo arbitrio diœcesis suæ matrimonia posset impedire; atqui est Parochus, licèt impediatur, non desinit esse Parochus; sed sicut matrimonium contractum contra interdictum Ecclesiæ est validum, licèt peccent contrahentes, & puniri possent, ita etiam erit validum contractum contra prohibitionem Episcopi.

21 Item procedit, etiamsi in Parochia vnius ex contrahentibus non esset publicatum Concilium, & ibi coram Parocho contractum sit matrimonium, non seruata

forma

forma sacri Concilij, licèt in Parochia alterius Concilium esset publicatum, vt in his declarationibus.

22 In Pampilonensi. Sacra Congregatio censuit, matrimonium aliàs legitimè contractum non esse inualidum ex eo, quod omissa fuerit forma sacri Concilij Tridentini cap. 1. sess. 24. de refor. matr. Si modò prædictum decretum non erat publicatum in loco, & Parochia mulieris, vbi matrimonium dicitur esse publicatum, etiamsi fuisset celebratum in patria Viri.

23 An matrimonium valeat, si vir qui erat vnius Parochiæ, in qua erat decretum Concilij cap. 1. sess. 24. de refor. matr. publicatum, accessit ad mulierem alterius Parochiæ, in qua nec Concilium, nec dictum decretum fuerat publicatum, vbi per verba de præsenti duxit illam in vxorem sine præsentia Parochi? Sacra &c. respondit pro validitate matrimonij.

24 Quod igitur ad habitationem in loco contracti matrimonij debet esse alter contrahens subiectus illius Parochi iurisdictioni, licèt pro negatiua vrgeat d. cap. Is, qui de sepult. in 6. nisi tamen consueuisset habitare ita, vt haberet æqualem habitationem, aliàs secus, vt colligitur ex sequenti declaratione.

25 In Vrbinatensi, seu nullius die 6. Maij 1617. Sacra Congregatio, &c. censuit secundum matrimonium, vt proponitur coram Parocho, in cuius Parochia contrahentes inhabitabant, & duobus testibus contractum, nisi aliud obstiterit, esse validum, & Parochum, qui primo matrimonio interfuit, & in cuius Parochia vir possidebat domum, esse suspensum ex eiusdem Concilij decreto cap. 1. sess. 24. de refor. matr. Et si celebrauit, irregularem, & propterea suæ conscientiæ quamprimùm consulere debet.

26 Eiusmodi autem Concilij formam obseruare quoque tenentur schismatici, & hæretici matrimonium contrahentes, vt censuit S. Congregatio; quia matrimonium cùm schismatico, & hæretico est verum matrimonium, si tamen decretum dicti cap. 1. sess. 24. de refor. matr. in eorum Parochia fuerit publicatum.

27 In Hollandia, sacra Congregatio censuit, Hæreticos quoque, vbi decretum Concilij publicatum fuerit, teneri formam obseruare, & propterea ipsorum etiam matrimonia absque forma Concilij, quamuis coram ministro hæretica, vel Magistratu loci contracta, nulla, atque irrita esse.

28 Sacra Congregatio Concilij, perpensis etiam consultationibus Episcopi Tricaricensis in causa Hollandiæ 19. Decembris 1602. censuit primò, vbi decretum eiusdem Concilij cap. 1. sess. 24. de refor. matr. non est publicatum in Parochia, valere matrimonia contracta absque obseruatione formæ à Concilio præscriptæ.

29 S. Congregatio censuit, pronunciandum esse inualidum matrimonium; quia decretum S. Concilij publicatum in Parochijs, intra cuius limites isti contrahentes hæretici habitabant, eos obligauit post triginta dies à prædicta publicatione; quam sententiam Sanctissimus D. N. ad se relatam, approbauit ea ratione, quia domus habitationum dicuntur sub dictis Parochijs extare, & hæretici sunt subiecti iudicio Ecclesiæ.

30 Die 17. Iunij 1617. Sacra Congregatio respondit, decretum cap. 1. sess. 24. de refor. matr. ligare etiam hæreticos, si in eorum Parochia publicatum fuerit, & lapsi sint triginta dies à die dictæ publicationis.

31 In Coloniensi, Sacra Congregatio censuit, si decretum, vt supra, in Parochia Petri Caluinistæ, & mulieris Catholicæ contrahentium non fuerit publicatum, matrimonium, vt proponitur contractum, nisi aliud obstiterit, esse validum.

32 Et quamuis matrimonium hæretici cum hæretica, si sint incolæ loci, vbi Concilium Tridentinum non receptum videatur, posset dici validum, si contrahatur coram eorum Prædicante in loco, vbi Concilium receptum est; quia aduenæ non tenentur legibus loci, vt docent quamplures, quos refert, ac sequitur Sanch. lib. 3. de matr. disp. 18. n. 6. Attamen ex hoc capite non potest dici validum. Nam doctrina, quod aduenæ non teneantur legibus loci, in quo sunt, non valet quoad contractus, vt cùm pluribus notat Sanchez loca allegato n. 10. quia cùm contractus sit quid pertinens ad forum extraneum, regulari debet iuxta leges, secundùm quas procedit ille forus, vt expressè deciditur in l. si fundus venierit ex consuetudine eius regionis, in quo negocium gestum est, pro euictione cauere oportet. Vndè obligantur legibus loci, in quo sunt, quoad actus communes, in quibus communicant cùm incolis, vt sunt contractus, vel qui pertinent ad esse publicum Communitatis; quoniam lex obligat omnes, qui subditi sunt; aduenæ autem, exercentes hos actus fiunt subditi ratione ipsorum. Quippè actus, qui concernunt immediatè esse Publicum, sunt sub dispositione legis localis; quia pertinent ad potestatem illius loci regulare esse publicum; Atque adeò, licèt aduenæ ex se non subijciantur, subijciuntur tamen ratione actuum, qui pertinent ad Communitatem, & proindè incolæ locorum, in quibus Concilium Tridentinum non est receptum, contrahentes matrimonium vbi receptum est, etiamsi ibi sint aduenæ, tenentur seruare dispositionem Concilij, atque idcircò contrahere coram Parocho, vt tradunt Petr. Ledesm. de matr. q. 45. pun. 3. dub. vltim. Sanch. d. lib. 3. de matr. disp. 18. n. 26. Pontius lib. 5. de matr. cap. 9. n. 1. Bossius de matr. cap. 1. §. 29. n. 79.

Verùm hæc doctrina patitur difficultatem; quia, quando incolæ alicuius loci aliò diuertunt, breui reuersuri ad proprium domicilium, sicut non acquirunt ibi domicilium, aut quasi domicilium, ita nec proprium Parochum, qui necessariò requiritur pro validitate matrimonij ex Concilio Trid. d. sess. 24. cap. 1. de refor. matr. & proindè defectu proprij Parochi non possunt seruare decretum Concilij, & frustra requiritur, quod seruent; vndè matrimonium per ipsos contractum erit nullum, vt docent Panor. in cap. In nostra, n. 10. de pœnit. Cephal. cons. 371. n. 23. Menoch. cons. 15. n. 18. Nauar. cons. 52. n. 2. de sponsal. Triuisan. dec. 23. lib. 3. Molin. de rit. nupt. lib. 2. diff. 11. n. 93. Gutier. cum alijs de matr. cap. 63. n. 6. Ricc. in prax. dec. 244. n. 7. Valens. lib. 3. decret. tit. 3. n. 12. Zipæus in Analit. iur. Pontif. lib. 4. tit. de sponsal. n. 13. & Bossius supra cap. 4. §. 8. n. 16. 33

Ex hoc igitur capite tenendum est, matrimonium huiusmodi esse nullum; quia diuertendo ad locum, in quo non habent proprium Parochum, se reddunt impotentes ad contrahendum; nam sibi reddunt impossibilem formam præscriptam à Concilio seruandam in loco, in quo contrahunt, & proindè nulliter contrahunt iuxta Doctores modò citatos; siquidem hæretici quoque in loco, vbi dictum decretum Concilij publicatum est, tenentur illud seruare, nec sufficit eorum minister, vt iam diximus; idque extendendum est ad milites hæreticos, ac mulieres, quæ sequuntur; quoniam hi, cùm nullam habeant fixam stationem, sed debeant esse semper parati ad proficiscendum, quò iubeantur, & per accidens sit, quod diù morentur, habentur pro vagis, cùm nullibi habeant domicilium, aut constantem sedem, l. Eius, qui manumisit, §. fin. ff. ad municip. & tradunt Doctores communiter, quos citat, & sequitur Sanchez ea lib. 3. de matr. disp. 25. n. 1. & 2. & ideò debent adhibere Parochum loci, vbi reperiuntur, sicut debent vagi iuxta Rebell. p. 2. de oblig. iust. lib. 2. q. 8. n. 3. Coninch. de Sacram. disp. 27. de matr. dub. 2. n. 20. Valenz. lib. 4. decretal. tit. 3. n. 12. vel quemcunque alium Parochum, vt cùm alijs docet Sanchez d. lib. 3. de matrim. disp. 25. n. 11. Henriquez lib. 11. sum. cap. 3. lit. B. Gutierez de matr. cap. 65. n. 10. Naldus v. matrimonium n. 3. Lessius lib. 4. de iust. & iur. cap. 2. n. 49. Layman. lib. 4. Theol. tr. 10. p. 2. cap. 4. n. 3. Vener lib. 1. Exam. Episcop. cap. 49. n. 1. & 3. Filiuc. tr. 10. cap. 6. n. 212. Bonac. q. 2. de matr. pun. 8. n. 6. Reginald. lib. 31. prax. Pontius lib. 5. de matr. cap. 15. n. 5. & alij. Quod etiam extendendum est ad eos, qui retinentes domicilium Originis, vel quodcunque aliud acquisitum, sed de præsenti vagantur, nec habent domicilium habitationis. Nam hi quoque sunt vagi, vt firmant Imola in cap. Dilectus n. 10. de rescript. Socin. in cap. fin. n. 57. de for. comp. Clar. lib. 5. recept. sent. §. fin. q. 39. Sanchez d. lib. 3. de matr. disp. 25. n. 1. Gutier. loco citato n. 2. Bossius de matr. cap. 4. §. 55. n. 165. quia cùm sint extra proprium domicilium, & careant fixa habitatione, de præsenti verè sunt vagi. 34

Publicatio autem decreti Tridentini requiritur, quod 35
facta

facta sit in ipsis Parochijs contrahentium ex verbis ipsius Concilij eo capite, & firmauit Rot. *dec.429.n.2.p.1.dm.* ac censuit eadem S. Congregatio in adductis declarationibus, & in sequentibus.

36 Die 26. Iunij 1568. in Bisuntina, *Sacra &c. censuit, si non erat publicatum in Parochia decretum Concilij cap. 1. sess. 24. de refor. matr. cùm illud non obliget, nisi post triginta dies à die publicationis, matrimonia esse valida.*

37 *Sacra &c. censuit, non posse declarari nulla matrimonia, nisi decretum sacri Concilij cap. 1. sess. 24. de reform. matr. fuisset publicatum in Parochia propria contrahentium, & post triginta dies lapsos ab hac publicatione contracta fuissent.*

38 In vna Germaniæ, *sacra Congregatio censuit non posse declarari nulla matrimonia, nisi decretum fuisset publicatum, vt supra.*

39 Et anno 1628. 18. Nouembris, & 2. Decembris matura discussione resolutum fuit in vna Russiæ, in qua fuerunt etiam allegatæ aliæ similes declarationes, de quibus, & nos *in tomo primo.*

40 Verùm tamen moneo huiusmodi publicationem præsumi, si dictum decretum ibidem fuerit aliquo tempore obseruatum, vt in sequentibus declarationibus.

41 *Sacra Congregatio perpensis consultationibus Episcopi Tricaricensis Nuncij Coloniensis circa formam matrimonij, qua in partibus Hollandiæ, Zelandiæ, & Frisia contrahuntur, censuit edendas esse infrascriptas declarationes, & omissis alijs.*

42 In Bosnensi die 14. Aprilis 1611. *Sacra, &c. Cæterùm quantum pertinet ad eos, qui absque forma Concilij matrimonia contraxerunt, respondit, si in ea Regione decretum Concilij cap. 1. sess. 24. de reform. matr. obseruari consueuerit, nulla esse matrimonia, in quibus contrahendis Parochus non fuerit adhibitus.*

43 *In Panormitana die 10. Iulij 1610. sacra Congregatio ad id, quod pertinet ad primum, caput respondit, nullitatem huius matrimonij, quatenus Parochus in eo adhibitus non fuerit, minimè obstare, quod decretum prædictum in Parochijs Panormitanæ diœcesis non appareat publicatum. Siquidem cùm forma Concilij contrahendis matrimonijs præscripta soleat obseruari, præsumitur publicatum, quemadmodum alijs plerisque in casibus sacra Congregatio consulta respondit.* Ita quidem, vt requiratur iustificatio in facto dictæ publicationis sacri Concilij in proprijs Parochijs, vel obseruantia eiusdem sacri Concilij in eisdem ad effectum præsumendi publicationem.

44 Et quamuis magna sit controuersia inter Doctores de qualitate habitationis requisitæ ad hoc, vt quispiam dici possit alicuius Ecclesiæ Parochianus; communis tamen, ac receptior sententia est, quam cùm primis tradit Federic. de Sen. *cons.253. & seq.* ad ius Parochiale esse attendendam præsentem habitationem, non domicilium, ideòque eodem anno, immò & eodem mense, ac die aliquem effici posse Parochianum plurium Ecclesiarum, cùm habitatio sola requiratur. Hanc Federici sententiam commendat, ac sequitur Abb. *in d. cap. Extirpanda in repet. §. qui verò num. 11. de præb.* & latè defendit Anchar. *in cap. de Vxore num. 7. de sepult.* ac vti veriorem amplexa est Rota post trinam causæ disputationem in d. Toletana matrimonij 10. Decembris 1625. coram Merlino, quæ est decisio 194. *n. 3.* vbi firmatum fuit, quod statim ac quis habitat in certa Parochia, intelligatur fieri Parochianus, & pluries ita respondisse sacram Congregationem Concilij, fatetur Pontius *d. lib. 5. cap. 13. §. 1. n. 5. & seq.* & censuit antiquitùs in vna Salutiarum die 21. Decembris 1560. ibi: *Si contrahentes à pauco tempore sint alicubi habitantes, dummodo non sint de comprehensis inter vagos, horum erit proprius Parochus is, in cuius Parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahunt*; ac nouissimè in Mediolanensi mense Augusti 1661. & pluribus relatis decidit in similibus terminis Sperell. *dec.87.n.5. to.1.* & ante ipsum Bonac. *de matr. q.2.p.8.n.2.* & Add. ad Burat. *dec.713.n.15.* ibi: *Statim ac quis incipit habitare animo habitandi, efficitur Parochianus, nec est opus expectare, vt maiori anni parte in Parochia inhabitauerit.*

CONSVLTATIO LXXX.

An qui vim non infert, sed precibus puellam extrahit è domo parentum ijs inuitis, vt in vxorem ducat, dicatur raptum committere ita, vt matrimonium sit inualidum?

1 EX Tridentino *sess.24. cap.6. de matr.* inter raptorem, & raptam, quandiù ipsa in potestate raptoris manserit, nullum potest consistere matrimonium; quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem ducere potest, & nihilominùs raptor, ac omnes illi auxilium, & fauorem ad raptum præbentes, sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniumque dignitatum incapaces, & si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant; teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio Iudicis dotare; & *ex l. vn. C. de rapt. Virg. §. & siquidem* bona rapientis mulierem, nec non auxiliantium ipso facto in dominium raptæ transferuntur; *auth. de rapt. mulier. §. vn. vers. Sancimus.* Si rapta consentiat nubere raptori, matrimonium est nullum, & amittit dominium prædictum bonorum.

2 Ex quibus notandum est, quod pœna nullitatis matrimonij raptæ consentientis cùm raptore non habet locum, si illa sit reposita in libertate, vt ex Tridentino, & contra hoc prædicta lex ciuilis nihil valet; item, quod secundùm probabiliorem sententiam, & magis communem, hodie per ius Canonicum, præsertim per Tridentinum loco citato, abrogata est pœna illa amissionis bonorum, quando mulier liberè consentit nubere raptori, vt Sanchez *lib.7. disp.12.n.27. de matr.* & Farinac. *q.145. n.12.* cùm multis alijs. Rursus quod pœnæ Tridentini procedunt etiam in raptu mulieris inhonestæ, secùs de pœnis iuris ciuilis, Farinac. *n.153.* cùm communi; nec non quod matrimonium contra Tridentini decretum vt supra contractum nullum est, Sanchez *disp.13. n. 2.* excommunicatio autem ibi est latæ sententiæ, sed non est reseruata, Farinac. *n.21.* Sanch. *n.1.* Pœnam autem infamiæ, inhabilitatis ad dignitates, & deiectionis è gradu Clericali, id est depositionis, sunt ferendæ sententiæ secundùm probabiliorem, Sanchez *eod. n.1.* Farinac. *q.145.n.18.* Filiuc. *de imped. matr. cap.8.n.264.*

3 Atque ex his respondeo, quod recipiens suam sponsam consentientem inuitis parentibus non incurrit pœnas iuris Canonici, sed ciuilis; ita Sanch. *d. disp. 13. n. 15.* Farinac. *ead. q.145. n.88. & seqq.* cùm communi. Nam qui vim non infert, sed vel precibus mulierem extrahit è domo parentum, vel quia iam consentit in matrimonium, raptor dici non potest, Pontius *de matr. lib.8. cap. 69. n.1.*

4 Non obstat, quod eiusmodi abductio fit inuitis parentibus; nam adhuc ipsis inuitis, ac repugnantibus non dicitur raptus, cùm Concilium Tridentinum eo decreto consulat matrimonij libertati, ad quam nil confert parentum voluntas, sed sola mulieris, quæ in hoc euentu reperitur, dum abductioni conniuet, vt firmant Less. *de iust. & iur. lib.4. cap. 3. dub.9. n.70.* & Sanch. *d. disp.13. n.13.*

5 Quod planè absque dissensione procedit, quoties præcesserint tractatus de matrimonio ineundo; hoc enim casu, si mulier sciens, ac volens, quamquam reclamantibus parentibus, à sponso abducitur, non tamen potest dici raptor iuxta textum in *cap. penul. de raptor.* his verbis: *Cùm ibi raptus dicatur admitti, vbi nil antea de nuptijs agitur, iste raptor dici non debet, cùm habuerit mulieris assensum, & priùs eam desponsauerit, quàm cognouerit, licèt parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuisse.* Estque etiam textus *in c. 2. 36. q. 1.* ibique Glossa, & tradunt Less. *loc. cit.* & Sanch. *vbi supr. n. 15.* cùm alijs ab ipso relatis. Item, & quando postea matrimonium legitimè contractum fuit; matrimonio enim subsequuto non dicitur commissus raptus de iure Canonico, Marian. Socin *in d. cap. penul. de raptor.* Aliàs haberet locum ius

ciuile

ciuile in *l. Raptores, C. de Episc. & Cler.* quod per ius Canonicum in dicto *cap. penult.* fuit correctum; atque ita censuit sacra Congregatio Concilij Tridentini in Mediolanensi mense Augusti 1661.

CONSVLTATIO LXXXI.

1 *An distributiones quotidianas lucretur Canonicus, seu beneficiatus, qui solitus caeteroquì inseruire, à ciuitate legitimæ vacationis tempore discedens in Vicinum Oppidum, vnde sub finem dictæ vacationis potest opportunè reuerti ad inseruiendum Ecclesiæ, se contulit, ibique superueniente infirmitatis corporalis impedimento ita detinetur, vt ad Ciuitatem redire, & choro inseruire non valeat?*

2 *An id locum habeat, quatenus in ea Ecclesia vigeat contraria consuetudo?*

1 AD primum respondet Gutier. *Canon. lib. 1. c. 1. n. 138.* tunc infirmum consequi debere distributiones, quando præsens est in loco, vbi est Ecclesia; at ego respondeo, lucrari.

2 Et ad secundum, non lucrari, quatenus consuetudo sit legitimè præscripta; atque ita ad vtrumque respondit S. Congregatio Concilij *ad sess. 24. cap. 12. de reform.* in N. distributionum die 18. Decembris 1666.

3 Ratio primæ responsionis est, quia Concilium Tridentinum concedens Canonicis tempus vacationis non obligat, quod quis non exeat è loco; quare quando Canonicus exit è loco tempore vacationis, vtitur iure suo, quod habet, vt possit exire, ac frui vacatione sibi concessa. Qui autem vtitur iure suo, non facit fraudem legi, etiamsi se subtrahat ab obligatione ipsius. *Quia nullus videtur dolo facere, qui suo iure vtitur. Regul. Nullus ff. de regul. iur. & l. quod, & lex §. Is tamen*, ibi: *Dolo malo non videtur habere, qui suo iure vtitur, ff. de homin. liber. exhib.*

4 Idque etiam si fiat ex intentione non residendi; siquidem non adest fraus, sed vsus proprius iuris, nec adest intentio non residendi, quando adest obligatio, sed intentio se subtrahendi ab obligatione, quæ non est mala, quando non fit in odium legis, sed ob proprium commodum; solùm enim est malum nolle seruare legem, quando obligat.

5 Neque verum est, quod interueniat intentio nocendi legi; nam tunc solùm interuenit, quando stante obligatione legis non vult Canonicus illam seruare: Textus verò *in l. 1. §. Idem ver. denique, ff. de aqua pluu. arc.* non obstat, sed nostram sententiam confirmat; nam ibi habetur: *Marcellus scripsit cùm eo, qui in suo fundo fodiens vici fontem auerterit, nihil posse agi, nec de dolo actionem, & sanè non debet habere, si non animo vicino nocendi, sed suum agrum meliorem faciendi fecit.* Vnde, quando non interuenit malus animus, sed intentio proprij commodi, non interuenit dolus, siue fraus, vt dicebamus.

6 Hinc valdè diuersum est, nolle seruare legem, quando obligat, & velle se subtrahere ab obligatione legis. Nam primum præsefert intentionem tendentem contra legem, & subtrahentem debitam obedientiam, quod est infringere legem; secundum verò non subtrahit obedientiam, quæ sit debita legi, neque præsefert intentionem contra legem, sed solùm dicit subtrahere personam obligationi legis iuxta ius, quod habet ad se subtrahendum; quod non est violare legem, sed ab illa se subtrahere; & sicut potest quis petere dispensationem in lege, & per ipsam se subtrahere ab obligatione legis, ita etiam potest se subtrahere eundo ad locum, in quo infirmatur; quia non habet minùs ius ad mutandum locum tempore vacationis sibi concesso, quàm ad petendam dispensationem.

At quid, si præuideatur, quod talis discessus à Ciuitate
7 mediante morbo impediet residentiam? Videtur in hoc casu, Canonicum non posse discedere, & si discedat, non lucrari distributiones, quia peccat in causa contra præceptum residendi. Ratio esse potest; quia impedimentum in causa præuisum debet vitari in ipsa causa. Verùm hæc doctrina non rectè applicatur; quia tunc tenemur vitare causam, quando causa de se infert peccatum. Nam tunc, licèt aliàs de se licita, fit tamen illicita ob connexionem cùm peccato; & proindè oportet, quod connectatur cum peccato, prout habet rationem peccati; si autem non inferat de se peccatum, sed impedimentum, quo impediatur obseruatio alicuius legis, si tale impedimentum de se non sit malum, nec teneamur ipsum remouere, tunc causa non connectitur cùm peccato, & idcò non tenemur in ipsa vitare peccatum; quia peccatum non continetur in ipsa, nec est causa peccati, sed causa soluens obligationem legis.

Itaque dicendum puto, quod Canonicus tempore va- 8
cationis potest discedere à Ciuitate, & gaudere distributionibus toto tempore suæ infirmitatis ab eiusmodi discessu exortæ, etiam si præuideat, quod sit superuentura infirmitas, reddens illum impotentem ad inseruiendum; quia præceptum residendi obligat tantùm eos, quos reperit potentes ad residendum, & aliàs soliti fuerint inseruire, non autem quos reperit impotentes. Vnde quando quis est factus impotens, & fuit solitus inseruire, non amplius subditur ipsius obligationi.

Dixi, qui fuit solitus cæteroquì inseruire. Hæc enim 9
conditio requiritur à S. Congregatione Concilij apud Garz. *de benef. p. 3. cap. 2. n. 362. Sacra &c. censuit, distributiones quotidianas deberi senio confectis, si soliti sunt residere, ac etiam infirmis ex propria culpa, & peccato cum præcedenti occasione, & detentis in carceribus, non tamen ob propriam culpam.* Idem etiam declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in Aquilana die 20. Iunij 1581. nimirùm: *Che à Canonici, i quali per infermità sono assenti, ò per cause criminali sono carcerati, quando vengono assoluti, ò liberati, si debbano loro le distributioni quotidiane; purche detti Canonici, auanti che fossero infermi, ò carcerati, fussero soliti residere, e seruire alla Chiesa*, & in alia Aquilana 4. Augusti 1593. *Sacra &c. censuit, dum ius commune disponit, quod infirmi, & alij participent de distributionibus in absentia, intelligitur, dummodò ante infirmitatem, vel impedimentum seruire consueuissent.* Quibus nec Episcopus potest statuere, ne dentur, vt declarauit eadem S. Congregatio Episcoporum in Castellanetensi 20. Augusti 1602. traduntque Nauar. *de hor. can. cap. 11. à n. 9.* Couar. *var. lib. 3. cap. 13. n. 8.* Corset. *sing. 152.* Rodriq. *in sum. p. 1. cap. 33. n. 6.* Monet. *de distrib. p. 2. q. 6. n. 21.* Pereir. *de renouat. q. 5. n. 23.* Henriq. *lib. 13. cap. 13. n. 4. lit. T.* Spin. *in spec. testam. glos. 9. n. 30.* & Gutier. *d. cap. 1. n. 138.* Nam si infirmus non erat solitus inseruire, dum benè valebat, tunc infirmitas illius non iudicatur pro præsentia, & interessentia, cùm eo casu ipsa infirmitas non præstiterit causam absentiæ; idque procedere etiam si quis propria culpa in infirmitatem inciderit, tenent Fusch. *de visit. cap. 20. n. 26.* Gutier. *d. cap. 1. n. 138.* Rodriq. *vbi sup. n. 6.* Monet. *loco alleg. à n. 12.* Zerol. *in prax. p. 1. d. v. Distributiones §. 3.* & declarauit supra S. Congregatio.

Ratio verò secundæ responsionis est; quia, quod den- 10
tur distributiones infirmis, est de mero iure Ecclesiastico, vt habetur in *cap. vn. de Cler. non resid. in 6.* Ergo consuetudo legitimè præscripta, ne ijs dentur post elapsum vacationis tempus, vel tempore ipso vacationis, potest præualere; quia est rationabilis, constatque *ex cap. fin. de consuet.* vbi admittitur consuetudo rationabilis contra ius Canonicum; quod autem hæc consuetudo sit rationabilis ex eo deducitur, quia distributiones institutæ sunt pro verè interessentibus ad augendum cultum diuinum; qui autem est infirmus, non interest, nisi fictè. Vndè cùm non sit æqualis seruitij, recta ratio dictat, quod distributionibus non fruatur, sed accrescant ijs, qui actu inseruiunt, atque intersunt.

CON-

CONSVLTATIO LXXXII.

An subsidium dotis legatum pro maritandis honestis puellis cùm restitutione dotis in casu quo proles non existat, possit dari Virginibus ad professionem regularem admittendis?

1 AFfirmatiuè respondendum videtur; quia quod datur Monasterio pro puella ingrediente, censetur datum titulo dotis, vt notant Guidopap. dec. 962. n. 6. Calderin. cons. 9. Bero. q. 34. famil. n. 8. Baez. de dot. cap. 14. n. 11. & constat ex communi vsu loquendi, qui attendi debet, l. Cum de lanionis §. Asinam, ff. de fun. instr. & l. habeo, ff. de supellect. leg. traduntque Bart. in l. si quis filiabus ff. de testam. tut. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 11. n. 68. Surd. cons. 454. n. 19. Ias. in l. Gallus §. Instituens n. 20. ff. de lib. & posth. Abb. in cap. 2. n. 2. de verb. signif. Ergo cùm conditio dotis, & verba testatoris verificentur in ingrediente Religionem, habebit quoque locum ipsius dispositio, l. Miles, §. Pro parte, ff. de leg. 2. legatum autem pro maritandis puellis, & pro dote nihil differt, vt tradunt Castr. in l. Lucius 1. n. 5. in fin. ff. de leg. 2. & cons. 214. n. 1. lib. 1. Crauet. cons. 101. n. 1. & cons. 686. n. 5. Couaruu. in cap. 3. n. 11. de testam. Mantic. lib. 11. de coniect. tit. 21. n. 4.

2 Id, quod præsertim valet in dispositione testatoris ita, vt etiam recedendum sit à proprietate significationis ob communem vsum loquendi l. Cum antiquitas circa fin. C. de vsufr. vbi Glos. v. esse reclictum cùm Bartolo, docetque Aretin. in l. ex facto, n. 11. ff. de vulg. & pupil. substit. Corn. cons. 233. n. 6. in fin. vol. 4. Roman. cons. 179. n. 5. Paul. à monte Pico in l. Titia, §. Titia cùm nuberet, n. 21. v. non obstat, ff. de leg. 2. & Mantic. lib. 3. de coniect. vlt. vol. tit. 8. n. 1. & seq. Vndè stante communi vsu, quod puellæ ingredientes Religionem dicantur dotari, non est dubium, quin ex mente testatoris legatum dotis ad ipsas quoque extendatur; præsertim quia non solùm causa pietatis adhuc durat, & necessitas sustinendi onera matrimonij, sed etiam quia id continet causam magis piam, & ita sæpè censuit S. Congregatio Episcoporum & Regularium. In Pisaurensi die 26. Augusti 1616. Sacra &c. censuit: Legatum relictum pro maritandis potest dari monachandæ. Idem in Maceratensi 21. Ianuarij 1622. & 7. Februarij 1648. & 24. Martij 1649. & 29. Iunij eiusdem anni. Idque etiamsi legatum sit in specie, vnde legatum dotis debetur Legatariæ Monasterium ingredienti, Rota apud Ludouis. dec. 301. ac licèt testator dixerit, quod moriente coniugata sine filijs dos reuertatur ad aliquem locum pium, eadem S. Congregatio in Amerina 5. Aprilis 1625.

3 At in hoc casu tenendum est negatiuè; ratio autem est, quia testator respicit ad matrimonium carnale. Legatum autem institutum pro maritandis honestis puellis, non potest tribui ingredientibus Religionem, quamuis causa sit magis pia, vt docent communiter Doctores, nominatim verò Bald. in auth. quia rogati n. 11. v. Quæro nunquid, ad Trebel. & in nouel. de dot. priuil. 77. n. 2. Loazez in rep. l. filiusfamilias, §. Diui n. 139. ff. de leg. 1. Natt. cons. 296. n. 1. & 2. Barbat. cons. 23. n. 2. vol. 1. Baez. de non melior. cap. 14. n. 9. & ex Canonistis Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ n. 93. de constit. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius n. 31. de testam. Io. Lup. in cap. Per vestras not. 3. §. 12. n. 6. de donat. inter vir. & vx. Gutier. lib. 1. quæst. can. cap. 31. n. 20. Mantic. lib. 8. de coniect. tit. 5. num. 32. & Sanchez lib. 1. de matr. disp. 33. n. 32.

4 Secundò, quia ita expostulat conditio voluntaria testatoris; conditio autem, siue forma voluntaria in hoc differt à necessaria, quod hæc per æquipollens impleri potest, illa vero in specie implenda est, l. Mæuius, ff. de condit. & demonstrat. & notant Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 3. ff. de liber. & posth. Galiaula ibid. n. 8. Dec. cons. 11. n. 19. & cons. 89. n. 3. Roland. cons. 56. n. 22. & 23. vol. 3. Lara de anniuers. lib. 1. cap. 21. n. 29. Cùm igitur dispositio testatoris sit voluntaria, debet in forma specifica impleri ita, vt legatum tribuatur puellis maritandis, pro quibus ex mente testatoris intelligitur legatum institutum, non verò pro ingredientibus Religionem.

Itaque non obstant adducta; nam procedunt, quando non constat de legato pro matrimonio carnali; tunc enim testator absolutè legat pro dotandis, nihil exprimendo, an velit dotare in ordine ad matrimonium carnale; ac proindè non durat eadem causa pietatis, nempè auersio à peccatis iuuando in ordine ad ingressum Religionis, sed alia, quæ non est de mente testatoris; nec dotatio puellarum quocumque modo est intenta à testatore, sed dotatio in ordine ad talem finem, scilicet ad contrahendum matrimonium carnale, atque ad alendam prolem, auertendumque hoc pacto à peccatis; & ideò determinata dotatio est de mente testatoris, quia causa finalis restringit dispositionem, l. Vnum ex familia §. fin. ff. de leg. 2. Ac proindè vna causa pia non potest excludi per aliam, Clem. quia contingit de relig. dom. & dispositio testatoris vtpotè voluntaria in forma specifica est adimplenda ita, vt nec etiam vberiori modo adimplenda sit, cap. Cum de non Sacerdotali, de præb. in 6. quia licèt adhuc sit causa pia, est tamen diuersa, atque adeò contra mentem testatoris; & ita declarauit S. Congregatio Concilij ad cap. 5. sess. 25. de refor. in Barensi subsidij dotalis 15. Septembris 1668. Sacra &c. censuit, subsidium dotis legatum pro maritandis honestis puellis cùm restitutione dotis pro multiplico montis in casu, quo filij non existant, non potest dari Virginibus ad professionem regularem admittendis. 5

CONSVLTATIO LXXXIII.

Cùm in Concilio Tridentino sess. 24. c. 12. de ref. sancitum sit, quod omnes diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia, & Episcopo celebranti, aut alia Pontificalia exercenti assistere, & inseruire, ideò quæro primò,

An Canonici teneantur assistere, & inseruire Episcopo solemniter celebranti?

Secundò, an quando Episcopus priuatim celebrat, teneantur Canonici inseruire, & assistere?

Tertiò, an Canonici debeant assistere, & inseruire Episcopo suffraganeo, quando nomine proprij Episcopi exercet functiones Pontificales?

Quartò, an quando Episcopus solemniter celebrat in aliena Ecclesia, vbi sunt sufficientes presbyteri pro assistentia, spectet adhuc ad Canonicos illi assistere?

Quintò, quinam ex Canonicis teneantur assistere Episcopo solemniter celebranti?

Sextò, in quibus assistentes Canonici inseruire debeant Episcopo?

Septimò, an & qua pœna Episcopus cogere possit Dignitates, & Canonicos ad sibi assistendum, & inseruiendum?

Octauò, an possint Dignitates, & Canonici per substitutos implere munus assistendi Episcopo in Pontificalibus functionibus?

AD primum respondeo affirmatiuè; idque ex Tridentino loco citato, & docent communiter Doctores, nominatim Mandos. in signat. Grat. tit. dispens. de non resid. v. Concilium Tridentinum, Vgolin. de offic. Episc. cap. 19. §. 3. num. 1. p. 1. Vener. lib. 4. exam. Episcop. cap. 40. Alcedo in prax. Episcop. cap. 13. n. 34. & Rubeus in aphorism. Episcop. v. Assistentia. Quæ obligatio fundatur tum in dignitate Episcopi, tum in officio Canonicorum, quia cum Episcopatus sit dignitatum culmen, cap. Nisi cum pridem, de renunc. & cap. Venerabilis de præb. & notant omnes cùm Glossa in cap. licet de præb. in 6. exigit etiam in celebriori actione suæ dignitatis, qualis est Pontificalis celebratio, seruitium sibi præstari à dignioribus inter Clericos, quales sunt Canonici, qui tenentur simul cum cæteris Ecclesiæ inseruire. 1

2 Quod quidem procedit non solùm, quando Episcopus celebrat in Cathedrali, sed etiam in alia Ecclesia intra Ciuitatem, non autem in Diœcesi; esset enim valdè onerosum, si Canonici teneerentur egredi è Ciuitate ad inseruiendum, & assistendum Episcopo; & ita declarauit S. Rituum Congregatio die 2. Augusti 1631. & tradunt Galle: *in margar. v. Canonicus circa fin.* & Rubeus *eo loco n. 2.*

3 Ad secundum respondeo negatiuè; quia licèt Concilium Tridentinum absolutè dicat, quod teneantur assistere Episcopo Celebranti, attamen quia statim subdit, *aut alia Pontificalia exercenti*; hæc verba declarant, quod intelligat de celebratione Pontificali; quia dictio *alia Pontificalia* supponit aliquid Pontificale, ac proindè quod celebratio sit Pontificalis; nam dictio *Alia* cùm de sui natura sit repetitiua similium qualitatum, *l. 3. C. de seru. fugit.* vbi Glos. *& in l. Barbarius v. Alio iure, ff. de offic. Præsid.* & *cap. sedes, de rescript.* vbi etiam Glos. *v. alio quocumque iure, & in cap. Cùm non ab homine, de iudic. v. Alio crimine*, cùmque in præsenti habeat expressam qualitatem Pontificalium, necessariò eandem qualitatem supponit in Celebratione; sicque tenent Vgolin. *loc. alleg.* Rubeus *ibid. n. 4.* asserens ita fuisse declaratum à S. Congregatione, Alzed. *de præced. Episc. dignit. p. 1. cap. 13. n. 34.* & Vener. *vbi supra*, quinimmò, si Canonici assisterent priuatim Celebranti, non lucrarentur distributiones, vt declarauit S. Congregatio Concilij ad hunc locum die 17. Martij 1619.

4 Si verò extet in aliqua Ecclesia consuetudo, quod Canonici assistant Episcopo etiam priuatim Celebranti, est obseruanda; nam eiusmodi assistentia est quædam seruitus, quæ proindè præscribi potest; vndè Canonicos eo casu teneri assistere, nec omittere distributiones, declarauit S. Rituum Congregatio in Lamatensi 28. Aprilis 1608.

5 Ad tertium respondeo affirmatiuè; nam suffraganeus est subrogatus in locum Episcopi in ordine ad functiones Episcopales, ac proindè est eiusdem iuris, & conditionis cùm Episcopo quoad has functiones, vt obseruant Bald *in l. Parabolam, C. de Episcop. & Cler.* Cæphal. *cons. 20. n. 2. lib. 1.* & ideò debetur ipsis à Canonicis idem honor, idemque seruitium; quod etiam declarauit eadem S. Rituum Congregatio in Bracharensi 20. Februarij 1604. Cùm enim delegatus repræsentet personam delegantis, & ius ipsius substineat in ea functione, & aliàs sit æqualis dignitatis, debentur etiam eadem obsequia.

6 An verò præter assistentiam duorum Canonicorum, qui exerceant munus Diaconi, & Subdiaconi, debeat eiusmodi suffraganeus habere assistentiam aliorum duorum Canonicorum, licèt non Dignitatum, affirmat S. Rituum Congregatio in Tarraconensi 7. Iulij 1612. licèt negauerit in dicta Bracharensi 1. Octobris 1507. Quocircà obseruanda est consuetudo vniuscuiusque Ecclesiæ, quæ plurimùm valet in materia præeminentiarum, dummodò sit rationabilis, Seraph. *dec. 964.* Ludouis. *dec. 124. n. 2.* Rot. *dec. 4. in fin. de elect. in nou. & dec. 596. p. 4. recent.* & in Pampilonen. præeminentiarum 17. Iunij 1592. coram Pamphilio.

7 Ad quartum respondeo etiam affirmatiuè; quia Canonici sunt membra, quæ simul cùm Episcopo tanquam capite constituunt vnum corpus, *cap. Nouit, de his, quæ fiunt à Prœl. sine cons. Capit.* Quemadmodum enim membra recipiunt influxum à capite, ita ipsa inseruiunt in eius functionibus; & ideò etiam Canonici tanquam membra debent in proprijs functionibus inseruire Episcopo, qui non debet ab extraneis extra proprium corpus emendicare seruitium, sed à proprijs membris debet recipere gloriam, & splendorem; & ita declarauit S. Rituum Congregatio in Calaguritana 1. Iulij 1601. in Bononiensi 20. Aprilis 1602. in Brundusina 15. Iulij 1617. & Capitulo Cathedralis Interamnensis narranti, quod Episcopus extra Cathedralem relictis Canonicis adhibeat Presbyteros simplices inseruientes sub die 2. Augusti 1632. respondit, non conuenire, sed Canonicos Cathedralis in casu proposito inseruire debere etiam extra Cathedralem, & non alios inferiores.

8 Vnde eadem assistentia debetur à Canonicis, quando Episcopus interest in aliquis Ecclesijs Missæ solemni, aut Vesperis, vel si ipse pontificaliter concionetur intra ciuitatem; quia talis assistentia ipsi debetur ratione dignitatis in ordine ad omnes Pontificales functiones; nec decet, quod Episcopus assistens Vesperis solemnibus suæ Ecclesiæ Cathedralis ob penuriam Sacerdotum admittat Clericos minoribus tantùm initiatos pro assistentibus cùm pluuialibus, etiam in solemnioribus festiuitatibus, cùm melius sit, non habere assistentes, quàm eos habere indecentes vt declarauit S. Rituum Congregatio in Casertana 18. Septembris 1632.

9 Ad quintum respondeo; præter Diaconum, & Subdiaconum, qui cantent Euangelium, & Epistolam, debere assistere tres alios, nempè primam Dignitatem, quocumque nomine appelletur, & duas alias Dignitates, seu Canonicos; ita declarauit S. Rituum Congregatio in Iacensi 1609. & in dicta Calaguritana die 1. Iulij 1601. & in Reatina 10. Ianuarij eiusdem anni 1609. & in Vercellensi 7. Augusti 1610. quia, cùm Episcopus solemniter celebrando exerceat functionem nobiliorem inter illas, quæ ipsi congruunt, debet etiam à nobilioribus membris sui corporis habere assistentiam, & expressiùs declarauit eadem S. Congregatio in Monopolitana sub die 15. Octobris 1632. in hunc modum. *Aut præbendæ sunt distinctæ in presbyterales, & diaconales, & tunc Episcopo solemniter celebranti assistere debere pro presbytero assistente digniorem de Capitulo, quocumque nomine nuncupetur, dummodò sit in Sacerdotio constitutus; Episcopo verò non celebranti, sed diuinis tantùm præsenti, pro presbytero assistente inseruire debere digniorem Canonicum post Dignitates. Aut præbendæ non sunt distinctæ in presbyterales, & diaconales, & tunc Episcopo siue solemniter celebret, siue diuinis tantùm præsens sit, pro presbytero assistente inseruire debere digniorem de Capitulo iuxta dispositionem Cæremonialis lib. 1. cap. 7. & 8.*

10 Canonici autem assistentes Episcopo celebranti, aut diuinis officijs interessenti, si præbendæ sint distinctæ in presbyterales, & Diaconales, assumendi sunt ex numero Diaconorum, vt declarauit S. Rituum Congregatio in Nolana 23. Maij 1603. Nam ad munus Diaconorum spectat inseruire Sacerdoti; debent verò eligi hi duo Canonici iuxta constitutiones Capituli, aut consuetudinem, si extent; quod si neque consuetudo, neque constitutiones de hac re aliquid disponant, ad Episcopum spectabit nominare, qui debent assistere, Vener. *d. cap. 40.* & Alcedo *de præced. Episcop. dignit. d. p. 1. cap. 13. n. 34.* dumque assistunt Episcopo, non debent omnes eodem habitu vti, sed proprio vnicuique ordini; & proindè non debent omnes indui pluuialibus, sed tantùm Dignitates ijs vti debent; Canonici verò presbyteri vti debent planetis, Diaconi verò, & subdiaconi dalmaticis; quod etiam in processionibus seruandum est, vt pluries declarauit S. Rituum Congregatio, præsertim in Neapolitana 25. Martij 1602. & in Placentina 19. Maij 1607.

11 Ad sextum respondeo; præter ea, quæ præscripta sunt in Cæremoniali Episcoporum, quod omninò seruandum est, vt censuit S. Rituum Congregatio in Alexandrina 15. Martij 1608. hæc accipe; quando thurificandus est Episcopus, non debet thurificari à Diacono, qui cantat Euangelium, sed ab assistente, pro presbytero, siue sit Dignitas, siue Canonicus iuxta declarationem S. Rituum Congregationis in Placentina 19. Maij 1607. decet enim, quod Episcopus hunc honorem accipiat à digniori ministro; nam ideò Diaconus thurificat celebrantem, quia non adest alius dignior minister.

12 Vbi extat consuetudo, quod Canonici, & Dignitates ministrent Episcopo mitram, gremiale, thuribulum, & id genus alia, debet seruari; sicut etiam si adsit consuetudo, quod Dignitas, seu Canonicus gestet baculum Pastorale ante Episcopum in quibusdam solemnitatibus, quemadmodum declarauit S. Rituum Congregatio in Lamecensi 5. Iulij 1603. Huiusmodi enim consuetudines sunt laudabiles; quia sunt ad gloriam, & splendorem dignitatis Episcopalis, ac proindè obseruandæ sunt *ex cap. fin. de consuet.*

13 In Missa solemni ad *Gloria, Credo, Sanctus*; Dignitates

tates, & Canonici, ac etiam Vicarius generalis, non autem exteri debent facere circulum ante Episcopum, prout censuit S. Rituum Congregatio in Maceratensi 20. Septembris 1630. quem circulum tenentur facere Canonici choro deputati, quotiescunque Episcopus interesit cùm cappa Missis solemnibus, vt censuit eadem S. Rituum Congregatio in Cassanensi 5. Martij 1633.

14 Quando Episcopus assistit diuinis officijs cùm cappa, Canonici assistentes non debent ipsi biretum imponere, & deponere, sed hoc ipse præstare debet. Ita censuit eadem S. Congregatio die 4. Aprilis 1620. in Laudensi, & 21. Augusti 1632. in Ineroiensi respondit, neque Dignitates, neque Canonicos assistentes Episcopo teneri caput Episcopo tegere, & detegere, quando assistit diuinis cùm cappa, & bireto. Hoc enim obsequium est solum debitum Episcopo ratione functionis Ecclesiasticæ ab ipso exercitæ, vtpotè quia tunc exercet Pontificale munus; & ideò vltra illud extendi non debet.

15 Sacra Congregatio Concilij in Abulensi censuit, Canonicos accedere debere ad cubiculum Episcopi, quoties ipse non priuatim, sed pontificaliter cùm cappa in diebus festis, & solemnibus voluerit descendere, vt assistat vel horis diuinis, vel Missæ sacrificio, multòque magis si ipse celebraturus est. In reditu verò vsque ad ostium domus Episcopi, Episcopo præeunte, ipsisque sequentibus comitari debere. In diebus verò ferialibus quando priuatim venit ad Ecclesiam celebraturus, aut quicquam aliud acturus, aut auditurus, debere nonnullos ex Canonicis accedere ad ostium Ecclesiæ, & Episcopum comitari. Idipsum in reditu obseruantes; quæ Congregationis sententia, cùm Episcopo intimata fuisset, respondit ex consuetudine ad idem teneri etiam Dignitates, & Portionarios.

16 Eadem Sacra Congregatio censuit, quod Episcopo rei diuinæ peragendæ causa ad Ecclesiam venienti cùm cappa Pontificali concomitantibus Canonicis dignior ex capitulo in porta primaria Ecclesiæ porrigat aspersorium cùm osculo. Cùm verò priuatim adit Ecclesiam, tunc ex suis familiaribus vnus aquam aspergendo, vt est consuetudo, porrigat.

17 In Neapolitana Archiepiscopo, Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium negocijs præposita die 5. Augusti 1575. ita censuit: *e molto conueniente, che volendo V. S. ministrare nella sua Chiesa, i Canonici l'accompagnino, e gli assistano conforme alle cerimonie di quella Chiesa. E non lo facendo, sappiano di mancare all'officio loro, & alla riuerenza, che deono al lor Prelato, non si douendo ancora aggrauare per la medesima causa d'accompagnarlo da ogni tempo, ch'ella vuole assistere con esso loro a i diuini Officij. Attione, ch'essi douerebbono desiderare, ancorche all'vna, & all'altra compagnia non paia bene astringergli con pena particolare, come nè anche alla compagnia, quando a lei occorre inuitata andare all'altre Chiese, douendosi ella persuadere, che a ciò fare debbano esser tirati non per via d'interesse, ma per amore, e riuerenza. Quindi è oblIgo particolare de' Canonici a giudicio della sacra Congregatione d'honorare i Principi forastieri della loro presenza, quando vanno a visitar la Chiesa Catedrale. Sì come anche crederebbe fosse bene, quando si potesse fare senza cagionar nouità, che V. S. quando hà da ministrare pontificalmente, si vestisse in alcun luogo della Chiesa condecente, e non fuori, e che le reliquie si mettessero nell'altare, doue si suol celebrare, e che i Canonici nell'andare all'altare precedessero, ò seguitassero, conforme alle cerimonie del tempo pretermittendo il farsi portar la coda de' piuiali, e pianeta da essi, facendo ancora portare le mitre, e'l bacolo pastorale da' altri, che da' Canonici.*

18 Idem censuit eadem S. Congregatio in Brundusina die 16. Augusti 1583. nimirùm: *che in modo alcuno non dee il Prelato farsi portar la coda della cappa pontificale da' Canonici, nè meno da gl'istessi la Croce auanti, essendo questo officio di Cappellano, e la consuetudine contraria è mero abuso.*

19 Et in Panormitana die 28. Maij 1584. eadem S. Congregatio censuit, *che mentre l'Arciuescouo si veste in Pontificale, i Canonici deono sedere, e quando all'assistere, quando celebra Pontificalmente si dourà ad vnguem osseruare il Pontificale, & il medesimo si dee fare nel dar la cenere, le palme, sedere in Coro, & altre cose simili circa la priorità. Che le campane si debbano sonare alle hore competenti circa i diuini officij, senza hauer rispetto alla commodità dell'Arciuescouo; si osserui il Pontificale circa il porger l'incensiero, e nauetta, lasciando l'ingenocchiarsi.*

Et in eadem: *Hauendo l'Arciuescouo ordinato, che sotto pena di scomunica tutti i Canonici, e Dignità, ogni volta che esso voleua andare in Chiesa, douessono accompagnarlo eundo, & redeundo dalla camera alla Chiesa, & altre cose, la sacra Congregatione ordinò, che si leuasse la pena della scomunica, e che bastasse per l'auuenire, che i Canonici andassero solamente alla porta della Chiesa a riceuer l'Arciuescouo eccetto ne' giorni più solenni, ne' quali deono andare alla Camera, e quiui dall'Arciuescouo si douerà dar loro da sedere per quel poco di tempo, che aspetteranno; e quando occorresse, che l'Arciuescouo, quando viene alla Chiesa, fossero incominciati in Coro i diuini Officij, i Canonici non son tenuti andar ne anche alla porta per riceuerlo.* 20

Eadem Sacra Congregatio die 25. Maij 1586. decreuit, Dignitates item, & Portionarios æquè ac Canonicos debere Episcopum associare. Circa verò deputationem Assistentium, an sit facienda à Capitulo, vel ab Episcopo, Congregatio respondit, in hoc seruandam esse consuetudinem, quæ si nulla sit, seruetur, quod in Pontificali præscribitur. 21

Et in Ariminensi die 6. Aprilis 1588. censuit, *che Monsignor Vescouo mandi la sera auanti per vn suo seruidore, quando la mattina vuole andare alla Catedrale, e la mattina, quando vuole andare al vespro. Quando è buon tempo, per buona creanza vadino due Canonici, ò almeno vno all'abitatione di Monsignore per accompagnarlo alla Catedrale; ma piouendo, o che sia altro cattiuo tempo, che non siano obligati. Quando il Vescouo vuol pigliar l'abito pontificale alla porta della Catedrale, tutti i Canonici siano iui presenti per dargli il primo di essi l'aspersorio, e per accompagnarlo tutti processionalmente al Santissimo Sagramento, o al Coro, doue vorrà andare. E pigliando il detto habito in Sagrestia, ò in altra parte di detta Chiesa, vi si trouino parimente i Canonici per accompagnarlo, come di sopra, e arriuando il Vescouo alla porta in tempo, che i Canonici dicessero le hore in Coro, vadino subito quattro di essi, ò almeno due, secondo il numero, che ve ne sarà, per assistere, & accompagnaro, come di sopra, e gli altri seguino l'officio, e non possino quelli, che anderanno, per ciò esser puntati. E se il Vescouo si trattenesse alla porta, ò arriuasse alla fine dell'ora Canonica, in tal caso, quella finita, vadino tutti a riceuerlo, e accompagnarlo, come sopra: i quali Canonici tutti insieme finito l'officio, deono accompagnarlo fino alla porta della Chiesa, & in essa licentiarsi con riuerenza dal Vescouo. Quando il Vescouo starà alla predica nella Catedrale, gli stiano assistenti almeno due Canonici. Se il Vescouo celebrerà pontificalmente gli siano assistenti i Canonici secondo il solito. Mà vdendo in essa Catedrale, gli siano assistenti almeno vna Dignità, e vn Canonico più vecchio per porgergli l'Euangelo, e la pace. Il Vescouo andando alla Catedrale per altra occasione, che per celebrar solennemente, ò stare alla predica, o Vespro, o Messe, e altre simili attioni, non siano obligati i Canonici accompagnarlo, nè meno assistergli. I Canonici non siano obligati ad accompagnarlo, o assistergli fuori della Catedrale, se non fosse per consecrare, o riconciliare Chiese, ò Cemiteri, tenere ordinationi, cresimare, o communicare il popolo, ò per far simili altre attioni pontificali in publico, nelle quali deono i detti Canonici assistere al Vescouo, essercitandolo però nella Città.* 22

Et quidem ratione huius assistentiæ ipsi quoque Canonici recipiunt splendorem, ac venerationem, quia communicant in peragenda illa pontificali functione, & cùm eodem Episcopo coniunguntur; & ideò, licèt minus digni, præferuntur tamen cæteris omnibus, vt censuit S. Rituum Congregatio in Caputaquensi 18. Maij 1602. & ratione eiusdem assistentiæ thurificantur, & recipiunt pacem antè Dignitates, vt declarauit eadem S. Congregatio in Cremonensi 28. Septembris 1612. & in Nolana 23. Maij 1603. & in Bracharensi 19. Iunij 1618. 23

1618. Qui honor eisdem impendi debet etiam ante Magistratum licèt sit de maioribus, sicut decreuit eadem S. Congregatio in Patauina die 2. Martij 1602. Nam in illa functione, tanquam cooperatores incorporantur eidem Episcopo; & sicut peragunt vnum, ac idem ministerium diuinum; ita etiam sunt veluti partiales ministri constituentes vnum integrum principium eiusdem ministerij, & ideò non debent separati ab Episcopo in honore.

24 Ad septimum respondeo, Posse etiam censuris, alijsue iuris remedijs. Constat ex Tridentino loco allegato, & censuit S. Congregatio Rituum in Reatina 10. Ianuarij 1609. & S. Congregatio Concilij in Rhegiensi, ibi: *Canonici recusantes assistere Episcopo Pontificalia obeunti mulctari possunt, & eadem mulcta cogi, vt personali actu partes suas tam in Missarum, quàm aliorum munerum celebratione expleant; dummodo tamen hac munia appellatione diuinorum officiorum veniant*. Etenim cum Episcopus ius habeat ad exigenda huiusmodi obsequia, sitque caput, debet etiam habere vim coactiuam, per quam cogere possit ad sibi exhibenda debita obsequia. Vndè his ipsis pœnis compellere potest, etiam primam Dignitatem, si recuset in assistendo obsequium debitum præstare, vt censuit eadem S. Congregatio Rituum in Calagutitana 12. Decembris 1620. Censuræ enim Ecclesiasticæ sunt remedia congrua, quibus apud Ecclesiasticos exercetur vis compulsiua, & reluctantes reducuntur ad debita officia.

25 Ad Octauum respondeo, non posse, sed debere per se huiusmodi obsequia præstare; nam Concilium eo loco absolutè disponit, quod omnes diuina per se, & non per substitutos compellantur obire officia. Hæc autem assistentia est quoddam officium, quod impendere tenentur ratione Dignitatis, aut Canonicatus; & ita declarauit S. Rituum Congregatio 18. Maij 1602. nempè, Sacra, &c. *Obtinentes dignitates, Canonicatus, vel Portiones in Ecclesijs præsertim Cathedralibus cuiuscunque qualitatis sint, tenentur Episcopo solemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti assistere, ac vestibus sacris indutos eidem inseruire, nec non munera eisdem Dignitatibus, Canonicatibus, & Portionibus in decantatione Missa, Euangelij, Epistolæ, & similium functione, præstatione, incumbentia, & annexa per seipsos subire, & exercere iuxta Sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem, ac cuiusque Ecclesiæ particularem ordinationem debere. Quod si quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per seipsum implere non poterit, tunc alios, eiusdem tamen Ordinis, & gradus, non autem inferioris dignitatis, nempè Dignitates alias Dignitates, Canonico, & Portionarij respectiuè alios Canonicos, & Portionarios in sua quisque hebdomada, ne graduum, & Ordinum prærogatiua confundantur, deputare debebit, quibus per Episcopum opportunis remedijs etiam huius decreti vigore prouidendum fore*.

26 Id tamen limitandum est, vt non habeat locum, si superueniret impotentia naturalis, ratione cuius impedirentur huiusmodi functiones exercere. Nam sicuti percipiunt distributiones, & excusantur à seruitio, quando infirmitate impediuntur, *cap. vn. §. qui verò de Cler. non resid. in 6. & cap. 1. de Cler. ægrot*. Ita etiam ratione impotentiæ superuenientis ex aliqua infirmitate excusabuntur à præstandis functionibus; quod enim quis inuitus patitur, nocumentum illi afferre non debet, *Glos. in c. fin. v. Inuita d. 5. & in c. Presbyteros d. 50.* habeturque *in l. Cum à matribus C. qui per tut. & in l. Preses Prouinciæ C. de appellat.*

27 Quoniam verò frequentem, ac vtilem materiam agimus, placet ipsi paulisper, insistendo dubia proposita in Sacra Rituum Congregatione cum suis resolutionibus eodem spectantia referre, instantibus Cardinali Roderigo, Archiepiscopo Hispalensi, Dignitatibus, & Canonicis, ac Capitulo eiusdem Ecclesiæ Metropolitanæ; quas resolutiones Clemens VIII. suis literis in forma Breuis confirmauit, approbauitque sub datum Romæ die 17. Iunij 1592.

28 Primum dubium. *An quando Archiepiscopus solemniter celebrat, vel alia Pontificalia munia exercet, compellere possit Dignitates, Canonicos, & vniuersum Capitulum Ecclesiæ Metropolitanæ, vt sibi assistant, & seruiant?*

29 Secundum. *Posito quod sic, quonam ritu, & à quibus interueniendum erit?*

30 Tertium. *An quando contigerit, vt Missa per eundem Archiepiscopum solemniter celebranda, vel alia functiones Pontificales sint exercendæ extra Metropolitanam in alia Ecclesia eiusdem Ciuitatis, vel suburbiorum, possit similiter compellere complures, vt sibi inseruiant, & assistant, etiam si ipsa Ecclesia esset Collegiata, & in ea Dignitates, & Canonici existerent?*

31 Quartum. *An Dignitates, & Canonici, & Capitulum teneantur Archiepiscopum accedentem ad Ecclesiam diebus festis, cappa indutum comitari, & ex quo loco?*

32 Quintum. *An etiam in reditu debeant eum reducere, & ad quem locum?*

33 Sextum. *An si priuatim ad Ecclesiam venerit, sit ei obuiam eundum, redienti sit reducendus, & quomodo?*

34 Septimum. *An decens sit Archiepiscopum cum cappa incedentem, vnam, aut duas Dignitates ad latus suum admittere?*

35 Octauum. *An Archiepiscopo in Ecclesiam intranti prima ex cæteris præstantior Dignitas debeat offerre aspersorium?*

36 Nonum. *An primam, & præstantiorem Dignitatem in ordine Sacerdotali obtinens teneatur plauiali indutus assistere, & seruire de libro Archiepiscopo solemniter celebranti, siue alias Pontificales functiones exercenti?*

37 Decimum. *Quinam Diaconali habitu induti debeant assistere, eleuare fimbrias, imponere, & deponere mitram, & qui Euangelium & Epistolam cantare teneantur, & debeant?*

38 Ad primum, & secundum respondit S. Congregatio, *posse Archiepiscopum ex decreto S. Concilij Tridentini cap. 12. sess. 24. de ref. supradictos compellere, vt sibi assistant, & inseruiant. Modus autem assistendi, & inseruiendi is esse debet, quem regula Pontificalis Romani præscribunt.*

39 *Ad tertium licere Archiepiscopo eosdem compellere, quoties ad alias eiusdem Ciuitatis, & suburbiorum Ecclesias accedit ad aliquod speciale munus exercendum. Verum cum honoris, & seruitij sui causa voluerit ab Ecclesia Metropolitana Dignitates, Canonicos, aliosque Capitulares extrahere, qui sibi solemniter celebranti, vel Pontificalia exercenti assistant, & inseruiant, curet, vt par est, ne ipsa Ecclesia Metropolitana ministris omnibus destituatur, debitoque cultu, & officio defraudetur. Accedens verè ad Ecclesias, in quibus alia sint Dignitates, & Canonici, curet quoque D. Archiepiscopus pro sua prudentia, vt omnes confusionis, & perturbationum occasiones remoueantur, & suas Dignitates & Canonicos Ecclesiæ Metropolitanæ debere omninò præcedere Dignitates, & Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ.*

40 *Ad quartum, quintum, & sextum, Dignitates, Canonicos, & Capitulum debere ad cubiculum accedere, vbi Archiepiscopus induitur cappa, & eum ad Ecclesiam venientem debito cum honore comitentur. In reditu debere etiam saltem vsque ad ostium domus ipsum Archiepiscopum associare. Ei verò venienti sine cappa nonnullos ex Dignitatibus & Canonicis ad ostium Ecclesiæ, & in reditu similiter vsque ad ostium Ecclesiæ ipsum comitari debere.*

41 Ad septimum. *Archiepiscopo cum Pontificali cappa incedenti neminem arrogare sibi debere, vt se non vocatum ad eius latus adiungat. Ipsum verò Archiepiscopum pro sua dignitate magis decere, vt solus incedat, quàm vt vllas Dignitates, & Canonicos, qui sua membra, & subditi sunt, ad latus suum habeat.*

42 *Ad octauum. Debere primam Dignitatem aspersorium Archiepiscopo offerre, eaque legitimè impedita illud ipsum munus subire debere aliam Dignitatem, aut personam, quæ dignior ex Capitulo aderit. At in alia Collegiata Ecclesia aspersorium esse porrigendum à Præposito eiusdem Ecclesiæ, vel, quocumque nomine nuncupetur, ab illo, qui in illa digniorem personam gerit, vt tam Ecclesiæ, quàm personæ porrigenti ea ratione honor tribuatur.*

43 *Ad nonum. Obtinentem primam Dignitatem in ordine*

Presbyterali pluuiali indutam fungi debere assistentis munere, qui de libro seruiat, nauiculam Archiepiscopo in throno existenti porrigat, eundemque ibi thurificet. Eo verò legitimè impedito digniorem de Capitulo, in ordine etiam Presbyterali præsentem, & legitimè non impeditum, debere in eius locum succedere.

44 *Ad decimum. Assistendi munus ad Archiepiscopi latera, fimbrias eleuandi, imponendi, & deponendi mitram, aliaque in Pontificali descripta agendi, pertinere ad Archidiaconum, & ad antiquiorem Diaconum, Canonicos ambos Dalmaticis indutos; quod si Canonicus Diaconus nullus aderit, vltimum Presbyterum Canonicum in Diaconali tamen habitu succedere debere, qui stabit à sinistris Archiepiscopi, & Archidiaconus à dextris, licèt ipse Archidiaconus ordine tantùm Diaconali fuerit initiatus. Epistolam verò, & Euangelium cantare debere duos Canonicos ex ordine Diaconali, & Subdiaconali, modò tamen in eadem Ecclesia sint distincti inter Canonicos huiusmodi Ordines; alioquin duos ex ordine Presbyterali illud munus per turnum singulos cuiuscumque ordinis peragere debere. Diaconum autem Euangelij Archiepiscopo ad altare existenti nauiculam ministrare, & eum ibi thurificare debere. Et ita obseruandum, contraria consuetudine non obstante.*

45 Insuper eadem Sacra Congregatio circa resolutiones prædictas nonnullas declarationes fecit, vt inferius videlicet.

46 Primò, Archiepiscopum ad Ecclesiam cum cappa Pontificali accessurum, vt solemniter celebret, vel vt assistat diuinis officijs, concioni, aut processioni, vel vt aliud quicquam ex Pontificalibus exerceat, curare debere, vt Capitulo congruo tempore intimetur hora eius accessus ad Ecclesiam ad hoc, vt ipsum Capitulum commodè eius occursui se accingere possit. Archiepiscopus verò conuenientem, & congruam horam eliget; verbi gratia, si missam solemnem in aliquo die festo sit celebraturus, tunc post Primam in Choro finitam, antequam Tertia inchoetur, ad Ecclesiam accedere poterit; quo casu Dignitates, Canonici, cæterique Capitulares statim post Primam completam, facto modico interuallo, prodire obuiam debent Archiepiscopo ad eius cubiculum, eundemque ad Ecclesiam venientem deducere, quemadmodum ipsa Sacra Congregatio faciendum esse respondit. Cùmque Archiepiscopus in Ecclesiam venerit, Tertia suo tempore inchoanda erit iuxta præscriptum Pontificalis Romani. Idque omninò faciendum est, non obstante quacumque consuetudine. Cùm enim Pastor teneatur ad suam Ecclesiam accedere, vt ex eius præsentia diuinus cultus augmentum, Ecclesiaque ipsa splendorem, & decorem non modicum recipiat, non est ei præbenda occasio, vel non accedendi, ex quo debita cum decentia id facere nequeat, vel indecenter accedendi.

47 Secundò declarauit, quod, quando Archiepiscopus finita Missa, vel aliqua alia Hora Canonica est ab Ecclesia discessurus, tantisper cessandum est à reliquis Horis decantandis, quousque Capitulares abeuntem Archiepiscopum reducere possint, vt in omnibus congrua obedientia Prælato, & Deo obsequium debitum reddatur.

48 Tertiò. Quod si interdùm contingat, quod Archiepiscopus vel processione, vel aliqua Hora Canonica nondum finita abire compellatur ob aliquam sui necessitatem, tunc opus non erit, vt omnes Capitulares cum eo discedant, sed sat erit si quatuor de Capitulo eum domum reducant, itaut processioni, vel diuinis officijs impedimentum, aut perturbationis occasio non præbeatur; quamuis hæc, quæ perrarò veniunt, minimè consideranda sint.

49 Quartò. Ad euitandas perturbationes, & confusiones, in quibus diebus Archiepiscopus diuinis officijs est interfuturus, campana aliquantò citius pulsetur, vt tempore, & rebus agendis consideratis, cuncta rectius fiant, & horis congruis expleantur.

50 Quintò. Quod Archiepiscopo accedente ad Chorum cum cappa Pontificali, Capitulares eum associantes eundem habitum gestare debeant, quam in ipso choro desferre solent.

51 Sextò. Omnes Dignitates, omnesque capitulares, qui ad chorum vadunt, teneri omninò Archiepiscopum associare; qui autem legitimo impedimento detenti dicantur, dispositioni iuris communis relinquitur.

52 Septimò. Tunc dici Archiepiscopum priuatim ad Ecclesiam accedere, cum sine cappa Pontificali accedit.

53 Octauò. Nullam Dignitatem, Canonicum, aliamue personam propria authoritate, vel vigore cuiusuis consuetudinis ad latus Archiepiscopi cappa, vel sacris vestibus induti, accedere debere, nisi ipse ex sua humanitate aliquem vocare velit.

54 Nonò. Cum prima Dignitas Archiepiscopo Ecclesiam introeunti aspersorium porrigere teneatur, vt supra dictum fuit, ipsa prima Dignitas, si legitimo aliquo impedimento detenta sit, huic muneri supplere debet prima Dignitas ex ijs omnibus, quæ in Ecclesia sunt præsentes; legitimi autem impedimenti causa non censetur, quod aliquis in choro sit occupatus, nisi sacris vestibus ad Missam maiorem celebrandam sit indutus.

55 Decimò. Debere quemlibet Cappellanum, vel Portionarium Ecclesiæ ad id deputatum Archiepiscopo librum manibus substinere, primam verò Dignitatem debere ad dexteram Archiepiscopi celebrantis parumper caput supponere ad librum, quem Cappellanus, vel Portionarius manibus substinet, dum in Sede eminenti ipse Archiepiscopus intonat hymnum, *Gloria in excelsis*, *cantat orationem*, *Credo*, *& Dominus vobiscum ad offertorium*. Sed quando Archiepiscopus legit Epistolam, Graduale, & Euangelium, prima Dignitas nihil aliud agens stabit in loco suo erecta, digito autem indicare debebit legenda in libro, quando Archiepiscopus est ad altare; neque dedignari debet prima Dignitas, quod his muneribus fungatur, cùm maximè honorifica sint, & eadem omninò facit prior Episcoporum Cardinalium, dum assistit summo Pontifici celebranti.

56 Decimo primò. Declarauit primæ Dignitatis assistentis propriam sedem esse scabellum ligneum, quod tamen permittitur depictum, vel aliqua pulcra forma fabricatum, dummodò sit nudum, nullo scilicet panno, vel alia re coopertum, in plano solij ad partem dexteram Archiepiscopo præparatum, atque eo loco, & ordine situm, vt prima Dignitas assistens ad altare, & ad faciem Archiepiscopi respicere possit; qui locus dignior reputatur locis Diaconorum ministrantium.

57 Decimo secundò. Cum Archiepiscopus solam concionem auditurus ad Ecclesiam accedit, etiamsi cappa Pontificali indutus eam concionem auditurus sit, non omnes Capitulares, sed aliqui duntaxat, videlicet saltem duæ ex Dignitatibus, & sex ad minus ex Canonicis Archiepiscopum venientem ad ostium Ecclesiæ recipere, atque ad eundem vsque locum abeuntem reducere debent.

58 His adijcio decretum S. Congregationis Rituum in Placentina, quod fundatum est in consuetudine. Illud est huiusmodi. Episcopus Placentinus S. Rituum Congregationi exposuit antiqua Ecclesiæ Placentinæ abolita consuetudine, Canonicorum accessum ad Missam Pontificalem celebrandam, & eorum consessum eius lateri proximum ad præscriptum cæremonialis ordinasse, ea quidem à S. Congregatione approbari postulans; sacra autem Congregatio supradictam praxim Cæremoniarum iuxta Cæremonialis dispositionem in eius Cathedrali inductam nedum approbauit, sed eiusdem Episcopi zelum, & Canonicorum erga S.R.E. ritus singularem religionem plurimùm commendauit, eosdemque, vt antiquis consuetudinibus, si quæ supersunt, à Placentina Ecclesia reuocatis integram Cæremonialis obseruantiam amplectantur, in Domino hortatur, ac, ne semel amplexam dimittant, obstringit die 10. Iunij 1656.

Item decretum Sac. Congregat. Episcop. in Neritonensi 25. Septembris 1612. scilicet, cùm Episcopo pla-

placuerit cantare Missam, vel alias solemnes functiones peragere extra suam Cathedralem non potest cogere totum Capitulum ad assistendum; & decretum Sacr. Congregationis Concilij 22. Martij 1588. in quo declarauit, teneri Capitulum dare Assistentes Episcopo, solemniter etiam extra Cathedralem celebrauri Missas, vel Vesperas, vel Ordinationes, etiamsi malè faceret contra Tridentini præceptum, Ecclesiam suam illis diebus deserendo. Quod intelligitur modò celebret io Ciuitate, vel suburbijs, secùs si aliquo Diœcesis loco. Et prætereà etiam in Ciuitate, vel suburbijs Episcopum debere rationem habere tum distantiæ, tum decentiæ loci, vt eadem S. Congregatio declarauit 15. Martij 1584. quæ in Ianuensi decreuit, debere Episcopum vltra distributionum amissionem statuere in Canonicos, ipsi solemniter celebranti recusaotes assistere, pœnam aliquam pecuniariam, vel suspensionis ad tempus, vt eius metu muneri suo satisfacere compellantur. Et quod dignior ex Canonicis, vel Dignitatibua in ordine Presbyterali coostitutus assistat paratus Episcopo celebranti Vesperas, vel Missam solemniter. Episcopo verò non celebranti, sed præsenti cum pluuiali, & mitra non ille primus, sed alter immediatè ei proximus assistet sine pluuiali, prout & duo Canonici Diaconi assistentes. Cùm verò Episcopus non est indutus pluuiali, & mitra, nulla fit ei assistentia, nec à Diaconis, nec à Presbytero, Canonicis, vel Dignitatibus, sed seruiunt ei Capellani.

60 Item & id, quod per litteras me consulit amicus Imoleosis egregiè doctus. Cùm possit Episcopus, vbi, & quando sibi placuerit Pontificalia exercere in propria Ecclesia, eique Dignitates, & Canonici teneantur inseruire, vt habetur in S. Concilio Trident. *cap. 12. v. omnes verò, sess. 24. de ref.* ac in pluribus Sacrorum Rituum Congregationis resolutionibus, signatè in Imolensi die 16. Aprilis 1649. ita, vt renoentes possint etiam sub censuris ad id compelli, vt in Ianuensi superius, & in relata io alijs.

61 Ideò quæritnr, an ijdem Canoniei, & Dignitates obligatæ siot suam præstare assistentiam, quando Episcopus vult recedere à consuetudine introducta pontificaliter celebrandi in aliquo loco particulari extra presbyterium eiusdem Ecclesiæ?

62 Et affirmatiuè videtur respondendum; quia vbi nullus titulus, vel causa præcedens assignatur talis celebrationis, præsumitur actus voluntarius, & facultatiuus ipsius Episcopi, ideòqne potest ab illo quandocumque recedere eumque in Presbyterio ad præscriptum Cæremonialis celebrare. Nemo enim in tali casu obligatur ad eundem actum faciendnm imposterum, etiamsi per multos annos fuerit seruatus, Post. *de manut. obser. 53. n. 11.*

63 Quod autem Pontificalis Celebratio hucusque facta die festo alicuius Sancti Titularis, vel Protectoris in aliqua Capella, vel alio loco Ecclesiæ Catbedralis fuerit merè facnltatiua Episcopi, patet ex eo, quod oil aliud pro illius obseruatione adducitur, quàm quædam maior per talem celebrationem deuotio, & honor erga eundem Sanctum, nec non tribntorum solutio, quæ in buiusmodi solemnitatibus fieri solet Episcopo; qnæ qnidem nullam prorsus inducunt obligationem, vt in terminis post Roram tradit Post. *d. obser. 53. n. 10.* Et maior deuotio, atque honor non solùm cessat, dum in locis prædictis pontificaliter celebratur, sed maxima resultat ex tali celebratione irreuerentia. Nam laici vndique assistentes functioni circundant Episcopum, Canonicos, aliosqoe ministros, & ferè maior illorum pars terga vertit nedum altari, vbi Corpus Sancti requiescit, verùm etiam altari maiori, in quo Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentnm asseruatur.

64 Quare Episcopus iure, meritòque inbere poterit huiusmodi functionem fieri debere in presbyterio, & in altari maiori, in quibus Cæremoniale *lib. 1. cap. 12. vers. ipsum autem altare* mandat peragendas esse solemniores festiuitates, maximè si Episcopus est in eis pontificaliter celebraturus locum verò, vbi Sanctorum corpora requiescunt, qui confessio appellatur, præcipit floribus tantummodò, siue alio ornamento decorari, non autem quod ibi vesperæ, ac Missa pontificales celebrentur, vt babetur in eodem *cap. 12.* Quod eo magis seruaodum erit in casu, quo locus est satis angustus, & longè distat à choro musicorum, qui propterea videre non possunt Episcopum ibidem celebrantem, neqne ei canenti præfationem, & alia debito tempore respondere, minusque organnm pulsare. Ex quibus resultat, vt in eodem loco ritus Ecclesiastici eo, quo decet ordine, & decoro, minimè peragantur, & contra honor, qui alibi dictis sanctis exhibetur cum maiori reuerentia, cultu, & Maiestate præstari potest in presbyterio, & altari maiori, seruata forma super hoc à Cæremoniali præscripta. Quare Dignitatum, & Canonicorum repugnantia non est tribuenda honori, ac deuotioni erga eorum Sanctum Protectorem, sed potius diminutioni reuerentiæ, ac obedientiæ erga proprium Pastorem, adeòut Episcopus, qui turbaretur à dictis Dignitatibus, & Canooicis circa liberum exercitium huiusmodi Pontificalium, possit contra eos procedere, nec dici possit Iudex in causa propria, sed exequutor iuris.

CONSVLTATIO LXXXIV.

An Clericis, & Regularibus liceat lucri causa negotiari, & potissimùm exercere artem venalem Pharmacopolæ? vbi de eorum immunitate à vectigalibus quoad mercaturam.

QVod licet, probatur in genere, & in specie. In genere quidem primò. Quia mercatura non est ex obiecto, vel circumstantijs necessariò mala; immò est generi humano commoda, & necessaria ad exigendam vitam, ac quorundam penuriam ex aliorum vbertate sarciendam, vt docent Scholastici *in 4. d. 15. q. 77. ar. 4.* Molin. *tr. 2. disp. 339.* & Abulens. *q. 223. in cap. 25. Matth.* & Summistæ *V. Negotiatio, vel v. Emptio*, licèt fateantur, esse quasdam negotiationes, & mercaturas ex obiecto, quasdam ex adiunctis illicitas, vt negotiatio, qua aliqui impij liberos homines absque vllo idoneo titulo vendunt, & illa, quæ idololatriæ seruit de quibus Victor. *relect. 5. sect. 2.* Mollin. *tr. 2. disp. 35. concl. 4.* & Tertullian. *lib. de Idolol. cap. 11.* tametsi non semper contingat etiam circa ea, quibus Idolatra ad falsi numinis cultum abutitur, vt babetur ex ijs, quæ disputat Sanchez *lib. 1. in decal. cap. 7.* contingit tamen aliquando. Vnde si ingrediendo Religionem retinent nobilitatem pristinam, vt affirmant Roman. *singul. 37.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynucius de testam. v. & Vxorem n. 22.* ac etiam Tiraquell. *cap. 27. de nobilit.* & ante omnes Salian. *lib. 4. de prouid.* poterunt absque nobilitatis tam ciuilis, quàm Christianæ detrimento exercere mercaturam, vt faciunt seculares, quorum nobilitati nihil officere mercaturæ exercitium, docent Turtura *lib. 1. de vit. Hieronymi Æmiliani cap. 2.* Pogius *lib. de nobil.* Straccha *lib. de mercat. p. 2. n. 17. et 18.* Ada Contzen. *lib. 1. Polit. cap. 9.* Cæpolla, & alij adducti à Tiraquello loco allegato *cap. 33. sub finem*. Hinc nobiles Veneti, Gennēses, Florentini, Lucenses mercaturam exercendo ignobiles non fiunt: & honestum locrum dicitur etiam à iure Pontificio *cap. Per vestras 7. de donat. inter vir. & ux. lib. 4. tit. 20.* quod ex industria, & negotiatione oritur, dummodò absit vsura, fraus, dolus, peieratio, quæ sunt vitia hominis, non artis, D. August. *in c. fornicari, & c. quoniam 88. d.* quin & Patriarcbas fuisse mercatores, patet ex *Gen. 37. v. 28. & 34. v. 21.* 1

Deindè probatur ab exemplis. Nihil enim frequentius in bistorijs veterum Ascetarum, quàm quod labore manuum, ac opificijs suis diuenditis victum pararent, quæ est vera negotiatio. Id, quod mirè commendat S. Basil. *regul. fus. 37. & 42.* S. Augustin. *lib. de oper. Monach. cap. 22. & 25.* Cassian. *lib. 10. cap. 8. & aly.* Exempla suggerunt Palladius in Aphtunio *cap. 39.* 2

Laus. & Cassian. *collat.* 18. *cap.* 7. *& lib.* 5. *de instit. cap.* 38. *&* 29.

3 Postremò id probatur in specie. Nam mederi ægrotis, & in eam rem parare, & conficere pharmaca est opus sanctum, nec Religiosos dedecens; quocirca summoperè celebratur Apollonius quidam Monachus à Palladio *lib.* 14. *lauf.* & ab Heraclide *in Parad. cap.* 3. Quin etiam de rigore iuris sunt, qui asserant artem aromatariam non esse propriè negotiationem, quia, vt plurimùm non venditur eadem res immutata, sed ex pluribus misturis pharmaca per artificium conficiuntur, vt Abb. *cons.* 43. Grat. *cons.* 112. *&* 113. *lib.* 1. & supponit Salycetus loquens de statutis Aromatariorum *in l.* 2. *n.* 13. *C. de constit. pecun.* & Io. Bot. *cons.* 73. *n.* 2. *cum seqq.*

4 Nihilominùs tenendum est id non licere, sed esse non minùs fœdum, vel etiam perniciosum, & totius spiritus destructiuum, quàm quod claustra verti in fora, vt de suo tempore expostulabat Petrus Blesensis *ep.* 27. Constat ex pluribus sacræ scripturæ locis, in quibus negotiationis per pius homines exercitium improbatur, *ex psal.* 7. vbi Dauid de se profitetur: *quoniam non cognoui negotiationem, introibo in potentias Domini.* Ita hunc locum legunt D. Hieronymus, D. Ambrosius, D. Augustinus, Arnobius, Cassiodorus, & Gelasius. Idem traditur *Ecclesiastici* 26. verbis illis: *Duæ species* difficiles, & periculosæ mihi apparuerunt: *Difficile exuitur negotians à negligentia, & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.* Ex his enim locis Spiritus Sanctus aperit lubricitatem negotiationis, & immania pericula, quibus salus æterna negotiantium patet, ac proindè eo ipso satis docet, talem occupationem cùm statu religioso non cohærere. Ex nouo Testamento profertur illud Christi *Luc.* 9. *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est Regno Dei.* Item & correctio Christi vetantis facere domum Patris sui domum negotiationis, & illud eiusdem: *Nemo potest duobus Dominis seruire*, ac aliud D. Pauli 2. *Timoth.* 2. *Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus*, quos locos Gelasius *epist. ad Episcop. Lucan.* S. Augustinus *ser.* 19. *de verb. dom.* Concil. Carthag. 3. *c.* 15. & Concil. Forol. sub Adriano I. *cap.* 5. intorquent in Clericos negotiatores.

5 Idem quoque conuincunt Summorum Pontificum, & Sacrorum Conciliorum oracula. Sanctus enim Syluester, vt habetur apud Metaphrastem, curam gessit boni in Ecclesia Ordinis, & cùm inuenisset Clericos mundanis, & sæcularibus vacantes administrationibus, intentosque mercaturis, emptionibusque, & venditionibus, ille primus legem tulit, vt qui sacrati erant, ab ijs abstinerent, vacarent autem precibus, dictitans id, quod dictum fuerat à vase electionis. *Nemo militans, &c.* Concilium Chalcedonense *c.* 3. interdicit Clericis, & Monachis, ne se negotijs sæcularibus immisceant; quod ad mercaturam, & negotiationem pertinere, notat Glossa *ad dist.* 88. *sub initio*, Melchiades *in c. decreuit*, Gelasius ad Episcopos per Lucaniam *cap.* 17. *in c.* Consequens, ead. d. Appendix ad Concilium Lateranense 3. sub Alexandro III. Celebratum *p.* 27. *c.* 3. sic habet: *Secundum instituta Prædecessorum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici causa lucri negotientur; & ne Monachi à Clericis, vel à laicis firmas habeant, id est ne sub annuo censu prædia rusticana, vel fodinas, aut salinas, aliquidue similiter frugiferum conducant.* Concilium Maguntinum *in cap.* 1. *ne Cleric. vel Monac.* Concilium Coloniense 3. *p.* 2. *cap.* 31. & Concilium Treuerense anno 1549. vbi recensent decretum Lateranense, proximè adductum, Honorius III. *in cap. Clerici, & in cap. ex literis de vit. & honest. Cler.* Clemens V. in Concilio Viennensi relatus *in Clem.* 1. *de vit. & honest. Cler.*

6 Adstipulantur Sancti Patres, nominatim S. Dionysius *c.* 6. *Hierarch.* Hilarius Diaconus author quæstionum veteris, ac noui Testamenti *cap.* 127. sub finem, D. Ambrosius 2. *offic. cap.* 21. D. Chrysostomus *homil.* 20. *alias* 38. ex varijs *in Matth.* relatus *in c. Ejciens* 88. *d.* S. Epiphanius *hæres. vlt.* D. Hieronymus *Epist. ad Nepotianum*, relatus in c. *Negotiatorem ead. d.* Idem *Epist. ad Rusticum de Monach. instit.* D. Augustinus *in libro quæstionum vet. & nou. Testamenti cap.* 127. relatus *in c. Fornicari* & in *Psal.* 70. ad illud, *quoniam non cognoui negotiationes*, relatus *in c. quoniam, eadem* D. Gregorius *homil.* 17. *in Euangel.* Petrus Blesensis *Epist.* 17. Petrus Cluniacensis *lib.* 1. *Epist.* 20. *ad Giselbertum*, Theodorus Studita *ser.* 9. *catech.* qui omnes indecoram, immò & perniciosam Religiosis, & sacris quibusue personis negotiationem duxerunt.

Ratio autem est; quia Clerici, & maximè Religiosi vi sui status obligantur ad conuersationem cum Deo, & cultum ei studiosè, ac perfectè deferendum. Quæ vitæ ratio nullatenus cohærere potest cum negotiatione, qua miser animus in partes infinitas distrahitur, & mergitur in desideriorum inutilium, & auaritiæ profundum, quæ summoperè dedecet Religiosos, qui paupertatem profitentur; negotiatio enim acuit auaritiæ famem, quod Iudæ proditoris exemplo confirmat Cassianus *lib.* 7. *cap.* 24. 7

Nec obstant adducta pro contraria opinione, ad quæ, antequam respondeam, ordo postulat, vt altiùs repetam. Dico igitur triplicem posse statui negotiationem. Primò simplicem, qua emuntur necessaria, aut venduntur superflua, quæ dici potest latissimè sumpta negotiatio contradistincta lucratiuæ. Secundò lucratiuam strictè acceptam, qua res non mutata, nec in aliam formam redacta, venditur siue per se ipsum, siue per tertium ad id adhibitum, vt adhibenti lucrum fiat, quæ est proprijssimè, & strictissimè dicta negotiatio. Tertiò lucratiuam, qua res empta in eum finem mutatur in aliam formam, vel statum meliorem, & per se, aut per alium venditur cariùs ad quæstum faciendum; quæ est medio quodam modo vsurpata negotiatio pressior, quàm prima, & laxior, quàm secunda. 8

Ad has negotiandi rationes aptanda est responsio contrariæ opinionis, & resolutio controuersiæ propositæ, definiendo quænam earum absque auaritiæ labe, & status Clericalis, siue Religiosi dedecore possit à Clericis, & Religiosis exerceri: qua in re est difficultas non modica ita, vt non possit assignari hac in parte vnam certam regulam, penes quam statuatur, qua negotiatione sit sacris hominibus interdictum, qua secùs. Consentiunt quidem omnes vetari Clericis, & Religiosis negotia sæcularia, & turpe lucrum, ac sordidos quæstus; sed qui sint ij sordidi quæstus, & quæ sint turpia lucra, non est definitu adeò facile. Similiterque non est adeò facilè exponere, quæ sint negotia sæcularia dedecentia sacras personas. Concilium quidem I. Maguntinum sub Leone III. & Melchiades Papa in sua Epistola id tentauerunt exponere, non videntur tamen eorum resolutio explere animum; quare statuendum est, ac insimul respondendum. 9

Negotiatio non vetatur Clericis & Religiosis, tanquam per se, & ex obiecto, vel etiam ratione adiunctorum necessariorum inseparabiliter mala, vt initio probatum est, neque negotiatio simplex, seu latissimè dicta, vt alibi scripsimus; quomodo enim exigere vitam possent Sacræ personæ, nisi emerent quæ sunt ad vitam necessaria? Aut quomodo plerumque suppeteret, vndè necessaria emerent, nisi venderent aliqua vel superflua, vel minùs necessaria, quàm quæ ijs diuenditis comparanda proponuntur? Vndè solùm negotiatio pressè dicta, qua scilicet merces coemptæ animo eas reuendendi, eædem & nullatenus mutatæ reuenduntur lucri causa, abhorret à statu Clericali & Religioso, estque illis planè illicita, nisi aliquando ob grauem necessitatem, vel certè per alium vt principalem causam exerceatur. Quod ex plerisque Iurisperitis confirmat Straccha *de mercat. p.* 1. *n.* 23. & agnoscunt sine controuersia Doctores omnes. Ita enim ex Theologis D. Thom. 2. 2. *q.* 77. *artic.* 4. Molina *tract.* 2. *de iust. disput.* 339. *&* 342. 10

Rebel-

Rebellus 2. *p. q. vlt. sect.* 1. Toler. *lib. de peccat. mort. cap.* 35. Salas *tr. de empt. & vendit. dub.* 2. Rodericus *tom.* 3. *quæst. regul. q.* 74. *art.* 8. & consentiunt Canonistæ *ad dist.* 88. *c. fornicari*, & Panormitanus, ac Imola *ad cap. vlt. de vit. & honest. Cler.* Prosper ab Augustino; *v. Vectigal, §. Tertio, quatenus*, Comitolus *lib.* 1. *resp. q.* 53. *n.* 1. Gutier. *tr. de gabell. q.* 39. *n.* 16. & 47. & habetur ex Concilio Eliberit. *c.* 19. rectèque statuunt Nauar. *in sum. cap.* 25. *num.* 110. Zerol. *in prax. Episc. v. Clericus* §. 15. Trotius *de perfecto Cler. cap.* 52. & 53. adducens Panormitanum *ad cap. secundum instituta, ne Cler. vel Monach.* In prædicto igitur euentu necessitate graui excusante negotiatio non est sacris hominibus illicita. Vndè rectè infert Molina supra §. *Tertiò obseruandum*, & Gutier. *q.* 93. *n.* 6. Ex tali negotiatione non deberi vectigal, aut tributum, si quod pendatur à sæcularibus, sed etiam immunitatem Clericis saluam esse; quod non rectè in hoc euentu negat Salas *supra dub.* 3. *num.* 6. Item & negotiatio aliqua lucratiua ex mercibus immutatis per negotiatorem Clericis, & Religiosis illicita est, aliqua verò non est illicita. Atque adeo negatur, fas esse Clericis, & Religiosis lucri causa vendere quascunque materias ab ipsis immutatas; quia aliquæ huiusmodi negotiationes inferunt negotiatoribus nimiam in externa effusionem. Aliquæ verò sunt obnoxiæ varijs peccatis, quæ faciliùs adiunguntur negotiationi ex certis mercibus. Denique aliæ respectu Clericorum sunt sordidæ, & lucrum ex eis captatum, etiamsi in se, & absolutè sit honestum, tamen attento statu hominum Deo dicatorum existimatur turpe lucrum, & qui ei se addicerent Religiosi, valdè vilescerent. Quippè negotiatio non solùm ex periurijs, mendacijs, excessu in pretio, atque ex alijs circumstantijs ex nequitia euenientibus negotiantium reddi potest mala, sed etiam ex multis alijs, vt ex circumstantia personæ, si is, qui negotiatur Clericus, aut religiosus sit, quos negotiatio indecet. Vndè Augustinus adductus *in d. c. fornicari d.* 88. *Fornicari*, ait, *omnibus semper non licet, negotiari verò aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negotiari facto iam non licet.*

11 Quare mercaturam sordidum quid esse, & illiberale, sin minus, absolutè, at per comparationem ad Clericum, & Religiosorum, multi demonstrarunt, non modò si agatur de mercatura tenui, sed etiam agendo de quantacumque, & qualicumque mercatura. Ita latissimè Tiraquellus *lib. de nobil. c.* 33. breuiter Straccha *de mercat. p.* 2. *num.* 17. & habetur disertè *l. Nobiliores, C. de commer. & merc. & l. Nequis, C. de dignit. & l. Sicolor talis, C. de cohort.* vbi Imperatores Honorius, & Theodosius à nobilibus seiungunt, & de gradu impetratæ nobilitatis deijciunt mercatores, & negotiatores, tanquam sordidos. Suffragaturque Aristoteles 7. *polit. cap.* 9. statuens, vt manifestum, in Ciuitate rectè constituta mercatores, & negotiatores arcendos esse à dignitatibus; propterea quod, inquit, ignobilis, & abiecta, ac virtuti contraria est huiusmodi vita. Notat Valerius Maximus inter cætera, quæ Tarquinium Priscum, antequam Romanum Imperium adeptus esset, abiectum, humilem, depressumque faciebant, illud quoque fastidiendum fuisse, quod esset mercatore genitus. Nobilis igitur si mercaturam exerceat, nobilis esse desinit, nisi statuto aliud caueatur, quale est apud Venetos, Genuenses, Florentinos, Lucenses, & alios, qui propriè domi nobiles vocari possunt. Vix enim est, ac ne vix quidem vt in Germania, Gallia, Neapoli, vel alijs eiusmodi in locis pro veris nobilibus agnosci possint. At nihilominus consuetudinem in materia nobilitatis attendendam esse, tradunt Tiraquel. *de nobil. cap.* 10. Et magis quàm legem docet Ripa *resp.* 14. *n.* 9. *de diuers. rescript.* Paleot. *de noth. & Spur. cap.* 5. *n.* 9. Piag. *de consuet. q.* 11. *n.* 382.

12 Quod verò aliquæ ex eiusdem generis negotiationibus sint Clericis, & Religiosis licitæ, generatim, & indistinctè loquendo est extra dubium, agnosciturque à multis Iurisperitis, quos refert, ac sequitur Straccha de mercat. *p.* 3. *n.* 5. & Roderic. *tom.* 3. *quæst. regul. q.* 47. *ar.* 8. *concl.* 1. Et ratio est, quia hoc genus negotiationis potest plerumque absque dissipatione spiritus, & vlla indecentia à Clericis, & Religiosis obiri; quare generatim loquendo non potest censeri prohibitum.

Atque hinc respondetur ad exempla. Ex ijs namque 13
testatissimum efficitur, laborem manuum priscorum Monachorum non semper spectasse negotiationem, sed interdùm ad victum citra negotiationem parandum, aliàs ad solam otij declinationem fuisse ordinatum. Vndè à Patribus valdè celebratum reperitur opus manuum ad vendenda opificia, vt indè victus operantibus, & conueniens subuentio pauperibus suppetat. Ex duplici igitur genere operis manuum, quorum vnum à negotiatione abiunctum, alterum cùm ea nexum est, tametsi neutrum vel malum est, vel in præcepto, sed vtrumque est liberum, tamen prius esse seuerius; quia magis recedit à peccandi periculis. Id, quod patet ex mente Sanctorum varijs incommodis timentium ex venalitate arte factorum, & opificorum.

Veniendum est speciatim ad exemplum Apollonij. 14
Hunc autem non fuisse Monachum, patet ex libero rerum suarum dominio, quod habebat, cùm quo religiosus status conciliari nequit. Deindè pharmaca non referebat ad lucrum, nam gratis, & mera charitate suppeditabat omnia, nec apparabat quàm religiosis; quod sanè commendatione dignum est. Hinc negotiationibus temporis aliquid impendere Clericus potest, si non cupiditate, sed animo iuuandi miseros id agat, habetur *c. decreuit*, 88. *d.* Et licèt non sit vera negotiatio, sed artificium, id ipsum tamen artificium est Clericis, & Religiosis interdictum, quando non fit ad propriam sustentationem, sed propter lucrum; quia cùm artificio tunc sit admixta negotiatio, tota censetur negotiatio iuxta notata per Doctores *in cap. fin.* vbi Anchar. *num.* 9. & 10. *de vit. & honest. Cler.* Frider. *de Sen. cons.* 207. precipuè *num* 3. Surd. *dec.* 317. *n.* 6. quæ proculdubio est prohibita Clericis, *cap. quanquam, de cens.* Præterea cùm vniuersitates Aromatariorum nitantur particularibus statutis, in quibus præscribitur certa forma volentibus exercere artem aromatariam, & officinas habere, imposita certa pęna pecuniaria in transgressores, quæ eo ipso, quod pertinent ad artes, & mercaturas, dicuntur respicere bonum publicum, sunt adiuuanda, & fauorabilia censentur, Bartol. *in l. ambitiosa num.* 22. *ff. de decr. ab Ord. fac.* Aretin. *cons.* 29. *num.* 19. Qua ratione etiam Episcopus potest animaduertere in aromatarios laicos pęna pecuniaria, si fraudem commiserint immiscendo pharmacis, quæ non deberent immiscere, cùm id respiciat bonum publicum, vt per *singul.* Roman. 532. vbi ait, quod de hoc interrogatus ita respondit, ac sequitur Felin. *in cap. irrefragabili num.* 5. *de offic. Ord.* Ita vt non obstet, quod Clerici, & Religiosi non ligentur statutis laicorum; nam cùm sint fauorabilia, & sint facta ab vniuersitatibus pro bono publico, nec eorum verba dirigantur in ipsos, eos etiam comprehendunt, & dicuntur iusta, honesta, & iuri Cannonico non contraria, neque contra libertatem Ecclesiasticam, vt tenuit Frider. de Sen. Alex. & Felin. quos sequitur Rota apud Mohed. *dec.* 4. *de constit.* Et speciatim, quod Clerici negotiationibus operam dantes ligentur statutis editis super illa arte, si à Iudice Ecclesiastico de hoc moniti non desistant, notat Anchar. *in cap. Ex litteris num.* 1. *de vit. & honest. Cleric.*

Atque ita censuit S. Congregatio Episcoporum, & 15
Regularium die 9. Ianuarij 1602. Nempè Regulares non posse Aromatariam tenere, nisi pro se ipsis; quo casu visitari non potest à Prothomedico. Idipsum declarauit S. Congregatio Immunitatis in Barchinonensi 21. Nouembris 1635. ac tandem post causam maturè discussam decreuit S. Congregatio Visitationis Apostolicæ contra Religiosos, & Ecclesiasticos quoscunque quæstuosas artes exercentes pro sæcularibus; Decreti verò tenor est huiusmodi.

Cùm non deceat eos, qui diuino ministerio adscripti 16

sunt in sæcularibus negocijs nimium esse implicatos, quæstuosas artes exercendo, Sacra Congregatio Apostolica visitationis ad tollendos varios abusus, qui in diuersis Vrbis, eiusque districtus Monasterijs irrepserunt, dum ijdem Religiosi per se, vel à Communitatibus, aut alijs sæcularibus requisiti diuersas mechanicas, seu venales artes exercere student, quod omninò ab Ecclesiastica disciplina alienum esse debet, cùm præsertim in graue bucarium, & pauperum artificum, eorumque familiarum in Vrbe, eiusque districtu existentium præiudicium cedat, statuit, decreuit, atque inhibendo mandauit omnibus tam superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium in Vrbe, eiusque districtu existentium, quàm particularibus Religiosis, & Ecclesiasticis quibuscumque, ne imposterum siue Religionis nomine, siue particulari audeant, præsumant per se, vel per alios exercere in suis Conuentibus, aut alibi in quocumque loco vllam venalem artem siue Aromatariam, Pistoriam, Lanificium, Textrinam, aut aliam quamlibet præterquam pro suis Religiosorum, aut alumnorum vsibus, nec vllo modo sæcularibus, aut alijs Religiosis, & Ecclesiasticis pharmaca, panem, carnes, aut alia qualibet opificia quomodocumque elaborota, & ornata, vendere etiam prætextu amicitiæ, & familiaritatis absque speciali licentia in scriptis obtinenda etiam ab ijs Religiosis, quibus ex particulari suæ Religionis instituto id aliàs liceret.

17 *Si quis verò ipsorum aliquid contra hoc decretum quoquomodo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam suspensionis à Diuinis, priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque actiuæ, ac passiuæ absque alia declaratione incurrat.*

18 *Et nihilominus contra eos Generalis Thesaurarius procedat tanquam contra illicitos negociatores, confiscando omnia lucra, & capitale ad dictas artes, & opificia spectantia.*

19 *Non obstantibus quoad supradicta omnia, & singula in præsente decreto contenta, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, siue Congregationis Cassinensis, Fratrum Prædicatorum, Societatis Iesu, Minimorum, aut aliorum quorumcunque tam mendicantium, quàm non mendicantium, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, ac indiuiduè exprimendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, & aliorum quorumcunque Regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibus quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis aliàs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

20 *Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes ordinationes in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimata fuissent. Vtque earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ die 29. Augusti 1637.*

21 Hoc autem decretum non habere locum extra Vrbem fertur resoluisse S. Congregationem Episcoporum, & Regularium in Neapolitana 5. Octobris 1646. at ipse non credo; nam militat etiam in Clericis, ac Regularibus extra Vrbem eadem ratio decreti, nempè disciplina Ecclesiastica, honestas Clericorum. Ita quidem, vt decretum non constituat nouum ius, sed declaret antiquum; Ius enim antiquum interdicit Clericis, & Regularibus omnibus lucri causa negotiari, toto titulo, *ne Clerici, vel Monachi cap. 1. & cap. secundum institu*ta ibi: *sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici causa lucri negocientur.* Idem interdicitur iure nouo Concilij Tridentini *sess. 22. cap. 1.* ibi: *nec non negocijs sæcularibus fugiendis*; quod habet decretum irritans, quo tollitur vsus, ac consuetudo contraria. Declaratio autem iuris non inducit nouum ius, sed quid statutum sit ostendit; nam declaratio ita inest dispositioni declaratæ, vt ipsam relinquat in sua natura, *Clem. 1. de iurep. l. Asse toto, ff. de hæred. instit. & l. Vnum ex familia, §. de falcidia, ff. de leg. 2. & l. Heredes palam, §. si quid post, ff. de testam.* ibi: *Poterit declarare de quo senserit? & puto posse.* Nihil enim nunc dat, sed datum significat, traduntque Bald. *in l. 1. v. Quæro quot testes, C. de Codicil.* Felin. *in cap. super quæst. de offic. deleg.* Rota *dec. 454. num. 2. p. 1. rec.* apud Farinac. & cæteri cùm Glossa *in cap. Cum te, de vsur. & in cap. Per tuas, v. de nouo, de donat.* Et proindè decreta huiusmodi circa ius commune à Sacris Congregationibus facta ostendunt, quid in iure decretum sit. Et ideò si ius commune obligat omnes Clericos, & Religiosos, obligat etiam hoc decretum. Siquidem non facit obligationem, sed ostendit ad quid ius commune circa negotiationem Clericorum, & Religiosorum obliget. Obligat enim ex vi sua prima, secundum quod authoritatiuè declaratur, ac proindè adhæret substantiæ ipsius, illud explicans in eo sensu, in quo prima incæpit. Est enim declaratio interpretatiua, quæ addit qualitatem demonstratiuam, non autem quæ alterat subiectum, vt optimè Bald. *in d. l. Heredes palam, §. & si notum, v. Tertiò nota, ff. de testam.* Imol. *ibid. §. siquis post, v. Item nota,* Aretin. *ibid. not. 4.* Gabriel. *lib. 3. conclus. com. tit. de regul. iur. concl. 3. n. 47. & 48.*

Idque præsertim, quando decreta eiusmodi, prout 22
est præsens, concipiuntur ex verbis, & ex ratione iuris. Tunc enim tantum valent, quantum ex verbis iuris, & ratione concipi possunt, eodemque modo se habent, ac ius ipsum, *l. nominis, & rei, §. Verbum ex legibus, ff. de verb. signif. & l. Scire oportet, §. Aliud, ff. de excusat. tut. & l. non dubium, C. de legib.* & notant Bald. *in l. 3. §. Quid si, ff. de negoc. gest. & in l. Eos, num. 16. C. de appell.* Mantic. *de coniect. lib. 1. tit. 16. n. 12.* Ideòque cùm hoc decretum factum sit intra limites verborum iuris, habet vim à iure declarato, estque declaratio interpretatiua, non autem noua dispositio, vt docent Castr. *in d. l. Heredes palam, §. si quis post, v. Multoties, ff. de testam. & cons. 338. v. Ex prædictis, vol. 1.* Tiraquell. *in repet. l. si vnquam, v. libertis, num. 15. C. de reuoc. donat.* alios citans, Felin. *in cap. Cum olim, v. Adduci potest, de re iud.* Gabriel. *loc. cit. num. 62.* Sarnen. *in reg. de non tollen. iur. quæst. 9. 13. v. sed aduertendum.* Quod præcipuè locum habet in Regularibus.

Vnde S. Congregatio Concilij præcepit significari Re- 23
gularium superioribus, vt inuigilent, ne Regulares in Indijs tam Orientalibus, quàm Occidentalibus mercaturam exerceant, neque in locis Regi infideli subiectis, neue indè reuertentes aurum, argentum, gemmas, vllasque merces secum deferant, vt videre est ex eius decreto sub die 7. Octobris 1604. quod postea pro Indis Orientalibus die 22. Februarij 1633. Vrbanus Octauus sanctione firmauit, quæ est 16. in appendice, incipitque *ex debito §. 8.* ibi: *Religiosis omnibus cuiuscumque Ordinis, & instituti tam non Mendicantium, quàm Mendicantium, etiam Societatis Iesu, eorumque singulis tam in prædictis locis nunc existentibus, quàm in futurum ad illa mittendis, omnem, & quamcunque mercaturam, seu negotiationem, quocumque modo ab eis fieri contingat, siue per se, siue per alios, siue proprio, siue communitatis nomine, directè, siue indirectè, aut quocumque alio prætextu causa, aut colore interdicimus, & prohibemus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, officiorum, graduum, & dignitatum quarumcunque, ac etiam inhabilitatis ad ea, & insuper amissionis mercium, & lucrorum ex eis factorum. Quæ omnia à superioribus Religionum, ex quibus de-*

lin-

linquentes existent, *reseruanda erunt ad vsum missionum, quas eadem Religiones habent, & habitura sunt in futurum in prædictis Indijs, & non in alios vsus, eisdem superioribus præcipientes sub eisdem pœnis, vt in hoc inuigilent, & contra delinquentes ad prædictas pœnas procedant, sublata eisdem facultate huiusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris quamuis minimum remittendi, aut condonandi.* Hioc solùm permitti posse Regularibus, & Mooialibus præsertim pauperibus, vt vendant medicinalia suæ Aromatariæ, ea renouandi gratia, maximè precijs moderatis, declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium io eadem Neapolitana 26. Maij 1602. & in vna Dominicanorum 11. Octobris 1647.

24 Itaque Ecclesiasticæ personæ quæcumque, etiam quibus oon est interdicta oegotiatio propriè dicta, si hoc vel alio modo negotientur, priuantur priuilegio immunitatis à vectigalibus, ita quidem, vt quoad illud negotium, seu actum illum sint ipso iure priuatæ, etiam pro foro conscieotiæ, nulla expectata monitione, etiamsi non adsit frequentia, seu consuetudo, vt latè cùm multis asserit Gutier. *tr. de gabel. q. 93. à n. 7.* textus *in cap. quanquam de censib. lib. 6. & in Clem. Præsenti eod. tit.* Quæ iura cùm simpliciter loquaotur nulla facta necessariæ monitionis mentione, simpliciter intelligenda sunt ita, vt Clericus negotiator quoad merces non gaudeat exemptione ab oneribus, etiamsi non fuerit admonitus, vt á negotiatione desistat, Abbas, Imola, Lapus, Geminianus, Ancheranus Berous, & alij *in cap. fin. de vit. & honest. cler.* Molin. *de iust. disp. 345. n. 10.* Carol. de Grass. *eff. 3. n. 184.* Alter. *cap. 6. col. 10.* & alij apud Dianam *p. 1. tr. 2. resol. 46. & p. 3. resol. 44.* contra Rodriqnez, Petrum Ledesmam, Ludouicum Lopez, Sousam, Duardum, & alios, quos refert Carol. de Grass. *n. 182.* & Diana locis allegatis, ac contra Bonacinam, qui ait hanc monitionem præscribi, tanquam necessariam *in cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Vnus enim textus supplet, & declarat alium. Sed respondetur, ex eo, quod Ius *cap. quanquam*, & *Clem. Præsenti* recentius est, & in neutro fit alicuius monitionis memoria iuxta antiquum ius, optimè inferri, mentem receotiorum Pontificum fuisse, vt absolutè sine alia monitione mercatura Clericorum priuaretur subsidio Ecclesiasticæ immunitatis. Eo præsertim quod in dicto *cap. fin.* non est simpliciter de sola mercatura sermo, sed magis generaliter de implicatione in negotijs sæcularibus. Nec dicitur expressè, quod Clerici priuentur quoad merces immunitate Ecclesiastica, sed magis generaliter quod quoad suas facultates subiaceant statutis, & consuetudinibus laicorum. Ex quo infertur, tum textus non esse omninò eosdem, tum probabile esse, quod *in d. cap. fin.* voluit Abbas, quem sequuntur de Grassis, & Reginaldus, videlicet trinam monitionem requiri, vt post ipsam amittat Clericus immunitatem, etiam quoad cæteras suas res, quæ noo sunt sub negotiatione, vt mox dicemus, secus quoad res Ecclesiæ, vt notauit Glos. ibi *v. suis facultatibus*.

25 Nullo tamen modo admittendum est, quod idem Abbas, & alij volunt, prædictum *cap. fin.* loqui tantùm de Clericis constitutis in Sacris, non verò de minoribus. Nam quidquid sit, quod his ooo sit interdicta negotiatio, generaliter merces Clericorum priuantur immunitate *in cit. cap. quanquam*, & *Clem. Præsenti*, & *cap. illud* finale in hac conformitate loquitur generaliter de omnibus Clericis, ibi: *quod quidam Clerici terra tua* Molin. *vbi sup. num.* 3. quod si monitio non est præneceßaria, multò minus necessaria erit solemnitas præscripta *in cap. non minus*, & *in cap. Aduersus de imm. Eccles.* vt impositio, & exactio ab his fiat consulto Episcopo, vel Romano Pontifice, & Clericis consentientibus; nam illa solemnitas oecessaria est in casibus publicæ necessitatis, non autem mercaturæ.

26 Primò igitur dicendum est, onera pro mercibus soluenda esse, etiamsi mercatura à Clericis exerceatur per alios. Nam quidquid sit, an etiam per alios factum mercaturæ exercitium interdictum sit Clericis, de quo alibi, ratio desumitur tum ex eo, quod textus generaliter loquuntur, vt clarissimè *in cap. quanquam:* ibi: *negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittant.* Tum ex eo quod obligatio ad onera noo sumitur ex eo solùm, quod mercatura sit Clericis inhibita, sed ex eo quod conditio mercium non meretur in præiudicium laicorum Principum gaudere priuilegio bonorum Ecclesiasticorum, nisi aliud sit expressum.

27 Secundò Negotium pro necessitate Clerici, vel Ecclesiæ est licitum, nec possuot pro rebus causa huius negotiationis aduectis, emptis, venditis, &c. imponi, aut exigi onera, *cap. Secundum instituto*, iuncta Glos. *v. causa lucri, ne Cler. vel Monach.* Glos. *in d. cap. quanquam.* Imol. *in cap. fin. n. 23. de vit. & honest. Cler.* & alij.

28 Tertiò, Tali immunitate gaudet etiam negotiatio instituta in solam vtilitatem Ecclesiæ, & quotiescumque res adductæ, emptæ, vel venditæ sunt Ecclesiasticæ, etiamsi negotiatio sit ad vtilitatem propriam Clerici, *text. in eod. cap. quanquam, & in cap. fin. de vit. & honest. Cler.* iunctis Glossis, Abbas *n. 10.* & alij ibidem Graffius *p. 1. dec. lib. 2. cap. 125. n. 19. & 23.* Bertachin. *de gabel. q. 7. n. 11.* alijque; quia licèt huiusmodi Clericus prohibendus sit negotiari, ex eius tamen delicto non debent fructus Ecclesiastici priuari priuilegio, quo aliundè gauderent. Quicquid in contrariom Carol. de Grass. *eff. 3. n. 178.* cum alijs, quos refert, nullo allato fundamento. Cur autem negotiatio instituta in vtilitatem Ecclesiæ non expolietur immunitate, patet; quia huiusmodi negotiatio licita est, & cui sit æquum ab Ecclesia, in cuius vtilitatem sit, impendi beneficium immunitatis.

29 Quartò, Pro persona ipsa Ecclesiastica nunquam potest expeti pedagium, aut guidagium, etiamsi transeat negotiationis causa, aut ea de causa deferat merces; quia textus permittentes exactionem loquuntur super solis rebus, oon autem super personis, & ita obseruauit Glossa *in d. cap. quanquam.*

30 Quintò, Quoad fructus patrimoniales, seu Laicos in delatione, venditione, vel commutatione facta negotiaodi caosa, cessat immunitas, etiamsi aliundè oon intercedente negotiatione gauderent immunitate. Secus si tantùm transuehantur aliò, vt melius, plurisque veodantur, sine alio negotiandi; quia illud simpliciter non est negotiari, Suar. *de censur. disp. 22. sect. 4. n. 21.* in terminis *cap. quanquam*, Viualdus, Reginaldus, & alij.

31 Sextò, Tenetur ad onera, qui pro vna tantùm, aut altera vice negotiatur, quicquid sit, ao negotiator quis dicatur ex frequentatis actibus, vel etiam ex paucis, in quo prior pars est communior, pro qua facit modus loquendi *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* ibi: *secularibus negotiationibus intendunt.* Tamen quoad cessationem immunitatis dictum *cap. quanquam*, & *Clem. Præsenti de censib.* loquuntur generaliter, & ratio desumitur ex ipsa conditione mercium, quas onn est congruum in præiudicium Reipublicæ liberari oneribus.

32 Septimò, Artificium non est negotiatio in toto rigore, vt si quis emat materiam, & redactam in formam reuendat, & vniuersaliter quoties res melior facta, siue naturaliter, vt aoimalia, siue artificialiter reuenditur. Ita Canonistæ communiter in *cap. 1. ne Cler. vel Monach.* & *in cit. cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Molin. *disp. 336. n. 13. & disp. 342. n. 6.* Doctores apud Bellett. *de exempt. Cler. §. 4.* licèt Duardus arbitretur hoc artificium causa ditationis institutum non gaudere immunitate, & Syluester *v. Clericus 3. q. 2.* asserat, Clericum babeotem in aruis suis pascua non posse emere animalia ad pascendum, & tradendum ad etemeotum. Sed non placet, quia tali modo regulariter ex pascuis percipiuntur redditus, & prouentus. Secus esset si emerentur, vel conducerentur aliorum pascua, vel fructus ante collectionem, dum adhuc pendent ad effectum alendorum animalium cùm lucro, vel fructuom reuendendorum. In his enim casibus adest animus lucrandi ex industria saltem quoad partem, licèt pars emolumenti sit pro labore, cura, &c. & ideò aliqualis etiam negotiatio intercedere dici potest, Butr. *in d. cap. fin. de vit.*

sunt in sæcularibus negocijs nimium esse implicatos, quæstuosas artes exercendo, Sacra Congregatio Apostolicæ visitationis ad tollendos varios abusus, qui in diuersis vrbis, eiusque districtus Monasterijs irrepserunt, dum ijdem Religiosi per se, vel à Communitatibus, aut alijs sæcularibus requisiti diuersas mechanicas, seu venales artes exercere student, quod omninò ab Ecclesiastica disciplina alienum esse debet, cùm præsertim in graue hocartium, & pauperum artificum, eorumque familiarum in Vrbe, eiusque districtu existentium præiudicium cedat, statuit, decreuit, atque inhibendo mandauit omnibus tam superioribus quorumcumque Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium in Vrbe, eiusque districtu existentium, quàm particularibus Religiosis, & Ecclesiasticis quibuscumque, ne imposterum siue Religionis nomine, siue particulari audeant, præsumant per se, vel per alios exercere in suis Conuentibus, aut alibi in quocumque loco vllam venalem artem siue Aromatariam, Pistoriam, Lanificium, Textrinam, aut aliam quamlibet præterquam pro suis Religiosorum, aut alumnorum vsibus, nec vllo modò sæcularibus, aut alijs Religiosis, & Ecclesiasticis pharmaca, panem, carnes, aut alia qualibet opificia quomodocumque elaborata, & ornata, vendere etiam prætextu amicitiæ, & familiaritatis absque speciali licentia in scriptis obtinenda etiam ab ijs Religiosis, quibus ex particulari suæ Religionis instituto id alias liceret.

17 *Si quis verò ipsorum aliquid contra hoc decretum quoquomodo facere, vel moliri præsumpserit, ipso facto pœnam suspensionis à Diuinis, priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis ad alia de cætero obtinenda, vocisque actiuæ, ac passiuæ absque alia declaratione incurrat.*

18 *Et nihilominus contra eos Generalis Thesaurarius procedat tanquam contra illicitos negociatores, confiscando omnia lucra, & capitale ad dictas artes, & opificia spectantia.*

19 *Non obstantibus quoad supradicta omnia, & singula in præsenti decreto contenta, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atque Ordinum, siue Congregationis Cassinensis, Fratrum Prædicatorum, Societatis Iesu, Minimorum, aut aliorum quorumcunque tam mendicantium, quàm non mendicantium, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Instituti, etiam necessariò, ac indiuiduo exprimendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, & aliorum quorumcunque Regularium locorum, nec non illorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indultis, & literis Apostolicis, quibus quoad ea, quæ præsentibus aduersantur, illis alias in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis suæ auctoritate specialiter, & expressè derogat, cæterisque contrarijs quibuscunque.*

20 *Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prætendi possit, voluit eadem Sacra Congregatio, vt præsentes ordinationes in valuis Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in Acie Campi Floræ, vt moris est, affixæ omnes, ad quos pertinet, ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimatæ fuissent. Vtque earundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Romæ die 29. Augusti 1637.*

21 Hoc autem decretum non habere locum extra Vrbem fertur resoluisse S. Congregationem Episcoporum, & Regularium in Neapolitana 5. Octobris 1646. at ipse non credo; nam militat etiam in Clericis, ac Regularibus extra Vrbem eadem ratio decreti, nempè disciplina Ecclesiastica, honestas Clericorum. Ita quidem, vt decretum non constituat nouum ius, sed declaret antiquum; Ius enim antiquum interdicit Clericis, & Regularibus omnibus lucri causa negotiari, toto titulo, *ne Clerici, vel Monachi cap. 1. & cap. secundum instituta* ibi: *sub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici causa lucri negocientur.* Idem interdicitur iure nouo Concilij Tridentini *sess. 22. cap. 1.* ibi: *nec non negocijs sæcularibus fugiendis*; quod habet decretum irritans, quo tollitur vsus, ac consuetudo contraria. Declaratio autem iuris non inducit nouum ius, sed quid statutum sit ostendit; nam declaratio ita inest dispositioni declaratæ, vt ipsam relinquat in sua natura, *Clem. 1. de iurep. l. Asse toto, ff. de hered. instit. & l. Vnum ex familia, §. de falcidia, ff. de leg. 2. & l. Heredes palam, §. si quid post, ff. de testam.* ibi: *Poterit declarare de quo senserit? & puto posse.* Nihil enim nunc dat, sed datum significat, traduntque Bald. *in l. 1. v. Quæro quot testes, C. de Codicil.* Felin. *in cap. super quæst. de offic. deleg.* Rota *dec. 454. num. 2. p. 1. rec.* apud Farinac. & cæteri cùm Glossa *in cap. Cùm te, de vsur. & in cap. Per tuas, v. de nouo, de donat.* Et proindè decreta huiusmodi circa ius commune à Sacris Congregationibus facta ostendunt, quid in iure decretum sit. Et ideò si ius commune obligat omnes Clericos, & Religiosos, obligat etiam hoc decretum. Siquidem non facit obligationem, sed ostendit ad quid ius commune circa negotiationem Clericorum, & Religiosorum obliget. Obligat enim ex vi sua prima, secundum quod authoritatiuè declaratur, ac proindè adhæret substantiæ ipsius, illud explicans in eo sensu, in quo prima incæpit. Est enim declaratio interpretatiua, quæ addit qualitatem demonstratiuam, non autem quæ alterat subiectum, vt optimè Bald. *in d. l. Heredes palam, §. & si notum, v. Tertiò nota, ff. de testam.* Imol. *ibid. §. si quis post, v. Item nota,* Aretin. *ibid. not. 4.* Gabriel. *lib. 3. conclus. com. tit. de regul. iur. concl. 3. n. 47. & 48.*

22 Idque præsertim, quando decreta eiusmodi, prout est præsens, concipiuntur ex verbis, & ex ratione iuris. Tunc enim tantum valent, quantum ex verbis iuris, & ratione concipi possunt, eodemque modo se habent, ac ius ipsum, *l. nominis, & rei, §. Verbum ex legibus, ff. de verb. signif. & l. Scire oportet, §. Aliud, ff. de excusat. tut. & l. non dubium, C. de legib.* & notant Bald. *in l. 3. §. Quid si, ff. de negoc. gest. & in l. Eos, num. 16. C. de appell.* Mantic. *de coniect. lib. 1. tit. 16. n. 12.* Ideòque cùm hoc decretum factum sit intra limites verborum iuris, habet vim à iure declarato, estque declaratio interpretatiua, non autem noua dispositio, vt docent Castr. *in d. l. Heredes palam, §. si quis post, v. Multoties, ff. de testam. & cons. 338. v. Ex prædictis, vol. 1.* Tiraquell. *in repet. l. si vnquam, v. libertis, num. 15. C. de reuoc. donat.* alios citans, Felin. *in cap. Cùm olim, v. Adduci potest, de re iud.* Gabriel. *loc. cit. num. 62.* Sarnen. *in reg. de non tollen. iur. quæst. q. 13. v. sed aduertendum.* Quod præcipuè locum habet in Regularibus.

23 Vnde S. Congregatio Concilij præcepit significari Regularium superioribus, vt inuigilent, ne Regulares in Indijs tam Orientalibus, quàm Occidentalibus mercaturam exerceant, neque in locis Regi infideli subiectis, neue indè reuertentes aurum, argentum, gemmas, vllasque merces secum deferant, vt videre est ex eius decreto sub die 7. Octobris 1604. quod postea pro Indis Orientalibus die 22. Februarij 1633. Vrbanus Octauus sanctione firmauit, quæ est 16. in appendice, incipitque *ex debito §. 8.* ibi: *Religiosis omnibus cuiuscumque Ordinis, & instituti tam non Mendicantium, quàm Mendicantium, etiam Societatis Iesu, eorumque singulis tam in prædictis locis nunc existentibus, quàm in futurum ad illa mittendis, omnem, & quamcunque mercaturam, seu negotiationem, quocumque modo ab eis fieri contingat, siue per se, siue per alios, siue propria, siue communitatis nomine, directè, siue indirectè, aut quocumque alio prætextu causa, aut colore interdicimus, & prohibemus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna ipso facto incurrenda, ac priuationis vocis actiuæ, & passiuæ, officiorum, graduum, & dignitatum quarumcunque, ac etiam inhabilitatis ad ea, & insuper amissionis mercium, & lucrorum ex eis factorum. Quæ omnia à superioribus Religionum, ex quibus de-*

lin-

linquentes existent; reseruanda erunt ad vsum missionum, quas eadem Religiones habent, & habitura sunt in futurum in prædictis Indijs, & non in alios vsus, eisdem superioribus præcipientes sub eisdem pœnis, vt in hoc inuigilent, & contra delinquentes ad prædictas pœnas procedant, sublata eisdem facultate huiusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris quamuis minimum remittendi, aut condonandi. Hinc solùm permitti posse Regularibus, & Monialibus præsertim pauperibus, vt vendant medicinalia suæ Aromatariæ, ea renouandi gratia, maximè precijs moderatis, declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium in eadem Neapolitana 26. Maij 1602. & in vna Dominicanorum 11. Octobris 1647.

24 Itaque Ecclesiasticæ personæ quæcumque, etiam quibus non est interdicta negotiatio propriè dicta, si hoc vel alio modo negotientur, priuantur priuilegio immunitatis à vectigalibus, ita quidem, vt quoad illud negotium, seu actum illum sint ipso iure priuatæ, etiam pro foro conscientiæ, nulla expectata monitione, etiamsi non adsit frequentia, seu consuetudo, vt latè cùm multis asserit Gutier. *tr. de gabel. q. 93. à n. 7.* textus *in cap. quanquam de censib. lib. 6. & in Clem. Præsenti eod. tit.* Quæ iura cùm simpliciter loquantur nulla facta necessariæ monitionis mentione, simpliciter intelligenda sunt ita, vt Clericus negotiator quoad merces non gaudeat exemptione ab oneribus, etiamsi non fuerit admonitus, vt à negotiatione desistat, Abbas, Imola, Lapus, Geminianus, Ancheranus Berous, & alij *in cap. fin. de vit. & honest. cler.* Molin. *de iust. disp. 342. n. 10.* Carol. de Graff. *eff. 3. n. 184.* Alter. *cap. 6. col. 10.* & alij apud Dianam *p. 1. tr. 2. resol. 46. & p. 3. resol. 44.* contra Rodriquez, Petrum Ledesmam, Ludouicum Lopez, Soosam, Duardum, & alios, quos refert Carol. de Graff. *n. 282.* & Diana locis allegatis, ac contra Bonacinam, qui ait hanc monitionem præscribi, tanquam necessariam *in cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Vnus enim textus supplet, & declarat alium. Sed respondetur, ex eo, quod Ius *cap. quanquam*, & *Clem. Præsente* recentius est, & in neutro sit alicuius monitionis memoria iuxta antiquum ius, optimè inferri, mentem recentiorum Pontificum fuisse, vt absolutè sine alia monitione mercatura Clericorum priuaretur subsidio Ecclesiasticæ immunitatis. Eo præsertim quod in dicto *cap. fin.* non est simpliciter de sola mercatura sermo, sed magis generaliter de implicatione in negotijs sæcularibus. Nec dicitur expressè, quod Clerici priuentur quoad merces immunitate Ecclesiastica, sed magis generaliter quod quoad suas facultates subiaceant statutis, & consuetudinibus laicorum. Ex quo infertur, tum textus non esse omninò eosdem, tum probabile esse, quod *in d. cap. fin.* voluit Abbas, quem sequuntur de Grassis, & Reginaldus, videlicet trinam monitionem requiri, vt post ipsam amittat Clericus immunitatem, etiam quoad cæteras suas res, quæ non sunt sub negotiatione, vt mox dicemus, secus quoad res Ecclesiæ, vt notauit Glos. ibi *v. suis facultatibus.*

25 Nullo tamen modo admittendum est, quod idem Abbas, & alij volunt, prædictum *cap. fin.* loqui tantùm de Clericis constitutis in Sacris, non verò de minoribus. Nam quidquid sit, quod his non sit interdicta negotiatio, generaliter merces Clericorum priuantur immunitate *in cit. cap. quanquam, & Clem. Præsenti*, & *cap. illud* finale in hac conformitate loquitur generaliter de omnibus Clericis, ibi: *quod quidam Clerici terræ tuæ* Molin. *vbi sup. num. 3.* quod si monitio non est prænecessaria, multò minus necessaria erit solemnitas præscripta *in cap. non minus, & in cap. Aduersus de imm. Eccles.* vt impositio, & exactio ab his fiat consulto Episcopo, vel Romano Pontifice, & Clericis consentientibus; nam illa solemnitas necessaria est in casibus publicæ necessitatis, non autem mercaturæ.

26 Primò igitur dicendum est, onera pro mercibus soluenda esse, etiamsi mercatura à Clericis exerceatur per alios. Nam quidquid sit, an etiam per alios factum mercaturæ exercitium interdictum sit Clericis, de quo alibi, ratio desumitur tum ex eo, quod textus generaliter loquuntur, vt clarissimè *in cap. quanquam:* ibi: *negotiandi causa deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittunt.* Tum ex eo quod obligatio ad onera non sumitur ex eo solùm, quod mercatura sit Clericis inhibita, sed ex eo quod conditio mercium non meretur in præiudicium laicorum Principum gaudere priuilegio bonorum Ecclesiasticorum, nisi aliud sit expressum.

27 Secundò Negotium pro necessitate Clerici, vel Ecclesiæ est licitum, nec possunt pro rebus causa huius negotiationis aduectis, emptis, venditis, &c. imponi, aut exigi onera, *cap. Secundum instituta*, iuncta Glos. *v. causa lucri, ne Cler. vel Monach.* Glos. *in d. cap. quanquam.* Imol. *in cap. fin. n. 23. de vit. & honest. Cler.* & alij.

28 Tertiò, Tali immunitate gaudet etiam negotiatio instituta in solam vtilitatem Ecclesiæ, & quotiescumque res adductæ, emptæ, vel venditæ sunt Ecclesiasticæ, etiamsi negotiatio sit ad vtilitatem propriam Clerici, *text. in eod. cap. quanquam, & in cap. fin. de vit. & honest. Cler.* iunctis Glossis, Abbas *n. 10.* & alij ibidem Graffius *p. 1. dec. lib. 2. cap. 125. n. 19. & 23:* Bertachin. *de gabel. q. 7. n. 11.* alijque; quia licèt huiusmodi Clericus prohibendus sit negotiari, ex eius tamen delicto non debent fructus Ecclesiastici priuari priuilegio, quo aliundè gauderent. Quicquid in contrarium Carol. de Graff. *eff. 3. n. 178.* cùm alijs, quos refert, nullo allato fundamento. Cur autem negotiatio instituta in vtilitatem Ecclesiæ non expolietur immunitate, patet; quia huiusmodi negotiatio licita est, & cui sit æquum ab Ecclesia, in cuius vtilitatem fit, impendi beneficium immunitatis.

29 Quartò, Pro persona ipsa Ecclesiastica nunquam potest experi pedagium, aut guidagium, etiamsi transeat negotiationis causa, aut ea de causa deferat merces; quia textus permittentes exactionem loquuntur super solis rebus, non autem super personis, & ita obseruauit Glossa *in d. cap. quanquam.*

30 Quintò, Quoad fructus patrimoniales, seu Laicos in delatione, venditione, vel commutatione facta negotiandi causa, cessat immunitas, etiamsi aliundè non intercedente negotiatione gauderent immunitate. Secus si tantùm transuehantur aliò, vt melius, plurisque vendantur, sine alio negotiandi; quia illud simpliciter non est negotiari, Suar. *de censur. disp. 22. sect. 4. n. 21.* In terminis *cap. quanquam*, Vinaldus, Reginaldus, & alij.

31 Sextò, Tenetur ad onera, qui pro vna tantùm, aut altera vice negotiatur, quicquid sit, an negotiator quis dicatur ex frequentatis actibus, vel etiam ex paucis, in quo prior pars est communior, pro qua facit modus loquendi *cap. fin. de vit. & honest. Cler.* ibi: *sæcularibus negotiationibus intendunt.* Tamen quoad cessationem immunitatis dictum *cap. quanquam, & Clem. Præsenti de censib.* loquuntur generaliter, & ratio desumitur ex ipsa conditione mercium, quas non est congruum in præiudicium Reipublicæ liberari oneribus.

32 Septimò, Artificium non est negotiatio in toto rigore, vt si quis emat materiam, & redactam in formam reuendat, & vniuersaliter quoties res melior facta, siue naturaliter, vt animalia, siue artificialiter reuenditur. Ita Canonistæ communiter in *cap. 1. ne Cler. vel Monach.* & *in cit. cap. fin. de vit. & honest. Cler.* Molin. *disp. 336. n. 13. & disp. 342. n. 6.* Doctores apud Bellett. *de exempt. Cler. §. 4.* licèt Duardus arbitretur hoc artificium causa ditationis institutum non gaudere immunitate, & Syluester *v. Clericus 3. q. 2.* asserat, Clericum habentem in aruis suis pascua non posse emere animalia ad pascendum, & tradendum ad crementum. Sed non placet, quia tali modo regulariter ex pascuis percipiuntur redditus, & prouentus. Secus esset si emerentur, vel conducerentur aliorum pascua, vel fructus ante collectionem, dum adhuc pendent ad effectum alendorum animalium cùm lucro, vel fructuum reuendendorum. In his enim casibus adest animus lucrandi ex industria saltem quoad partem, licèt pars emolumenti sit pro labore, cura, &c. & ideò aliqualis etiam negotiatio intercedere dici potest, Butr. *in d. cap. fin.*

de vit.

de vit. & honest. Cler. Molin. *d. disp.* 342. *n.* 7. quamobrem nec reijcienda est sententia Ancharani in *cit. cap. quanquam* Syluestri, Molinæ, Duardi, & aliorum, asserens negotiari, ac proindè teneri ad onera eum, qui materiam infectam non proprijs, sed aliorum ministrorum manibus elaboratam reuendit. Nam licèt pars lucri sit pro labore, cuius mercedem ipse vendens ministris exsoluerit, adest tamen industria in eo, quod pluris, ac sibi constiterit, res venditur, vt suppono. Aliàs enim quorsum fieret emptio? Quicquid in contrarium Feder. *de Sen. cons.* 107. Abbas, Bellettus, & alij apud ipsum, & prædictis de causis emptionem equi ad effectum locandi vocant negocium Molina loco citato *n.* 14. Quaran. *in sum. Vectigal, vers. similiter*, Bonacina, & alij. Secus est, si materia infecta sit ex proprijs, seù habeat rationem redditus, aut prouentus; tunc enim immunitas locum habet, etiamsi aliqua intermisceatur industria, Duardus, & alij exemplificantes de salinis, & venis ferri.

32 Octauò. Animus lucrandi ex industria adesse debet in ipso initio emptionis, defectu cuius emens rem pro suo vsu, & postea mutato consilio, aut ex alio accidente reuendens, etiam lucro illectus, & sperans alio tempore, vel loco vilius emere, non est negotiator, Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 128. Molin. *disp.* 339. & 672. Bellett. §. 4. *n.* 5. Suar. *loc. cit.* Graff. *lib.* 2. *cap.* 120. *num.* 15. ex D. Thom. 2. 2. *q.* 77. *ar.* 4. *ad* 2. Vndè Clericus successor eius, qui conduxerat agrum alienum non negotiandi causa, sed ad se, & suam familiam sustentandam, non dicitur negotiari, si prosequatur conductionem, etiamsi non habeat eandem necessitatem sustentationis, sed causa ditationis prosequatur; quia ad id habet ius ex ratione succedendi primo conductori, cuius priuilegio vtitur conductionis spatio non absoluto.

33 At verò quoad alia bona sua amittunt immunitatem, quando trina monitio præcesserit, stante frequentia, seu consuetudine, vndè dicitur negotiator, *cap. vlt. de vit. & honest. Cler. Clem.* 1. *eod. tit. Clem. Præsenti de cens.* ibique Glos. notab. Turrian. *disp.* 59. *dub.* 2. *n.* 6. Sanchez in *opuscul. lib.* 3. *cap.* 4. *dub.* 51. vbi plures adducit, Salcedo ad Diaz *cap.* 58. §. *& huius.* Coactio verò ad vectigalia soluenda non est facienda tunc à laica potestate, sed ab Ecclesiastica, instante Laica, Sanchez *ibid. dub.* 52. Idque etiam si dubitetur, an sint Clerici res eæ, & an causa negotiandi deferat, vt elicitur in eadem *Clem.* & tradunt Doctores, quos sequitur Salcedo ad *cap.* 55. sub *fin.* In dubio tamen, an merces causa negotiandi afferat Clericus, standum est eius iuramento, nisi contrarium probetur, Glos. *in Clem. fin. de censib. v. non negotiandi*, vbi Card. & Imola, & docet Salsedo *sup.* §. *sic equidem*, dicta verò *Clem.* 1. *de vit. & honestat. Cler. & cap. fin. eod.* spoliantur priuilegio Clericali, si præmissa triplici monitione per dies aliquot interpellatè adhibita; vna enim pro tribus non sufficeset, vt cùm alijs tradit Diana 3. *p. tr.* 1. *resol.* 4. non abstinuerint à negotiatione. Multos & summistas, & Iurisperitos in eam rem laudat Comitol. 1. *respons. q.* 53. *n.* 3. & Suar. *tom.* 5. *in* 3. *p. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 16. addens *n.* 17. contra Nauarrum in *sum. cap.* 27. *n.* 80. & multos Iurisperitos apud Straccham de *mercat. p.* 3. *n.* 8. & 9. eam priuilegij Clericalis remotionem non esse priuilegij Canonis, aut fori, sed solius immunitatis à tributis, & exactionibus; quia non plus fert textus *d. Clem.* 1. *de vit. & honest. Cler. & cap. fin. eod.* nec plus à Pontifice postulatum fuerat. Subscribunt Molin. *tr. de iust. disp.* 342. Rebell. 2. *p. lib.* 9. *q. vlt. sect.* 2. Comitol. *lib.* 1. *resp. q.* 53. *n.* 4. & Salas *tr. de empt. & vend. dub.* 3. *n.* 4.

34 Cæterùm Clericus etiam in Sacris dimisso habitu negotiationi vacans, si ter monitus non resipiscat, amittit ipso facto priuilegium Canonis, non tamen fori, *cap. Contingit de sent. excom.* & *d. Clem.* 1. *de vit. & honest. Cler.* Potest tamen recuperare priuilegium resumendo habitum, & abstinendo à negotiatione, vt in *d. Clem.* Gelasius verò *in c. Consequens, d.* 88. suspensione mulctat Clericos negotiationibus implicitos, & Alexander III. *in cap. secundum instituta, ne Cler. vel Monach.* intorquet anathema in Clericos, & Monachos lucri causa negotiantes. Religiosos porrò negotiantes adhuc grauius quàm Clericos esse puniendos, comprehensis inter Religiosos etiam ijs, qui Conuersi dicuntur, vt notat Syluest. *v. Clericus* 3. *q.* 3. & Reginal. *lib.* 29. *n.* 325. habetur *cap. sed nec extr. ne Cler. vel Monach.*

Hæ autem pænæ innnouatæ sunt in Concilio Triden- 35
tino *sess.* 22. *cap.* 2. *de ref.* Non sunt tamen sententiæ latæ, sed tantùm ferendæ, nisi post monitiones desistatur. Item non intelliguntur, nisi solùm de Clericis in Sacris, aut Beneficiatis, & Regularibus etiam laicis, vt de communi testantur Turrian. *cit. num.* 4. & 5. Genuens. *in prax. cap.* 62. *n.* 9. & Less. *cap.* 2. *n.* 4. *lib.* 3. Neque de constitutis in Sacris, vel Beneficiatis, si semel, aut iterum sic impingant; quo euentu neque peccare mortaliter est ferè receptum apud Doctores, & tenent Less. *n.* 21. Nauar. *cap.* 27. *n.* 250. Filiuc. *tr.* 35. *num.* 20. Turrian. *n.* 4. Tamen in omnes Religiosos cadunt, & tam quoad illos, quàm quoad alios quoscunque, in quos vibrantur, suppeditant manifestum argumentum peccati mortalis incurrendi per frequentem violationem post præmissam monitionem; negat tamen grauem obligationem Caietanus *in sum. v. Clericus.* Sed eam meritò agnoscunt Molin. *tr.* 2. *de iust. disp.* 342. Less. *lib. de iustit. d. cap.* 21. *n.* 4. Gutier. *tr. de Gabel. q.* 93. *num.* 29. Fumus *v. Clericus n.* 16. Layman. *lib.* 3. *tr.* 4. *c.* 17. §. 17. *n.* 39. Comitol. *lib.* 5. *q.* 53. & multi, quos recenset, ac sequitur Dian. *tr. de contract. resol.* 72. & videtur liquere ex grauitate pænæ constitutæ in delinquentes.

Item hi omnes non possunt in morte disponere de 36
acquisitis per negotiationem, sed ea omnia Cameræ Apostolicæ applicata sunt ipso iure, & veniunt in causam spolij ex Bulla Pij IV. & Pij V. de quibus Nauar. *de spol.* §. 8. *n.* 8. & Redoan. *de spol. q.* 2. *n.* 36. Azor. *tom.* 2. *lib.* 8. *cap.* 2. *q.* 1. & 2. Quarant. *v. Vectigal*, §. *Et quoniam.* Neque suffragatur facultas testandi concessa à Papa, vt patet ex dictis Bullis, & Doctoribus. Potest tamen Beneficiatus, seu Clericus de dictis bonis donare inter viuos, & poterit donatarius ea retinere, vt ex Bulla Pij IV. colligit Filiuc. *tr.* 43. *cap.* 4. *n.* 33. Azor *q.* 3. In morte verò per testamentum, vel donationem causa mortis disponere non poterit, aliàs dispositio non valeret, & tenerentur hæredes siue ab intestato, siue ex testamento, & legatarij, & donatarij ea restituere Cameræ ante omnem sententiam pro foro conscientiæ, vt ait Azor. *d. c.* 2. *q.* 3. Filiuc. *d. tr.* 43. *cap.* 4. *n.* 22. quamuis contra, quod possit ea retinere ante sententiam in conscientia, teneant Molin. *to.* 1. *disp.* 147. §. *Postea verò*, Nauar. *cons.* 3. *de testam. n.* 6. & 7. qui ait verum, dummodò negotiatio iniusta non fuerit, & cùm Molina, & Nauarro consentire videtur Quaranta loco citato; quare nonnulli Doctores, quos tacito nomine refert Bonac. *de spol. tr.* 2. *pun.* 2. §. 2. *n.* 1. putant solùm acquisita per illicitam negotiationem cadere sub spolium, & prohibitionem testandi. Tum quia hic videtur verus sensus Constitutionis Pij IV. ibi: *quomodolibet acquisita negotiatione illicita, aut aliàs contra Sacros Canones.* Tum quia posterior Constitutio Pij V. explicat priorem Pij IV. Et hic etiam videtur sensus S. Congregationis Episcoporum, & Regularium in Brundusina 12. Martij 1612. ibi: *Che non possedeua beneficio alcuno, nè faceua negotij illeciti.* Et cùm versemur in materia pęnali, non est facienda extensio.

Quod etiam procedit, si Clerici non sint beneficiati, 37
dummodò sint in Sacris ex communi Doctorum sententia; licèt Canonibus, & Constitutionibus inspectis comprehendendi videantur etiam Clerici in minoribus, qui simul, & Clerici, & negotiatores esse volunt; secus si Clericatui renunciant. Nam in bonis, quæ Clerici non beneficiati per illicita negotia quæsierunt, succedit per spolium Camera Apostolica ex Pio V. & Sixto V. habetque locum etiam in diœcesibus compositis. Nam in ijs quoque acquisita per Clericos ex illicita negotiatione spolio cedunt, instrumento compositionis non obstante ex Sixto V.

Nemo tamen sub prætextu negotiorum illicitorum 38
potest processari post quinque annos à die mortis suæ.

Nam

Nam hoc crimen à die mortis Clerici præscribitur quinquennio, Herter. *In Instruct. n. 9.* Nec spolium habet locum, quando Clerici etiam Diœcesum compositarum fecerunt aliquam dispositionem, siue inter viuos, siue in vltimis voluntatibus ad fauorem spuriorum, tam propriorum, quam alienorum, aut coniugum, aut parentum, seu ascendentium dictorum spuriorum, & filiorum, seu descendentium ex dictis spurijs, etiam post mortem dictorum spuriorum, vel etiam aliorum non prohibitorum, in confidentia tamen, vt dictis prohibitis restitueretur. Bona enim sic relicta, & donata, postquam de illegitimitate constiterit, auferuntur à quibusuis possessoribus, & applicantur Cameræ Apostolicæ ex Pio, & Sixto V. Et nihilominùs id locum non habet quoad alimenta, & moderatam dotem, quæ succedit loco alimentorum. Immò Azor. *p. 2. Instit. lib. 6. c. 10. q. 9.* asserit filium illegitimum posse tuta conscientia accipere sibi necessaria ex bonis Ecclesiasticis patris, & Cameram Apostolicam teneri ei consulere ex bonis patris, quæ spolio subiecti; quia de iure naturali, & æquitate canonica filij etiam sacrilegi, nefarij, & incestuosi pro modo facultatum sunt à Parentibus alendi, *cap. Cum haberet, de eo, qui duxit.* Nec locum habet quoad incolas Vrbis, qui disponere possunt secundùm ius commune ad fauorem illegitimorum, qui non sunt ex proprio ipsorum corpore procreati, & multò magis ad fauorem coniugum, seu quorumcunque cognatorum ipsorum illegitimorum ex Paulo V.

Iam dictis accedit nouissima, & grauissima Constitutio incip. *Sollicitudo* sub die 17. Iunij 1669. Clementis IX. qui vineam Domini degenerantem in lambruscas zelo Pontifex sapientia Maximus repastinare non cessat; qui, dum hæc scribo, animam agit dignus immortalitate, cùm omnes eius pietatem, clementiam, ingenium, Sanctimoniam laudarent.

CONSVLTATIO LXXXV.

In materia Iurisdictionis inter Episcopos, & Abbates, siuè Commendatores, an, & quatenus concedenda sit manutentio Episcopis in quasi possessione exercendi iurisdictionem Episcopalem in Territorijs Abbatiarum, &c.?

1 TEnendum quidem videtur conclusionem, cui Episcopi innituntur, quod sibi competat manutentio ex sola assistentia iuris in omnibus locis in sua Diœcesi existentibus, procedere, & habere locum, quando ab altera parte non controuertitur, quod locus sit in Diœcesi, aut existentia ab Episcopis legitimè probatur aliquo ex modis à iure approbatis. Sed quando ab altera parte negatur existentia in Diœcesi, & ab Episcopo non est legitimè probatum, tunc quæstio possessionis dicitur intempestiua, nec potest de illa agi, sed prius est decidenda lis super existentia loci in Diœcesi, & ea pendente tractari non potest de possessorio, vt in hac specie sunt decisiones Seraphini 1278. *n. 2.* post tertium volumen, Tambur. *de iur. Abbat. decis. 54. n. 3. & decis. 71. n. 5.* ac alibi, in quibus habetur assistentiam iuris tunc suffragari Episcopo, quando non controuertitur locum esse in eius Diœcesi.

2 Nec suffragatur, quod non detur locus, qui non sit in aliqua Diœcesi, & quod in dubio locus præsumatur esse de Diœcesi Episcopi vicinioris. Primum enim non euincit; quia licèt conclusio sit vera in abstracto, quod non datur locus, qui non sit in aliqua Diœcesi, hoc tamen non infert, quod sit in Diœcesi Episcopi aduersarij, cum possit esse in Diœcesi alterius, vt inquit Rot. coram Vbald. *decis. 75. n. 10.* Et possit etiam esse locus constituens proprium, & separatum Territorium, qui non est de Diœcesi, neque in Diœcesi ex cumulatis à Rot. coram Matt. Andrea *decis. 54. num. 5.* & post Tambur. *loc. cit. tom. 3. decis. 69. n. 7.* Præsertim cum concurrant actus, & probationes pro Territorio separato, Rota coram Vbaldo *d. decis. 75. num. 8. & seqq.*

Secundum autem procedit, quando solùm allegatur exemptio, quæ supponit exemptum esse in Diœcesi, vel quando nullus alius prætendit locum esse separatum, & diuisum à Diœcesi. Sed quando concurrit alius, qui prætendit locum esse in sua Diœcesi, vel constituere Territorium separatum, & dantur actus, & probationes inferentes Territorium separatum, non suffragatur agenti allegare præsumptionem, quæ resultat ex maiori vicinitate, sed tenetur plenè, & concludenter probare locum esse in sua Diœcesi, vt in specie huic obiectioni respondet Rota post 3. *tom.* Tambur. *dec. 71. n. 5.* & apud Post. *de manut. decis. 184. n. 2. & duobus sequentibus, ac n. 6. & in recen. decis. 197. n. 7. par. 8.* 3

Ad tollendum autem omnem difficultatem licèt Abbatibus non incumberet id probare, possunt tamen ostendere, Abbatias habere, & constituere Territorium separatum, quo casu Episcopus alterius Diœcesis quamuis vicinior nullam potest prætendere, neque exercere iurisdictionem in alieno Territorio à suo separato, sed illa pertinet ad Prælatum dicti loci, qui in illo reputatur Ordinarius. Nec isto casu locum habent Constitutiones Apostolicæ, neque dispositio Sacri Concilij Tridentini contra exemptos, cùm non comprehendant Prælatos habentes Territorium separatum, quod nullius dici solet, vt exertè declarat Rota post Tambur. *d. tom. 3. decis. 62. n. 1. & decis. 117. n. 3. & 4.* & coram Eminentiss. Othobono *dec. 82. à n. 11.* & in Montis Cassinensis iurisdictionis coram Bichio 27. Martij 1651. *§. finali,* & alibi, ac Ciarlin. *vol. 2. controu. final. & nos tom. 2.* 4

Territorium autem separatum multipliciter probari potest. Primò ex dotatione Abbatiarum cum expressa conditione, ac declaratione, quod Abbates pro tempore suam benedictionem à manu Summi Pontificis acciperent, ac sub eius tuitione esse deberent, itaut nec Episcopus aliquis, nec aliqua persona Ecclesiastica in ipsis Monasterijs aliquid prætendere posset. Maximè si id confirmatum fuerit priuilegio Imperatoris præcipientis, vt de cætero nullus Archiepiscopus, vel Episcopus, nullus Dux, nullus Marchio, neque Comes, nullaque persona secularia, vel Ecclesiastica Monasterium, eiusque Abbatem, ac eius fratres in eorum personis, ac bonis, ac locis Monasterio subiectis, audeant molestare, vel inquietare, designatis, & stabilitis confinibus certis, ac determinatis intra, quos territorium di Monasterij clauditur, & continetur. 5

Huiusmodi enim concessiones bonorum, & iurisdictionis temporalis cum exclusione Episcoporum, licèt per se nihil firment, cum non pendeat à Principibus laicis statuere fines Ecclesiasticos, & iurisdictiones spirituales distinguere, & assignare, neque ex finibus temporalibus, ac profanis argui soleat ad fines iurisdictionum spiritualium, ac Diœcesum Ecclesiasticarum, dum tamen ex his constat, quod Monasterium acquisiuit quoad temporalia Territorium separatum, & iurisdictionem laicalem in Vasallos in illo Territorio à Principibus, qui illam dare potuerunt, dum postea superuenerint Constitutiones Apostolicæ, quæ dictas concessiones confirmarunt, dumque Summi Pontifices Monasterium sub Beati Petri, ac ipsorum Pontificum protectione susceperunt, sique præsertim superuenerit priuilegium Innocentij Octaui, qui omnia Cisterciensium loca, membra, & bona præsentia, & futura, Abbates, Abbatissas, Monachos, Moniales, Vasallos, subditos, ac seruientes sub Beati Petri, ac sedis Apostolicæ superioritate, correctione, visitatione, dominio, ac potestate Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Iudicum, &c. auctoritate, & scientia præfata perpetuò prorsùs exemit, ac totaliter liberauit, itaquod Archiepiscopi, Ordinarij &c. nullam in eos, & eorum aliquem, & Monasteria tanquam prorsus exempta, & exempta iurisdictionem, ac superioritatem &c. debeant quoquomodo exercere, prout latiùs continetur in ipsa Constitutione in Bullario *tom. 1. Constit. 9.* Hæc enim verba, & huiusmodi alia probant exemptionem plenam, & totalem; quatenus Pontifices sub sua immediata, ac sedis Apostolicæ protectione Monasterium receperunt, confirmatis 6

pri-

priuilegijs Principum Episcopos ab omni iurisdictione excludentibus, quod valdè differt ab ordinaria exemptione, ac simplici susceptione sub protectione Sedis Apostolicæ, vt probat Rot. *apud Post. decis.* 627. *n.* 3. *&* 4. & *decis.* 628. *n.* 4. *&* 5. & *in rec. decis.* 219. *n.* 2. 3. *&* 8. *ac decis.* 239. *n.* 6. *ac* 7. *p.* 8. *& in Sancti Angeli Lombardorum* 10. *Februarij* 1640. coram Peutingerio. Et cum sint verba tam ampla, attenta præsertim capacitate subiecti, trahuntur etiam ad iurisdictionem actiuam iuxtà doctrinam Innocentij *in cap. Pastoralis n.* 2. *de donat.* & tradita in specie à Rodriq. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 26. *art.* 3. *n.* 1. *&* 2.

7 Et multò magis si Pontifices exemerint non simpliciter Monasterium, & personas, sed loca omnia, & personas, subditos, & Vasallos, ac seruientes, & sic Populũ vniuersum existentem in Territorio separato. Hoc enim casu res dicitur clara, & indubitabilis; quia dum Abbas habebat Territorium separatum cum iurisdictione temporali sibi concessa ab Imperatore, vel alijs Principibus in illis personis, & deindè Summi Pontifices dicta bona, personas, & Populum subditum exemerunt, interdicta Episcopis omni iurisdictione in hoc territorio separato, ex his dicitur probata constitutio Territorij separati, dum Populus Abbati subiectus in illo Territorio certis finibus determinato, & incluso, à iurisdictione Episcopi eximitur, & detrahitur, ac Sedi Apostolicæ, & Abbatibus pro tempore subijcitur, vt in terminis probat, ita distinguẽdo, Lotter. *de re benef. lib.* 5. *q.* 24. *n.* 112. *cum seqq. & n.* 120. Rot. *in recen. decis.* 324. *n.* 6. *p.* 1. vbi rectè ponderat esse diuersũ eximere simpliciter Monasterium, & eximere loca, & Populum *& dec.* 197. *n.* 20. *& seq. p.* 8. & coram Mãtic. *dec.* 361. *n.* 2. & coram Mart. Andr. *d. decis.* 54. *n.* 2. *& n.* 5. *ac* 6. vbi aduertit valdè diuersum esse concedere simplicem exemptionem restrictam ad Monasteria, & eorum membra, & eximere totaliter loca Castra, & Populum, neque ius ab Episcopo abdicare, & transferre in Abbatem, & *in d. montis Casinensis iurisdictionis* 27. Martij 1651. coram Bichio, & *in Cauensi collationis ordinum* 26. Iunij 1654. coram Verospio, in qua respondendo contrarijs dicitur, illa procedere quando in priuilegio non fit mentio de Castris, Vasallis, & subditis, & in *Astoricensi, seu nullius Iurisdictionis* 19. Iunij 1654. coram Eminentiss. Cerro, confirmata anno sequenti coram Celso.

8 Præcipuè si in priuilegio Summi Pontificis dicatur, quod Ordinarij, & Archiepiscopi nullam prorsùs in eos, & eorum aliquem, & Monasteria, tanquam penitus exemptos, & exempta, iurisdictionem, & auctoritatem debeant quoquomodo exercere. Hæc enim totalis abdicatio iurisdictionis, & Iuris Episcopalis ab Ordinarijs importat separationẽ Territorij, & exemptos pleno iure alteri subijcere, ac iurisdictionem quasi Episcopalẽ transferre, vt in specie tradit Lotter. *d. q.* 24. *n.* 114. cum tribus seqq. Rota coram Martino Andrea *d. decis.* 54. *n.* 5. *&* 6. ac *in recen. dec.* 219. *n.* 8. *p.* 8. & in d. Cauensi coram Verospio, & *in d. Astoricensi, seu nullius* coram Eminentiss. Cerro.

9 Idque præsertim si accedat obseruatio subsequuta. Si nimirum Abbates pro tempore, & successiuè ij, qui loco illorum suffecti, vtramque iurisdictionem temporalem, & Ecclesiasticam pro tempore exercuerint. In quo casu remouetur omnis dubitatio, Rota corã Seraph. *dec.* 1025. *n.* 10. & coram Andrea *d. dec.* 54. *n.* 14. *& in d. Montis Casinensis* coram Bichio, §. *Quouerò ad secundum in fine*.

10 His autem positis corruunt omnia, quæ in contrarium deduci possunt. Nam quatenus adducitur assistentia iuris, prætérquam quod non potest allegari, dum Episcopus non probat, locum esse in sua Diœcesi, remanet elisa, & nullius momenti, dum ostenditur priuilegium plenæ exẽptionis, ac Territorij separati. Hoc enim casu assistentia iuris amittit suas vires, nihilque operatur fauore Ordinarij contra habentem priuilegium cum quasi possessione iurisdictionis, Post. *de manut. obseru.* 45. *n.* 20. & Rota post eum *decis.* 200. *n.* 24. & *decis.* 438. *n.* 14. *& decis.* 513. *n.* 3. *&* 6. *cum seqq. & in recent. decis.* 685. *n.* 2. *p.* 1. *& decis.* 508. *n.* 10. *& seqq. p.* 5. & coram Durano *decis.* 21. *n.* 6. & post Tamb. *de iur. Abb. d. tom.* 3. *decis.* 55. *n.* 2. & 3. *& decis.* 59. *n.* 2. *ac seqq.* Et in Barchinonensi iurisdictionis 1. Iulij 1644. §. *non obstat quod Episcopus coram Bichio*.

Sufficitque ad hunc effectum assistentiam iuris aliquo modo offuscari, ac reddi dubiam, ne attendatur ad fauorem Episcopi contra existentem in quasi possessione contraria, Matescott. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 11. Add. ad Gregor. *decis.* 312. *n.* 4. & Rota coram Seraph. *decis.* 1278. & coram Buratt. *decis.* 219. *pariter n.* 5. ac ibi Add. *lit. B.* & apud Post *decis.* 439. *n.* 1. & post Tambur. *de iur. Abbat. d. tom.* 3. *decis.* 54. *n.* 6. *& decis.* 70. *n.* 3. & in Sancti *Angeli Lombardorum* 10. Februarij 1640. coram Peutingerio §. *Quæ omnia*.

11 Enunciatiuæ quoque cõtentæ in priuilegio Principis, vel Summi Põtificis, in quibus Abbatia dicitur Diœcesis Episcopi, non subsistunt; quia vltra quod enunciatiuæ nõ attenduntur, quando principaliter contingit dubitari de enunciato, vt in his terminis tradit Rot. *post* 3. *tom.* Tamburin. *decis.* 54. *n.* 4. *& decis.* 71. *n.* 8. & apud Post. *decis.* 184. *n.* 10. Obiectio cessat, quando huiusmodi enunciatiuæ possunt referri ad tempus antequam dicta loca essent nullius Diœcesis, vel dicta verba stant demonstratiuè, vt in dubio accipienda sunt, non autem taxatiuè, neque limitatiuè, vt in hac specie respondit Rota coram Mart. Andr. *d. decis.* 54. *n.* 6. *cum seqq.* Præsertim si ab Abbate dentur enunciatiuæ factæ à Summis Pontificibus, à Sacra Congregatione, & alijs, quod Abbatia est nullius, quæ tanquam conformes titulo separationis Territorij præualere debent, Rota in Sancti *Angeli Lombardorum* 1. Iunij 1640. coram Peutingerio, §. *Quamuis*.

12 Neque apparatus actorum, qui ab Episcopo fit ad probandum, quod ipse, ac eius antecessores exercuerint iurisdictionem in locis Abbatiæ, vllius est momẽti, si omnes huiusmodi actus facti sint post introductam litem super pertinentia iurisdictionis; vndè tanquam turbatiui, & controuersi non merentur attendi, cum quilibet quasi ex rapto vixerit, & iurisdictionem ad se trahere curauerit. Actus enim, qui facti sunt post litem, vel liti causam dederunt, nullum ius, nullamque possessionem tribuunt per Textum *in cap. licèt causa de probat.* Rota coram Caualer. *decis.* 633. *n.* 10. *& decis.* 649. *n.* 2. *&* 3. & coram Gregorio *decis.* 417. *n.* 2. Et in recent. *decis.* 288. *n.* 5. *p.* 6. & in Toletana Iurisdictionis super manutentione 10. Iunij 1661. coram Taia §. *& primo*.

13 Comprobatur hac ratione; quoniam, vt ex actibus possit acquiri possessio iurisdictionis in præiudicium alterius, requiritur illius scientia, & patientia, vt nimium sæpè respondit Rota, nominatim apud Post. *decis.* 184. *n.* 20. *& post* 3. *tom.* Tambur. *decis.* 71. *n.* 16. passimque alibi. Acquiescentia autem non potest prætendi in Abbate, dum pendebat lis, & ipse semper contradixit, actusque contrarios impugnauit, ac deturbauit, vt ponderat Rota in citata *Toletana iurisdictionis* coram Taia §. *secundo quod exindè, & §. sequenti*, vbi vlterius dicitur, Episcopum, qui talia facit, esse in mala fide. Actus enim ex quocumque temporis lapsu non possunt aliquid tribuere Episcopo, non habenti pro se iuris assistentiam pro acquirenda iurisdictione in loco alterius Diœcesis, nisi probentur gesti cum scientia, & patientia eius, de cuius præiudicio agitur, per ea, quæ docent communiter Doctores, Abb. *in cap. cum contingat n.* 11. *de for. compet.* Rip. *in cap. cum Ecclesia Sutrina n.* 64. *de caus. possess. & propr.* Rota *in Aprutina iurisdictionis* 9. Martij 1607. coram Pamphilio & *decis.* 75. *n.* 7. *ac decis.* 126. *n.* 13. coram Vbaldo.

14 Quæ faciliùs sunt amplectenda, si singuli actus sint valdè friuoli, ac insubsistentes; quod autem Abbatia fuerit aliquando appellata Diœcesis Episcopi, siue nullius, minimè refragatur, cum notorium sit tam Rotam, quàm Sacram Congregationẽ facere huiusmodi appellationes alternatiuè, dum pendet lis, vt nemini præiudicium inferat, & ne videatur causam decidisse ante illius cognitionem. Sufficitque, quod actus sint æquiuoci, & quod potuerint fieri sine scientia, & patientia Abbatis, sine qua ipsi non potuit præiudicari in eius iurisdictione, Rota coram Seraphin. *decis.* 1278. *n.* 2. *& decis.* 203. *n.* 10. *&* 17. *p.* 7. *recent.* Præsertim cum ageretur etiam de præiudicio Summi Põtificis, cui Abbatia est immediatè subiecta, cui ex facto aliorum præiudicari non potest, Vitalin. *in Clem.* 1. *n.* 57. *de offic. Vic.* Rota coram Seraphin. *d. decis.* 1278. *n.* 3. *& in recen. decis.* 480. *n.* 40. *p.* 1. & allegata Astoricensi 19. Iunij 1654. coram Eminentiss. Cerro, §. *Quia Abbas*. Præ-

exte-

cæterisautem plurimùm vrgeret, si Abbates, vel Commendatarij contulerint beneficia, quæ sunt de pertinentijs Abbatiæ, deputando exequutores cum facultate compellendi Contradictores per censuras. Hi enim actus vti concernentes non solùm institutionem collatiuam, sed auctorizabilem, præseferunt iorisdictiooem omnimodam,& quasi Episcopalem, atque exemptionem Populis iuxta firmata *in decis.47.n.19.post 3. tom.* Tambur. *& in decis.306.n.14.& 15. p.9. recen.*

16 His ita constituris tenendum nihilominùs tanquam certum est, & consentaneè ad ea, quæ tomo secundo tradidi, quæstiones super iurisdictione inter Episcopos, ac inferiores Prælatos esse potius facti, quàm iuris. Recepta siqoidem ab omnibus propositio est, iurisdictionem à sacro Concilio Tridentino, & à Constitutionibus Apostolicis, Ordinarijs delegatam in concernentibus curam aoimarum sacramentorum administrationem, & huiusmodi alia ibi expressa, procedere in Ecclesijs exemptis intra Ordinatiorum Diœceses existentibus, non autem in habcotibus Territorium separatom, quæ nullios dici solent; quia io istis inferior Prælatus dicitur Ordinarius. Vndè quæ à Concilio, & à Constitutionibus de Ordinarijs dicuotur, huic Prælato, non autem Episcopo vicioiori conueniunt, vt sæpius firmaoit Rota præsertim apud Marr. Andr. *cit.decis.*54. Eminentiss. Cardinalem Otthobonnm *dec.*82. *Montis Casini iurisdictionis* 27. Martij 1651. coram Bichio *Cauensi collationis ordinum* 26. Iunij 1654. coram Verospio, Montis Virginis, seù nullius iurisdictionis 12. Iuoij 1656. & 8. Iunij 1687. coram Dunozetto, Saocti Seuerini Parochialis 12. Ionij 1660. coram Beuilaqoa,& in alijs, in qnibus plures Sacræ Congregationis Concilij declarationes referuntur.

17 Ex alia parto recepta etiam propositio est, hanc qoalitatem Territorij separati, seù nullins non præsumi, nisi de illa doceatur per priuilegium Apostolicum, vel per immemorabilem, canonizatam per tres conformes, ac interim Episcopus manutenendus est in exercitio iurisdictionis delegatæ, vt sæpius declarauit eadem Sacra Congregatio in declarationibus, quas adduxi *d. tom.*2.

18 Quando igitur Abbates, vel Commendatarij prætenderent inrisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato ex sola ratione possessionis immemorabilis, & propter actus iorisdictiooales ab ipsis exercitos, tunc esset difficultas vel ex eo, quod dicta immemorabilis exigit canonizationem, vel quia ob actus cootrarios ex parte Episcoporum deductos dubitari posset de interruptione, quodque propterea esset improbabilis.

19 Quare omoes conclusiones ex parte Episcoporum deductæ sunt extra casum controuersiæ, quando Abbates prætendunt hanc ordinariam iurisdictionem cum Territorio separato in vim priuilegij Apostolici, quod in limine fundationis Abbatiarum ad petitionem Principum, vel aliàs Pontifex concessit, non obstante quod priuilegium Apostolicum noo loquatur explicitè de Territorio separato, sed de exemptione cum receptione Abbatiæ sub immediata iurisdictione ac protectione Beati Petri, ac Sedis Apostolicæ. Quia stante præcedenti lege fundatoris, vt Abbas sub solius Summi Pontificis iurisdictione sit, quodque nec aliquis Episcopus, nec aliqua persona Ecclesiastica vnquam ibi aliquid prætendere possit, ac etiam stante subsequnta obseruatiooe resultat exindè interpretatio, quod priuilegium ita conceptum, importet Territorium separatum, vt de consimilibus priuilegijs habetor apud Martin. Andr. *d. decis.* 54. *in d. Montis Virginis* coram Dunozetto, ac io alijs, & in specie priuilegij in conformitatem legis adiectæ à Rege fundatore habetur apud Ciarlio. *d.contr.*220. Et sic Abbatis retentio non est in sola possessione, seo præscriptione, sed in priuilegio, actusqoe eius possessorij non deducuntur ad effectum præscribendi, siue nouum ius ex illis quærendi, sed ad effectum ioterpretandi, seù declarandi priuilegium Apostolicum. Atque ex hoc tolluntnr omnes conclosiones, quæ ab Episcopis deduci possont, quæue procedunt in casu, quo obseruantia deducitor tanquam præscriptiua, & nooi iuris inductiua, secùs autem vbi tanquam interpretatiua.

20 Hinc nullatenus obstant actus ex parte Episcoporum deducti; licèt enim actus, qui dant causam liti, seu gesti sunt lite pendente; essent valdè considerabiles ad effectum interrumpendi præscriptionem, & faciendi, quod possessio Abbatum dici non posset pacifica, quando ex ea solùm iurisdictio deduceretur, circumscripto tamen hoc effectu, ij non obstant ex receptissima iuris conclusione, quod actus gesti, lite pendente, seu qui liti causam dederunt, non habentur in aliqua consideratione, ac præter generalia, de quibus Gregor. eiusque Addens *decis.* 4. in hisce terminis iurisdictionis habetur in *d. Montis Virginis* iurisdictionis coram Dunozetto, in Tirasoensi iurisdictionis 14. Decembris 1663. coram Vicecomite, ac in alijs.

Finis Quinti Tomi.